



Testimonii precii xx gr. 1.5.4.6

Quis sim cui parea, nosse vis lector candide dicam

Florianus dictus genteq Polonica:

Bona ventu in meditacionibus

Sermo rudis usque ad cor penetrat: pollitus vero

[illegible]scit aures. Ps. 18

[illegible]nimabile est hominem esse laqueum.

Prouer. 1

Custodite vos a murmuracione, que nihil prodest, et a detractione

parcite linguae. Lode

Peruerse cogitaciones separat a deo. Probata autem potestas corripit

insipientes. ij ad Corinth. xij

Gratia domini nostri Jesu Christi, pax et charitas dei. Communio

sancti spiritus sit semper cum omnibus vobis amen.

Ioanne Euangelistam quidam dicunt eum in paradisum terrestrem

esse translatum corporaliter cum Enoch et Helia. Cum quibus

aliqui dicunt eum redituros et predicaturos contra Antichristum, atque

ab illo occidendum. Quatenus sic unus translatus est in paradisum

ante legem vel Enoch, qui fuit ante diluuium. Et alter sub

lege, puta Helias, sic unus sub gratia credatur translatus. Ac per

hoc tres, ut potest de quolibet tempore venturi sunt contra Antichristum.

Apo. 11 qui predicaturi sunt contra Antichristum. Ffas opiniones non asserit Augustinus, nec approbat. Non enim videtur

quod Christus predilectum dominum tam diu retardauit a gloria, maxime quod

iacuit in sepulchro, ut dormiens. Contra quod tenetur quod mortuus

sit, et asserunt quidam quod in anima et corpore glorificatus est in celo.

Quis est homo qui viuit et non videbit mortem? Et Apostolus statutum

est omnibus semel mori. Ffacit ex Dionysio Carthusiensi excepta. ca°

Ioan. ultimo. Berndus

Non in ornatu verborum predicator, vel clamore glo-

rietur, sed in opere virtutum.

Plus enim valet exemplum quam

verborum documentum.

POSTIL

LAE SEV ENARRATIO-
nes, in lectiones Epistolarum &
Euangeliorum, quas tam in domi-
nicis diebus, quam in diuorũ me-
moria orthodoxa ecclesia hactenus
egere consueuit. Congestæ atque
iam demum recognitæ a venerabi
li patre Anthonio a Konig
steyn Guardiano
Confluentino.

¶Anno M. D. XXXI.
Mense Septembri.

¶Cum gratia & priuilegio

FRAT. NICOLAVS HERNBORN REGV
laris obseruantiæ ordinis Minorum Prouinciæ
Colonienſis Miniſter ac ſeruus Ieſu Chriſti
Chriſtiano lectori S D P.

ENarrationes has Euangeliorum & Epiſtolarũ in cõmunem vtilitatem æditas, candido cornu cãdide lector ſuſcipias etiam atq; etiã obſecro, rogo, obteſtor: potiſſimũ vero, quod ſic æditæ ſint vt nemo in ijs lædatur, qui pure ac ſimpliciter & docet & credit, ſic cõgeſtæ, vt abſit omnis (qua ſeculi oratores admodum valent, potentes ſunt, ac ſenſu carnis adflati mira auditoribus de ſe promittunt) prudẽtia carnis, abſit & coacta rerum ſententiarumq; expoſitio, abſit mordacitas, & animia a re ipſa digreſſio. Siquidem ſi eas penitius introſpectes nihil offendas quod non ad regulam ſcripturæ ſacræ exigatur, nihil quod ab hac ſit alienum, quod huic diſſonum, Imo quod non ſit conſonãtiſſimum. Cauit enim harum autor, vt fatear ingenue quod eſt, nõ tam phaleras in loquẽdo, quã in exponendo enarrandoq; aliena dogmata, cauit & ſcommata & ſannos, & id genus alia quibus paſſim ſcatẽt hi ſce temporibus pleraq; ſcripta, eorum hominum qui malis auſpicijs in orbem irrepſerunt germanicum. Quorum libellos etſi maxime legas, nihil tamen reportabis quo in te firmetur fides, reuiuiſcat, ac in iuſtam flammam exuſcitetur charitas, euellantur ſtirpitus vitia, repullulet dei. timor, quo ſine nemo vnquam iuſtificari poterit. Quid enim malorum nõ inuexerunt æditi libelli? Quas tragœdias quæ lydoria, quos tumultus non ſpirãt, tot quorundam inſana ne dicam & impia, in ſacras literas cõmenta. Sunt qui ſimulatq; in ſuggeſto vnum atq; alterum ex euangelio pronunciauerint verbulum deum immortalem qualia ex cerebellis ſuis fingunt ac refingunt ſomnia, quanquam interim omnes præ ſe ad ſcripturas reuocare contendant. Alij ſi quid poſſunt, eo expẽdunt oẽs orationis neruos

14126
752a 1962

vt ecclesiæ autoritatẽ aut eleuent, aut extenuẽt, ac porro abijciãt, & ceu toxicum execrentur, hinc cæremonias vniuersas dente plus quam theonino rodunt, exibilãt, tollunt. Hinc receptissimas & omnium orthodoxorum consensu probatas consuetudines exterminandas dictitant. Sileo interim, quam impia, quam aliena a vero, quam absurda in Sacramenta ecclesiæ in diuos corpore exutos in bona opera, & reliqua id genus, rabido ore euomant quam lacerent vniuersa, quam torqueant omnia, vt interim sua paradoxa instillent pijs ac synceris animis, Hic autem nihil tale deprehendet, quo iure offendi possit orthodoxus lector. Sunt enim omnia emuncta, siccq; disposita, vt scripturis scripturarum absoluetur (si quæ occurrat,) obscuritas.

Sed nec vllius sectæ mentio inseritur, nec nomenclatura exprimitur, nisi forsan eius quã antea Christus suis depinxit coloribus, quam Paulus, quã apostoli omnes, quã ipsa denicq; ecclesia tota, vt perniciosam & execrabilem proscripsit, damnauit ab legauit. Arridet & hoc potissimum quanquam & cætera omnia, quod antea quam euangelij contextus expendatur, epistola introducitur, pauciscq; absoluitur, Ne quid videlicet desit quo & lector animũ & auditor memoriam, & orator atq; declamator vtrumq; instruat, Sic enim omnia incedunt vt nihil desit vtilitati omnium, nihil abundet, nisi hoc superfluum dixeris quod est, pure, simpliciter, apposite dicere omnia quę ad rem spectant explicandã. Itaque quisquis es, qui adamussim sacrarum scripturarũ declamationes tuas instituere voles, id age vt hic tibi thesaurus ad manum adsit, ex hoc facile depromes, quod & tibi & auditoribus proderit plurimum, oberit nihil, Rem tenes Lector, fac vt nostrum studium, tuis precibus aliquando apud deũ optimum maximum iuues. Vale Coloniæ anno trigesimo ad sesquimillenum. xiij. Kalen. Mensis Sextilis,

¶Index Epistolarum & Euangeliorum, tam de tempore quam de sanctis totius anni, quoto folio in hoc libro contineantur.

¶Dominica prima Aduentus
Epist. Scientes quia hora est, Fol. 1.
Euangel. Cum appropinquasset 2
¶Dom. secunda
Epi, Quæcunq; scripta 5
Euan. Erunt signa 6
¶ Dom. tertia
Epist. Sic nos existimet homo 9
Euan. Cum audisset Io. 10
¶Dom. quarta
Epi Gaudete in dño 13
Euange. Miserunt Iudæi ab Hierosolymis 15
¶In die natiuitatis in prima missa
Epist. Apparuit gratia dei 18
Euan. Exijt edictum 19
In aurora
Epi. Apparuit benignit. 22
Euan Pastores loqueb 23
In sum. missa
Epi. Multipharia multisq; modis
Euan. In principio erat. 27
In festo Stepha
Epi Cum factus esset 30
Euan. Dixit Iesus turbis 32
In festo Ioannis euã.
Epi. Qui timet deum 35
Euan. Dixit Iesus Petro 39
In festo Circuncisio.
Epi. Prius autem 40
Euan. Postq̃ consum 41
¶In festo Epiphaniæ
Epi. Surge illuminare 44
Euan. Cum natus. 45
Do. post Nat.
Epi Quãto tempore 48
Euan. Erant Ioseph & Maria 50
¶Dom. pri. post Epiphaniæ
Epi. Obsecro per misericordiam 53
Euan. Cum factus 55
¶Dom. secun. post
Epi. Habentes donatio 58
Euan. Nuptiæ factæ 59
Dominica tertia
Epi. Nolite prudentes 63
Euan. Cum descen 64
Dom. quarta
Epi. Nemini quicquam debeatis 67
Euan. Ascendente Iesu 68
¶Dom. quinta
Epi. Induite vos sicut 71
Euan. Dixit Iesus disc. 71
Dom. Septua
Epi. Nescitis q̃ hi 75
Euan. Dixit Iesus disc. 77
Domi. Sexage.
Epist. Libenter suffertis 80
Euan. Cum turba 82
Dom. Quinquag.
Epist. Si linguis hoim 85
Euan. Assumpsit Iesus 88
¶Dom. pri. q̃drage.
Epist. Adiuuantes exhortamur 90

Euan. Ductus est Iesus 92
Dom. secunda q̄dra.
Epist. De cætero rogamus vos 95
Euan. Egressus Iesus 97
Domi. tertia
Epist. Estote imitatores. 99
Euan. Erat Iesus eiciens 101
Dom. quarta q̄drag
Epist. Scriptum est, quoniam Abraham 105
Euan. Abiit Iesus trans mare 106
Dom passionis
Epist Christus assistens 109
Euang. Dixit Iesus turbis 110
Dom. Palmarum.
Epi. Hoc enim sentite 114
Euan. Cum appropinquasset 116
Dom. resurrect.
Epi. Expurgate vetus 119
Euan. Maria Magd 121
Feria secunda Pas.
Epi. Stans Petrus 125
Euan. Duo ex discip ibid
Feria tertia Pasc
Epi Surgens Paulus 127
Euan Stetit Iesus in ibid
Dominica prima post Pascha.
epi. Omne quod natum, 130
euan Cum esset sero, 132
dom. secunda
epi Christus passus 134
euan. dixit Iesus discipulis 135
dom. tertia post Pas.
epi Obsecro vos tanq̄ 138
euang Modicum & iam non videbitis 140
dom. quarta,

epi Omne datum opt 142
euan Vado ad eum, 143
dom. quinta
epi estote factores ⁊bi 146
euan Amen amen dico vobis 147
¶In diebus rogationū
epi. Confitemini alterutrum peccata 150
euan. Quis vestrum habebit amicum 151
In festo Ascen
epi Primum quidem, 154
euangeli. Recumbentibus
duodecim 155
dom. infra octa.
Ascensionis.
epi Omnium finis 158
euan Cum venerit 159
dom. Pent.
epi dum complerentur 161
euan si quis diligit 162
Feria secunda Pent.
epist. Præcepit nobis 165
euan. sic deus dilexit 166
Feria tertia Pen.
epist Cum audissent 169
euan Amen amen dico 170
¶ in festo indiuiduæ trinitatis
epi O altitudo, 172
euan erat homo 173
¶ in festo venerabilis sacramenti
epi Conuenientibus 177
euan Caro mea 179
dom. prima post oct.
Pentecostes
epi deus charitas 190
euan Homo quidam 192

Dom.ſecunda
Epi Nolite mirari 195
Euan.Homo quidam 196
Do. tertia
Epi Humiliamini 199
Euangelium, Erant appropinquantes 200
Dom.quarta
Epi,Exiſtimo 202
Euan.Eſtote miſeric. 203
Dom. quinta
Epi. In fide omnes 206
Euan.Cum turbæ irru 207
Dom. ſexta
Epi. Quicunque bapti 210
Euan.Amen amen dico vobis 211
Dom.ſeptima
Epiſt. Humanum dico 212
Euan. Cum turba 214
Dom octaua
Epi. Debitores ſumus 218
Euan.Attendite a 219
Dom. nona
Epi. Non ſimus concupiſcentes 222
Euan.Dixit autem Ie. 223
Dom. decima
Epi. Scitis quoniam 226
Euan.Cum appropinq 227
Dom. vndecima
Epi.Notum vobis facio 230
Euangelium, Dixit Ieſus ad quoſdam 232
Dom.duodec.
Epi. Fiduciam talem 234
Euan. Exiens Ieſus 235
Dom. decima ter
Epi. Abrahæ dictæ 238
Euan. Dixit Ieſus diſc 239
Dom decimaqr
epi. Spiritu ambula 240
euan Dum iret Ieſus 245
Dom.deci. quinta
epi.Si ſpiritu viuimus, ibi
euangelium, Nemo poteſt duobus dominis 247
Dom.dec,ſexta
epi obſecro vos 253
euan.Ibat ergo 254
Dom.dec,ſep
epi Obſecco ego 257
euan Cum intraret 258
Do.dec. oct
epi Gratias ago deo 261
euan Acceſſerunt ad 262
Dom. decima nona
epi.Renouamini 265
euan. Aſcendens Ieſus 265
Do.viceſima
epi. Videte quō caute 267
euan. Simile eſt reg 268
Dom. viceſima prima
epi. Fratres confor 271
euan. erat quidā regu 272
Do.viceſimaſecunda
epi. Confidimus in do. 275
euan.Simile eſt reg, c. 277
Dom viceſimater.
epi Imitatores mei 280
euan Abeuntes phar. 283
Do.viceſimaqrta
epi non ceſſamus 285
euan Loquente Ieſu 286
In feſto Dedicationis
epi Vidi ciuitatem 288
euan egreſſus Ieſus 288
¶De gloriosa ỹg. Ma
epi Ab initio & 291
euan Loquente Ieſ, 293

In Festo Purificat,
Epi Ecce ego mitto 295
Euan Postq̃ impleti 296
In festo Annuntia.
Epi Locutus est do. 299
Euan Missus est ange 300
In festo Visitatio.
Epi. Ecce iste venit 303
Euan. Exurgens Ma. 304
In festo Assumpt
Epi In omnibus re 309
Euan. Intrauit Iesus 310
¶In festo natiuitatis Mariæ.
Epe. Ego quasi vitis. 313
Euan. liber gene. ibid
In festo S. Andreæ
Epi Corde creditur 315
Euan. Ambulans 316
In festo Thomæ.
Epi Iam non estis 320
Euan Thomas autem ibid
In Festo Philippi & Iacobi
Epi Hæc cogitauerunt 322
Euan Non turbetur cor vestrum 323
In festo Iohan. bap
Epi. Andite insulæ 326
Euan Fuit in diebus 327
In festo decollationis Iohan. bap.
Epi Beatus vir 331
Euan Misit Herodes ibid
In festo apostolorum Pet. & Pauli
Epi. Petrus apost 335
Euangelium, Venit Iesus in partes 336
¶In festo sancti Petri
Epist. Seniores qui in vobis sunt 339
Euan. Dixit Iesus Sim. 340
¶In festo Mariæ mag
Epi Sicut per vnius 344
Euan Rogabant Iesum qui dam. 345
In festo iacobi
Epi Quis nos separa 348
Euan. Accessit ad 350
In festo Laur.
Epi. Qui parce seminat 351
Euan, Amen amen dico vobis 353
In F. Bartol
Epi. Verbum crucis 355
euan. Facta est conten. 357
In F. exaltationis sanctæ crucis
epi. Mihi absit gloria. 360
euan. Nunc iudicium 361
In F. Matthæi euang.
epi. Videte vocationē. 363
euan. vidit Iesus ho. 364
In F. Michaelis
epi. Significauit deus 367
euang Accesserunt dis. 368
Omnium sanctorum
epi Et vidi alterum angelorum 370
euan Vidit turbas 372
De apostolis
epi Scimus quoniam diligentibus 375
euan Hæc mando vob. 376
Alia de apostolis
epi Benedictus deus 379
euan, Dixit Simon Pe. 380
De euangelistis
epi. vnicuique nostr. 384

Euan, Designauit 385
De vno martyre
Epi, Benedictus deus 387
Euan, Nolite arbit. 388
Alia de vno mart.
Epi, Memor esto 389
Euan, Nihil opertum 392
De marty. infra
Pasc. & Pen.
Epi, Stabunt iusti 395
Euan, Ego sum vitis 396
Alia de Marty.
Epi, Ideo & nos 413
Euan, Descendens Ies, 401
Alia de mar.
Epi, Doctrinis variis 405
Euan, Confiteor tibi 406
De doctoribus &
Confessoribus.
Epi, Testificor corã deo 409
Euan, vos estis sal. 409
Alia de Confesso,
Epi, Spectaculum facti sumus 418
Euan sint lumbi vestri

FINIS.

¶POSTILLA SEV ENCHIridion homiliarum in Epistolas & euangelia per anni circulum, tam de tempore, quam de sanctis.

¶Dominica prima Aduentus,



DIcite filie Sion, ecce rex tuus venit tibi mansuetus. Matthę. 21. & Zach. 9. Volens apostolus Matthæus rei per Christum gestæ ostendere mysterium, propheticum ad hoc induxit (desolatos per aduentum Christi consolandos ostendens) longe ante factum oraculum, quatenus complementum ipsius cernentes cum gaudio & reuerentia homines ipsum (a pristinis resipiscentes vitijs) reciperent. Vnde Apostolus. Rom. 13. ¶ ⌊Scientes, inquit, tempus quia hora est iam nos de somno surgere⌋ quia in propinquo est mors, iudicium, resurrectio, necesse est a torporis & negligentiæ somno ad charitatis opera surgere. Vnde Gal. 6. Dum tempus habemus, operemur bonum. Venit enim nox quando nemo potest operari. Io. 9. Sed tamen breue tempus, quia hora. Ideo Ecclesiastes 9. Quicquid potest manus tua instanter operare. ⌊Nunc enim propior est nostra salus⌋ æterna vel finis vitæ, Salutis nomine hoc tempus expressit, quia peccantibus illud non saluti sit, sed exitio futurum ⌊quam cum credidimus⌋ causam ergo quare resurgendum indicat, quia per CHRISTVM ianua salutis est aperta, quæ legis tempore fuit clausa. Ideo Ephe. quinto. Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Bene autem operans vicinus est æternæ vitæ, baptismus enim est ad veniam, vita bona ab coronam. Corona enim re-

spondet victoriæ, secunda Timot. secundo. Non coronabitur nisi qui legittime certauerit. Vnde licet baptismus introducat ad vitam, non tamē ad coronam. ⌊ Nox præcessit ⌋ ignorantiæ & infidelitatis fuit, sed modo non est, ideo surgendū. Nox videlicet culpæ, i. Thessa 5. Qui dormiunt nocte dormiunt, & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. Infidelitatis. Eph. 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autē lux in domino. 1. Thessa. 5. Omnes vos filij lucis estis & filij dei, non sumus noctis neq; tenebrarum, Igitur nō dormiamus sicut cæteri, sed vigilemus & sobrij simus. ⌊ Dies aūt appropinquabit ⌋ æternæ beatitudinis. Psalm. Melior est dies vna in atrijs tuis super milia, Appropinquabit dum peccata dimissa, dum iusti per gratiam. Dies gratiæ fidei, cognitionis, exorto sole iustitiæ, Psal, Exortum est in tenebris lumen rectis corde Esa 9. populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnam, propter prædicta ⌊ Abijciamus ergo opa tenebrarum ⌋ Abijciamus longe a nobis opera quæ ex tenebris prodeunt, & in tenebris fiunt, Iohan. 3. Qui male agit odit lucem, Et ad tenebras perducunt, Opera dicit peccati actiões, quæ plurimum hñt difficultatis & negotij, & in maximo sunt cum ī hac vita tum in alia discrimine ⌊ Et induamur arma lucis ⌋ 1. virtutes quæ virtutis sunt opera, quæ nos muniunt contra diabolum ad resistendum, & impugnādum. Vult ergo vti posita nequitia virtutem sectemur. Dicuntur autem arma lucis, qa a deo dantur. Iac. 1. Omne datum optimum & omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum. Et quia contra tenebras muniunt & in luce fiunt Ioh. 3. Qui facit veritatem venit ad lucem. Ac animam illuminant, & ad æternam lucem gducunt. Induamur tanq̄ ornamento ⌊ Sicut in die honeste ambulemus. ⌋ Nihil sic impudentiam parit quam prava opa, vti econtra nulla re magis quam virtute comparatur honestas. Vnde quomō honeste sit ambulandum, ostendit, removendo modum inhonestum ⌊ Non in comessationibus ⌋ 1. conuiuijs luxuriosis ⌊ & ebrietatibus ⌋ non vini potum sed immoderantiam prohibuit ⌊ non in cubilibus ⌋ pigritiæ dormiendo ⌊ & impudicitijs ⌋ luxuria quæ de potu nimio nascitur & ideo quum gulæ vitium cōmemorasset, vitia inde sequentia posuit ⌊ non in contentione & æmulatione ⌋ Sub

latis quæ ex cõcupiſcẽtia prodeunt malis, oſtendit q̃ ab ira naſcuntur. Nam nihil adeo venerem accendit, & iracundiam concitat q̃ temulentia. Exæmulatione contentio oritur, qui enim alteri inuidet, cito ad conuitia deueniet. ¶Sed induimini dñm Ieſum Chriſtum. Id eſt, formam Chriſti Cum nos ſordidis exuiſſet, vt optimis ornet, Chriſtum ꝑ veſte largitur, hoc ſi quis fuerit obductus, omnem prorſus virtutem eſt adeptus.

¶Cum turba cognouiſſet Ieſum eſſe Bethaniæ vbi Lazarum ſuſcitauerat venerunt non propter Ieſum tantum ſed vt Lazarum viderent, quem ſuſcitauit a mortuis. In craſtinum autem turba multa quæ venerat ad diem feſtum cum audiſſent quia venit Ieſus Hieroſolymam, acceperunt ramos palmarum, & proceſſerunt obuiam ei. Iohã 12. Sequitur euangelium hodiernum, Mat, 21, Et cum appropinquaſſet, &c.

¶Hodie ſancta mater eccleſia officium incipit diuinum, quo per quatuor ſolaris anni tempora Chriſto ſponſo ſuo laudes iubilat & decantat, volens per hoc recolere bñficia ſibi impenſa per quatuor tempora magni anni, id ẽ ab origine mundi vſque in finem, Vnde primum dicitur tempus deuiationis ab Adam vſque Moſen, quo parua & in paucis lux fuit cognitionis diuinæ; & repræſentatur a ſeptuageſima vſque Paſcha. Secundum dicitur reuocationis, currens a Moſe vſque ad aduentum Chriſti, & repræſentatur in aduentu. Tertium, dicitur regreſſionis ſiue reconciliationis currens a Natiuitate Chriſti vſq; ad Aſcenſionem, ac repræſentatur ab octaua Paſchæ vſque ad octauam Penteceſtes.

¶Quartum dicitur peregrinationis durans ab aſcenſione vſque ad extremum iudicij diem: & repreſentatur ab octaua Penteceſtes vſque ad aduentum.

¶Cum ergo hoc incipiamus repræſentare tempus quo ſancti patres maximo cum deſiderio Chriſti expectauerunt & expetierunt aduentum: ideo legitur euangelium quo Chriſtus legitur in Hieruſalem veniſſe ad paſſionem, quia cauſa aduentus in carnem, paſſio fuit: vt aſinam & pullum, id eſt, Iudæos & gentiles ad ſupernam duceret Hieruſalem, in quo tria notantur.

¶Primum, Ampla Christi magnificatio. In principio.

¶Secundum, Bona testimonij adaptatio. ibi. Hoc autem totum.

¶Tertium, Clara populi tripudiatio. ibi. Euntes autem discipuli.

¶Quo ad primum, exclamat Psalm. Vbi sunt miserícordiæ tuæ antiquæ domine; & quid velit alio ostendit in Psalm. Ostende nobis domine misericordiam tuam & salutare tuum da nobis; de quo salutari Lu.1. Quia viderũt oculi mei salutare tuum &c. Ideo saluator discipulis dixit Luc.1. Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Nam Ioh. octauo Abraham exultauit vt videret diem meum, vidit & gauisus est. Viderunt autem quidam & oderũt Ioha.15. Et vtinã nõ Christiani mali, de ꝙbus Heb.6. Rursum crucifigẽtes sibimetipsis filium dei, & ostentui habentes: Ideo oculos mentis apponere debemus ad considerandum aduẽtus dominici causam, modum, & receptionem, quæ mystice hic tanguntur; & videbimus iuxta Psalmistam, quia dominus magnificat facere nobiscum. Qui enim proprio filio nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quo modo non omnia simul cum illo donauit. Ro.8. ideo merito lętantes esse debemus pro nostra salute, vnde sequitur:

¶ Quum appropinquasset Hierosolymis & venisset Bethphage ad montem oliueti, tunc misit duos discipulos. Appropinquauit per incarnationis mysterium. Nam in mundo erat, Ioh.1. Vere appropinquauit faucio inter Hierusalem & Hiericho. Luc.10. dicens eis: Ite in castellum quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatã & pullum cum ea, soluite & adducite mihi. Beda: Bene cum ad montem oliueti venisset dominus, discipulos misit qui animalia adducerent, quia non nostris meritis sed sola ipsius gratia ad eum peruenimus. i. Iohan.4. In hoc est charitas dei, non quasi nos dilexerimus deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Mons quippe oliueti, celsitudinem dominicæ dilectionis, qua nos misericorditer visitare & saluare venerat, insinuat. Asina & pullus vtriusq; populi Iudæi f. & gentilis rudia corda designant, quibus ille præsidens a noxia libertate, suo frenans imperio ad visionem super

ñæ pacis adducit: Vterque enim populus funibus peccatorum erat circumplexus, & solutione diuina opus habebat. Iste lege (quam acceperat) male vtendo, ille nunquam accipiendo peccauerat. Rom. 3. Non est distinctio Iudæi & græci, omnes enim peccauerũt & egẽt gloria dei. Prouer. 5 Iniquitates suæ capient impiũ, & funibus peccatorum suorum constringetur. Chryso. Nostra voluntate & negligentia alligamur, sed per dei misericordiam absoluimur Cum enim peccando tradiderit se quis sub regno diaboli iam non potest de potestate eius exire nisi diuino adiutorio. vnde in atrio fortis armati stant ligati. Luc. 11. ⌊ q̊d contra vos est ⌋. 1. e regione, vel aduersum vos est, de quo Mat. 10. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum & c. eritis odio omnibus hominibus propter nomen meũ, Ioh. 15. Si mundus vos odit, scitote quia me priorẽ vobis odio habuit, Si de mundo fuissetis, mũdus vtique quod suum erat diligeret. In hoc castello ligati sunt, Gen. 6. 7. 8. sensus & cogitatio cordis humani in malũ prona sunt ab adolescentia. An non ligatus qui ait Roma. 7. Non enim quod volo bonum hoc ago, sed quod odi malum illud facio, sed quid subditur: Infœlix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum dominũ nostrũ. ideo sequitur. Soluite autoritate mea non vestra. Chrysost. Soluite quomodo? per vestram doctrinam. Iudæos ab onere legis Act. 15. Gentes ab idolorum cultura, ad dei cognitionem & euangelij libertatem Duos misit, quia per duo generalia mandata omne genus humanum a peccato absoluitur, Diliges dominum deum tuum ex tota anima, &c. & proximum sicut teipsum. Mat. 22. In his duobus omne peccatum excluditur, & omnis iusticia consummatur. Aut certe alia duo. Quod tibi oderis, fieri alteri ne feceris, Tob. 4. & Mat. 7. Omnia quæcũq; vultis vt faciant vobis homines, ita & vos facite illis. Hæc est em̃ lex & ꝓphetę. Item duo signat testamenta. Iusticia em̃ euãgelica, ꝑ legem & prophetas testificata ẽ. Rom. 3. Vnde Mat. 13. Omnis scriba doctus in regno cœlorꝫ similis ẽ homini patrifamilias qui profert de thesauro suo noua & vetera. Voluit ad se adduci, nõ ad alios q. d. ad ministerium meum & gloriam meam non vestrã ⌊ Et si qs aliqd vobis dixerit; dicite qa dñs his opus habet, & cõfestim dimittet

eos. ¶Soluendi sunt non ad libere male agendum, sed bene, quia dominus opus habet, Christus dominus omnium & hominum & iumentorum. Meus est ait enim orbis terrarum & plenitudo eius. Nam & peccatores quidem conditione mei sunt, voluntate autem sua diaboli. Iustum est autem vt creatura suo quandoq; deseruiat creatori, q̃d pulchre apost. ¶Rom. 6 ostendit, d Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Ecce per quos dominus ligatos soluit, per suos vtique discipulos quos ad hoc destinauit. Sed Ioha. 15. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem. Non ergo ambitiosi de quibus Hiere. 23. ¶Non mittebam prophetas & ipsi currebant, non loquebar ad eos & ipsi prophetabant. Sed a quibus mittendi audiamus dominum Mat. 9. Videns turbas misertus est eis, quia erant vexati iacentes sicut oues nõ habentes pastorem. ¶Tunc dicit discipulis suis, Messis quidẽ multa, operarii aũt pauci. Rogate ergo dñm Messis, vt mittat operarios in messem suã, ergo a dño messis mittẽdi.

¶Quo ad secundũ dicitur, 2. Pe. 1. Habemus firmiorẽ ꝓphetic̃ sermonem, cui benefacitis attẽdentes q̃si lucernæ lucẽti in loco caliginoso, Psa. Lucerna pedibus meis verbũ tuum, & lumen semitis meis. Adhibetur ergo huic facto, ꝓphetæ testimonium, vt appareat dñm quidem in omnibus quæ de ipso erant scripta complesse, sed inuidentes scribas & pharisæos ea quæ legebant intelligere non potuisse. Cũ enim ob viæ breuitatem non indigeret asino ad equitandum, patet mysticam hoc in facto fuisse intelligentiam, q̃d scilicet sessurus foret in cordibus Iudæorum & gentium per fidem quos in vnum duceret ouile Io. 10. ¶Filia ergo Sion, ecclesia est fidelium ad supernam pertinẽs Hierusalẽ, q̃ mater oĩm nr̃m, cuius tũc portio nõ minima in pop. Isra el, habens regem mansuetum, qui non terrena immitibus, sed cælestia dare mansuetis regna consuenit, psal. Mãsueti aũt hereditabunt terram & delectabũt in multitudine pacis, vnde seq. ¶Hoc autem factum est vt adimpleretur q̃d dictum est ꝑ prophe. d ¶Zac. 9. ¶Dicite filiæ Sion ¶ne obliuiscatur, & recipiat venientem ¶Ecce rex tuus ¶In præsenti Esa. 52. Ego ipe q̃ loquebar, ecce adsum, Vere rex regum &

dominus dñantium. Apoc .19, Habens ptãtem super corpus & animam Mat.x.& Lu. 12. tuus si agnoueris in bonũ, sin aũt ideo seq· ⌊venit tibi⌋ non vt suscitet bella, imponat exactiones vel affligat, sed ad vtilitatem tuã, .i. vt diabolum a primatu mundi eiiceret, Ioh, 12. Iã princeps mundi eiicief foras, 2. vt regnũ pcti destrueret, Ioh.1. Ecce agn⁹ dei, ecce q tollit pcta mundi, 3. vt cæleste regnũ daret, Lu. 12. Cõplacuit patri vestro dare vobis regnũ, Sed quia Iudæi Christũ nõ receperũt ,p maiori patre, ideo regnum diaboli manet super eos, quia spũs īmundus, iuxta saluatoris testimonium, Mat, 12. septẽ nequiorib⁹ assumptis ipsos inhabitat & regnum pcti manet super eos, Ioh, 8, Dixi vobis quia in peccatis vestris moriemini Et regnum cæleste ablatum ẽ, Mat, 21. Auferet a vobis, &c Venit ergo mansuetus, vt non timeretur: sicut Adam transgresso mandato cum audiret vocẽ dñi deambulantis in paradyso ad auram post meridiem, abscondit se cum vxore sua a facie domini dei in medio ligni paradysi, audiensque vocem domini vocãtis. Adã vbi es? respõdit, domine audiui vocẽ tuã & timui; sed magis vt amaretur propter mansuetudinem, Io, 3 Non enim misit deus filium suum vt iudicet, &c, Vnde Lu. 9. Cum discipuli contra eos, qui ipsos non recepẽrãt Ia, 5, & Io, dicerent; Vis domine dicimus vt descendat ignis de cælo & consumat illos? conuersus increpabat illos, d, Nescitis cuius spiritus estis. Filius hois non venit aĩas perdere, sed saluare; Vere mansuetus & pius; ideo Mat, xi, Discite a me quia mitis sum &c, ⌊Sedens super asinam & pullũ filium subiugalis⌋ Corporaliter super vtrumq; simul sedere non potuit, sed spiritualiter super iudæos & gentiles in præcordijs eorum habitando, vt dicat illud, Mat, xi, Tollite iugum meũ super vos. Mansueti mansuetum portare debẽt; qui eos vocauit non vt puniat propter pcta eor⁹, sed vt requiescat in eis propter mansuetudinem.

¶Quo ad tertium dicit Psal, Exultent & lætentur super te omnes quærentes te domine, sic ergo apostoli vna cum turbis gaudentes, dominum in Hierusalem deducebant; spiritusancto nimirum instigati: vnde sequitur modus ⌊ euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis iesus ⌋ soluendo & quærentibus respondendo, vt dicitur Marc.ii, ⌊Et adduxerunt asinam & pullum⌋ Quod apo-

ſtoli fecerunt miniſterium quidem fuit illoꝝ, virtus autem & autoritas Chriſti. Sic quod ſoluerunt Iudæos & gentes prima quidē facie videbatur opus illorum: reuera autem opus & virtus fuit Chriſti. nec enim totum mundum ſub poteſtate diaboli ligatū ſoluere potuiſſent, niſi gratia Chriſti virtutem contregiſſet inimici. ⌊Et impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua, & eum deſup ſedere fecerunt.⌋ Non ipſi ſederunt. 1. Pet. 5. Neq; vt dominantes in cleris, ſed forma facti gregis ex animo. Sicut nuditatis turpitudo veſtimento tegit, ſic naturalia mala carnis noſtræ, p̄ceptis & gratia diuina teguntur. Eramus enim natura filij iræ ſicut & cæteri, Epheſio 2. Poſuerunt ergo veſtimenta, id eſt, mandata & gratias quas acceperunt ipſis tradiderunt. Nec enim requieſcere in eis potuiſſet Chriſtus, niſi eius mandata fuiſſent in eis, quia non regnum Chriſti eſſet in eis, ſed potius regnaret peccatū in mortali corpore ad obediendum cōcupiſcētijs eius, quod Apoſt. ſolicite prohibet: Ideo ipſe ait Ioh. 14. Si quis diligit me, ſermonē meum ſeruabit, & pater meus diliget eum & ad eum veniemus & māſionē apud eum faciemus. ⌊Plurima autē turba ſtrauerunt veſtimēta ſua i via: alij aūt cædebāt ramos de arboribus & ſternebāt i via.⌋ vnuſquiſq; pro modulo ſuo honorē Chriſto ip̄endebat in bonis & in corpore. vnde ſequitur ⌊turbæ autem quæ præcedebant, & quæ ſequebantur, clamabant dicentes: O ſanna filio Dauid, bñdictus qui venit in nomine domini.⌋ Quid hæc niſi corpora & bona ſanctoꝝ deſignāt, quę ip̄i p̄ honore Chriſti hic in via ſternūt vel per martyriū vel in paupm ſubſidium. Arborum rami patrum ſunt dicta & exempla præcedentium. Vna aūt eademque confeſſionis voce laudabant dominū, qui p̄cedebant & qui ſequebātur, quia vna nimirum eſt fides eorum, qui ante incarnationem & qui poſt fuerunt patrū: quamuis ſacramenta pro temporum varietate habuerint diuerſa, vnde Petrus ait Actuum 15. Per gratiam domini noſtri Ieſu credimus ſaluari, quemadmodum & illi: In nomine domini dei patris: vnde Iudæis dixit Iohannes quīto. Ego veni in nomine p̄ris mei, & non recepiſtis me: alius veniet in nomine ſuo, & illum recipietis. Venit enim in nomine patris quia in omnibus gloriam ipſi⁹ q̄ geſſit, & dixit, promo-

uit. Quod in laudis prosecutione subiungitur. Osanna in altissimis perspicue docet aduentum domini in carnē, nō solum humani generis in terra, sed & angelorū in cælis esse salutem, quia dū nos redempti ad supna reducimur, eorum profecto numerus qui Satana cadente erat minoratus impletur: vnde Ephe. 1. Instaurari omnia in Christo quæ in cælis, & quæ in terra sunt in ipso. Bernar. Isti laudantes clamabāt de aduētu Christi: Osanna quod qui dem interpretātur gloriam, alīs redemptionem: alīs saluifica, siue saluum fac obsecro. Nam & gloria illi debetur & redemptio illi cōuenit, qui omnes redemit & preciosa sui sanguinis effusione saluauit. Venit ergo vtiliter ligatos soluendo, venit humiliter imitatores instruendo, suscepturus differenter superbis reprobatis humilibus inhærendo. Superbos enim Pharisæos in obstinatione relinquens, paruulos & simplices in sui laudem & cognitionē spiritu s. operante incitat. Igitur cum omni humilitate & spīs iucunditate, iam factū nos recolere decet, vt spiritualem eius per gratiam in nobis aduentum habere mereamur. Esa. 40. Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Syon: exalta in fortitudine vocem tuam tu qui euāgelizas Hierusalem: exalta noli timere, dic ciuitatibus Iuda: ecce deus vester. Ecce dominus deus in fortitudine veniet & brachium eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo & opus illius coram illo.

¶Dominica Secunda.

ERunt signa in sole & luna & stellis & in terris pressura gentiū. ⌊ Lu. 21. Volens Saluator fideles paratos erga suū esse aduētum, signa nō tam varia quam horrida ipsum p̄cedentia indicat, quatenus ipsis visis & cōsideratis boni cōsolationē, mali vo vitæ concipe rent correctionē. Vnde Apo. Ro. 15. ¶Quæcunq; inquit, scripta sunt ⌋ de Christo & alīs, cuius vita vitæ nostrę & mor⁹ est disciplina ⌊ ad nostrā doctrinam scripta sunt ⌋ .i. vtilitatem. 2. Ti. 3. Omis sciptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendū, ad corripiendū, ad instruendum, in iusticia, vt pfectus sit hō dei ad ofne opus bonū instructus ⌊ Vt p patientiam ⌋ quā docent scriptu ræ de Christo & alīs. Iac. 5. Ecce patientiā Iob audistis, & finē dñi vidistis ⌊ & consolationem scripturarū spem

EPIST.

habeamus ⌋ vt scripturæ hortatu validiores effecti to-
leremus ostendentis spem nobis stabilem esse. Siquidem
qui sustinet, futura sperare videtur, sicut impatiens a spe
excidisse. ⌊ Deus aũt patientiæ ⌋ dator & solatij in aduer
sis. Tobi. 3. Post fletum & lachrymas gaudium & exulta-
tionem infundis. 2. Cor. 1. Benedictus deus & pater dñi
nr̃i Iesu Christi pater misericordiarꝝ, & deus totius con
solationis qui consolat̃ nos in omni tribulatione nostra,
⌊ det vobis idip̃m sape ⌋ q. d. nisi idem sapiatis deum ho
norare nõ poteritis ⌊ In alterutrꝝ secundum Iesum Chri
stum ⌋ .i. vn⁹ sicut alter. Illud em̃ certioris charitatis in
dicium, q̃d de se qspiam sapit, idem de ꝓximo sentiat, &
quia alius est qdam amor mundanus intulit scd̃m Chr̃m
.i. q̃ illi placita secundũ eius fidem, & doctrinam nõ p̃ter
⌊ Vt vnanimes ⌋ q̃tum ad identitatẽ credulitatis vna vo
luntate ⌊ vno ore ⌋ eadem vocis confessione. Ro. 10. Cor
de credit̃ ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem
⌊ honorificetis ⌋ q̃ntum ad identitatem opis, qa fides si
ne operib⁹ mortua est. Iac. 2. ⌊ Patrem deum & patrem
dñi nostri Iesu Christi ⌋ Deum scd̃m humanitatem, patrẽ
secundum diuinitatem. Ostendit secundo quõ deum ho-
norare debem⁹ in suis membris ⌊ Propter q̃d ⌋ vt deum
honorificetis ⌊ suscipite inuicem ⌋ ꝓcurando charitatiue
alterius bonum ⌊ sicut & Chr̃s suscepit vos in honorem
dei ⌋ pœnam sustinendo ꝓ pctis nr̃is, vt faceret immor-
tales. Chr̃m in exemplum inducit. Id sane, inqens, cum
vobis inuicem opem tuleritis deo in gr̃am cedit. ⌊ Dico
em̃ Chr̃m Iesum ministrꝝ fuisse circuncisionis, ꝓpter ꝟita
tem dei ad cõfirmandas promissiões ⌋ Oñdit Chr̃m haud
q̃q̃ sibi ñp̃i gessisse morem, sed nr̃i poti⁹ gr̃a oĩa tolerasse.
Verꝝ cũ omnes q ex Abraham pctis essent obnoxij, Chr̃s
circuncisiõem suscepit Abrahæ semen effectus: dei irã dis
soluit, effecitq; nos ad excipiendas promissiões idoneos.
Ob id circuncisiõem suscepit, vt ꝟa dei redderet ꝓmissa.
Mat. 15. Non sum missus nisi ad oues q̃ perierunt domus
Israel, promiserat em̃ Abrahę. Gen. 22. In semĩe tuo bñdi
cent̃ oẽs gen. Dauid p̃s. 131. de fructu ventris tui ponã su
per sedem tuã. Lu. 1. & dabit illi dñs deus sedem p̃ris sui.
Itẽ: Sicut locutus est ad patres nr̃os. Non ergo respuit Iu
dæos qbus proprie ꝟitas, gẽtibus mĩa quibus nulla pro-

missio. Licet .n. salus Iudæis & gentibus sit ꝑ viam grãæ simplr, tñ q̃tum ad Iudæos est q̃dam rõ debiti, in q̃ntum ad dei ꝑtinet veritatem promissa implere in lege & prophetis facta. ⌊Gẽtes autẽ dico honorare deum sup mia⌋ .i. de mia eis facta ⌊sicut scriptum est, Propterea confitebor⌋ .i. faciã tibi confiteri .i. te laudari, confessio .n. non tm̃ pctõꝝ, sed & laudis est ⌊in gentibus dñe & nomi tuo cantabo⌋ cum læticia te laudando. ⌊Et iteꝝ dicit⌋ Esa. 35. ⌊Lætami gentes cum plebe eius⌋ qa assumpti estis vt sitis vnum ouile cum Iudæis ⌊Et iteꝝ Da. Laudate dñm oẽs gen. & magnificate eum omnes ppli⌋ quia auxit populum suum gentibus adiectis. His oibus oñdit autoritatibus ꝙ gentes maxie tenent ad agendum grãs deo. ⌊Et rursum Esa. ait. 11. Erit radix Iesse⌋ pr Dauid qui & Isai ⌊& qui exurget⌋ ex illa radice cui⁹ Dauid arbor Maria ramus. Egredieť ẏga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Nam secundum carnẽ de ista exijt radice. ⌊Regere gẽtes⌋ Psal. Reges eos in ẏga ferrea. Exurrexit per resurrectiõem a mortuis, quia post eius resurrectionem gentes conuersæ sunt; Vñ sequit ⌊in eum gentes sperabunt⌋ Gen. 49. Ipe erit expectatio gentium, quia per ipm vocati ad fidem hñt spem consequendi vitam btãm ⌊Deus ãt spei⌋ qui dat in q̃ sperandum summe ⌊repleat vos omni gaudio⌋ spirituali & perfecte credendo, & pace .i. vt possitis gaudere, pacem & concordiã adinuicem habere: & hoc erit si sit sana fides, q̃ ista operat; Orat vt deus det eis grãm. ⌊Vt abundetis in spe⌋ .i. per ista habita, s. pace in credendo, certiores sitis de æterna beatitudine, ⌊& abundetis in ẏtute ss.⌋ .i. fortitudine bonæ opationis q̃ dat per ss. cuius sunt principalr opera meritoria.

¶Quum dominus obscribarum pharisæorumq; peccata templum dixisset deserendum ac destruendum, Discipulis ab hoc mirantibus & ædificationes ostendentibus, dixit videtis hæc omnia. Amen dico vobis nõ relinquetur lapis sup lapidem. Matt. 24. Vnde moti discipuli in monte oliueti secreto interrogauerunt de tribus. s. destructione templi. Dic nobis quando hæc erunt. De aduentu ipsius. Et quod signum aduentus tui. Consummatione seculi. Et consummatiõis seculi. Vnde Christus rñdit: In illo tpe dixit Iesus discip. suis. Erunt signa &c.

¶Dominica præcedẽti, ꝓposuit nobis sancta mater ecclesia aduẽtum Christi in carnem in qua maximam suam ostendit dilectionem, vt ipsum diligerem⁹, quia prior dilexit nos. 1. Iohan. 4. In hodierno quia quidam duræ sunt ceruicis, terribilem eius ad iudicium proponit aduẽtum, vt vel sic territi, & si nõ amore, saltẽ timore moueamur a peccatis desistere: & ꝓ bona opera nos ꝑparare, in q̃ tria

¶Primum, Diuersa signorum variatio. In principio.

¶Secundũ, Eximia Christi magnificatio. ibi. Tũc videbũt

¶Tertium, Firma bonorum consolatio. ibidẽ. His autem fieri incipientibus.

¶Quo ad primũ ait Psal. Dixit insipiens in corde suo, non est deus, Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studijs suis. Vere insipientes, qui ita terrenis dediti sunt voluptatibus, quasi non sit deus iudicans eos in terra: vnde quamuis certissime hæc miranda contingant & multiplicia, sic tamen fient vt a multis pro talibus non habeantur. Ambo enim per Christum & apostolos prędicta signa. s. & eorum neglectus. Iudicij incertitudo, & inopinatus aduentus, vnde dominus Lucæ 17. Sicut factum est in diebus Noe, ita erit & in diebus filij hominis. Edebant & bibebant, vxores ducebant, & dabantur ad nuptias, vsq; in diem qua intrauit Noe in arcam, & venit diluuium & perdidit omnes. Gen. 7. Similiter sicut factum est in diebus Loth. Edebant & bibebant, emebant & vendebãt, plãtabant & ędificabant, qua die autẽ exijt Loth a Sodomis pluit ignem & sulphur de cælo, & omnes perdidit, secundum hæc erit qua die filius hominis reuelabitur. Gene. 19. Vñ erunt tunc mundo & carni seruientes q̃si in longin quũ dies distet iudicij. 1. Tess. 5. Dies domini sicut fur in nocte ita veniet. Qui venit quando minus præsumitur. vnde dominus Lu. 21. Cauete autem ne corda vestra grauentur crapula & ebrietate & curis huius seculi: quasi diceret, quæ maxime tũc vigebũt. Causam addit, ne veniat super vos repẽtina dies ista. Tanquam laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terræ. Di-

EVANG. cit ergo. ¶Erunt signa. ⌊ Signum dicitur q̃licet in se sit aliquid, tamẽ ad aliquid signãdum assumitur. Ponit aũt quatuor genera signoꝝ, Primũ in cælesti creatura corporea. ⌊ In sole, luna, stellis. ⌋ Quę in principio mundi crea

ta sunt, vt dicitur Gen.1. Vt lucerẽt sup̃er terram & diui derent diem & noctem & essent in signa & tempa & dies & annos. Sed hic aliter erunt in signum desolationis & finis per obscurationem. In sole. Matt.24. Sol obscurabit in signum criminalis vitæ in peccatoribus, quare & in te nebras mittentur exteriores. Luna, Ibidem & luna non dabit lumen suũ, quia habet a sole quo obscurato luna ob scuratur. In signum subtractiõis salutaris influentiæ gratiæ diuinæ in peccatoribus. Cum autem peracto die iudicij clarescente die futuræ gloriæ fuerit cælum nouum & terra noua. Tunc erit lux lunæ sicut lux solis & lux solis septempliciter. Esa.30. Stellis. Mar.13. & stellæ cæli decidẽt, Nõ secundum substantiam sed apparentiam, quia vapores eleuati & inflãmati cadunt ex aere, tunc tamen plus solito in signum quod plurimi cadunt de firmamento ecclesiæ. Secundum in corporali corruptibili. Et in terris pressura gentium. Angustia primo ob bellorum multitudinem Mat.24. Consurget gens in gentem, & regnum ad uersus regnũ. Maxime antichristi psecutionem, quia erit tribulatio ꝗlis non fuit ab initio mundi neq; fiet. Ibidẽ. Secũdo pestilẽtiæ magnitudinẽ. Mat.24. Et erũt pestilentiæ & fames. Tertio mũdi & fluminũ cõmotionem. Mat.24. Et terræmotus p̃ loca. Præ confusione sonitus maris & fluctuum. Vñ & de maritimis locis fugiẽt ad mediterraneas regiones ob horribilem fluminum turbationem. Vere aũt in terra p̃ssura est gentium. 1. gentiliter viuenti um. Electi eñ rapient Chso obuiã in aera. 1. Thess. 4. pctõ ribus in terra quã dilexerunt remanẽtibus in confusionẽ ipsoꝝ. Tertium in homie. Arescentibus hominibus pre timore & expectatione quæ supuenient uniuerso orbi. Vehemens animi anxietas ac reꝝ desperatio corripiet oẽs gentes intumescente mari, tristiq; tragore resonantibus fluctibus, hæc & huiusmodi portenta q̃se, pferẽt vndiq; ex oi pte mundi, declarabũt iugiter terribilẽ ultionem dei, eoq; mortales extabescẽt p̃ tristitia q fiorũ vana in mundo lætitia. Esa.13. Omnes manus dissoluent & oñe cor homis cõtabescit & contrahitur, quasi partu rientes dolebunt, vnusq; ad proximum stupebit (præ timore, & expectatiõe) peiora. n. mala futura timebunt. Sempenim p̃sumit sæua perturbata conscientia. Sap.17.

Esa.13. Visitabo, dicit dñs, sup orbis mala & contra impi os iniquitates, & requiescere faciã superbiã infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo. Arescent ergo p timo re pñtium, & expectatione futuroꝝ. Prou.17. Animꝰ gau dens ætatem floridã facit, spūs tristis exiccat ossa. Supue nient dicit ex omni, s. parte, & hoc vniuerso orbi, vt nul lus pateat effugiũ locus. Nam per crebra mala q̃ pueniunt indicantur mala perpetua q̃ sequunt. Imminet aũt pctõri bus terror & angustia vndiq;. Supra in luminariũ obscu ratione. Circa se in gentium comꝑssione. Intra ex arefa ctione. Greg. Redemptor nr̃ paratos nos inuenire defide rans senescentem mundum q̃ mala se q̃ntur denunciat, vt nos ab eius amore compescat. Hæc solicita mente pensa re debemus, vt ad cautelæ studium mentes nostræ cuigi lent, ne securitate torpeant, ne ignauia languescant, sed sp eas timor solicitet, & in bono opere solicitudo confir met hæc. Quartũ, Angelis. ⌊ Nam ỹtutes cæloꝝ mouebunt. ⌋ Quid mirum si in expectatione diuini examinis, q in mundo fuerint, exarescent: si fides q̃ sine opibus fue rat, emarcescet, nam angelicę ptãtes mouebunt, vel timo re reuerentiæ, maiestatem & ptãtem iudicis contemplan tes, Iob. Columnæ cæli cõtremiscunt & pauẽt ad nutum eius: vel effectu, exequendo ministerium consummatio nis mundi & innouationis scu resurrectionis naturę hu manæ. Mat.13. In consummatione seculi exibunt angeli, & colligent de regno eius oĩa scandala, & eos q faciunt iniqtatem, & mittent eos in caminum ignis. 24. & mittet angelos suos cũ tuba & voce magna, & congregabũt ele ctos eius a q̃tuor ventis a summis cæloꝝ vsq; ad termi nos eoꝝ. Chrys. Si rege terreno ad expeditionẽ surgẽte: totus cõmouet exercit⁹, & tota ciuitas secum, q̃to magis rege cælorũ surgente ad iudicium, ỹtutes cælorum mo uebunt. Ad literã. 2. Pe. 3. Cęli magno impetu soluent &c.

¶ Quo ad scđm att Psa. Deus noster manifeste veniet, deus noster & nõ silebit. Ignis in cõspectu ei⁹ exardescet, & in circuitu eius tẽpestas valida. Vñ segtur ⌊ Et tũc ⌋ nõ añ. 2. Thess. 2. Nisi discessio primũ venerit &c. Nescit aũt q̃n ⌊ videbunt filiũ hoĩs ⌋ 1. ỹginis. Nam nos filꝝ sumus hoĩm. Ioh. 5. Ptãtem dedit ei iudicium facere: quia filius hoĩs est. In forma eñ hũana q̃ & iudicatus est iniuste, iu-

dicabit iuste. in q̃ a bonis & malis videbit nõ in humilitate q̃ iudicatus sed claritate q̃ exaltatus. Phi. 2. Exinanĩuit semetipm formã serui accipiens in similitudinẽ hoim factus, & habitu inuẽtus ut hõ, humiliauit semetipm, factus obediens usq; ad mortem &c. Apo. 1. Videbit eũ oĩs oculus, & qui eũ pupugerũt. Vt iusti de muñere retributi onis gaudeant, iniusti de ultione supplicĩ in ꝓpetuũ gemant. Qui ergo nũc aspnati sunt placidũ filiũ hominis mitem & humilẽ, ac bñficum, tunc videbunt eum sed suo malo sublimem [venientem ĩ nube] vbi tanq̃ in throno sedebit. Ecc. 24. Ego in altissimis habito, & thronus meus in columna nubis. Vna causa secũdum Originem quia ad Christi honorem nubes in eius ascensione ipm suscepit: ĩta & ad iudicium deducet. Actu. 1. Hic Iesus qui assumptus est a vobis ĩ cælum, sic veniet quemadmodum vidistis eũntem in cælum. Altera quia claritas ipsius non nisi nube obumbrante videri potest sicut solis, maxime a peccatoribus. quia corporalis erit visio filĩ hominis. Quanto ãt humilior primus, tãto sublimior secundus erit aduentus. vnde sequit. [Cum potestate magna & maiestate] vere magna potestas, cum vniuersos reges & tyrannos ĩmo tyrannorum caput diabolum cum vniuerso suo iudicabit & damnabit corpore: pater enim omne iudicium dedit filio. Iohan. 5. Matthæi. 28. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Gregorius. In potestate & maiestate visuri sunt, quem in humilitate positum audire noluerunt, vt virtutem eius tanto districtius sentiant, quanto ceruicem cordis ad eius patientiam nunc nõ inclinant. Maiestas cõsistit in gloria ipsius & multitudine comitantium. Matt. 25. Cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo: tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, & congregabunt ante eum omnes gentes, & separabit eos abinuicem, sicut pastor separat oues ab hœdis, & statuet oues quidem a dextris suis, hœdos autem a sinistris. 19. Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. O quãta gloria quod toti mundo despecti prę omnibus erunt electi. Gaudeant ergo humiles, timeant superbi qa dciecti erunt.

¶Quo ad tertium. Exultabundus ait Psalm: Deus no-

ster refugium & virtus, adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis: ꝓpterea non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris. Sonuerunt & conturbatæ sunt aquæ eorum, cõturbati sunt montes in fortitudine eius: vnde dominus ⌊his autem fieri incipientibus⌋ his signis fieri inquam incipientibus non finitis ipsis ⌊Respicite & leuate capita vestra⌋ per spem & consolationem, non per superbiam vos pñ & spirituales peccato, mundo, diabolo, impugnati & liberari optantes. Matth. 6. Libera nos a malo. 2. Tim. 4. De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Non solum autem mihi sed & ijs qui diligunt aduentum eius. Econtra mundani carnales & superbi odientes aduentum lugeant. Cum ergo peccatores tabescent, attendite diligenter & leuate capita vestra, non deprimite tanquam confusi aut confundendi, sed cum gaudio leuate. Esa. 65. Gaudete cum lætitia qui in tristitia fuistis. ⌊Quoniam appropinquat redemptio vestra.⌋ Leuate capita vestra ad cælestem illã Hierusalem, quoniam prope erit regnum dei, in quo nulla iam erit malorum afflictio, sed perpetua tranquillitas & æterna felicitas. Licet enim per passionem Christi facta sit redemptio, nondum tamen plenarie huius cõsecuti sumus pfectionem, donec nouissima destruatur inimica mors, & mortale hoc induat immortalitatem. 1. Cor. 15. Quod fiet quãdo creatura liberabitur a seruitute corruptionis Rom. 8. Sicut enim primus aduentus in redemptionem fuit animarum. Luc. 9. Filius hominis nõ venit animas perdere, sed saluare. Ita secundus erit ad perfectam tam animarum quam corporum salutem & reformationem, Phil. 3. Saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Grego. Cum plagæ mundi crebrescunt cum terror iudicij virtutibus commotis ostẽditur, exhilarate corda vestra: quia dum finitur mundus, cuius amici non estis, prope fit redemptio quam quæsistis. Qui aũt appropinquante mundi fine non gaudet, amicum se illius testatur, atq; per hoc inimicus dei esse conuincitur, Iac. 4. Qui voluerit amicus esse huius seculi, inimicus dei constituitur. Sed quia diui

na promissa ob sui magnitudinem non capiuntur, nisi cō
gruis declarata exemplis, subdit naturalem comparatio
nem. ⌊ Et dixit illis similitudinem. Videte ficulneam &
omnes arbores cum producunt iam ex se fructum, scitis
quoniam prope est æstas ⌋ in qua matureſcāt & colligan
tur. ⌊ Ita & vos cum videritis hęc fieri, scitote quoniam
prope est regnum dei. ⌋ Cum videritis euenire quicquid
hactenꝰ prædictum est a prophetis, & a me, credite haud
dubie hæc ventura quæ nunc p̄dixi, Greg. Sicut ex fru-
ctu arborum vicina æstas cognoscitur, ita ex ruina mun
di prope esse cognoscitur regnum dei. Comparatur æsta
ti regnum dei propter fructuum vbertatem, Apoc. 22. Ex
vtraq; parte fluminis lignum vitæ, Psal. Satiabor cum
apparuerit gloria tua. Propter claritatem, Apoc. 21. Ciui
tas illa non eget sole neq; luna vt luceant in ea. Nam cla-
ritas eius est agnus. Propter iucunditatem, Apoc. 21. Ab
sterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum. Gre.
Regnum cœlorum æstati comparatur, quia tunc mœro
ris nostri nebulæ transeunt, & dies vitæ æterni solis cla
ritate fulgeſcit. Hoc regnum quotidie petimus, dic. Ad
ueniat regnum tuum, Matth. 6. In quo nulla erit malo-
affictio: sed perpetua tranquillitas & felicitas, quare sci
tote, quia iam non erit amplius malis vis affligendi bo-
nos, sed impij pœnis afficientur æternis, pij gaudijs fru
entur vitæ perennis. Confirmat p̄missa, dicens, ⌊ Amen
amen ⌋ .i. veraciter ⌊ dico vobis quia non præteribit ge
neratio hæc ⌋ .i. totum genus humanum, quia aliqui re-
manebunt prędicta videntes, Et licet aliqui per Antichri
stum & suos seducantur, tamen p Enoch & Heliam, mor
tuo Antichristo conuertentur; vel gens Iudæorum, quia
cum plenitudo gētium intrauerit, tunc omnis Israel sal
uus erit, Rom. 11. Vel specialiter gens noua ecclesiæ quæ
duratura est in finem, & hæc visura ⌊ donec omnia fi-
ant. ⌋ Non simul & semel, nec cum eis veniet. Nam prope
dicitur tunc esse regnum dei in ostijs, Marc. 13. Dies iudi
cij ⌊ Cælum & terra transibunt ⌋ non quantum ad sub-
stantiam qua in æternum stabunt, Eccleſiastes. 1. Terra
in æternum stat: sed secundum formā & qualitatem, gā
igne conflagrationis aer & terra purgabuntur, & feces
cum damnatis in infernum proficientur, Apoc. 21. Vidi

cælum nouum & terram nouam. Sequitur: Ecce noua facio omnia. Præterit enim figura mundi huius, 1. Cor. 7. ⌊verba autem mea non transibunt⌋ Hierony. Facilius est transire terram quam Christi verba. Nam si omnia q̃ in lege & prophetis scripta sunt implebũtur, quomodo Christi verba quæ personaliter loquutus est, non adimpleri debeãt? Ergo Christi verba non transibunt incompleta, sed etiam minima litera complebitur. Matth. 5. Iota vnum aut vnus apex non præteribit a lege donec omnia fiant.

¶Dominica Tertia

CVm audisset Iohannes in vinculis opera Christi mittens duos de discipulis ait illi: Tu es qui venturus es an alium expectamus? ⌋ Matth. 11. Attendens Iohānes discipulos suos ob magnam de se conceptam opinionem, minus de Christo, in salutis suæ dispendium sentire, per quæstionem ad Christum per ipsos factam, huic mederi vulneri curauit: vt responsione ipsius in vera solidarentur informarenturq; fide. Humanus siquidem animus affectiones vt sæpe sequens, periculose de alijs iudicat. Ideo apostolus Corinthijs scribens, ait: 1. Co. 4. ¶Sic nos existimet hõ vt

EPIST. ministros Christi. ⌋ Nec maioris nec minoris faciendo. Hoc & Iohannes de se sentiri optabat. Licet illi ecclesiæ ministri non sint principales operarij, deo tamen cooperantur inquantum populo ministrant sacramenta & doctrinam. ⌊Et dispensatores ministeriorum vel mysteriorum dei⌋ vnde medij inter deum & populum, sicut dispensator inter dominum & familiam. Ideo non passim & indiscriminatim est cunctis ministrandum. Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus, neq; mittatis margaritas ante porcos. Non autem debent esse dissipatores. Luc. 16. Homo quidam habebat villicum, hic diffamatꝰ est apud illum quasi dissipasset bona sua. O deus quot hodie sunt tales. ⌊Hic iam quæritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur⌋ Ne quæ domini sunt sua faciat, neque vt dominus ea pertractet. Lucæ duodecimo. Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituat dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram. Romanos duodecimo. Qui præest in solicitudi-

ne. ⌊ Mihi autem pro minimo est, vt a vobis iudicer ⌋ hoc non dicit purgandi se gratia, sed ne sui exemplo alios diiudicando incessant ⌊ aut ab humano die, ⌋ id est, hominibus dum sunt in suo die, & non est dies domini: vel quouis homine, etiam claro intellectu. ⌊ Sed neque meipsum iudico ⌋ qui tamen melius me noui. Licet homo seipsum iudicare debeat iudicio discussionis propriæ conscientiæ, prima Corinthios vndecimo: Si nosmetipsos, dicit, iudicaremus, non vtique iudicaremur. Non tamen absolutione a culpa se omnino innocentem reputando, quia dicit Ecclesiastes nono: Nescit homo vtrum amore, an odio dignus sit. Ideo multo minus de secretis alterius cordis iudicare debet, quia hoc proprium est dei. ⌊ Nihil mihi conscius sum. ⌋ In nullo me remordet conscientia ⌊ Sed in hoc iustificatus non sum ⌋ quia potest esse quod nescio. Consentaneum est me aliqua cõmisisse quæ ignorem, Psalm. Delicta quis intelligit, Iob nono. Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Cum ergo, vt dicit Augustinus, vnusquisque de se aut vix aut non omnino possit veram ferre sententiam: quomodo potest de alio iudicare, cum sciat nemo quid sit in homine nisi spiritus hominis. Ideo sequitur.

⌊ Qui autem iudicat me dominus est ⌋ qui omnia nouit cuius iustum iudicium certissimum q; ⌊ ita q; nolite ante tempus iudicare ⌋ quia temerarium, iniuria enim iudicis est, si ante eius iudicium a seruo procedat sententia, ⌊ quoadusque veniat dominus ⌋ omnium. Non vnius vel duorum ⌊ qui & illuminabit abscondita tenebrarũ ⌋ Occulta conscientiarum cogitata & gesta operum. ⌊ Et manifestabit consilia cordium ⌋ quæ nunc occulta, põt enim quis quempiam laudibus efferre, sed animo malo. Potest econtra quis arguere proximum, sed vt peccatum fratris prodat & ipsum confundat, vtrunq; nunc latens tunc palam fiet ⌊ Tunc laus erit vnicuiq; a deo, ⌋ Nunc autem nescitur quis laude dignus. Ideo tũc a deo, qui nouit, laus erit vnicuiq; bene agenti vel cogitanti.

¶Cum ob zelum fraternæ salutis Iohannes Herodem reprehendisset, eo q; viuenti fratri Philippo vxorem tulisset ad instantiam ipsius Herodiadis incarceratus. In illo tempore, Cum audisset Iohannes, &c.

¶Duabus precedentibus dominicis egit ecclesia de duplici aduentu Christi, nunc de tertio, qui est in mentem, actura, euangelium assumit in quo Iohannes laborat discipulorum suorum corda per interrogationem Christo factam domino præparare, vbi & multi leguntur infirmi curati in signum quod omnes Christo credentium infirmitates curantur, in quo tria.

¶Primum, Gnara quæstionis propositio in principio.

¶Secundum, Abunda interrogationis resolutio, ibi. Et respondens Iesus:

¶Tertium, Inclyta Iohannis commendatio, ibi. Illis autem abeuntibus.

¶Quo ad primum spiritusancto Psal. afflatus: Lætentur, inquit, omnes qui sperant in te. Causam adiungit, dicens: In æternum exultabunt & habitabis in eis. Quum ergo passim editis miraculis doctrinaq; mirabili, indies magis ac magis fama Iesu per vniuersam crebresceret Iudæam, & in regionibus Iordani finitimis, vbi prius Iohannes prædicauerat ac baptizauerat Iesum. Discipuli Iohannis iamdudum subinuidentes gloriæ Iesu, de quo nihil eximium adhuc sentiebant, tam ob paupertatem sua am quam suorum, de Iohanne vero magistro suo ob cõceptionem natiuitatemq; mirabilem, vitam singularem, opinionem hominum sublimem, magnum quiddam suspicabantur, Vnde Iohan. 3. Rabbi qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniũt ad eum, quasi dicerent te relicto. Iohannes ergo gaudens euenire quod prædixerat, suã opinionem quæ maior erat, decrescere, & Iesu famam indies inclarescere, sentiensq; discipulorum animos subinuidos, huic morbo mederi cupiens ad Iesum ipsos destinauit, quem melius curaturum ipsos nouit. Si enim se Christum negasset, ac Christo vti iam antea fecerat testimonium perhibuisset, modestiæ id discipuli tribuentes, magnificentius de illo sensissent. Igitur: ¶Cum Iohãnes in vinculis audisset opa Christi. Matt. 4. Cum audisset Iesus q; Iohannes traditus esset, secessit in Galilæam, & c. sequi. Exinde cœpit Iesus pdicare & dicere: pœnitentiam agite appropinquabit enim regnum cælorum. Et infra: Erat circumibat Iesus totam Galilæam docens in synago-

EVANG.

gis eorum, & prædicans euangelium regni, & sanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo, & abijt opinio eius in totam Syriam, & obtulerũt ei omnes male habentes varijs languoribus & tormentis comprehensos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos & paralyticos, & curauit eos, & secutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa & Decapoli & de Hierosolymis, & de Iudæa & de trans iordanem ⌊ mittens duos de discipulis ait illi ⌋ per internuntios. ⌊ Tu es qui venturus es? ⌋ Messias scilicet quem prophetæ venturum prædixerant ⌊ an alium expectamus ⌋ i. alium qui venturus sit Messiam. Cum Iohannes exultatione in matris vtero, demonstratione columbæ & patris voce in baptismo Christum filium Dei certo cognouerit, vnde & ipsum in igni & spiritusancto baptizatur̃ p̃dixit, & agnũ dei peccata mundi tollentem ac plusquam propheta domini esset testimonio: q̃re Christum sua passione descensiõe ad inferos resurrectione ascensioneq; ad cælos genus redempturum humanum nõ ignorauit, quum ab alijs minoribus, & cognitum & prædictum fuerit, claret ipsum discipulis per hãc Christo factam quæstionem consulere voluisse, quos nimiũ sibi nouit affectos, qua etiam se Messiam negat, & eũ ad quem mittebat se maiorem sapientioremq; demonstrauit, vtpote cuius sententiæ & responso discipulos stare voluit potius quam suo. Vnde & Iohan. tertio ait: Qui de terra est, de terra loquitur, qui de cælo venit super omnes est. Et quod audiuit & vidit, hoc testatur: & testimonium eius nemo accipit. i. pauci. Vnde sequitur: Qui autem accipit, signauit: quia deus verax est.

¶ Quo ad secundum dicit Psalm. Beatus quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Quia mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ increpatio disciplinę. Prouerb. 6. Saluator non ignarus testimonium q̃d a factis proficiscitur certius esse, quam quod a verbis: p̃sertim quum quis sibijpsi testis est, multa in conspectu eorum edidit miracula: Luc. 7. In ipsa hora multos curauit a languoribus suis & plagis & spiritibus malis, & cæcis multis donauit visum. ⌊ Et respondens Iesus ait illis: Ite renunciate Iohanni ⌋ qui misit vos ⌊ quæ audistis ⌋ verba ⌊ & vidistis ⌋ opera, quasi dicat, Ipse per hæc vos ple

nius instruet, hæc esse quę per prophetas prædicta sunt, nec a quoquam alio ante facta. Esaiæ sexagesimoprimo: Spiritus domini super me eo ꝙ vnxerit me. Psalmista: Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum. Hanc scripturam saluator in se dixit impletam, Lucæ. 4. Ponit autem Matthæus sex opera ⌊cæci vident⌋ Esa. quadragesimo secundo: Et dedi te in fœdus populi, in lucem gentium, vt aperires oculos cæcorum ⌊claudi ambulant⌋ Esaie. 35. Deus ipse veniet & saluabit nos. tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, tunc saliet, sicut ceruus, claudus, & aperta erit lingua mutoꝝ. ⌊Leprosi mũdantur, surdi audiunt, mortui resurgunt⌋ Deuterono. triceſi. secundo: Ego occidam & ego viuere faciam, percutiam & ego sanabo ⌊pauperes euangelizantur⌋ quia eis ꝓmittitur regnum cælorum Matthæi quinto: Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorũ est regnum cælorum. Humiles lætum amplectuntur salutis nuncium, quem feroces & arrogantes aspernantur, & hoc triplici ratione. Prima vt fidei principium nõ in mũdi potentia esset & magnificentia; sed virtute dei, Iacobi 2 Nonne pauperes elegit deus in hoc mundo, diuites in fide. Secunda vt ostenderet nõ in personarum acceptione regnũ dei cõsistere. Hiero. Nulla inter nobiles & ignobiles, inter diuites & pauperes in prædicatione distinctio fit. Tertia, quia magis pauperes ad verbum dei confluũt audiendum; peccatores nempe humiles ad deum couertũtur, sed superbi contemnunt. Matth. 15. Cæci sunt & duces cæcorum ⌊Et beatus qui non fuerit scandalizatus in me⌋ Scandalũ offensio vel ruina dicitur. Et dupliciter intelligitur scandalizatus vel inuidendo gloriæ meæ, & sic secreto tetigit conscientias discipulorum Iohannis, vt cognoscerent maius homine quid in ipso; vel videndo me contemptibiliter moriẽtem in cruce, 1. Corinthiorũ 1. Prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidẽ scandalum, gentibus aũt stultitiam. Iudæi nempe Messiam tẽporali gloria fulgẽtem expectant, quia magnifice de ipo scriptura testatur: ideo Christum in humilitate venientem & pauptate abiecerunt: non intelligentes neque di-

scernentes inter gloriam temporalem & spiritualem, inter primum aduentum qui humilis, & secundum qui gloriosus. Grego. Visis tot miraculis tantisq; virtutibus nõ scandalizari quisque potuit, sed admirari. Sed infidelium mens graue in illo scandalum pertulit, cum eum & post tot miracula morientem vidit. Stultum quippe hominibus visum est, vt pro hominibus autor vitæ moreretur, & inde contra eum hõ scandalum sumpsit, vñ ei debitor fieri debuit vt honoraret. Nã tanto deus ab hominibus amplius honorandus est, quanto ꝑ hõibus & indigna suscepit. Hæc ille.

¶Cæci sunt quos malitia excæcat, Sapien. 2. Excæcat eos malitia eoꝝ, qui p̃sentem, quasi non sit alia futura diligunt vitam, pro nihilo habẽt terram desiderabilem. Diuitias congregant, & nesciunt quis possessurus sit eas. Dicant ergo cũ Psal. Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte.

¶Claudi, Affectu voluntatis, qui sciunt & non faciũt partim mundum partim Christum sequentes, sed 3. Re. 18. Vsquequo, ait Helias, *claudicatis in duas partes. Si dominus est deus, sequimini eum, Heb. 12. Remissas manus & genua dissoluta erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris, vt nõ claudicãs quis erret, magis aũt sanetur.* Psal. *Gressus meos dirige secundum eloquium tuum.*

¶*Leprosi*, 1. Cor. 6. Qui fornicatur in corpus suum peccat Ideo Psal. Cor mundum crea in me deus, quia Matt. 15. De corde exeunt cogitationes malæ, fornicationes, adulteria, furta, homicidia, &c. hæc sunt q̃ coinquinãt hoĩem.

¶Surdi, Ad clamorem pauperum, Prou. 21. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit & nõ exaudiet. Item prædicatoꝝ, Prou. 28. Qui declinat aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Heb. 3. Videte fratres ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis discedendi a deo viuo, sed adhortamini vosmetipsos ꝑ singulos dies donec hodie cognominatur, vt non obturetur quis ex vobis fallacia pcti.

¶Mortui peccatis, Apoca. 3. Nomen habes ꝙ viuas & mortuus es, Ezech. 18. Anima quæ peccauerit ipsa morietur, Heb. 9. Sanguis Iesu Christi emundabit cõscientiã nostram ab operibus mortuis, Iohan. 5. Amen amen dico

vobis quia qui verbum meum audit & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit: sed transiet a morte ad vitam. Amen amē dico vobis, quia venit hora & nunc est quando mortui audient vocē filij dei & qui audierint viuent.

¶Pauperes, temporalibus abundātes, & in gratijs egētes, his datur cōsilium vt negotiatione euangelica temporalibus mereantur æterna, Mat. 13. Dedit omnia sua & comparauit eam, Luc. 6. Væ vobis diuitibus, qui habetis hic consolationem vestram. Et. 16. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.

¶Quo ad tertium dicit Psal. Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi ne commouear. Expediebat enim vt populus quàm optime sentiret de Iohanne, qui tam præclare testificatus fuerat de Iesu, vtpote qui esset filius dei, Agnus tollens peccata mundi, baptizaturus in igni & spiritusancto. ⌊Illis aūt abeuntibus cœpit Iesus dicere ad turbas de Iohanne⌋ Discipulis digressis ne adulari videretur, & ne plus extollerentur de gloria magistri, laudat Iohānem: ne turbæ ob quæstionem per discipulos minus de ipso sentientes, testimonium ipsius de Christo nihili penderent, quasi leuitate animi nunc sic nunc sic moueretur, quasi diceret. Nō subrepat vobis suspitio leuitatis de Iohāne. Alioqui si talis visus est vobis, qui leuium hominum more mutet sententiam, & quod prius affirmauit postvocet in dubium: cuius rei gratia. ⌊Quid existis in desertum videre?⌋ Nā ibi primo prædicauit, vnde omnis Hierosolyma & Iudæa ad eum exiuit. Mat. 3. Cōmendat a quatuor. Primo, a mentis stabilitate. ⌊Arundinem vento agitatam⌋ q.d. Non quia nec seculi auaritia, nec pharisæorum reuerentia, nec regum potentia, a veritate potuit auelli. Gre. Arundo vēto agitata Iohannes non fuit, qa hunc nec blandum gratia, nec cuiuslibet detractio in ira asperum faciebat, nec prospera hunc erigere, nec aduersa nouerant inclinare. Secundo, vestis austeritate. ⌊Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestitum?⌋ q. d. Non inueniſtis, hoc probat: ⌊Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt⌋ quasi dicat: Si vellet mollibus vestiri, non hæremum sed palatium regum intrasset. Non vana gloria

ductus lucra ḡrit pro dapibus vel vestibus, qui locustis viuit, & pilis camelorum induitur, Mat. 3. Ipse autem Iohannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos, esca autem eius erat locusta & mel syluestre Greg. Nemo putet in luxu & gloria p̄ciosarum vestium peccatum deesse, quia si hoc culpa non esset, nequaquam Iohannem dominus de vestimenti sui asperitate laudasset. Nequaquam Petrus fœminas a p̄ciosarum vestium appetitu compescereret. d. non investe p̄ciosa, 1. Pe. 3. Tertio scientiæ claritate. ⌊Sed quid existis videre⌋ Certe magnum aliquid fuerit oportet, quod vos pertraxit tam frequentes in desertum ⌊prophetam⌋ Nam ij solent in desertis fere vitam agitare hic certe non estis fraudati spe vestra, vidistis nō solum prophetam, sed plus quam prophetam Nam prophetæ ē futura p̄dicere. Prædixit Iohānes Christum baptizaturū in igni & spiritu s. Mundum per ipsum redimendum. Qui ergo eum prophetam dicit, verum dicit, sed non totum. Quarto ab officij dignitate ⌊Etiam dico vobis plus quam prophetam⌋ Nam *nullus prophetarum de Christo dicere potuit, Ecce hic est, quemadmodum Iohannes. Alij venturum prædixerunt.* Hic venisse *digito, baptismo, exultatione,* ostendit. Quare plus quam prophetæ ostenditur. ⌊Hic est enim de quo scriptum est.⌋ Malachiæ tertio ⌊Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.⌋ Angelum meum id est, nuncium angelicæ vitæ & puritatis: non per naturam, sed per gratiam. Ante faciem tuam, id est, prope te & parum ante. Nam sicut per faciem homo cognoscitur, sic per manifestationem Iohānis Christus. Iohanis. 1. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine. Gregor: Recte qui nunciare superni iudicem venerat, angelus vocatur. vt dignitatem seruet in nomine quam explet in operatione. Viam præparare est impedimenta remouere. Hoc fecit prædicando & baptizando. Vnde Matt. 3. Videns autem multos phariſæorum & saducæorum veniētes ad baptismum suum dixit: Genimina viperarum quis demonstrabit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructum dignum pœnitētiæ. Et ne velitis dicere intra vos. Patrem habemus Abra

ham. Dico enim vobis, quoniam potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Rom. 9. Non qui filii carnis, hi filii dei: sed qui filii sunt promissionis, æstimantur in semine. Venerunt autem & publicani, vt baptizarentur ab eo: & dixerunt ad illum, Magister quid faciemus? Respondens autem dicebat illis Luc. 3. Nihil amplius, quam quod vobis constitutum est, faciatis. Interrogabant autem eum & milites, dicentes: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminem concutiatis neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendijs vestris. Et interrogabant eum turbæ dicentes: Quid ergo faciemus? Respondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. Omnibus in communi dixit: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Matt. 3. Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur.

¶ Dominica quarta Aduentus.

MIserunt Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas ad Iohannem, vt interrogarent eum, tu quis es? Iohan. 1. Cum scriptura teste omnis salus non solum Iudæorum sed & gentium per aduentum expectaretur Messiæ, carnales Iudæi carnaliter intelligentes, mundanam (spirituali neglecta) sperantes prosperitatem Iohannem ob generis nobilitatem, quia sacerdotis filius, vitæ sanctitatem, prædicationis ac baptismi singularitatem, Christum æstimantes. Luc. 3. Existimante autem populo & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Iohanne, ne forte ipse esset Christus: vnde de hoc ipsum interrogauerunt. Spiritales autem & veri Iudæi Christum in animarum salutem, quæ maxima est venisse cognoscunt, quos apostolus ad spiritale hortatur gaudium & non mundanum, d. Phil. 4. Gaudete in domino semper. Amb. Lætatus in fide eorum & operibus vt alacriores sint, optat in hoc studio proficientes gaudere in domino, id est, veritate non in iniquitate, in spe æternitatis non in flore vanitatis. In domino non in mundo in quo gaudent qui lætantur cum malefecerint & exultant in rebus pessimis. Prouer. 2. In domino contra seculi tristiciam quæ mortem operatur. 2. Corinth. 7. Nam in do-

mino manens & si torqueatur, laceretur, iucũditate sem per afficitur. Actuum. 5. Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Semper dicit quia non est ad horam. 2. Corin. 6. quasi tristes semper aũt gaudentes. Gaudium autem hypocritæ ad instar puncti Iob. 20. ⌊ Iterum dico gaudete modestia vestra ⌋ in vita & conuersatione. ⌊ Nota sit omnibus hominibus, ⌋ vt boni meliores fiant exemplo vestri, & mali ad bonum prouocẽtur. 1. Pet. 2. Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam, vt in eo quod detrectant de vobis tanquã de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes glorificent deum in die visitationis. Matt. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant bona opera vestra, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. ⌊ Dominus enim prope est ⌋ Ad adiuuandum Psalm. Cum ipso sum in tribulatione. Prope est dominus omnibus inuocantibus eum. Ad consolandum paratus dare quicquid necessarium tam in spiritualibus quam corporalibus. ⌊ Nihil soliciti sitis ⌋ quia nimia *solicitudo temporalium impedit spirituale gaudium. Ne ergo sitis nimis timidi circa impugnantia aduersa. Esa. 25.* Factus es fortitudo paupertis (contra *mundum*) fortitudo egeno in tribulatiõe sua spes contra diabolum, a turbine (contra carnem) vmbraculum ab æstu vel necessarijs vitæ. Matth. 6. Nolite soliciti esse dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur. Moderata solicitudo non prohibet, alias videretur tentatio dei. Item: Dominus prope est p naturæ conformitatem, Luc. 10. Samaritanus appropiãs alligauit vulnera eius. Nihil sitis soliciti de veniæ impetratione pro peccatis, quia paruulus natus est nobis. Esaiæ. 9. pro modico omnia nobis dabit. ⌊ Sed in omni oratione & obsecratione ⌋ per rem sacram vt per Christum ⌊ cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud deum. ⌋ Qui enim vult alia impetrare, gratus sit de præteritis. Siue ergo in prosperis siue in aduersis semper gratiæ deo agendæ. Quo enim iure in futurum quispiam beneficia postulabit, qui pro olim acceptis nihil præ se gratitudinis tulerit? Gratus autem meretur plura accipere. Innotescant dicit: Non sint tepidæ sed cũ

reuerentia & humilitate, Eccle.35. Oratio humiliantis se nubes penetrat, Tho.12. Bona est oratio cum elemosyna ⌊Et pax dei⌋ quam dat, Iohan.14. Pacem meam do vobis, pacem relinquo, vel quam fecit reconciliando humanum genus ⌊Quæ exuperat omnem sensum⌋ .i. ipse deus qui est pax mentis & quies ab omni intellectu humano incomprehensibilis, vel reconciliatio ipsa intellectū excedēs etiam angelicum. Quis enim vnquam speraſſet, vt cum deo nostris flagitijs exasperato, essemus in gratiam redituri vel pacem: ⌊Custodiat corda vestra & intelligentias vestras⌋ .i. voluntates & intellectus, vt nihil extra Christum velitis & intelligatis. Vnde seq. ⌊in Christo Iesu⌋ .i. per ipsum seruabuntur & tutabuntur: vt nequeant ab eo excidere, qui a pace hac seruabuntur, sed in bono proficient.

¶ Cum Iohannes, spiritu instigatus sancto, baptizaret in pœnitentiam populum, fama eius late diuulgata, plurimi ad ipsum, vti Mat.3. Luc.3. confluebant, qua nouitate insolita, cum nullus, pphetarum talia attentasset, moti sunt principales Iudæorum ad ipsum interrogandum. In illo tempore: Miserunt ergo, &c. Egit ecclesia p̄cedentibus dominicis de triplici Christi aduentu, nunc de quarto acturа proponit euangelium vbi Iohannes de sua conditione est requisitus, quia nimirum vnusquisq; in morte qualis sit inquiretur, in quo tria.

¶ Primum, Lucida Pharisæoꝝ quæstio in principio.

¶ Secund. Modesta Iohan. rñsio, ibi. Dixerūt ergo ei.

¶ Tertium, Nota Christi demonstratio, ibi: Quid ergo baptizas.

¶ Quo ad primum considerans Psal. propriæ p̄sumptionis filiæ superbiæ malitiam ait: Dñe non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi. Neque ambulaui in magnis, neq; in mirabilibus super me. Subiungit pœnam, dicens: Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam. Sicut ablactatus est super matre sua, ita retributio in anima mea. Hoc considerans sanctus Iohannes solide in humilitate perstitit, & superbum pharisæorum affectum contempsit. Vnde sciendum q̄ sapientes Iudæorum ex scripturis sciebant imminere tempus aduentus Messiæ. Gene.49. Non auferetur sceptrum de Iuda,

nec dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus est & ipse erit expectatio gentium. Tunc autem regnum Iudæorum Romanis erat subiectum, qui illic præfectos posuerant, vt legitur Lu.3. Vnde & inter vulgares, imo Samaritanos opinio fuit de aduētu Christi. Iohan.4. Scio, ait mulier Samaritana: quia Messias venit qui dicitur Christus, cum ergo venerit ille annunciabit nobis oīa. Cum ergo Iohannes singularitate conceptionis & nativitatis diuulgatus esset super omnia mōtana Iudææ, vt dicitur Luc.1. Austeritate vitæ, prædicationis & baptizationis nouitate, circa Iordanem & omnē terram Iudææ, ita vt a multis Christus æstimaretur, vt dicitur Lucæ.3. A nonnullis Helias, ab alijs propheta magnus, quemadmodum & de Christo postea varia fuit opinio. Matth. 16. Pharisæi & legisperiti honorem illi summum offerebant, vt scilicet Christus (si ipse diceret) haberetur, quia de genere sacerdotali, ac ipsi inde quasi promotores ipsius gauderent. Vnde saluator Iohan.5. Vos misistis ad Iohannem & testimonium perhibuit veritati. Ille erat lucerna ardens & lucēs. Vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius. Non ergo Iohannis sicut simulabant, sed suum (vti solebant) quæsierunt honorem, vnde cognito & audito testimonio de Christo non receperunt ipsum. Magna laus Iohannis, qui tam excellentis fuit vitæ, vt Christus putaretur, & per solennes requireretur.

¶Miserunt Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas ad Iohannem. ⌊Solennis legatio quia a principali ciuitate: vbi legis vigebat scientia, & cultus diuinus. vnde & a principalioribus & scientia & religione, & quia solēnes nuncij, quia sacerdotes & leuitæ, & cum hoc pharisæi, religione discreti ab alijs, in qbus scientia legis vigere debuit. Mal.2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius. Sed ipsi erant ditati auaritia, inflati superbia, implicati mūdanis, pauca de Christo intelligentes. Vtinam tales moderni temporis sacerdotes non essent. Ad quid missi, seq. ⌊vt interrogarent eum.⌋ Apud populum ex autoritate sacerdotum & pharisæorum dicentes: ⌊Tu quis es?⌋ Non quærunt de qualitate nominis, cum famosum esset ipsum vocari Iohannem. Nec de claritate generis quod nouerunt, sed de dignitate ma- EVANG.

mīnis: vtrum ſcilicet eſſet Chriſtus Meſſias, vt patet ex rñſione Iohā. ⌊ Et confeſſus eſt ⌋ ſe non eſſe Chriſtum, q multis videbatur ⌊ & non negauit ⌋ ſcilicet qs ipſe eſſet paratus indicare quis eſſet ille cui nominis huius gloria debebatur, in quorum altero erat opinionis propriæ iactura, in altero phariſaici liuoris periculum. ⌊ & cofeſſus eſt. Quia non ſum ego Chriſtus ⌋ ſignificans hoc alteri potiori deberi. Hac igitur ſpe fruſtrati pergunt vlterius quærere ⌊ Et interrogauerunt eum, Quid ergo? Helias es tu? ⌋ Sciebant Malac. 3. prædictum: Ecce ego mittā vobis Heliam antequ veniat dies dñi. *Sed* hoc de aduentu dñi ad iudicium intelligitur, & non ad mundum per carnis aſſumptiōem, cuius Iohan. p̄curſor, ſicut Helias ſcdi. ⌊ Rñdit & dixit: Non ſum ⌋ quia in perſona Helias nō fuit, licet in ſpū & virtute Heliæ Chriſtum præcederet. Lucæ. 1. Ideo dñs Mat. 11. Si vultis recipere ipe eſt Helias quī venturus eſt. Tertiam ergo ipſi mouent quæſtionem. ⌊ propheta es tu? ⌋ Sciebant Moſen prophetam quendam exoriturum promiſiſſe de gente iudaica, quem audiri iuſſerat. Deut. 18. *Prophetā de gente tua & de fratribus tuis ſicut me ſuſcitabit tibi dñs deus tuus, ipſum audies.* Credebant Iudei in aduentu Meſſiæ tres venturos, ſcilicet Meſſiam, Heliam, & illum magnum prophetam. Sed errabant. Primo, quia Meſſias & ille magnus propheta, de quo ſupra, vna ſunt perſona. Secundo, quia Iohannes baptizauit in nomine venturi. Ideo ipſum Heliam putabant ⌊ Et reſpondit non ⌋ quia non fuit ille propheta: licet plus eſſet quam ſimplex propheta, populus enim ip̄m tanquam prophetam habebat, Mat. 21.

¶ Quo ad ſecundum, ait Pſal. Os iuſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Lex dei eius in corde ipſius, & non ſupplantabuntur greſſus eius. Vnde ſancto Iohanni tanta mentis ſtabilitas, vt validiſſimo honoris oblati vento non moueretur, niſi quia lex dei cordis ipſius meditatio? quare & diuinam os ipſius meditationis ſapientiam, linguam verū de ſe loqui neceſſum erat iudiciū. Conſumptis ergo hominū de Iohanne ſuſpicationibus, vrgent ſacerdotes vt ipſe de ſe profiteatur quis nam ſit. Et ne diutius tergiuerſetur, vrgent au-

toritate sacerdotum: quo vel metu potestatis fateretur quis esset. Non enim sufficiebat eis scire, quis non esset. Dixerunt ergo ei: Quis es vt responsum demus his qui miserunt nos. Quid dicis de te ipso? quasi d. Propria nō venimus autoritate, sed a summis missi sumus sacerdotibus, a principali ciuitate, & indignum vt sine responso reuertamur. Mira pharisæorū peruersitas. Iohānis testimonium de seipso audire volunt, & Christi reprobauerunt Iohan. 8. Tu de teipso perhibes testimonium, testimonium tuum non est verum. Sed quia Iohannes legisperitis loquebatur, ne sibi videret hoc ipsum quod erat humana temeritate arrogare, ex ipsa Esaiæ 40. prophetia ipsis nota. Ait: Ego vox clamantis in deserto: Dirigite viam dñi sicut dixit Esaias propheta. quasi dicat. Videtis desertū auditis clamantis vocem, superest vt abiectis mundanis cupiditatibus, animos vestros præparetis in illius aduentum, vt salubriter vobis aduenias. Moses vobis illum adumbrauit, prophetæ olim venturum vaticinati sunt, ego vobis iam aduenientem ostendo. Valde obliqua erat via per distortam intentionem & prauam actionem. Gregorius. Via domini ad cor dirigitur, cum veritatis sermo humiliter auditur. Cum ad præceptum vita præparatur. Vnde scriptum est Iohannis decimoquarto. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Quisquis ergo in superbia mentem eleuat, quisquis auaritiæ æstibus anhelat, quisquis se luxuriæ inquinationibus pollūit, cordis ostium cōtra veritatem claudit, & ne ad se dominus veniat claustra animi seris viciorū damnat. Hæc ille. Notanter ait: Ego vox clamantis, id est non ego sed alius per me clamat, parate, non de longinquo venienti, sed præsenti viam. Et cuius adūgit, domini. Claret hic luce clarius humani libertas arbitrij. Ad quid enim admoneret præparare, si non in hominis esset potestate, 1. Reg. 7. ꝑparate corda vestra domino. Vere dura vox superbis, sed super mel dulcis peccatori humili. Poterant ipsum ex hoc vaticinio intelligere non vulgarē quendam prophetam sed singularem: de quo tam insignis præloquutus fuerat propheta;

Parate viam per fidem, per dilectionem operantem, per quam deus ingreditur. Sed heu plurimi obstruunt peccatis. Sunt enim qui dicunt deo, recede a nobis scientiã viarum tuarum nolumus, Iob. 21. Quorum viæ peruersæ & infames gressus eorum, Prou. 2.

¶Quo ad tertium, Attendens propheta regius humanæ conditionis humilitatem & diuinæ bonitatis immensitatem, ait: Nonne deo subiecta erit anima mea? quasi dicat, cuius causam infert. Ab ipso enim salutare meum. Et quid sit illud salutare indicat, d. Nam & ipse deus meus & salutaris meus, quasi dicat, in nullo alio salus. Vnde Iohãnes tanquam fidelis domini famulus omnibus modis studuit populorum animos a se auulsos, ad Christum inducere, vtpote in quo omnis salus, quare & se ipsius cõparatione nihili ducebat. Cum ergo Iudæi scripturarum non ignari, quam in ore non opere gestabant, nec spirituali sed carnali intellectu scrutabantur, scirent per maris rubri transitũ baptismi figuram, prout Apost. 1. Cor. 10. Omnes inquiens in Mose baptizati sunt in nube, & in mari testatur pcessisse. Similiter per Iordanis transitum, & huiusmodi nouæ purificationis ritum qualis est baptismus ad Messiam vel Heliam præcursorem eius, aut prophetam illum insignem in lege promissum certo pertinere tenerent, videntes Iohannem huiusmodi vsurpare officium, de quo Ezech. 16. dicit: Effundam super vos aquã mundam & mundabimini ab omnibus inquinamẽtis vestris, quis horum trium esset, interrogauerũt per eos, q scientia et religione in populo pollebant, vñ seq. ⌊ Et q missi fuerant erãt ex pharisæis ⌋ Religiõis cultu ab aliis diuisi, qui doctrinam non quærunt, sed inuident vt hic claret. Nam quia in sola litera iacebant responsionis Iohannis mysterium non intelligentes, eis non ad placitũ respondisse videbatur, quare ad increpandum se conuertunt, quare sine superiorum scitu & assensu talia attentasset. ⌊ Et interrogauerunt eum & dixerunt ei: ⌋ Quid ergo baptizas si tu non es Christus, neque Helias, neq; propheta? ⌊ quasi dicant, præsumptuosus es & temerarius talia sine autoritate præsumendo. Claret ex verbis ipsorum quod in aduentu Messiæ baptismum expectabant. Sed licet Iohannes Christus non esset, erat ta-

men eius præcursor,& quamuis nec Helias in psona fuit tamen in virtute spiritus Neq; propheta ille qui & Christus: vnde in Græco ponitur cum demõstratiuo, ille pro pheta,scilicet insignis Fuit tamen plusquam simplex,pheta. Ideo respondet quare baptizet libere suam humilitatem agnoscens,& Christi dignitatem profitens.

Respondit eis Iohannes,dicens: Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit quem vos nescitis quasi dicat: Licet non a vobis commissionem habens baptizem nihil refert,est alius cuius commissione id ago quem vos nescitis,vbi tacite innuit alium modum p Christum baptizandi. Vnde notandum quod baptisma Iohannis & Christi conueniebant in materia, quia vtrunq; in aqua: sed differunt. Primo in forma. Nam Iohannes baptizabat in nomine venturi, Actu. 19. Baptisma autem Christi est,in nomine patris & filij & spiritus sancti. In primi tiua ecclesia ad promulgationem nominis eius fiebat in nomine Christi,videlicet Actuum secundo, quia ibi innuitur pater vngens filius vnctus & spiritus sanctus vnctio,quare virtualiter in nomine sanctæ trinitatis baptizabantur implicite. Diuulgato autem nomine Christi recepit ecclesia ad explicitam a Christo traditam formam. Secundo in effectu, quia Iohannes solum aqua corpora lauabat nihil intus in anima operando, vnde signanter hic addidit aqua,quasi dicat: Non est magna de meo baptismo quæstio,quia solum aqua corpus abluo. Non ergo imputetur audaciæ quod ago, nõ enim aufero peccata quod ad alium maiorem me spectat quem vos nescitis. Grego. Iohannes non spiritu sed aqua baptizat, quia peccata soluere nõ valens, baptizatorum corpora lauat, sed tamen mentem per veniam non sanat, & sicut nascendo nascituram dominum præuenerat: ita baptizaturum dominum baptizando præuenit. Hæc ille. Vnde ad nihil aliud baptizabat nisi vt Christum nũciaret, & populum ad eius baptismum assuefaceret, Iohannis primo: Sed vt manifestaretur in Israel, propterea ego veni in aqua baptizans. Baptisma autem Christi animas lauat a peccatis. Hanc differentiam tangit idem Iohannes Matthæi tertio & Lucæ tertio: Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitẽtiam: qui autem post me venturus est, fortior

me est: cuius nō sum dignus calceamenta (Matthæ.) portare, Marc. procumbens, Luc. corrigiam calceamentorum eius soluere. Ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni. Et ideo baptismus Christi non est iterabilis, baptizati vero Iohannis baptismate indigebant rebaptizari. Vnde Actuum decimonono: Paulus veniens Ephesum & inueniens quosdam discipulos dixit ad eos: Si spiritū sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ei: Sed neq; si spiritus est, audiuimus. Ille ergo ait: In quo baptizati estis? Qui dixerunt, In Iohannis baptismate. Dixit autem Paulus: Iohannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populum dicens, in eum qui venturus esset post ipm vt crederent, hoc est in Iesum. His auditis baptizati sunt in nomine domini Iesu: Grego. Hunc & in medio hominū stetisse asserit & nesciri, quia per carnem dominus apparens & visibilis extitit corpore, & inuisibilis maiestate, hæc ille. Non enim in deserto, quemadmodum Iohānes, sed in populo conuersatus est. vnde a Iudæis ignorabatur, quia iuxta mundi æstimationem humilis erat ⌊ ipse est qui post me venturus est, ⌋ id est, manifestandus per prædicationem & miraculorum operationem. Actuum primo: Incipiens a baptismo Iohannis ⌊ qui ante me factus est ⌋ Gregorius; Quia post me natus, sed ante me factus, quia mihi prælatus: cuius causam prælationis subiungit. ⌊ Qui prior me erat. ⌋ Nam qui per matrem in tempore nascitur, sine matre ante tempora ex patre generatur. Cui quantæ reuerentiæ dignitatem debeat subdendo manifestat. ⌊ Cuius ego non sum dignus, vt soluam eius corrigiam calceamenti ⌋ vbi magnam Christi dignitatem, & ipsius comparatione suam vilitatem manifestat, quasi dicat, Ego qui populo Iudaico visus sum aliquid magni, ad illius sublimitatem nihil sum. Nec in longum protendatis expectando, quia iam venit & in medio vestri est. Tam plenum tamque magnificum testimonium Iohannes perhibuit de Christo pharisæis, sacerdotibus, & leuitis, teste copiosa populi multitudine, idque in loco solenni Bethabara, vt dicit Origenes. Sequitur ⌊ Hæc in Bethania ⌋ (verius Bethabara) vitio scriptorum ⌊ facta sunt trans Iordanem, vbi erat Iohannes baptizans. ⌋ Hoc ponitur ad certitudinem historiæ.

Grego. Si sancti viri cum fortia agunt de se vilia sentiunt, quid in sua excusatione dicturi sunt, qui sine opere virtutis intumescunt. Sed & si quælibet bona assint opera, nulla sunt nisi humilitate condiantur. Miranda quoque actio cum elatione non eleuat sed grauat. Qui enim sine humilitate virtutes congregat, quasi in vento pulue rem portat, & vnde aliquid ferre cernitur, inde deterius cæcatur. In cunctis ergo quæ agimus radicem necesse est boni operis humilitatem teneamus. Hæc ille.

¶ Natiuitatis domini in prima missa.

EXijt edictum a Cesare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. ⌋ Lucæ secundo. Videns dominus deus cuius misericordiæ non est numerus fallatia diaboli per serpẽtem, Genesis tertio, humanũ gen' miseram incurrisse seruitutem & duram, & non nisi per alium & fortissimum quidem eripi posse. Fortis enim & armatus diabolus atrium suum custodiebat. Lucæ vndecimo. Infinita qua plenus est sua misericordia, filium suum huic operi aptissimum misit qui se seruituti subiecit vt nos a diaboli seruitute redimeret, & ad viam veritatis reduceret. Vnde Apostolus Titum, secundo.

¶ Apparuit gratia dei saluatoris nostri ⌋ apparuit in carne in forma serui filius, qui in sua est inuisibilis ⌊ Omnibus hominibus ⌋ .i. ad vtilitatem fine quo non profuisset nasci; quia sufficiẽs gratia omnibus ad saluãdum. Psalmista, Apud dominum misericordia et copiosa apũ eum redemptio. Et quia omnibus natus, ideo nullum excluſit quibus multorum facinorum, & gratis concessit veniam quare ad dei gloriam vitam ducere debent impollutam. Ideo sequitur ⌊ erudiens nos ⌋ verbis & exemplis in q̃ sequi debet, quasi diceret, cum simus deum instructorem nacti, ideo vitam pro eius dignitate agere debemus. Potuit autem tria: Primum quid vitandum ⌊ vt abne-

EPIST.

gantes impietatem ⌋ idolatriam & dei ignorantiam fal
sam⁹q; doctrinam ⌊ & sæcularia desideria ⌋ quæ tendunt
ad diuitias, honores, & delitias. 1. Iohan. 2. Omne q̃d est
in mundo aut est concupiscentia carnis, aut concupiscen
tia oculorum, aut superbia vitæ, Secundum quid agendū
⌊ sobrie ⌋ in nobis contra luxuriam ⌊ iuste ⌋ erga pro-
ximum contra auaritiam ⌊ pie ⌋ erga deum contra sup-
biam ⌊ viuamus ⌋ Phil. 1. Mihi viuere Christus est. Gal.
2. Viuo autem iam non ego; viuit vo in me Christus ⌊ in
hoc seculo ⌋ quod certamen habet, futurum vero p̃mia.
Ideo Iohan. 17. Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt
serues eos a malo. Tertium, quid sperandum ⌊ Expectan
tes beatā spem ⌋ .i. gloriā beatam a nobis speratam, certi
& soliciti ⌊ & aduentū gloriæ magni dei ⌋ .i. manifestia-
tionē nō hois infirmi, mortalis, & passibilis, vt prius, qñ
humilis & abiectus venit cum gratia in peccatorum re-
missionem, sed cum gloria in meritorum retributionem
Mat. 24. Videbūt filiū hominis venientē in nubibus cœ-
li cum potestate magna & maiestate. Et certe gloriā da-
bit, quia non solum erudiuit, sed & saluauit ⌊ & saluato
ris nostri Iesu Christi, qui dedit semetip̃m ⌋ non aurum
vel argentum vel alium ⌊ pro nobis. ⌋ .s. oñibus, non ea
ratione vt hunc redimat, illum vero nequaq̃ ⌊ Vt nos re
dimeret ab omni iniquitate ⌋ .i. orginali & actuali pec-
cato. i. Ioh. 3. Omnis qui facit peccatum & iniqtatem fa
cit, & omne peccatum est iniquitas. i. Tim. 2. Qui dedit
redemptionē semetip̃m pro omnibus. ⌊ Et mundaret po
pulum sibi acceptabilem ⌋ per gratiam baptismalem, &
diuinorum ipsius & purgantium p̃ceptorum operatio-
nem & virtutem, populum sibi in honorem et obsequi-
um & puriorem efficit & familiarem reddit & accepta-
bilem. seq ⌊ Sectatorem bonorum operum ⌋ Ne grā ba-
ptismalis detur inuacuum, sed ad bñ operādum: quia ad
hoc nos redemit vt puram vitam sectantes, repleti bonis
operibus dei hæredes esse possemus. Ad deum redemptio
spectat, ad nos vero vt opera rectiora sectemur ⌊ Hæc lo
quere ⌋ ignorantes docendo ⌊ & exhortare ⌋ scientes ad
melius inducendo ⌊ in Christo Iesu domino nostro.

¶ Sanctus euangelista Lucas sicut occasione cōceptio
nis saluatoris, conceptionem p̃cursoris, sic &

natiuitatem. Et quia Christum in Bethlehem nasci oraculis prænunciatum fuerat, quum in Nazareth cōceptus fuerit, quomodo id actum sit indicat. d. puer autem (scilicet Iohannes) crescebat, & confortabatur spiritu, et erat in desertis vsq; in diem ostensionis suæ ad Israel, Luc. 2. Factum est autem in diebus illis. In illo tempore exiit edictum.

¶ Egit sancta mater ecclesia quatuor p̄cedentibus dominicis de saluatoris aduentu in carnem ad iudiciū mentem & ad mortem. Nunc agit de natiuitatis ipsius actu & modo mirabili, vnde in præsenti euangelio tria nobis proponit.

¶ Primum, Ampla populorū descriptio in principio.

¶ Secundum, Benigna promissorum completio, ibi: Ascendit autem Ioseph.

¶ Tertium, Clara angelorum instructio, ibi. Et pastores erant, &c.

¶ Quo ad primum, Psal. Spiritus. repletus ineffabilē diuinæ admirās bonitatis magnitudinem, ait: Venite & videte opera domini. Et vbi *videndum* insinuat, quæ posuit prodigia *super terram, auferens bella vsq; ad fines terræ. Arcum conteret & confringet arma, & scuta comburet igni. Sed ad quem finem subdit, vacate & videte. Ideo pax vt videatis*; quoniam ego sum deus, exaltabor in gentibus & exaltabor in terra. Et quis iste deus? Dominus inquit, virtutum nobiscum susceptor noster deus Iacob. Nō em̄ vt repellat, sed vt susciptat, venit. Ideo pacem apportauit. ¶ Exiit (ergo) edictum a Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis.] Scribebātur nomina & dabatur census habens nummisma imperatoris. Beda: Non casu contigisse putandum est, sed certissima dispēsatione redemptoris. Ipe enim mediator dei & hominum sicut matrem sibi diuinitus quam voluit præuidit, de qua nasceretur quādo vellet humanitus. ita etiam tempora natiuitatis quæ voluit elegit. Imo ipe eaq; lia voluit esse donauit. Talia videlicet, in quibus sopito turbine bellorum nona pacis tranquillitas totum conte gieret orbem. Quod enim maius in hac vita poterat esse pacis indicium, quam ab vno homine orbē describi vniuersum, atq; vnius census nummismate concludi. Mā-

EVANG.

trem quippe elegit virginem, quia non aliter dei filium nasci in carne quam de intemerata genetrice decebat. Tempus quando nasceretur summæ pacis elegit, quia hæc ei nimirum nascendi in mundo causa fuit, vt genus humanum ad supernæ pacis dona reduceret. Ipse est pax nostra qui fecit vtraque vnum. Ephe. secundo, id est qui de angelis & hominibus vnam dei domum pius mediator & reconciliator instituit. Sic & de Iudæis & gentib⁹ vt sit vnum ouile & vnus pastor Iohannis. 10. Et ostenderet se illum de quo propheta: Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis. Esa. secundo: Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces, & non: Multiplicabitur eius imperium, & pacis eius non erit finis. ⌊Hæc descriptio prim a facta est a p̃side Syriæ Cirino⌋ Quod dicit prima signat alias postea factas. Oia aũt facta sunt diuia dispensatione. Voluit em̃ cum toto orbe censeri, vt sanctificaret eos q̃ censentur aboleretq; seruitutem. Ad hoc enim apparuit in carne, vt de cunctis per orbẽ natiõibus electos in vnitatem fidei colligeret, ac nomina eor⁹ vt promisit in æternum scriberet in cælis Lu. 10. Gaudete quoniam nomia vestra scripta sunt in cælis Nam Apoca. 20: Qui non inuentus est in libro vitæ scriptus missus est in stagnum ignis. Vnde de reprobis dicit Psalmista: Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur. Et Exo. 32. Qui peccauerit mihi, ait deus Mosi, delebo eũ de libro quem scripsi. ⌊Et ibant ones vt profiterent⌋ scilicet se subesse Romano imperio ⌊singuli in ciuitatem suam⌋ de qua erat oriũdus. Beda: Hoc edicto Augusti quo singuli ibant in ciuitatem suam, vt profiterent, in nra regis est nobis seruitio spiritualiter agendum. Nra enim ciuitas ecclesia ẽ, q̃ ptim peregrinat a domino ĩ terris, ptim iã cum dño regnat in cælis, & post huius seculi finem pfecta ĩ æternum tota in æternum regnabit cum illo. In hanc ones debem⁹ ire. Nullã a tã salubri itinere oportet excusari, sed ones nato regi debitum pendere censum, hoc est & vnitate nunc ecclesiæ p̃sentis iussis obtemperare diuinis, & ad ingressum patriæ cælestis infatigabili bonorum operum exercitatiõe fatigari. Induit enim carnem vt nos virtute spiritus indueret. Descẽdit de cælo ad terras, vt nos de terris eleuaret ad cælos

Soluit tributum Cæsari, vt nobis perpetuæ libertatis gratiã donaret. Ioh̃.8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Dabatur autem in professione census denarius pondus decem habens in se nummorum, & cæsaris imaginem & nomẽ, sic nos decem præcepta complentes imaginem bonæ conuersationis exprimere debemus, illam vtiq; quam dominus docuit. Leuit. 19. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum dominus deus vester. Hæc est nam q; imago dei, ad quam in primo homine conditi sumus, vt videlicet participatione diuinæ sanctitatis perpetuo sancti essemus. Hinc Psal. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Sed quia hoc lumen diuini vultus homo peccando amiserat, placuit deo humani vultus habitum assumere, quo nos doceret in spiritu debere renasci, placuit in similitudine carnis peccati sine peccato apparere. Philip. 2. Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, vt nos emundaret ab omni peccato, & claritatẽ in nobis suæ reformaret imaginis. Ephe. 2. Ipsius enim sumus factura creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit deus, vt in illis ambulemus.

¶Quo ad secundum, spiritusancto illustratus Psamist. ortum redemptoris immaculatum de matre immaculata oculo mentis contemplans, ait: In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Vidit Iohannes mulierem Apoca. 12. amictam sole. Quis sponsus nisi de quo Iohan. 3. Qui habet sponsam sponsus est. Cuius filij quamdiu spõsus cum ipsis est ieiunare non possunt. Mar. 2. Qui sicut solis radius de vterivirginalis thalamo exijt. De quo sequitur ⌊Ascendit autem & Ioseph a Galilea de ciuitate Nazareth in Iudæam ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethlehem⌋ Nam Dauid inde natus, vt patet. 1. Regum 16. ⌊eo q; esset de domo & familia Dauid⌋ Mat. 1. ⌊vt profiteretur cum Maria desponsata⌋ sibi vxore prægnante ⌊Haud dubium quin spiritu illustrata cum Ioseph illuc perrexit. Diuinitus enim constat ordinatum, vt ad suam quisq; gens ciuitatem censum profiteretur, vt parentes saluatoris a Nazareth ad Bethlehem venirent, & ibi Christus nasceretur. Quod in Nazareth concipi debuerat, Esa. testatur vndecimo: Egredietur virga de radice Iesse, & flos de ra

dice eius ascendet. Nazaræus sios dicitur siue mundus, signans Christum a vitijs mundum. 1. Petri 2. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Egressa est ergo intemerata virgo de stirpe Dauid, de cuius carne in ciuitate Nazareth veritatem carnis sine ingnamento carnis sumpsit. Quod in Bethlehem nasci debuit, Miche. 5. clamat: Et tu Bethlehem ephrata, minima es in milibus Iuda, ex te exiet qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio a diebus æternitatis. ⌊Factum est autem cũ essent ibi, impleti sunt dies vt pareret⌋ tempus præordinatum a deo. Gala. 4. At vbi venit plenitudo temporis misit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege. Item: Tempus ordinatũ a natura. Nam tempus quod naturæ præfixerat conditor naturæ obseruare voluit, supra naturam nasciturus, nam ex virgine sine dolore. Vnde sequitur. ⌊Et peperit filium suum primogenitum.⌋ Et vnigenitum in tempore, qui primogenitus & vnigenitus erat in æternitate. In lege vnigenitus primogenitus erat, & redimebatur ⌊& pannis cum inuoluit, & reclinauit cum in præsepio⌋ In signum, qa hic peregrinus erat, & cibus noster qui vt iumenta facti sumus apud ipsum. Quod dominum inuoluit fascijs, & tam diligenter reclinauit in præsepio, manifestatur illęsa virginitate peperisse & sine dolore, & aliter quam alię maledictioni obnoxiæ, quare nec obstetricum egnit obsequio, sed læta cum angelis & sponso suo Ioseph virginitatis suæ testibus & custodibus præsepio astans puerum adorat, quem angelo teste, & spiritusancto illustrãte filium esse altissimi didicerat. ⌊Quia non erat ei locus in diuersorio.⌋ Nam tanta scribendorum multitudo præoccupauerat locum, vt iam diuersoria hospitibus essent plena, & hoc diuino factum est consilio, vt sola esset cum pareret semper virgo abscondita, & a posteris intelligeretur virgo peperisse. cum nullo indiguerit obstetricum adminiculo, sed ipsa agilis & alacris cum angelis DEI ad sanctum præsepe vigilauerit. Hic intuenda est magna redemptoris nostri dignatio. Hic totis medullis cordium vnicuique nostrum cum propheta dicendum: quid retribuam domino pro omnibus quæ tetribuit nobis. Ille enim

qui veraciter canimus. Magnus dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis. Paruulus natus est nobis, vt nos renascendo de paruulis magnos. i. peccatoribus faceret iustos. Qui ad dexteram patris sedet in cælo: loco egebat in diuersorio, vt nobis copiam felicium mansionum in domo patris sui donaret, Ioha. 14. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Qui omnes creaturas siue in cælis, siue in terris visibiliter multipharijs induit ornatibus, qui in sua maiestate sicut propheta ait amictus est lumine sicut vestimento, exiguis contegitur pannis, vt primam nobis stolam restituat. i. ad gratiam immortalitatis quam in primo parente amisimus miseratus nos reducat. 2. Corint. 8. Scitis gratiam domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est cum esset diues, vt vos illius inopia diuites essetis.

¶Quo ad tertium. Inexplicabilem aduentus Christi psalmista considerans vtilitatem, hortatur omnes creaturas ad lætitiam, dicens: Lætentur cæli & exultet terra, commoueatur mare & plenitudo eius orbis terrarum & vniuersi qui habitant in ea, gaudebũt campi & omnia quæ in eis sunt. Causam adiungit, dicens: Tunc exultabunt omnia ligna syluarum a facie domini, quia venit (p carnis assumptionem) & ad quid adiungit, quoniam venit iudicare terram. Iudicio s. discretionis. Ioh. 12. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua. Ad literam cæli. i. angeli lætati sunt. Campi. i. pastores in eis gauisi, & omnes creaturæ in obsequium ipsius paratæ. ⌊ Et pastores erant in regione eadem vigilantes & custodientes vigilias noctis supra gregem suum ⌋ Erant enim simplices & absq; dolo occupati in officio patriarcharum qui dicuntur fuisse pastores. Gen. 47. Talibus fieri solent reuelationes, non hominibus sapientia huius mundi tumentibus, quæ stultitia est apud deum. Mat. 11. Confiteor tibi pater domine cæli & terræ quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis. Quia ergo simplices erant diuinis potius spectaculis, monstrãte deo quod statim ab initio eos agrestiores præ alijs elegerit præconesq; fecerit. Vnde non phariſæis in Hierusalem & scribis apparuit, quia o-

mnis malitię receptacula. Oportebat nanq; vt cum magnus pastor ouium. Hebræ. 15. Hoc est animarum nutritor fidelium, in mundo natus est testimonium eius natiuitati vigilantes supra gregem suum pastores darent. Ipse enim est qui ait Iohannis decim. Oues meæ vocem meam audiunt & ego cognosco eas & sequuntur me, & ego vitam æternam do eis. ⌊ Et ecce angelus domini stetit iuxta illos, & claritas dei circũfulsit illos & timuerunt timore magno ⌋ Nusq; legimus in veteri testamento (licet plures & quampluribus angeli apparuerint) diuinæ lucis claritatem hominem circãdedisse, sed huic dignitati seruatum est. Cum enim lux vera nascebatur in mundo, dignum profecto fuit ut p̃co natiuitatis illius etiam coporales hominũ visus nouitate cælestis perfunderet lucis. Vnde proph. Exortum est in tenebris lumen rectis corde & quasi q̃reremus quod sit, ideo subiungit. Misericors & miserator & iustus dominus. sed quid dicat audiamus. ⌊ Et dixit illis angelus: Nolite timere ⌋ Hic est mos boni angeli sp perterritos consolari. Mar vlt. Nolite expauescere. Econtra mali angeli terrorem augmentãt. Nolite timere qa nõ timerẽ sed securitatẽ, nõ tristitiã sed gaudium magnũ annuntio. ⌊ Ecce euangelizo vobis gaudium magnũm quod erit omni populo. ⌋ Vere magnum, quia cæleste, æternum, quod nulla tristitia interueniente turbatur. Non genti Iudæorum tm̃, sed omni populo etiam gentium credentium. Et quod sit illud subdit. ⌊ Quia natus est vobis hodie saluator qui est Christus dominus. ⌋ vobis dicit hominibus, quia non angelis licet illis sit glorificator, hodie dicit, cum nox esset, quia gaudium venerat nunciare, vnde non pro qualitate temporis sed rei, quam nunciare venerat, dictum est. Et iusticiæ solem ortum. Esa. 9. Habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Merito ergo nuncius hodie dicit: vt hoc quoq; verbo ammoniti recordemur, quia nox præcessit antiquæ cæcitatis, dies autem apparuit æternæ salutis. Ideo. Abiiciamus opera tenebrarum, Rom. 13. Et vt filij lucis ambulemus. Ephe. 5. Deum autem dominum fatetur angelorum qui natus est. Nam Christus vnctus dicitur, Ipse autem vnctus plenitudine gratiæ. Iohã. 3. Non

enim ad mensuram dat deus spiritum, vnde ab ipso redũ dat in corpus, Iohan.1. De plenitudine eius omnes nos accepimus. Vnde & locum indicat ⌊in ciuitate Dauid.⌋ Hic locus ei debebatur, tum ex oraculo Miche.5. Tum ꝙ domus panis dicitur. Ipe autem panis angelorꝫ, ꝙ de cælo descendit, qui dat viram mundo. Iohan.6. Quare & in domo panis consentanee nascit. Postremo dat pastoribus signum, ꝙ ab alijs infantibus Messiam discernãt. ⌊Et hoc vobis signum, inuenietis infantem pannis inuolutum & positum in præsepio.⌋ Non auro gemmisq; ornatũ, nõ in molli lecto iacentem, quia venit principem superbiæ calcare qui est princeps mundi. Et vt ostẽderet se nõ temple, vt scribæ & pharisæi autumabãt, quẽrere regnum. Beda. Signum salutis est fidelib⁹ humilitas saluatoris, ꝙ est opposita superbiæ, per ꝙ mors intrauit in mundum. Hoc signum semper animo retinere debemus, vt semper grati bene viuendo discamus, ꝙ ita voluit habitum nostræ fragilitatis assumere, vt paupertatis quoque statum non refugeret. Vnde ait: Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis nõ habet, vbi caput suum reclinet. Misericordias ergo dñi in æternum cantemus quia vt perpetuo bene viuamus, ipse abiectionis nostræ & mortalitatis socius fieri nõ abnuit⌊ & facta est subito cum angelo multitudo militiæ cælestis exercitus.⌋ Cum angelo principaliter nunciãti facta est multitudo angelorꝫ, qui exercitus cæli dicuntur, quia pro nobis cõtra diabolum pugnant. Apo.12. ⌊Laudantium deum & dicentium ⌋ꝙ humani gẽris reparatione, & suæ ruinæ restauratione, instruẽtes nos qualiter huius diei gaudia celebrare debemus, & quantas gratiarꝫ actiones deo persoluere debeam⁹. ⌊Gloria in altissimis deo⌋ Licet enim vbi ꝙ eius reluceat gloria, maxime tamen in cælis, & gaudent tempus venisse exultant, quo mundus abiectis idolis conditorem suum q in cælis est agnosceret ⌊Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis⌋ id est, bonis. Nam per bonam voluntatem fit hõ bonus. Esa.48. Non est pax impijs dicit dñs. Voluntas autem bona est, diligere dominũ deum ex toto corde, tota anima, tota virtute, et proximũ sicut seipm, & eiusdem dilectionis in nobis vigorem indicijs, quibus valemus, piæ actionis ostendere. Angelus

ergo sic distinguit, vt deo sit gloria, hominibus pax. sed ga filiꝫ Adam gloriã quærunt, ideo pacem amittunt. Est igitur fructus bonæ volunatis pax. Augustin. Nihil tam facile est bonæ voluntati, quam ipa sibi, & hæc sufficit deo. Aliꝫ sic distinguũt, Gloria in altissimis deo: & in terris pax: hominibus beneplacitum, siue bona voluntas, vbi tria, gloria deo, pax vniuersal' reddita terris p Christi ortum, quã significabat pax generalis, & tertio q̃ deo beneplacitum. stet nunc in hominibus propter vnigeniti beneplacitum. Qui æternæ pacis gaudia desiderat, p̃ ob seruantiam pacis necesse est perueniat &c.

IN AVRORA.

PAstores loquebantur adinuicem, transeamus vsque Bethlehem, & videamus hoc verbum quod factum est.

Lucæ .2, volens Saluator suorum affectum totaliter a gloria mundana alienare, nõ solem pauper in humilitate nasci conuersarique voluit, sed & pauperibus & per pauperes annunciari, ne fidei initium, humanæ aut gloriæ aut sapientiæ, quæ stultitia est apud deum. 1.Cor.1. sed gratiæ diuinæ asscriberetur, hinc apostolus Tit.3. q̃ Apparuit benignitas & humanitas in sua cõuersatione, & natiuitate mundo per carnem, saluatoris nostri dei larga clementia dei, non ex operibus iusticiæ quæ fecimus nos. Nã eramus natura iræ filiꝫ, Eph.2. quare nec in stitiæ sumus opera executi, neq̃ salutem nobis exhis peperimus sed secundum suam miser icordiam saluos nos fecit per gratiam in p̃senti, & gloriam in futuro. Ro.8. Spe salui facti sumus. 2. Titi .1. qui nos liberauit & vocauit vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu, ante tempora secularia. per lauacrum regenerationis, & renouationis spiritus. 1. baptismum, q̃ est spiritualis regeneratio. Ioh.3. Nisi qnis renatus fuerit ex aqua & spiritus. non potest introire in regnum dei. Aq̃ lauat corpus exterius, ss. mundat interius: q̃ in baptismo terminat vitã veterẽ q̃ fuit sub pct̃o, & inchoat nouã q̃ est in grã. qui ergo credit, q̃tidie magis magisq̃ renouat̃ p spm̃ in baptismo datum. Eph.4. Renouamini spiritu mẽtis vr̃æ. quẽ effudit in nos abunde sed de

EPIST

letionem omnium peccatorum & copiam virtutum. Iohan.1. De plenitudine eius omnes nos accepimus ⌊ per Iesum Christum dominum nostrum ⌋ qui omnia nobis largitur, ex cuius passione sacramentū baptismi efficatiam habet ⌊ vt iustificati gratia ipsius. ⌋ Non debito. Ideo humiles esse debemus, cum nihil nostra ꝓtute effecerimus, quare & optime sperandum de futuris inducit: Nam si p gratiam saluos nos fecit, quibus omnis spes salutis abcesserat, longe magis iusticiam assecutes bonis illis futuris donabit, sequitur ⌊ hæredes simus secundum spem vitæ æternæ ⌋ secundum spem licet nondum secundum rem. In futuro autem secundum rem. Sed multi hæredes sunt mortis ⌊ In Christo Iesu domino nostro ⌋ .i. per Iesum per quem accessum habemus in gratiam istam in q̄ stamus per fidem, & gloriamur in spe gloriæ filiorum dei, Rom.5

¶Pastores insolita angeli claritate conterriti, sed dulci allocutione & felici nuncio inflammati, angelorum cōuentu simul & cōcentu incitati, recedētibus angelis mutuo se colloquio hortabantur, quibus præsentibus nihil dixerunt: *Quare factum est vt discesserunt ab eis angeli in cælum. In il.t. Pastores loquebantur, &c*

¶Euangelista Lucas saluatoris nostri describens nativitatem, ponit simul ipsius per angelos ad homines diuulgationem. Hic autem ostendit huius denunciationis inquisitionem & veritatem. vbi tria

¶Primum, Deuota pastorum exhortatio in principio euangelij

¶Secundum, Exacta denunciatorum certificatio, ibi. Et venerunt

¶Tertium, Facunda dei magnificatio, ibi: Maria autem.

¶Quo ad primū propheta in persona domini loq̄ns: Ego, inquit, Psal.68. Sum pauper & dolens, salus tua deus suscepit me, laudabo nomen dei cum cantico, & magnificabo eum in laude, & placebit deo super vitulum nouellum, cornua, producentem & vngulas. i. perfectum. Loquitur enim ad literam de christo. ¶Vnde ipse ait Iohan. 4. Venit hora & nunc est in qua veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Sequitur. Videāt pa

peres & lætentur, quærite deum & viuet anima vestra. Pastores enim pauperes puerum Iesum quæsierunt, & in primitiua ecclesia communiter pauperes fuerunt. Sed lætentur, inquit, quia deus ipsorum pauper pauperes elegit, & ipsis sua mysteria reuelauit. Qui tunc in mundi delitijs & diuitijs honoribusq; residentes, nihil de tam diuino mysterio quod in Bethlehem agebatur cognoscebant, in omnibus mundi gloria sternit; Virgo Dauidis de stirpe nata, sed tunc a nemine secundum seculum reputata, angelo & Ioseph testibus deo plena in vili stabulo veluti mundo abiectiß. parit: tacet, nihil de se loquitur sed quod homines negligunt cæli ciues honorantes denunciant, pauperes inquirunt. ¶ Pastores loquebantur adinuicem transeamus vsq; Bethlehem, & videamus hoc verbum ⌋. i. rem nunciatam puerum natum per angelum nunciatum ⌊ quod fecit dominus. ⌋ A seculo non est auditum, nec a quocunq; actum, sed dominus fecit, propter nostram redemptiõem & suum honorem ⌊ & ostendit nobis ⌋ .i. reuelauit. O magnum diuinæ pietatis indicium. Dauid clamauit. Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis, quia. Luc. 10. Beati oculi qui vidẽt quæ vos videtis. Vnde Simeon iustus clamauit. Nunc dimittis seruum tuum domine, secũdum verbum tuum in pace. Quia &c. Moses dixit Exo. 3. Vadam & videbo visionem hanc magnam, sed figura fuit iſtius. Rubus matrem sine corruptione parientem ardens & nõ comburens significat. Dominus Mosi in pascuis in rubo apparuit, hic pastores per angelum ad cernendum figuræ illius impletionem misit. O quam pura & recta fidei confessio. In principio erat verbum & ꝟbum erat apud deum, &c. Iohan. 1. Hoc verbum natum ex patre non factum est, quia deus creatura non est in qua diuina natiuitate videri ab hominibus minime potest. Iohan. 1. Deum nemo vidit vnquam. Lucem enim habitat inaccessibilem 1. Ti. 6, Ideo vt videri possit verbum caro factum est, Baruch. 3. In terris visus est & cum hominibus conuersatus est. Transeam' ergo & nos cogitando, vsque Bethlehem ciuitatem Dauid, & recolamus amando verbum, quod in ea caro factum est, atq; eius incarnationem dignis celebremus honoribus, transeamus autem abiectis concupi-

EVANG.

scentiꝰ carnalibus, toto mentis affectu vsq; Bethlehem, supernam domum panis viui non manufactam, sed æternam in cælis, 2.Co.5. Illuc carne ascēdit vbi in dextra patris sedet, Col.3. Quæ sursum sunt q̄rite, vbi Christus est in dextra dei sedens, q̄ sursum sunt sapite non q̄ sup terram. Illuc ergo eum tota virtutum instantia sequamur, & solicita cordis & corporis castigatione procuremus, vt quem illi in p̄sepio videre vagientem, nos in p̄is solio mereamur cernere regnantem. Ambr. Cum caro domini videtur, ỹbum videtur quod est filius dei.

¶Quantum ad secundum Psal. certam diuinaꝝ p̄missionum & infallibilem contemplans impletionem ss. illustratus ait: ¶Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate domini virtutum in ciuitate dei nostri, vnde hic dicit. ⌊Et venerunt festinantes⌋ ex magno desiderio & gaudio, videndi natum infantem, nulla noctis p̄pediti hora. Immutauerat enim eos angelici cōspectus cōcentusq; suauitas. Festinauerunt ergo felici gaudio quod audierant. Et qa ardenti desiderio quæsierunt, cōtinuo quem q̄sierunt, saluatorem inuenire meruerunt, ac q̄ mentis desiderio cuncti fideles & industria Christum quærere debeant, dictis suis pariter & factis ostenderunt. Si quæritis, inquit, q̄rite. Esa.21. Deut.4. Cum quæsieris dñm deum tuum inuenies eum, si tamen toto corde quæsieris. Festinemus ergo non passibus pedum, sed bonoꝝ p̄fectibus operum. Ip̄ius enim factura sumus creati in operibus bonis, vt in illis ambulemus. Ephe.2. Videre eandem glorificatam humanitatem, cum eisdem ministris digna seruitutis suæ merçede remuneratis. Festinemus ergo, nā tanta beatitudo nō cum desidia aut torpore quærenda, sed alacriter sunt Christi sequenda vestigia. Nam ip̄e cursum nostrum data manu iuuare desiderat, delectatq; audire a nobis. Trahe me post te, curremꝰ in odore vnguentorū tuorū. Can. 1. Nemo tardet conuerti ad dominum, nemo differat de die in diem. Eccl.5. Ip̄m per omnia p̄cantes, vt gressus nostros dirigat secundum eloquium suum, & non dominet nobis omnis iniusticia, festinemꝰ ergo ingredi in illam requiem. Hebr.4. ⌊Et inuenerunt Mariam & Ioseph & infantem positum in p̄sepio.⌋ Ita vt angelus dixit inuenerunt ⌊videntes aūt cognouerunt de ỹbo q̄d dictū erat

illis de puero hoc ⌋ Cognouerũt dictum verum quod ab angelo audierant, ſcilicet quod ipſe eſſet Chriſtus & ſaluator. Mira paſtorum deuotio, qui ſimplici corde angelico credidere oraculo. Phariſæi & ſcribæ neq; miraculis poſtea credidere. Sapic.1. Sentite de domino in bonitate & in ſimplicitate cordis quærite illum', Nos ergo quæ ſunt nobis de ſaluatore noſtro domino Ieſu Chriſto deo & homie dicta, interim plena fide percipere & pia dilecti one feſtinemus amplecti, vt hoc in futuro perfectæ cognitionis viſu comprehendere valeamus, in qua viſione beata conſiſtit vita, Iohan.17. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Hanc ardenter deſiderabat propheta, d. Sitiuit anima mea ad deum viuum, quando veniam & apparebo ante faciem dei. Cuius ſolius viſione non alia vlla terrenarum rerum affluentia deſiderium ſuum ſaciari poſſe ſignificauit, d. Satiabor cum apparuerit gloria. Verum qa non ocioſi ac deſides, ſed virtutum operibus inſudantes digni ſunt diuina contemplatione præmiſit. Ego autem cum iuſticia apparebo conſpectui tuo. Beati ergo qui eſuriunt & ſitiunt iuſticiam: quoniam ipſi ſaturabunt. Mat. 5. Non dubium quin puerum adorauerint, quem angelo nunciante Chriſtum agnouerunt, nunciantes Bethlehemitis non cælauere arcana quæ diuinitus cognouerunt, ſed quibuſcunq; potuere dixerunt verba angeli, & puerum natum in p̃ſepio iuxta angelicum oraculum reclinatum, & matrem ſine omni dolore alacri vultu aſtantem, nec minimum partus indicium habentem, quæ haud dubie multos ad videndum adduxere. Sic & ſpirituales paſtores, mira quæ in ſcripturis inueniunt aliis nunciare (quum ſpecialiter ad hoc ordinati ſint) debent, & vigilias noctis, i. tentationum pericula indicare, & ſe ſuoſq; cuſtodire, & cæleſtem panem in bethlehem indicare. 1. in eccla: Act. 20. Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo poſuit vos ſpũſſ. epiſcopos regere eccleſiam dei, quam acquiuit ſanguine ſuo. Nõ ſolum iſti: ſed & vnuſquiſq; quãtulamcunq; gregẽdam habuerit familiam. Imo ſi ſeipm tm̃ paſtoris nomen accepit, & ſpiritualẽ paſcit gregẽ cuſtodit q; vigilias noctis ſup illum, ſi bonorũ actuũ cogitatio nũq; mundarũ ſibi aggregãs multitudinẽ: hũc iuſto mo-

deramine gubernare, cælestibus scripturarꝫ pascuis nutrire, Mat. 4. Non in solo pane viuit hō, sed in omni verbo quod, pcedit de ore dei & peruigili solertia cōtra immūdorum spirituum insidias seruare cōtendit. 1. Pe. 5. Sobriī estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanq̄ leo rugiens circuit q̄rens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. ⌊ Et omnes q audierāt mirati sunt, & de his ⌋ & pro. i. ⌊ quæ dicta erant a pastoribus ad ipsos ⌋ de annunciatione. s. angelica & inuentione pueri. O ineffabile diuinæ pietatis mysteriū: quod tā humilibus & mundo despectis primo annunciatur summā diuinæ bonitatis opus: quod nemo principum huius seculi cognouit. 1. Corinth. 2.

¶Quo ad tertiū, Considerans prophetа immensam dīnæ mīæ in incarnationis mysterio bonitatem, cunctos ad ipsius hortans cōsiderationem simul & gratiarum actiōnem, ait. Cantate dño canticū nouū. Nouum enim fecit dñs super terram fœmina circundedit virum. Hiere. 31. quod mirabile. Vnde adiungit quia mirabilia fecit. Quis enim vnq̄ audiuit vt regens cælum & terram ab æterno infans esset? Et cuius sunt diuitiæ gloriaq̄, iacens in præsepio non haberet alium locum in diuersorio. Pascens cuncta q̄ in cælis & in terris sunt aleretur vbere virgineo de cælo pleno. Vnde subdit: Notum fecit dominus salutare suum. Mat. 1. Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis corū. Ne autem solum de Iudæis intelligendum puteꝫ, subdit: In conspectu gentiū reuelauit iustitiā suam, de qua Apo. 1. Cor. 1. Qui factus est nobis sapia a deo, & iustitia, & sanctificatio & redemptio. Merito ergo toto cordis iubilo deum laudare debemus, nec vnq̄ tantorꝫ obliuisci bñficiorū. Vñ seq. ⌊ Maria aūt conseruabat oīa ẏba hæc ⌋ quæ, s. pastores audierant & narrauerant, & qui ex eorū narratu ad miraculum infantis venerant, virginalis pudicitiæ iura custodiēs sacramēta diuinæ incarnationis in corde conser uans ruminabat, nemini diuulgabat, sed ipsum quando vellet & quomodo vellet diuulgare reuerenter expectabat. ⌊ Conferens in corde. ⌋ quod est contemplātis & admirantis diuinam, & inscrutabilem in factis ipsius sapientiam. Quæ & pleraq̄ alia mysteria quæ si-

deliter in corde suo sancto conseruabat, consentaneum est ipsam euangelistæ suo Lucæ: qui ipsi familiaris fuisse denarratur vitæ vocis oraculo retexisse. Conferebat autem acta his q̃ agẽda vel legerat, vel ab angelo audierat. Vidit se virginem concepisse spiritus sancti operatione, & incorruptam peperisse, secundum quod ab angelo audierat. Luc. 1. & legerat Esa. 7. Ecce virgo concipiet & pariet filium & vocabitur nomen eius Emanuel. Legerat eandem virginem de Dauidis stirpe fore. Esa. 11. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientię & intellectus, spiritus cõsilij & fortitudinis, spũs sciæ & pietatis, & replebit eũ spũs timoris dñi. Et ipa de domo Dauid, quare & Ioseph sponsum secundum legem habuit, vnde & in Bethlehem ciuitate Dauid peperit, secundum Mich. ſ. oraculum. Et tu Bethlehem ephrata parvulus es in milibus Iuda, paruulus. ſ. vicus, sed non puipendendus. Vnde seq. Ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio æternitatis. Nouerat enim filium altissimi quem pepererat. Sciebat cuncta sedulo cum corde ruminare. Ruminemus & nos, ne peccatis obuoluamur. Psal. In corde meo abscondi eloquia tua vt non peccem tibi. Dulcis nanq; est sup mel. Idẽ Quam dulcia faucib⁹ meis eloquia tua super mel ori meo Vnde & de pastoribus subditur. ⌊ Et reuersi sunt pastores laudantes & glorificantes deũ ⌋ Eccl. 43. Magnificate deum q̃tum potestis. Ecce q̃ simplici corde & puro laudes angelicas exultando personant, qui prius voces cecinerant pastorales. Vnde seq. ⌊ In omnibus quæ audierant & viderant sicut dictum est ad illos ⌋ ſ. ab angelo, non enim aliter inuenerunt, quare deum laudauerunt, p beneficio toti mundo exhibito, & sibi specialiter ostenso. Certum est pastores cum dominum inuenirent nihil ridiculi ludicriq; egisse, quoniamquidem cum digressi sunt a gloria & laude diuina non cessarunt, narrando non solum quæ audierant, sed etiam vel maxime quod viderant.

Discamus ergo nos ad contemplationem dominicæ dispensationis: qua nobis subuenire dignatus est semper ad agendas beneficijs eius gratias reuerti. Si enim illi sola natiuitate cognita reuersi sunt gaudentes, quanto

magis nos qui totam incarnationis seriem ex ordine cognouimus, & sacramentis illius imbuti sumus in omnibus gloriam eius ac laudem non solum verbo sed & factis prædicare, nec vnquam obliuisci debem⁹ quod ideo homo natus est, vt nos ad imaginem & similitudinẽ suę diuinitatis renascendo reficeret.

¶ In summa missa.

In principio erat verbum, ꝛ verbum erat, &c⌋ Iohan.⌊. Sanctus euangelista & apostolus Iohannes attendẽs periculosum de diuinitate Chri errorem, dicente domino Iudæis. Ioha. 9. Dixi vobis quia moriemini in peccatis vestris. Si enim non crediderit⁹ quia ego sum moriemini in peccato. Dicebant ergo ei, tu quis es? Dixit eis Iesus: Principium qui & loquor, simul cum humanitatis ipsius humilitate, diuinitatis indicat sublimitatem. Vnde & apostolus Hebræis tanquam lege eruditis, scripturis eandem prohans, benignitatis diuinæ indicat magnitudinem, dicens: Hebræ. 1. ⌊ Multiphariã⌋ .i. per diuersas figuras & velamina vt in sacrificijs⌊ multis⁹ modis⌋ .i. per visionem corporalem, sic Dan. 5. Balthasar vidit digitos scribentes in pariete. Imaginariam, sic Esa. 6. Vidit dominum sedentem super solium excelsum & eleuatũ. Intellectualem, sic multis prophetis, Ose. 12. Visiones multiplicaui, & in manibus prophetarum assimilatus sum. ⌊ Olim deus loquens patribus in prophetis. Nouissime diebus istis⌋ .i. tempore gratiæ ⌊ Locutus est nobis in filio⌋ .i. per filium qui & per suos loquitur ⌊ quem cõstituit hæredem vniuersorum⌋ .i. mundi dominatorem, quia filius qui nequeat a dominatu depelli. Eo enim ipso quo natura humana a ꝟbo assumpta est in vnitate suppositi eo ipo constituta est super oẽm creaturam ⌊ per quẽ fecit & secula⌋ vt per ꝟbum patri coæqua le. Vnde ponit quatuor excellentias Christi. Prima. Coæternitas cũ patre ⌊ Qui cũ sit splendor gloriæ⌋ lumen de lumine illuminãs aias nras. Splendor aũt cum re ipa q̃ splendorem emittit eodẽ momento collucet. Secunda. Consubstantialitas ⌊ & figura substantiæ eius⌋ Imago patris, hõ autem est ad imaginem, vñ ipe est plena oñsio patris: ga eiusdem substantiæ cum pre, & ga illa est indiuisibilis, ideo eadem substantia numero in patre & filio.

EPIST.

Tertia, Potentiæ æqualitas ⌊ portans omnia verbo virtutis suæ ⌋ .i. conseruans in esse, alias in nihilum tenderent, sicut ab eo creata, ita & ab eo conseruantur suo imperio virtuoso: quia suum dicere facere est. Potentia ẽm dei in duobus apparet, in rerum productione & earum conseruatione. ⌊ Purgationem peccatorum faciens ⌋ p carnis assumptionem crucem & mortem, in quo & humilitatis benignitatem & potentię diuinitatem cõmendat, quis enim potest peccata dimittere nisi deus? Lu. 5. Quarta, Aequalis dignitas ⌊ Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis ⌋ Non loco concludit deũ, sed ostendit Christum omnibus eminentiorem, & per dexteram similitudinem honoris demonstrat. Consessus enim nihil aliud nisi honoris æqualitatem demonstrat. Et quia a q̃tuor p̃dictis excellentijs angeli deficiunt, concludit ⌊ Tanto melior angelis effectus quanto differentius præ illis nomen hæreditauit ⌋ quia dei filius. Ipsi autem serui ⌊ Cui enim dixit aliquando angelorum ⌋ q. d. nunquam alicui. ⌊ Filius meus es tu ego hodie genui te ⌋ tempora & si multiplicia sint, sunt tamen deo præsentia, quicquid æternum est, semper est. Et rursum, 1. Paral. 21. ⌊ Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium ⌋ Luc. 1. Et quod nascetur ex te, sanctum vocabitur filius dei. ⌊ Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terrarum dicit ⌋ per carnem visibilem quia inuisibilis erat, & in mundo erat & mundus per ipsum factus est. Iohan. 1. ⌊ Et adorent eum omnes angeli eius ⌋ dei ⌊ Ad angelos quidem dicit ⌋ .i. quid ad naturam pertineat angelorum, exprimit per scripturam. ⌊ Qui facit angelos suos spiritus & ministros suos flammam ignis. ⌋ Spiritus nomen naturæ, angelus officij est q. d. licet angeli tantæ excellentiæ sint vt spirituales sint naturæ, non tamen sunt idem quod deus sicut filius, sed sunt serui & ministri, nõ solum ipsum adorando, sed etiam nobis propter ipsum quodammodo ministrando. Veruntamen quia suum ministerium in deum referunt, ideo dicuntur sicut flamma ignis q̃ semper ascendit. ⌊ Ad filium autem thronus tuus deus in seculum seculi virga æquitatis virga regni tui. ⌋ Ista est tertia autoritas ad probatiõem primi, virga qua bonos dirigit malos punit ⌊ Dilexisti iusticiam ⌋ .i. ome bonum

⌊& odisti iniquitatem⌋ .i.oē malum ⌊propterea vnxit te deus deus tuꝰ oleo exultatiōis p̄ participibus tuis⌋ vnctus est plenitudine gratiæ a deo patre in humana natura, cum ergo non sint plures dij, sequitur ex hoc consubstantialitas patris & filij. Secundum probat, d. ⌊Et tu in principio domine terram fundasti⌋ Ante omnia, q̄a creator ante creata existit sine vllo initio. In principio.i.filio siue per filium. Iohan. 8. Ego principium qui loq̄r vobis ⌊& opera manuum tuarum⌋ .i.potentiæ vel virtutis iussionis tuæ sunt cæli. Tertium ⌊ipsi peribunt⌋ non secundum substantiam sed formam ⌊tu autem permanebis, & omnes vt vestimentum veterascent⌋ sicut & humana corpora longæuitate veterascūt. ⌊Et velut amictum mutabis eos & mutabuntur⌋ in melius ⌊Tu autem idem ipse es⌋ per omnem modum immutabilis, vt sicut æternus ante omnia, sic quia p̄manet idem post mutata ⌊& anni tui non deficient⌋ .i.duratio tua.

¶Rediens apost. Iohannes ex Pathmos insula contra hæresim in sua absentia exortam de diuinitate Christi, scribere coactus a diuinitate ipsius inchoauit, dicens: In principio &c.

¶Nemo est qui rem dissipatam sic conuenienter reparet in integrum sicut artifex qui fecit, quia ergo omnia per verbum primo in esse producta sunt, ideo naturæ lapsæ reparatio conuenientissime per ipsum fieri debuit. Cum ergo in duarum missarum euangelijs temporalis Christi declarata sit natiuitas ex qua est reparationis nostræ principium. Ideo in solenniori missa recitatur euangelium diuinitatis continens sublimitatem simul & humanitatis humilitatem, vt deum per visibilia cognoscentes, ad inuisibilium rapiamur amorem &c.

¶Primum. Gloriosa verbi conditio in principio.

Secundum. Horrenda mundi peruersio, ibi: In ipso vita erat.

¶Tertium. Intendenda verbi incarnatio, ibi: Et verbum caro &c.

¶Quo ad primum, Considerans propheta spiritus. illustrāte, Christi sublimitatem & suam humilitatem, ait: Dixit dominus, s. pater domino meo. i. Christo, sede a dextris meis. i. ad æqualitatem dignitatis. Quam autorita

tem apost. Heb. 1. & Salua. Mar. 12. ostendunt de ipius di
uinitatis sublimitate dictam, circa quam Iohannes hic
EVANG. quatuor tangit. Primum: Existentiæ æternitas. ¶In
principio erat verbum ⌋ i. nihil præcessit, quia erat ideo
non accepit esse in tempore sed in exortu temporꝫ erat,
ac per hoc sine vllo temporis initio de patre natum. He
bræ. 13. Christus Iesus heri & hodie ipe & in secula. Præ
cessit ergo omnia quæ cõdita sunt siue in cælo siue in ter
ra. Secundum, Personæ alietas ⌊ & verbum erat apud de
um ⌋ s. æterne 1. Iohan. 1. Annunciamus vobis vitam æ-
ternam, quæ erat apud patrem. Si alius apud alium sunt,
duo profecto sunt pater & filius, & non ipse vnus, mo-
do pater, modo filius, modo spiritus sanctus quasi muta
bilis sit diuinæ substantiæ natura, cum apertissime lac. 1.
Apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis ob-
umbratio. Est ergo apud patrem cum sit eiusdẽ substan-
tiæ. Vnde seq. Tertiũ. Essentiæ vnitas ⌊ & deus erat ver
bum ⌋ Iohan. 8. Ego & pater vnum sumus. ⌊ Hoc erat in
principio apud deum, ⌋ per essentiæ vnitatem & distin-
ctionem personalem. Nullus enim apud seipsum sed alius
esse dicitur. Quartum. Potentiæ virtuositas ⌊ Omnia
per ipsum facta sunt ⌋ visibilia & inuisibilia, corporalia
& incorporalia naturam seruãtia, quod dicitur propter
peccata quæ naturam non seruant sed corrumpunt. At a
quo per quem & ad quid nisi ab ipso, per ipm & ad ipm.
Quatenus enim efficiens est, ab ipso sunt omnia, q̃tenus
forma & veritas rerum per ipsum. Anselm. Pater fecit
omnia per verbum licet sit eiusdem essentiæ cum patre,
quia fecit omnia sua potentia quę est idem filio, est enim
identitas virtutis operantis in patre & filio, ita vt ꝥtus
illa sit a patre in filio. Iohan. 14. Pater autem in me ma-
nens ipe facit opera. Quatenus finis est & consummatio
omnium, ad ipsum sunt omnia ⌊ & sine ipso factum est
nihil, quod factum est ⌋ Ne quis existimet spiritum san-
ctum facturam, dicit nihil quod factum est. Omne enim
factibile per ipsum factum est. Nihil naturaliter scilicet
subsistens: nam peccatum in quantum participat connu-
merationem entis est a deo. Inquantum vero deficit ab
ente non est a deo. Beda: Si nihil creaturarum sine ipo
factum est, patet profecto, quia ipse creatura nõ est, per

cuem omnis creatura facta eſt. Satis ergo oſtendit, nihil fuiſſe ante verbum, quia deus erat. Vnde cõfutauit errorem Neſtorij & Claudij.

¶Quo ad ſecundum, Pſal. attendens diuini luminis vtilitatem ait: Lux orta eſt iuſto, & rectis corde lętitia. Qui enim recipiunt diuinæ illuſtrationis gratiam, ſuper bonitatis ipſius exhilarantur opera, ſicut econtra mali nihil incunditatis ſentiunt, quia illuſtrationem non recipiunt vnde ſequitur. ⌊ In ipſo vita erat ⌋ & ipſa quidem vita quæ eſt vere vita immenſe & maxime vita. Iohan. ſ. Sicut pater habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit & filio habere vitã in ſemetipſo. Nã pr̃ vita eſt ſeꝑ a ſe, & filius vita ſed ab alio ſcilicet patre, & ſpirituſſanct⁹, ſed ab vtroq;. Quis ingt Apoſtolus, 1. Cor1. 2. ſcit hominũ quæ ſunt hominis niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt, ita & quæ deꝰ ſunt, nemo cognouit niſi ſpiritus deꝰ. Sed quis ſcit conſilium deꝰ. Tantũ ergo quiſquis ſcit de abditis & profundis deꝰ, quantum deus illi per ſpiritum ſuum manifeſtare dignatur. Cum ergo pater ſit vita, & filius, & ſpirituſſanctus, quid de ideis. In ipſo ergo vita erat. Nam & dat vitam mundo, Col. 3. Cum Chriſtus apparuerit vita veſtra, vnde clare ſequitur ſpecialis ipſius ꝟbi operatio erga creaturã rationalem hominem ſcilicet. ⌊ Et vita erat lux hominum ⌋ Erat ante incarnationem lux in ſe. i. Ioh. 1. Deꝰ lux eſt & angelorꝫ, ſed nõ hoĩm, q nõ poterãt ſolẽ in rota intueri. Ideo ſol nube ſe texit: & ſic facta lux hoĩm: quia miſertus deus miſeriã hoĩm ipſorꝫ naturam aſſumpſit. Beda: Hoc verbo apertiſſime docet, quod ipa vitalis ratio, per quam omnia diſpoſita ſunt & reguñ, non omnem creaturam, ſed rationalem tantum, vt ſapere poſſit illuminat, homines nanq; qui ad imaginem deꝰ facti ſunt, ſapientiam percipere poſſunt, cætera non pñt. Sed & animalis homo quicunq; ille eſt non percipit quæ ſunt ſpiritus. 1. Corint. 2. Vnde ſeq. ⌊ & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt, ⌋ quia in hominibus huius ſeculi tenebris ignorantiæ & pctõrum obſitis. Ephe. ſ. Eratis aliquãdo tenebræ. Licet luceat tamen ipſi non percipiunt, veluti ſi cæcus iubare ſolis obfundatur, nec tamen ſolem cuius lumine perfunditur iꝺe aſpicit, vnde non propter defectum lucis, quia in tenebris lucet, ſed ſtulta illorum corda relicta vera ſapiẽtia,

vanitatem quærunt, in quibus tamen lux verbi lucet, q̃ sine huius beneficio lucis nec vanum intelligere possunt, sed propter eorum vitium, quia oculos noluerunt aperire ad beneficium lucis huius. Ipsa ergo lux, ipsa dei sapientia inuisibilis, carne ĩ qua videri possit induta est, quæ in hominis habitu apparens, & loquens hominibus paulatim fide purificata corda eorum ad cognitionem suæ diuinitatis pertraheret, vnde præmisit nuncium qui testaretur & ostenderet id lumen, qui illum præcessit, sicut lucifer solem, de quo .3. ponit. ⌊ Fuit homo missus ⌋ A quo quia ⌊ a deo ⌋ ergo illi credendum erat. Secundo qs ⌊ cui nomen erat Iohannes. Hic venit in testimonium vt testimonium perhiberet de lumine ⌋ Ioh. 5. Vos misistis ad Iohannem, & testimonium perhibuit veritati ⌊ vt omnes crederent per illum ⌋ .i. testimonium Iohannis, q̃si diceret. Non indiguit lux testimonio, sed alĩ vt crederent, per illum dicit non in illum, quia seq. ⌊ Non erat ille lux ⌋ scilicet vera, quia multum distat inter lucem quæ illuminat, & eam quæ illuminatur .i. eos qui participatione veræ lucis accipiunt vt luceant, & ipam lucem perpetuam, quæ non solum lucet in seipa, sed sua præsentia quoscunq; attigerit illustrare sufficit, sancti sunt autem lux irradiata Mat. 5, Vos estis lux mundi. Ideo sequitur ⌊ sed vt testimonium perhiberet de lumine. ⌋ Solius autem dei est peccatoribus gratiam veræ lucis infundere. ⌊ Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum ⌋ vera .i. naturalis et immutabilis non per participationẽ sed essentiã oĩa illuminans. Naturali lumine omnem illuminat hominem, vt dĩscernere possit inter bonum & malum. Sapientia diuina. Sicut enim nemo a seipo est, ita nemo a seipso sapiens esse potest, sed illo illustrante de quo dicitur Eccl. 1. Omnis sapientia a domino deo est. Gratia fidei. Chrys. Ille omnẽ hominem illuminat quantum de se est. Si autem quidam claudentes oculos mẽtis, lucis radios susceipere noluerũt, nõ a lucis natura obtenebratio ẽ illis, sed a malitia sua sicut ab introitu oĩbus patenti & nullo, phibente, q voluntarie foris remanent, a propria malitia pereunt. Augu. Ipse illuminat omnem hominem veniẽtem in hunc mundum: quia nullus illuminatur nisi per ipsum, sicut magi

ster dicitur docere omnes pueros ciuitatis non q̄ omnes doceat, sed omnes qui docentur, per illum docentur. Vlterius probat hominum malitiam & bonitatem diuinã, d. ⌊ In mundo erat, & mundus per ipsum factus est ⌋ ga deus ideo vbiq̄ totus, quia præsentia maiestatis suæ omnia quæ fecit sine onere continens regit, Hiere. 23. Cælum & terram ego impleo ⌊ & mundus eum non cognouit ⌋ .i. mundani amore mundi decepti. Aug. Si terram diligis terra es, si deum deus. Iohan. 17. Pater iuste mundus te non cognouit, &c. Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Nam ex pte dei non est impedimentum, quia lux etiam in tenebris lucet, sed tenebræ eam non cõprehenderũt, & quod plus est. ⌊ In propria venit ⌋ .i. mundum quem per diuinitatem fecit, per humanitatem intrauit, vel gentem Iudaicam: quam præteritis nationibus speciali gratia copulauerat. Matth. 15. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel ⌊ & sui eum non receperunt. ⌋ Ecce ingratitudo quod illi propter quos venerat non recepe runt, quem enim in potentia deitatis cuncta creantem re gentemq̄ non cognouerant, ipsum in carnis infirmitate miraculis coruscantem recipere nolucrunt, & hoc sui q̄s ad imaginem suam creauit, vel Iudæi quos speciali munere ex cunctis selegerat populis, lege & prophetis ornauerat, & ex ipsis nasci inter eos conuersari dignatus fuerat. Mat. 23. Hic est hæres venite occidamus eum, & nostra erit hæreditas. Ne autem crederetur quod nullus eũ receperit, & quantum esset bonum recipientibus, subdit. ⌊ Quotquot autem receperunt eũ ⌋ siue nobilis siue pauper sine acceptione personarum: quę non est apud deum. Actuum. 10. Rom. 2. Nullum dominus cogit necessitate, sed voluntatem relinquit & electionem ⌊ dedit eis potestatem filios dei fieri ⌋ Chrysost. Non dixit, fecit eos filios dei, quia opus est studio nostro, dicendo potestatem, ostendit quoniam non simpliciter hæc gratia superadueniit, sed nobis volentibus & studentibus, etenim in nostra potentia iacet quid horũ eligamus. i. fieri filios dei vel non fieri. Sed per quem modum adiungit ⌊ his q̄ credunt in nomine eius ⌋ fide per dilectionem operante & regenerationẽ spiritualem. Vnde adiungit differentiam

ad carnalē d. ⌊Qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri⌋ .i. cursu naturali carnali ⌊sed ex deo nati sunt⌋ Ioh.3 Nisi qs renatus fuerit ex aq̄ & spiritusancto, non pōt introire in regnū dei. Quod natum est ex carne caro est, & quod natum ex spū, spūs est. Ex generatione diuina cęlestes sumus & immortales. Ex terrena humani & morti obnoxij. Ex diuina peccare hō nō potest. 1. Iohan. 3. Omnis qui natus ē ex deo nō peccat sed generatio dei cōseruat eū, ex humana ferme semper peccat. Ex diuina euolamus ad cælum, ex humana nemo sed ad cæli oppositum. Consideremus quanta sit gratia redemptoris nostri, quam magna sit multitudo dulcedinis eius, vnicus ex patre natus est, nec remanere voluit, vnicus. Descendit ad terram vbi fratres sibi quibus regnum patris sui dare posset acquireret. Consideremus & quanta sit virtus fidei, cuius merito datur potestas hominibus filios dei fieri, scriptum est enim Abac. 2. Iustus ex fide sua viuet. Viuit enim iustus ex fide non illa quæ labiorum tantum confessione profertur, sed quæ per dilectionem operatur. Galat. 5. Alioquin fides si non habeat opera mortua est in semetipsa. Iac. 2. Nullus seipsum despiciat, nullus de se desperet. Curram⁹ omnes, curramus singuli vt qui eramus lōge, mereamur fieri prope in sanguine Christi. Ephe. 2. Videamus quod dicitur, quotquot receperunt eum, &c.

¶Quo ad tertium, immensam diuinæ benignitatis psal. considerans abyssum, q̄ clāmātes ad se de tribulatione pro peccatis inflicta exaudit, d. Misit verbum suum & sanauit eos & eripuit eos de interitionibus eor̄. Nam de plaga corporali tunc ipsos liberauit Iudæos, sed per verbum incarnatum omnes de morte æternali. Vnde ne qs impossibile iudicet fore dei filios homines & cohæredes Christi fieri, subdit exemplum q̄ filius dei hominis fieri dignatus est, & inter homines conuersari, vt humanæ p̄ticeps naturæ homines faceret diuinitatis suæ esse consortes, quasi dicat. Vis scire quis conciliarit nobis hanc adoptionem ⌊Et verbum caro factum est⌋ Ghry. Cum d. Euang. quoniam ex deo nati sunt qui eum receperunt, huius ineffabilis necessitatis & honoris ponit causam q. d. filius dei factus est filius hominis, vt homines faceret

filios dei. Solet enim scriptura modo animæ, modo carnis vocabulo totum designare hominem. Vnde Gen. 46 Descendit Iacob in Aegyptum in animabus, 7. Et videbit omnis caro. Esai. 40. Nec ꝙ enim animæ sine corporibus in Aegyptum descendere, vel caro sine anima videre ali quid potest. Sic hic nomine carnis homo totus intelligi tur ⌊ & habitauit in nobis ⌋ i. in natura humana ad innuendum ꝙ deitas non est mutata in carnem, nec conuersa: sed ꝙ sint ibi duæ naturæ, scilicet diuina & humana in vna hypostasi, vel in nobis, id est inter nos. Baruch tertio. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus cõuersatus est, vel spiritualiter per gratiam. 2. Corinth. 6. Vos estis templum dei viui: sicut dicit dominus: quoniam inhabitabo in illis. ⌊ Et vidimus gloriam eius: gloriam q̃si vnigeniti a patre. ⌋ Gloriam Christi quam ante incarnationem videre non poterant homies, post incarnationem viderunt: aspicientes humanitatem miraculis refulgentem & intelligẽtes diuinitatem intus latentem: illi maxime qui & eius claritatem ante passionem in mõte sancto contemplari meruerunt, voce delapsa ad eum huiuscemodi a magnifica gloria, hic est filius meus dilectus. 2. Petri. 1. Matth. 17. Et post passionem resurrectionis & ascensionis ipsius conspecta gloria spũs ei⁹ dono mirifice sunt refecti. Act. 2. Quibus omnibus manifeste cognouerunt ꝙ huiusmodi gloria non cuilibet sanctorum: sed illi soli homini competeret qui esset in diuinitate vni genitus a patre. Et vidimus, verbum scilicet ⌊ plenũ gratiæ & veritatis ⌋ Gratiæ per essentiam: veritatis quia ipa veritas. Ioh. 14. Et summa quidem & æterna. In ipso eñ complacuit omnem plenitudinem inhabitare. Col. 1. Nã de plenitudine eius omnes nos accipimus. Iohan. 1. vere plenus gratia dominus Iesus Christus, quia singulari munere præ cæteris mortalibus datum est illi vt statim ex quo in vtero virginis concipi & homo fieri inciper, verus esset & deus. Vnde & eadem virgo gloriosa non solum hominis Christi, sed & dei genitrix recte credẽda est & confitenda. Oẽs etiã figuras & promissiones impleunt. Ioñ. 1. Lex p Mosen data est gr̃a & veritas p Iesum Christum facta est. Nam p pctm̃ incurreramus defectũ in affectu per culpam, hanc curauit per gratiam. In intellectu

per ignorantiam, contra hanc attulit veritatem, & sic tã quam bonus medicus totum curauit hominem. Quia ergo verbum caro factũ est & habitauit in nobis. i. deus hõ factus est, vt per cognatum hominis habitum nobiscum conuersando congrueret, nos alloquendo instrueret, viuendi nobis viam pberet, pro nobis contra hostem confligere nostram mortem moriendo ac resurgendo posset destruere, per coeternam vero patri diuinitatem nos interius viuificando ad diuina sustolleret, remissionem peccatorum pariter & spũss. dona concederet, & post bonorũ perfectionem operum, non solum ad videndum gloriam clarificatæ suæ nos perduceret humanitatis: sed & incommutabilem nobis essentiam suæ diuinæ maiestatis oñderet: secundum illam vtuamus generationem quæ ex deo est, & vt filij dei patrem deum agnoscentes tam eminẽtis generationis autorem, non vt filij hominum qui descendunt in corruptionem

¶ In Festo S. Stephani

EPIST.

ECce ego mitto ad vos prophetas ⁊ sapientes ⁊ scribas, ⁊ ex illis occidetis et crucifigetis, ⁊c. ⌋ Mat. 23. Nunquam deus infinita sua bonitate errantes reuocare per verbum suum, bonosq; cõsolari destitit. Non enim minus: imo magis precios̃um est animam fouere quam corpus, cum ex ipsius salute corporis pendeat salus, diuini verbi dulcedine, sicut apostoli. Act. 6. ⌊ Cum factum esset Græcorum murmur aduersus Hebræos, eo quod despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorum, conuocata discipulorum multitudine, dixerunt: Non est æquum nos derelinquere verbum dei & ministrare mensis ⌋ quia spiritualia sunt potiora temporalibus. ⌊ Considerate ergo fratres viros ex vobis boni testimonij ⌋ .i. bonæ famæ ⌊ septem plenos spiritu-sancto & sapientia, quos constituamus super hoc opus Nos vero orationi ⌋ quo ad deum ⌊ & ministerio verbi instantes erimus ⌋ (quo ad proximum) ⌊ & placuit sermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum plenum fide & spiritu-sancto, & Philippum, & procorum, & Nicanorem, & Simonem Parmenam & Nicolaum aduenam antiochenum. Hos statuerunt ante conspectum apostolorum & orantes ⌋ apostoli ⌊ imposuerunt eis

manus] ordinando eos diaconos. Et verbum domini crescebat & multiplicabatur numer⁹ discipulorum in Hierusalem valde: multa etiã turba sacerdotũ obediebat fidei Stephanus autem plen⁹ gratia, ad bene operãdum, & fortitudine, aduersa tolerando, faciebat prodigia & signa magna in populo. vnde duplici ipsum Iudei aggressi sũt via, primo verbis. Surrexerunt autẽ quidam de synagoga quæ appellabatur Libertinorum & cirenensium & alexãdrinorum & eorum qui erant in Cilicia & Asia, disputãtes cum Stephano, fidem q̃tũ poterãt verbis impugnando. Et nõ poterãt resistere sapiẽtiæ & spiritui qui loq̃batur, s. in eo vel quo, Lucæ. 21. Ego dabo vobis os & sapiẽtiam cui nõ poterũt resistere, & cõtradicere omnes aduersarij vestri. Tunc submiserunt viros (vt quia ratione non poterãt, violentia superiores apparerent) qui dicerent se audisse eum dicentem verba blasphemiæ in Mosen & deum In lege autẽ præcipitur blasphemus occidi, Leu. 24. Commouerunt itaque plebem (coẽm) & seniores (maiores populi) & scribas, in] lege peritos, & cõcurrentes rapuerunt eum (quasi furia acti non ratione) & adduxerunt illum in concilium, & statuerunt falsos testes qui dicerent: Homo iste non cessat loqui verba aduersus locum sanctum, & legem, quasi dicerent, assuetus est blasphemijs. Audiuimus enim eum dicentem, quoniam Iesus nazarenus hic destruet locum istum & mutabit traditiones quas tradidit nobis Moses. Falsum dixerunt Nam Christus prædixit locum destruendum, sed non per se. Matthæi 24. Nec mutauit annullando legem, sed perficiendo, Heb. 7. Nihil ad perfectum adduxit lex, Matthæi. 5. Non veni soluere legem sed adimplere, vnde Iohãnis. 4 Venit hora & nunc est, qñ veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. In quo significabat corporalem legis cultum, in spiritualem mutandum. Et intuentes eum omnes q erant in cõcilio (vultu & animo irato) viderunt faciem eius tanquã faciem ãgeli. Ex q̃dam pulchritudine diuinitus sibi data ad declaratiõem suę sanctitatis & innocentiæ, vt sic a concepta retraherentur malitia. Dixit aũt princeps sacerdotum, si hæc ita se haberẽt? Act. 7. Notandũ quod de quatuor fuit accusatus super quibus respondit. Primo quod dixisset blasphemiam in deũ

Hoc diluit dicens, deum gloriæ Abraham apparuisse & circumcisionis signum dedisse, multiplicationem seminis sui ac peregrinationem in Aegyptum; descensum at seruitutem ibidem duram, rursumq; inde exitum prædixisse Oim quoque præmissorum per deum impletionem. Secũdo in Mosen. Hoc cõfutauit dicens Mosen de aquis assumptum, diuino iussu populum eduxisse de Aegypto in mirabilibus signis deumq; per ipsum legem dedisse. Tertio aduersus locum sanctum super quo respondit. Iussu domini per Mosen secundum exemplar a deo sibi mõstratum tabernaculum factum, ac per Salomonem templũ domino constructum. Confutans autem illorum errorẽ qui credebant deum in templo, quemadmodum homo in domo, habitare ait: Actuum. 7. Sed excelsus non in manufactis habitat (quia incomprehensibilis) sicut per prophetam dicit Esa. 66. Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Metaphorica est locutio designans deum vbique præsentem. Quam domum ædificabitis mihi dicit dñs? quasi diceret, nullam: sed tantum vt ibi fiat oblatio orationum & sacrificiorum, sicut dicit Salomon. 3. Regum. octauo. Aut quis locus requietionis meæ est? quasi diceret, nullus a me, quia deus requiescit in seipso per seipsum beatus. Quarto in legẽ. Istud retorquens in ipsos dicit, legem quidem sanctam a deo datam, sed ab ipsis multipliciter violatam. Dura ceruice, id est, obstinata mente, & incircumcisis cordibus & auribus, a viciis & sordibus blasphemijs & detractionibus, vos semp spiritui sancto restitistis, loquenti in Mose & prophetis sicut patres vestri ita & vos. Quem prophetarum nõ sunt persecuti patres vestri? Et occiderunt eos, q prænunciauerunt de aduẽtu iusti. i. Christi, qui antonomatice dicit iustus: quia secundum Rab. Salo. Omnes prophetę non sunt loquuti nisi ad tempus messiæ principaliter scilicet. Cui nos nunc proditores & homicidæ fuistis: qui accepistis legem in dispositione angelorum. quia per angelum in persona dei loquentem, & non custoditis. quia irritum fecistis mandatum dei propter traditionem vestram. Matth. 15. Audientes autem hæc dissecabãtur cordibus suis, quia non habebant rationem interficiendi eum, & tamen omnibus modis volebant, & sic dissecabantur interius quia

passio p̄ualens discrepat a rōne. Et stridebant dentibus in eum sicut canes rabidi. Cum autem esset plen⁹ spiritusancto intendens in cælum, vbi fiducia cordis sui erat, vidit gloriam dei, ad sui consolationem & confortationem, & Iesum stantem (quasi paratum adiuuare) a dextris virtutis dei. Et ait: Ecce video cælos apertos, & filium homīs stantem a dextris virtutis dei. Exclamantes autem voce magna continuerunt aures suas, ne audirent Stephani ꝟba: & impetum fecerunt vnanimiter in eum. Non ratione sed furia moti. Et eijcientes eum extra ciuitatem, tanq̄ blasphemum, lapidabant. & testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis qui vocabatur Saulus. Et lapidabant Stephanum inuocantem & dicentem: Domine Iesu accipe spiritum meum. Ecce deuotio ad deum. Sequitur dilectio ad proximum: positis autem genib⁹, vt in orando modus esset deuotus, clamabat voce magna, propter magnum affectum ad salutem proximi, dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum, reseruādo eis pœnam æternam. Felix felicem imitatus est magistrum. Et cū hoc dixisset obdormiuit in domino. Nam eius anima sanctissima absorpta fuit in abysso supernæ claritatis.

¶Cum Iudæi qui se coram hominibus iustificare studebant dicerent, quasi malitiam patrum suorum detestando, si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine prophetarum, arguit eos dominus mendacij dicens: In illo tempore. Dicebat Iesus turbis Iudæorum. &c

¶ Ostendit sanctus Iohannes hesterno in Euangelio quod quidam non receperunt verbū, & ꝙ recipientes per fidem & dilectionem filij dei fiunt. In hodierno ostendit Matthæus quosdam non solum non recipere, sed ipsum in membris suis impugnare, pœnam quoq; condignam, in quo tria.

¶Primum, Liuida bonorum inpugnatio in principio.

¶Secundum, Misera prauornm obstinatio, ibi. Hierusalē Hierusalem.

¶Tertium, Noxia obstinatorum desolatio, ibi. Ecce relinquetur vobis domus.

¶Quo ad primum, Prophe. fideliter admonet malo-

rum prosperum non attendendum successum vt imitentur, sed finem ipsorum vt deuitentur, dicens: Noli æmulari. i. imitari, in eo qui prosperatur in via sua (scilicet mala) Vnde sequitur, In homie faciente iniusticias. Desine ab ira & derelinque furorem, quæ oriuntur ex inordinato affectu rerũ. Vnde seq. Noli æmulari vt malignaris, causam adiungit. Quoniam qui malignantur exterminabuntur per mortem corporalem & spiritualem, sustinentes autem dominum, ipsi hæreditabunt terram. Hoc clare patuit in Iudæis qui quamdiu deo subiecti fuerunt pacifice terram possiderunt, imitantes autem gentes expulsi fuerunt. Similiter imitantes eos qui prophetas a malis reuocantes occiderunt, quorum filiꝝ dominũ occiderunt, & suos discipulos persecuti sunt, de qbus dñs

EVANG. ¶ Dixit turbis Iudæorꝝ & principib. sacerdotũ. Ecce ego ⌋ Lu. 11. ⌊ propterea sapia dei dixit ⌊ mitto ad vos ⌋ Mitto dicit in pñti, quia nunquam mittere destitit. Ipsius em̃ est mittere operarios. Matt. 9. Rogate dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. Sed quomodo Iohan. 20. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Non ad mundi gaudia & honores piscãdos, sed Mat. 10. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Non sicut lupos inter oues. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Notandam sicut dicit apost. 1. Cor. 12. Quosdam quidem posuit deus in ecclesia, primo apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, &c. Ephe. 4. Et ipse dedit, quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero euãgelistas, alios autem pastores & doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerij in ædificationem corporis Christi. Vnde dominus, ait: ⌊ Ecce ego mitto ad vos prophetas ⌋ qui futura prædicunt, vt pœnæ comminatione a malis retrahãt, & præmij promissione ad bonum inducant. Sed Mat. 24. Surgent pseudoprophetæ & pseudapostoli & seducent multos, q. d. ego non mitto eos sed ipsi surgunt. Hier. 23. Non mittebam prophetas, & ipsi currebant, non loquebar ad eos & ipsi prophetabant. ⌊ Et sapientes ⌋ non sapientia huius seculi quæ stultitia est apud deum. 1. Cor. 1. Perdam sapientiam sapiẽtium, & prudentiam prudentium reprobabo. Sapientes enim sunt vt faciant malum,

bene autem facere neſcierunt. Hier. 4. Ideo .1. Cor. 2. Loq
mur dei ſapientiam in myſterio abſconditam. Vñ Rom.
16. Volo vos ſapientes eſſe in bono, ſimplices vero in ma
lo L& ſcribas J In lege peritos qui ſcripturas exponunt.
Mat. 13. Omnis ſcriba doctꝰ in regno cælorum ſimilis eſt
homini patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua
& vetera. Ecce quanta diligentia dei erga peccatores re
uocandos. Eſa. 46. Redite præuaricatores ad cor. Sed qd
ait dominus. 4 reg. 17. Miſi ad vos in manu ſeruoꝝ meo-
rum prophetarum & non audiſtis, ſed induraſtis cerui-
cem veſtram. Et non ſolum non audierunt, ſed perſecu-
ti ſunt. Vnde ſeq. L Et ex illis occidetis J vt Iacobum fra
trem domini. Act. 12. Stephanum Act. 7 L& crucifigetis J
vt Simonem iuſtum filium Cleophæ L & ex eis flagella-
bitis in ſynagogis veſtris J Act. 5. Conuocantes apoſto-
los cæſis denunciauerunt, ne omnino loquerentur in no-
mine Ieſu. Sexto decimo Paulꝰ & Silas flagellis cæſi ſunt
2. Cor. 11. Ter virgis cæſus ſum. Sed quid actum ſit de re
liquis adiungit. L Et perſequimini de ciuitate in ciuita-
tem J Act. 8. Facta eſt autem in illa die perſecutio magna
in eccleſia quæ erat Hieroſolymis, & omnes diſperſi ſunt
per regiones Iudææ. Iſta perſecutio Iudæorum vtilitas
fuit gentium. Vnde Act. 13. Vobis oportebat primum lo
qui ꝟbum dei, ſed quoniam repellitis illud, & indignos
vos iudicatis æternæ vitæ: ecce conuertimur ad gentes,
ſic enim præcepit nobis deus. Audiẽtes autem gentes ga
uiſæ ſunt, & glorificabant verbum domini, & credide-
runt quotquot erant p̃ordinati ad vitam æternam. Con
tra huiuſmodi perſecutiones p̃monuit & præmuniuit fi
deles ſuos dominus, d. Mat. 10. Cauete autem ab homini
bus. Tradent enim vos in concilijs, & in ſynagogis ſuis
flagellabunt vos, & ad præſides & ad reges ducemini, p
pter me in teſtimonium illis & gentibus. Cum autem tra
dent vos nolite cogitare quomodo aut quid loquamini:
dabitur enim vobis in illa hora quid loquami; Non eñ
vos eſtis qui loquimini, ſed ſpũs patris veſtri qui loqtur
in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pa-
ter filium, & inſurgent filij in parentes & morte eos affi
cient, & eritis odio omnibus hominibus propter nomen
meum: Conſolatur autem eos præmij magnitudine, di-

cens: Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam: quoniam ipsorum est regnũ cælorum. Beati eritis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me, gaudete & exultate quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Matthæi quinto: Et quia non æque sortes omnes. Ideo Matthæi decimo. Cum autem persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius timete eum qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeres asse veneunt, & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro. Vestri autẽ & capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus meliores estis vos. Item exemplo sui: Non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum, sufficit discipulo vt sit sicut magister eius, & seruo vt sit sicut dominus eius. Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt: quanto magis domesticos, & Iohannis decimoquinto: Si me persecuti sunt & vos persequentur. Sed quid de his q persecutiones inferunt, sequitur: ⌊ Vt veniat super vos omnis sanguis iustus ⌋. i. vltio sanguinis ⌊ qui effusus est super terram a sanguine Abel iusti vsq; ad sanguinem Zachariæ filij Baruchiæ, quem occidistis inter templum & altare. ⌋ Abel iusticia approbata fuit per munerum acceptionem, videlicet Genesis quarto, quem frater suus Cayn occidit, sed quare 1. Iohan. 3. Diligatis alterutrum, non sicut Cayn, qui ex maligno erat & occidit fratrem suum, & propter quid occidit? quoniam opera eius maligna erant, fratris autem eius iusta. O quot habet hodie imitatores qui nolunt meliorem viuere: ne degeneres videantur. Sapient. 2. Grauis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est alijs vita illius: & immutatæ sunt viæ eius, tanquam nugaces æstimati sumus ab illo, & abstinet se a vijs nostris tanquam ab immunditijs. De Zacharia habetur 2. Paralip. 24. Spiritus dei induit Zachariam filium Ioiadæ sacerdotis, & stetit in cõspectu populi, & dixit eis: Hæc dicit dominus deus: Quare transgredimini præceptum domini, quod vobis

non proderit,& dereliquistis dominum,vt derelinqueret vos?Qui congregati aduersus eum,miserunt lapides iuxta regis imperium,in atrio domus domini. Fuit Ioiada binomius,sicut & multi alij, tam in veteri quam nouo Testamento. Vnde in Euangelio quo vtuntur Nazaræi,ponitur filius Ioiadæ.Sed vt eius iusticia pdicetur. Barachias hic dicitur.i.benedictus domini. ¶ Amen dico vobis venient hęc omnia super generationem istam ¶ id est,vltio pro his omnibus. Cum neutrum ipsi occiderint:quare super eos? Quia post tot exempla non sunt a malitia auersi,imo peiorati, nam dominum prophetarũ occiderunt,qui verus pastor ouium. Iohan.10.Et sacerdos secundum ordinem melchisedech. Hebræo.7. Vnde bene per hos duos significatur.Similiter quo ad corpus mysticum in quo quotidie persecutionem patitur. Actu. 9.Saule Saule quid me persequeris?Nam quia Abel pastor ouium & simplex ob vitæ innocentiam in agro necatus fuit,Zacharias sacerdos ob instructionem & correctionem populi in templi atrio,vtriusq; gradus, martyres, & laicos,& officio altaris deseruientes sub eorum domi nus voluit intimare vocabulis.Duas ponit scriptura generationes,vt dicit Hier.Bonorum de qua Psal.Domine quis habitabit in tabernaculo, aut quis requescet in monte sancto tuo. Cum plures qui ascensuri sunt in montem domini, descripsisset qui diuersis fuere ætatibus infert. Hæc est generatio quærentium dominum, quærentium faciem dei Iacob.Item alio in loco:Generatio rectorum benedicetur.Econtra de malis, Deute.32. Generatio praua atq; peruersa. Psalm.Generatio praua & exasperans, generatio quæ non direxit secundum deum cor suum.Generatio prauorum peribit. Vniuersi ergo sancti in virtutibus similes in vna generatione computantur: quia imitatores virtutum. Sic mali in malitia similes, q a primo parricida vsq; ad vltimum perditionis filium: in vna generatione & similes erunt in pœna sicut sunt in culpa,computantur.

¶Quo ad secundum , Inscrutabilem dei super homies misericordiam Psal.considerans,ait:Quõ miseretur pater filiorum misertus est dñs timentibus se,causam anne ctit,qm̃ ipse cognouit figmentum nostrum.Recordatus

est quoniam puluis sumus: homo sicut fœnum, dies eius sicut flos fœni efflorebit. Vnde Saluator mirũ pietatis exprimens affectum ⌊Hierusalem Hierusalem⌋ ait: Hieru. Non saxa & lapides ciuitatis, sed habitatores alloquitur quos patris plangit affectu. Vnde bis replicat miserꝝ eius & magna compassione eam reuocãs, expostulans ẽ cum ea quasi cum dilecta quadam, quæ diligentem contemnat respondet se inducturum pœnam. ⌊Quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt⌋ .i. prophetas, apostolos, & alios viam veritatis tibi ostendentes, & te ab errore reuocantes. Chrysost. Non dicit lapidasti sed lapidas & occidis, quasi dicat naturalem habes consuetudinem. ⌊Quotiens volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti⌋ Mira dei benignitas quia non obstantibus occisionibus sanctorum, non desistit tamen eos reuocare a malitia. Vnde dicit quoties, qa non semel aut bis, sed sæpe quo etiam verbo indicat oẽs retro prophetas a se missos. Congregare in cõgregationem fidelium. Sicut gallina quæ affectu infirmatur, & fouet pullos suos, & contra miluum protegit. Sic Christus nos sua gratia fouet & protegit contra diabolum sub alis protectionis suæ confugientes. Psal. Filij hominum in tegmine alarum tuarum sperabũt. Maiori qdem Christus affectu (quia gallina naturali pullos fouet) nos congregat: quia supercælesti & immenso amore, & supbona voluntate, vnde & mori ideo dignatus est. Iohan. 11. Moriturus erat non solum pro gente ſ. Iudæorum, sed vt filios dei qui erant dispersi cõgregaret in vnum, Christus per se & suos congregat sancta doctrina. Lu. 11. qui non colligit mecum dispergit. Nihil ita dispergit a Deo sicut peccatum, & nihil ita coniungit deo sicut ỹtus. Sed quantumcũq; deus ipsos sua prosequeretur benignitate, semper ingrati fuerunt. Vnde seq. ⌊Et noluisti.⌋ Ego volui tu noluisti. Sed nunquid voluntas humana diuinæ prevalet? Absit, Rom. 9. voluntati eius quis resistet, q.d. nemo. Omnia enim quæcũq; voluit fecit. Responsio: Homini liberum dedit arbitrium, quare dicit noluisti, q̃si dicat: Ex mea parte volui, sed ex tua noluisti. 1. Tim. 2. Qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem

veritatis venire. Vel aliter: Ego quidem volui, & q̃d volui etiam te nolente, voluntate efficaci feci. Illa ergo filios suos ab illo colligi noluit, sed ea quoq; nolente filios eius ipse collegit quos voluit. Et quia noluerunt cõgregari spiritualiter dispersi sunt corpaliter, sicut pulli matrem relinquentes.

¶Quo ad tertium, Breuitatem gloriæ impiorum cõsiderans Psal. admoner, d. Custodi innocentiam & vide æquitatem, q̃m sunt reliqæ homini pacifico. Iniusti aũt disperibunt; simul & reliquiæ impioꝝ interibunt. Ideo dominus ingratis ludæis dix. ⌊Ecce relinq̃tur vobis domus vestra deserta⌋ Domus vr̃a nunc, non mea, sed dum mea domus orationis, Lu. 2. Nesciebatis quia in his q̃ patris mei sunt oportet me esse. Nihil autem sic timuerunt ludæi vti tẽpli & ciuitatis Hierusalẽ desolationem, vnde Chr̃m occidere diffinierunt. Ioh. 11. Chrysost. Sicut ante mortem p̃cedit insanabilis infirmitas sic & ante ruinam aut hominis, aut ciuitatis, aut loci, inemendabilia p̃cedunt peccata. Vnde dominus de cananæis expellendis. Genesis. 15. Necdum enim completæ sunt iniquitates Amorreorum vsque ad præsens tempus. Ciuitas autem Dei auxilio destituta satis deserta est, vnde discimus propter nos deum templa inhabitare, quod si nos pœnitendi fuerimus relinquũtur & templa. Sic deus domum cordis deserit eorum, qui nolunt colligi. veruntamen nunquam sic deserit vt non sit spes reuertendi, vnde subditur ⌊dico enim vobis⌋ scilicet ego cuius dicere fas cere est⌊ non me videbitis ammodo donec dicatis, Bene dictus qui venit in nomine domini.⌋ Hoc dupliciter, Nam secundum Apostolum Roma. vndecimo cum plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Israel saluus fiet. Vnde laudes quas pueri cecinerunt venienti in humilitate ad templum, ipsi cantabunt venienti in maiestate ad iudicium. Cum enim dominus prædicta dixerit verba, postquam ijsdem verbis in die palmarum a turbis in Hierusalem ductus fuerit, cogit mystice ipsa intelligi debere, vt de secundo aduentu, vel quod Iudæi tempus habent sibi datum pœnitentiæ, vt si voluerint Christum cõfiteri dei patris filium benedictum in nomine domini faciem illius intueri, id est, potentiam maiestatis eius

intellectualibus oculis conspicere, & æqualem patri credere, quasi dicat, secundum Hieronymum: Nisi pœnitentiam egeritis & cõfessi fueritis ipsum esse me, de quo prophetæ præcinerunt, filium omnipotentis patris, faciem meam non videbitis, Romanos decimo: Corde creditur ad iusticiam, ore autem confessio fit ad salutem.

¶In Festo Iohannis Euang.

DIxit Jesus Petro, sequere me ⌋ Iohan. 21. Saluator nr̃ vt Mat. 9. dr̃, Videns turbas miserit eis, quia erant sicut oues errantes non habentes pastorem. Volens ergo ab errore ad mortem ducenti reducere, se viam præbuit per exemplum, ostendens iter rectum iusticiæ ducens perseuerantem ad vitam. Vñ Eccle. 15. dicitur. ⌊Qui timet deum⌋ timore, s. filiali ⌊faciet bona⌋ non solum vitabit mala. ⌊Et qui continens est iusticiæ⌋. i. tenens eam corde, ore, opere ⌊apprehendet illam⌋ scilicet sapientiam diuinam vel fructum iusticiæ vitam æternam ⌊& obuiabit illi quasi mater honorificata⌋ Præoccupat enim qui se concupiscunt, & ostendit se prior illis. Sapien. 6. Faciens eos dignos honore, vel obuiabit in morte sicut mater honorificata a filijs quæ blande suscipit illos sic sapientia vel iusticia ⌊Cibauit illum pane vitæ⌋. i. verbi diuini. Mat. 4. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei ⌊& intellectus⌋ Psal. Præceptum domini lucidum illuminans oculos. ⌊Et aqua salutaris sapiẽtiæ potabit illum⌋. i. spiritussancti donis. Iohan. 4. qui biberit ex hac aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. ⌊Et firmabitur in illo⌋ deo firmiter adhærendo ⌊& non flectetur⌋ a rectitudine iusticiæ persecutionibus vel tentationibus, ⌊& continebit illum⌋ deus tenebit eum per perseuerãciam in bono ⌊& non confundetur⌋ cum reprobis, sed honorabitur cum electis Rom. 5. Spes non confundit. Eccle. 2. Nullus speravit in domino & confusus est. Vnde sequitur ⌊& exaltabit illum apud proximos suos⌋ id est, sanctos. Psal. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus. Hic & in futuro. Et quia tales non solum sibi sed & alijs proficiunt ad salutem, sequitur. ⌊Et in medio ecclesiæ aperiet os eius⌋ ad docendum ⌊& implebit eum dominus

ſpiritu ſapientiæ & intellectus ⌋ ad guſtandum diuina, & lucide aliꝭs proponendum in eccleſia ⌊ & ſtolam gloriæ ⌋ animæ ſcilicet & corporis ⌊ induet eum. ⌋ quod fit perſeuerantibus in exemplari vita & ſalutari doctrina, & quoniam ex ſalute auditorum augetur gloria doctorum, dicit: ⌊ Iucunditatem ⌋ pacem pectoris ⌊ & exultationem ⌋ pacem æternitatis in futuro ⌊ theſaurizabit ſuper eum ⌋ id eſt, abunde multiplicabit. Et hoc nō tranſitorie ſed permanenter. ⌊ Et nomine æterno hæreditabit illum dominus deus noſter ⌋ vt ſ. filius dei ſit. 1. Iohan. 3. Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij dei nominemur & ſimus. Quod ſi filij & hæredes, hę redes quidem dei, cohæredes autem Chriſti Rom. 5

¶ Cum ſaluator poſt reſurrectionem ſuam ſeptem apparēs diſcipulis ad mare Tyberiadis, Petro tertio oues ſuas commendaſſet, ac qualiter per mortem deum clarificaturus eſſet, denūciaſſet exemplo ſuo eum animare volens. In illo t. Dixit Ieſus Petro.

¶ Dominus ac redemptor noſter heſterno in Euangelio malignantium in bonos oſtendit punitionem, in hodierno exemplo imitationis ſuæ ad patientiam inducit, oſtendens eſſe diſpoſitionis ſuæ quod quidam per paſſionem, vt Petrus, quidam per tranquillam deum vitam & mortem glorificent, vt Iohannes, in quo tria.

¶ Primum ordinata Chriſti imitatio in principio.

¶ Secundum, Placida diſcipuli pauſatio, ibi: Hunc ergo cum vidiſſet Petrus.

¶ Tertium, Qualificata teſtimonij adaptatio, ibi: Hic eſt diſcipulus ille.

¶ Quo ad primum propheta attendens periculum elongantium ſe a deo dicit: Quia ecce qui elongant ſe a te peribunt, perdidiſti omnes qui fornicantur abs te. Mihi autem adhærere deo, bonum eſt ponere in domino Deo ſpem meam. Vnde Apoſtolus Petrus in collegio diſcipulorum Chriſtum confeſſus. Marci decimoſexto. Tu es Chriſtus filius dei viui: extra ipſum negauit. Matthæi vicesimo ſexto: Cœpit deteſtari & iurare, quia non nouiſſet hominem. Quia ergo negauerat Chriſtum, ne crederetur ob id primatum amiſiſſe apoſtolicum. Matthæi decimoſexto. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram

ædificabo ecclesiam meam, & tibi dabo claues regni cælorum. ter cum dominus si se diligeret, contra trinam negationem interrogauit & curam commisit ouium, ac quod ꝑ earundem ouiũ. i. animarum fidelium cura pastorali vsque ad martyrum esset peruenturus crucis intimauit, d. Amen dico tibi cum esses iunior, cingebas te & ambulabas vbi uolebas, cum autem senueris extendrs manus tuas, & alius cinget te, & ducet quo tu non vis, scilicet, voluntate carnis licet voluntate rationis. Hoc autẽ dixit significans, qua morte clarificaturus esset deum. August. quia hac morte ostendit quantum colendus & amandns sit deus. Chryso. Non dixit qua morte moreretur, sed glorificaret deum, vt discas, quoniam pati pro Christo gloria & honor est patiẽtis. Nam cum dominus in cœna diceret. Filioli adhuc mundum vobiscum sum, q̃retis me, & sicut dixit Iudæis. q̊ ego vado, vos non potestis Venire: & vobis dico modo. Mandatum nouum do vobis vt diligatis iuicẽ sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicẽ. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis si dilectionem habueritis ad inuicem. Dicit ei Simon Petrus. Domine quo vadis, volẽs om̃ibus modis ipsum sequi. Respondit Iesus: Quo ego vado non potes me modo sequi: sequeris me autem postea. Nam breui post negauit infiirmitate carnis dicente domino. Spiritus quidem promptꝰ est, caro autem infirma. Mat. 26. Postea autem spiritu sancto corroboratus sequutus est. Ne autem grauis videri posset Petro passio prædicta crucis hanc suo lenire curauit exemplo, vt eo leuius cruciatum martyrij ferret quo se similem suo redemptori meminisset excipere sententiã vnde ¶Dixit Iesus Petro ⌋singulariter quamuis ibi fuissent septem. ⌊Sequere me⌋ id est imitare, q. d. Quia ego prius pro tua redemptione crucis supplicium subire non timui, ideo tu pro mei nominis honore & confessione illud formidare non debes: sed loco mei gregem procurare, cui te vicarium & imitatorem & successorem meum relinquo, vt dicit Chrysosto. Eccle. 23. Gloria magna est sequi dominum. Petrus autem ob nimium quem habebat erga Christum affectum non capiebat verba Christi, nisi secundum literam, vnde Christo. surgẽte & abeunte, ipse quoq; surrexit gressu pedum ipsum sequendo: sequutusẽ

EVANG.

autem & Iohannes sciens se diligi a Christo. Vnde sequi
tur. ¶ Conuersus Petrus vidit illum discipulum quē di-
ligebat Iesus sequentem. ¶ Quia enim diligebat Iesum,
Iohannem quoq; a Christo dilectum multum amabat Pe
trus. Non se prodit Iohannes ex nomine sed certis indi-
ciis. Sed quem non diligebat. Omnes enim se diligere de-
bat, quibus ante passionem dixit; Ioh. 15. Sicut dilexit me
pater & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si pre
cepta mea seruaueritis manebitis in dilectione mea; si-
cut & ego præcepta patris mei seruaui, & maneo in eius
dilectione. Vnde diligebat eum Iesus non exceptis omi-
bus solum, sed præ cæteris omnibus quos diligebat fami
liarius unum, quem specialis prærogatiua castitatis am-
pliori dilectione fecerat dignum, virgo enim ab eo ele-
ctus, virgo in æuum permansit, Nam inter apostolos, trī
bus specialem amicitiæ veræ ostendit affectum, tam ad
læta quam aduersa secreta ipsos admittēs Petro scilicet
Iohanni & Iacobo. In suscitatione filiæ archisynagogi.
Mar. 5. Et non admisit quenq; se sequi. nisi Petrum Iacobū
& Iohannem fratrem eius. In sua transfiguratione futu
ræ resurrectionis gloriæ speciē præmonstrans. Mat. 17.
Assumpsit Iesus Petrum Iacobum & Iohannem fratrem
eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum, & trās
figuratus ē ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol,
vestimenta aūt eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce ap-
paruerunt illis Moses & Helias cum eo loquētes. Vere se
lices qui tanto interesse meruerunt spectaculo, tāte enim
fuit iucunditatis, vt Petrus oblitus omnium quæ in cæ-
lis & in terris sunt, semper optaret illic cum Christo ēē.
Respondens enim Petrus dixit ad Iesum. Domine bonū
est nos hic esse, & cæ. Huius tam excellentis visionis ar-
canū propalare prohibuit, donec filius hominis a mortu
is resurgeret. Sic & agonem passionis aggrediens, assum
pto Petro & duobus filiis Zebedæi cœpit contristari &
mœstus esse, tunc ait illis tanquam specialissimis amicis:
Tristis est anima mea vsq; ad mortem, sustinete hic & vi
gilate mecum, tanq; intimi mei. Matt. 26. Veruntamē spe
cialia super hæc dilectionis signa Iohanni exhibuit, vn-
de & famosum inter discipulos erat ipsum nominari di-
lectum Iesu. O priuilegium singulare, quid maius in cæ-

lo & in terra quam esse dilectum Iesu. Nescit, inquit Eccle. 9 homo vtrum amore an odio dignus sit. Hic autem fidenter dicit, quem diligebat Iesus. Huius dilectionis duo ponit hic indicia. ⌊ Qui & recubuit in cœna super pectus Iesu ⌋ Ioh. 13. Erat autem vnus recumbens ex discipulis eius in sinu Iesu quem diligebat Iesus. Non paruum in isto & præclarissimo conuiuio ultimi vale, cum specialissimis ex omni mundo electis (nã duodecim in sua cãt mensa) vbi & sacrosanctum corporis & sanguinis sui instituit sacramentum, proximum esse Iesu, immo super pectus illud recumbere, in q̃ omnes thesauri sapientię & scientiæ sunt reconditi. Colos. 2 Quare & dona sapientiæ & intellectus vberius inde fuxit, altius cæteris de trinitatis scribens mysterio. De huius conuiuij praclaritate saluator. Lucæ. 22. ait; Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar, ad cuius præparationem Petrum & Iohannem tanquam singulares misit. Luc. 22. Aliud adhuc dilectionis addit signum, dicẽs: ⌊ & dixit ⌋ ex instinctu Petri ⌊ Iesu; Domine quis est qui tradet te. ⌋ Omnibus enim turbatis nullus eum interrogare fuit ausus præter ipsum. Vnde dominus ipsi tanquã singulariter dilecto reuelauit, dicẽs: Ille est cui intinctum panem porrexero. Iohan. 13. Tertium dominus dilectionis singularis signum in cruce ostendit. Iohan. 19. singularem suum & pretiosiss mum thesaurum, de quo totius mundi sumpsit precium in suo recessu tanquam fidelissimo amico, matrem scilicet suam, recommendãs. O singulare depositum, vt virgo virgini seruiret, & Christo post mortem resurrectionemque ad cælos ascẽdente non deesset genetrici eius filius, cuiuscatta vita castis tueretur obsequijs.

¶ Quantum ad secundum. Psal. bonorum profectum contemplãs ait; Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi (non inutili) & bene patientes erunt (in aduersis) vt annuncient, scilicet opera dei vt & alij proficiant. Felix cuius dies prolongantur ad senectam vberem in bono, sed morietur puer centum annorum. Esa. 65. Hinc de Iohanne hic sequitur. ⌊ Hunc ergo cum vidisset Petrus ⌋ sequentem non tam gressu pedum quam mentis affectu, sciens singulariter dilectũ Iesu, voluit cum habere consor

tem in commissione sibi a dño facta,& an simili passiõis fine deum clarificaturus sit scire volẽs:⌊ Dixit Iesu: Domine hic autem quid?⌋ q.d.Cum singulariter sit tibi discipulus nũ & curam mihi cõmissam ipsi compartiẽs,& te eadem passione glorificaturus ẽ.Nã magna inter ipsos erat amoris cõiunctio videlicet,Luc.22.Act.3. Volens dñs affectum Petri ad omnibus alienum solum ouibus intẽdere,⌊ Dicit ei Iesus:Sic eum uolo manere donec veniam.⌋ i.pace vitam finire.Iohan.14. Vado parare vobis locũ & si abiero & præparauero vobis locum,iterum veniam & accipiam vos ad meipsum.Nolo ei curam hanc imponere,nec per martyrium vitam consumare,sed per placitam consumationem carnis suæ expectare. Non negat dominus Iohannem per passionem sequi cum Matth.20. dixerit:Calicem quidem meum bibetis,& Act.5.Iohannes inter eos fuit de quibus cæsis denunciauerunt, &c. Et Iohannes voluntarie dolium feruẽtis olei,&letale uenenum admisit paratus maiora pati diuina gratia protectus.Curiositatem Petri dñs reprehendens ait:⌊ Quid ad te.⌋Scilicet,hoc pertinet,non sis de fine illius solicitus non ad te sed ad me ptinet.Si eũ volo manere donec veniam,qd ad te?Non enim fas ẽ vllum solicitũ esse & cupidum scire qd facere velit deus siue hoc siue illud, siue de nobis,siue de alijs,sed quisq; dicere debet, fiat voluntas tua.Ideo sequit⌊ tu me sequere.⌋ Oues tuæ curæ cõmissas pasce & meo exemplo animã tuã proeis pone. Iohan.10. Pastor bonus animam suam dat pro ouibus suis.⌊ Exiit ergo sermo inter fratres quod discipulus ille non moritur.⌋Iohannes firmissime credens quicquid Christus dixerat futurum,quomodocunq; id vellet:opinionem discipulorũ non probat sed corripit,dicens:⌊ Et non dixit ei Iesus,quia nõ moritur, sed si eum volo manere donec veniam quid ad te?⌋Vbi mera conditio est,& nullius rei diffinitio,et iã de morte nihil dixerat.Nam scire nõ poterant,an de aduentu ad mortem,de q̃ Luc.12.& uos estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis veniet,an ad iudicium(de quo Matt.24.Vigilate, quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit) diceret quare ad ipsos scire non attinet.Ideo secundum Chrysosto.Iohannes discipulorum opinionem corrigit tanquam non

intelligentium quid dixerit dominus. Non enim magnū erat (vt dicit Augustinus) dare dilecto non mori, cū melius sit dissolui & esse cum Christo. Philip. 1. Non ergo putandum quod non sit mortuus carne, quia nec dominus illud futurum de illo prædixit. Statutum ē enim hominibus semel mori post hoc autem iudicium. Hebrę. 9. Sed potius sic intelligendum quod cæteris discipulis p passionem consummatis ipse in pace ecclesiæ, suæ vocationis aduentum expectauerit. Quare non intelligendum q̄d sine labore certaminis in mūdo viueret, vt ligt in Actu. 5. & in Patmos insulam relegatus fuit, vbi humano destitutus auxilio diuinæ visionis & allocutionis meruit crebra visitatione roborari. Nam & Apocalypsim ibidem scripsit, quam ei dominus de statu ecclesiæ futuro reuelauit, sed eo potius quod sine dolore passionis transiturus esset ex hoc mundo. Innuit ergo dominus neminem de diuina ordinatione & voluntate quare sic vel sic fiat indagare.

¶ Quo ad tertium. Firmitatem sacrarum spiritussanctus per propheram ostendens scripturarum ait: Dominus dabit verbum euangelizantibus, quasi diceret: Non ipsi loquātur sed spiritussanctus in ipsis. Matt. 10. Nō em vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur ī vobis. Spiritu enim sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. 2. Pet. 1. Et hoc virtute multa. Heb. 2. Quæ cum initium accepisset enarrandi per dominum, ab eis qui audierunt in nos confirmata est, contestante Deo signis & portentis & variis virtutibus. Actu. 4. Virtute multa reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi domini nostri. Manifestat ergo Iohannes nomen suum ex officio. d. ⌊Hic est discipulus ille qui testimoniū perhibet de his & scripsit hæc: ⌋ Sed quomodo? Prædicando scilicet & scribendo. Ipso enim in Patmos insulam relegato Cherintus & Hebion absente pastore in ouilia destituta irrumpentes Marcion & cęteri Antichristi, Christum ante Mariam fuisse negabant, & simplicitatem fidei peruersa maculauere doctrina, quare compulsus ab vniuersis ecclesiarū legationibus de coæterna patri diuinitate Christi altius facere sermonem, eo q̄d triū euangelistarum scriptis, Mat. Mar. & Luc, de eius humā-

pitate ac de his quæ per hominem gessit sufficiens videretur habere testimonium. Sed hoc nulli se facturũ spopondit, nisi prius indicto ieiunio omnes in cõmune dñm precarent, vt ille dignaret dare digna scribere. Vnde oĩa diuinæ veritatis & verę diuinitatis quantum alteri mortalium nulli licuit arcana reserauit. Et hoc virgini priuilegium recte debebatur, vt inscrutanda incorruptibilis verbi sacramenta ipse incorrupto, non solum corde, sed & corpore proderet. Vere autem testari potuit, quia vidit. Ioh. 19. Et qui vidit testimonium perhibuit, & verũ est testimonium eius. 1. Iohan. 1. Quod fuit ab initio q̃d audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspexi mus & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ & vita manifestata est: & vidimus & testamur & annunci amus vobis vitam æternã, quæ erat apud patrem & apparuit nobis. Vnde Saluator. Quod vidimus testamur. Iohan. 3. De cuius veritate quam sit nemini dubitandum insinuat. ⌊ Et scimus quia verum est testimoniũ eius. ⌋ Nam spiritusancto qui spiritus est veritatis. Ioh. 14. scripta sunt: Quia ergo scimus uerum eius testimonium, curemus per omnia recta fide intelligendo, recta operatione exercendo, quæ docuit ad sempiterna, quæ promisit, dona peruenire: Vnde Iohan. 20. Hæc scripta sunt vt credatis, quia Iesus ẽ Christus filius dei, & vt credentes vitam habeatis in nomine eius.

¶ Infesto circuncisionis domini.

POstquã consummati sunt dies octo vt circuncideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus. ⌋ Luc. 2. Sicut verus deus & verus homo erat Christus, ita quędam per ipsum & circa ipsum gesta sunt veræ diuinitatis, quædam veræ humanitatis ostensiua. Ipso enim nato ac in præsepio reclinato angelicus deum magnificat exercitus, secundum legem per quam & in q̃ typice præfigurabatur circuncisus, Iesus est vocatus. Finis enim legis Christus. Ro. 10. Vnde apostolus. Gal. 3. Legis per Christum abolitionem ostendens ait: ⌊ Prius autem quam veniret fides ⌋ id est reuelaretur in euangelio & explicaretur. Eadem enim est fides patrum veteris & noui testamenti, sed tunc velata figuris nunc aperta,

EPIST

[sub lege custodiebamur] sub cultu vnius dei coercebamur a peccatis [cōclusi in eam fidem quæ reuelanda erat] ducebat ad Christum sicut figura i rei figurate, cognitionem. Nam eos qui sub ipsa erant ad virtutem formabat, & ad Christum verum præceptorem deducebat, delicta coarguendo ac promptiores reddebat, vt eū conquirerent, qui peccati veniam daret & iustificaret. Vnde sequitur. [Itaq; lex pedagogus noster fuit in Christo] Nam pædagogus puerum a facinoribus cohibet, & ad suscipiendam magistri disciplinam inducit, sic lex ad Chr̄t suscipiendam doctrinam [vt ex fide iustificemur] scilicet reuelata, iustitia scilicet infusa. [At vbi venit fides] scilicet reuelata, nam in Christum credendum lex vetus ostendit, sed non ipsum, qui veniens reuelauit quis esset, id est, tempus fidei reuelatæ quæ reddit hominem perfectiorem. [Iam non sumus sub pædagogo] id est obseruationibus legalibus sicut puer aduenientē ætate adulta non est amplius sub pædagogo. Quod autem simus ex fide perfectiores effecti ostendit, quia ob nostram in Christum fidem dei efficimur filij, dicens: [Omnes em̄ filij dei estis per fidem quæ est in Christo Iesu.] Natura non sed charitatis copula. Confirmat autem quemadmodum per baptismi gratiam simus filij dei effecti. [Quicunq; enim in Christo Iesu baptizati estis, Christū induistis] & conformes effecti, & sic non estis in statu puerili imperfecto, sed quantum ad gratiam & virtutem perfecto, nec in hoc est distinctio ratione nationis, conditionis, aut sexus. [Non est Iudæus neq; Græcus, nō seruus neq; liber, non est masculus neq; fœmina. [Omnes em̄ vos vnum estis in Christo Iesu.] Non enim est acceptio personarum apud deum. Actu. 10. sicut apud homines. Rom. 10. Non est distinctio Iudæi & Græci. Nam idē dominus dives in omnes qui inuocant illum. Omnes em̄ incorporati sibi per fidem vnum corpus sunt effecti cuius ipse caput Roma. 12. Multi vnum corpus sumus in Christo. Ephi. i. Ipsum dedit caput super omnem ecclesiam q̄ est corpus ipsius, & plenitudo ei⁹. Quia ergo dixerat, Supra. 3. Abrahæ semē in quo benedictionem vniuersæ nationes assequentur Christum esse, cui & promissiones sint factæ ostendit; nos Christi formam sortitos, ideo con

eludit. ¶ Si autē vos Chriſti ergo ſemen Abrahæ eſtis ¶ ſcilicet ſpiritualiter fidei Abrahæ, Vñ ſupra. cognoſcite ergo qui ex fide ſunt, ii ſunt filij Abrahæ, Chriſti autem corporaliter ſemen fuit Abrahæ. ¶ Ideo ſecundum promiſſionem ¶ ſibi factam ¶ hæredes ¶ regni cælestis. In promiſſione enim ſibi facta de promiſſionis terra pariter intelligitur terra viuentiū promiſſa. Gen. 15. Gala. 4. ¶ Dico aūt ¶ Adhuc alio exemplo probando legem veterem ceſſare. ¶ Quanto tempore hæres paruulus eſt nihil differt a ſeruo cum ſit dñs oīnium. ¶ Eſt enim ſimilis ſeruo in ſtatu vitæ & modo ſubiectionis ¶ ſed tutoribus ¶ ipſum caſtigantibus & a malis reprimentibus ¶ & actoribus ¶ ſua detendentibus & conſeruantibus ¶ ē vſq; ad p̄finitum tempus a patre ¶ id eſt ætatem adultam, cuius volūtati parendū. Sic lex ſuebatur ab idolatria & cæteris peccatis retrahēdo & æterna bona ſubiectis ſibi conſeruando, & cauſam ipſorum apud deum agebat ſacrificiis deum placando, & hoc vſq; ad tempus præfinitū, id eſt Chriſti aduentum in quo conſtituit vt perfecti & liberi fierent, & hæreditatem obtinerent, alioquin exhæreditarentur quare ipſi parendum.

¶ Poſtq̄ euangeliſta deſcripſerat humilem Chri. natiuitatem, & angelorum poſt ipſius denunciationem pastoribus factam cantus iucunditatem, pastorumq; reuertentium ad ſua cum gaudio deum laudantium probitatē; iuxta legis ordinationem ſubſequenter ponit pueri circūciſionem, dicens: In illo tempore: Poſtq̄.

¶ Poſtra verbi incarnatione p̄cedentibus diebus, nunc octauo, iuxta legis p̄ceptum die, de ipſius agit in hoc euangelio circunciſione: quod licet breue verbis, plenū tñ eſt myſteriis vbi duo.

¶ Primum, Rigida legis obſeruatio in principio.

¶ Secundum, Salutifera nominis deſignatio, ibi. Vocatum eſt nomen eius Ieſus.

¶ Quo ad primum, Pſal. Vanā in hoies ſpē inſinuans, dicit: Diligam te dñe fortitudo mea, charitate ſ. firma, quia in ipſo & per ipſum omnis victoria. Et conſequenter addit dñs firmamentum meum, ad patienter ſuſtinēdum aduerſa, & refugium, in omni tribulatione, meum. Sed pax eſt niſi & liberaret. Ideo ſub. & liberator meus.

Et ne quis crederet hominem esse concludit. Deus meus adiutor meus: & sperabo in eum. Vnde ab initio dei cultores fidem suam, sine qua impossibile est placere deo. Hebr. 11. quibusdam exterioribus professebantur ceremoniis: sicut in lege naturæ hostiis & oblationibus. Vnde Gene. 4. Respexit dominus ad Abel & ad munera eius, & de Noe dicitur Gen. 8. Aedificauit autem Noe altare dño & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis ob tulit holocausta super altare. Odoratusq; est dominus odorem suauitatis, & ait dominus in corde suo: Non quã vltra maledicam terræ propter hominem, eo q sensus & cogitatio cordis humani in malum prona sit ab adolescentia sua. Sic & Abraham quoaduscq; aliud quoddã ab ipso fidei signum accepit scilicet circumcisionem. Ge. 17. Dixit dominus ad Abraham, & tu ergo custodi pactum meum, & semen tuum post te in generationibus suis, hoc est pactum meum quod obseruabitis inter me & vos, & semen tuum post te. Circumcidetur ex vobis omne masculinum, & circumcidetis carnem præputii vestri, vt sit in signum fœderis inter me & vos. Non ergo per ipsam circumcisionem iustificabantur, sed per fidem: cuius ipsa signaculum. Rom. 4. Dicimus enim ga reputata ẽ Abrahæ fides ad iustitiam. Qõ reputata est, in circumcisione an in præputio? Non in circumcisione sed in præputio. Et signum accepit circumcisionis signaculum iusticiæ fidei q̃ est in præputio, vt sit pater omnium credentium p præputium: vt reputetur & illis ad iusticiam, & sit pater circumcisionis, non ijs tantum qui sunt ex circumcisione, sed ijs qui sectantur vestigia fidei quæ est in præputio Abrahæ Vnde claret duos modos cucurrisse. Nam descendentes ab Abraham aut sibiconiungi volentes circuncidi debebant masculini sexus in carne, in signum circuncisionis spiritualis in corde, nam prima sine secunda nihil, profuit. Rom. 2. Circuncisio quidem prodest si legem obserues, si autem præuaricator legis sis, circuncisio tua præputium facta est. Alij non tenebantur ad corporalem circuncisionẽ sed spiritualẽ. Vñ Rom. 2. Si añt præputium iusticias legis custodiat, nonne p̃putium illius in circuncisionem reputabitur: & iudicabit id quod ex natura ẽ præputium legẽ consumans te qui p litterã & circuncisionem

præuaricator legis es. Non enim qui in manifesto Iudæus est, neq; quæ in manifesto in carne est circuncisio, sed qui in abscondito Iudæus est, & circuncisio cordis in spiritu non litera: cuius laus non ex hominibus sed ex deo est. Ex his claret quod fuerunt quidam circuncisi corpore & corde & isti boni, sicut Moses, Aaron, &c sic fuit Nathanael de quo dominus Iohann. 1. Ecce vere Israelita in quo dolus non est. Aliqui econtra nec spiritu nec carne sicut gentiles infideles. Alii carne tantum, de quibus Hie. 9. Omnes gentes incircuncisæ sunt carne. Domus vero Israel incircuncisæ sunt corde. Quarti qui corde. 1. spiritu, & sufficit alienis a lege Mosi. Hebr. 11. Accedentem ad deum oportet credere: quia est & inquirentibus se remunerator sit. Non enim tenebantur ad legem Rom. 3. quæ cunq; lex loquitur, iis qui sunt sub lege loquitur. Ideo Iudæi tenebãtur circuncidere infantem octauo die. Gen. 17 Infans octo dierum circuncidetur in vobis. Leuit. 12. Die octauo circuncidetur infantulus, vnde hic dicitur. ¶ Post quam consummati sunt dies octo vt circuncideretur puer. ℣. ſ. secundum legem. Sed videamus quis sit iste puer. Filius virginis imo altissimi Luc. 1. & filius altissimi vocabitur, sed quis altissimus. Et quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. Si ergo sanctum, si filius dei, quare circuncisus? Audi Esa. 9. Paruulus natus est nobis & filius datus est nobis: propter nos ergo circuncisus sicut & natus. Primo, Ad legis confirmationem. Rom. 15. Dico enim Christum Iesum minister fuisse circuncisionis propter veritatem dei ad confirmandas promissiões patrum. Sic enim ostendit se de semine Abrahæ descendere, in cuius semine benedicendas promisit deus omnes gentes. Gen. 22. benedicentur in semine tuo omnes gentes. Gal. 3. quod est Christus: & sic deum verum ostendit promissa complentem. Sec. Ad legis perfectionem & abolitionem. Matth. 5. Non veni soluere legem sed adimplere. Gal. 4. At vbi venit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Suscepit ergo circuncisionem lege decretam, qui absq; omni labe pollutionis apparuit in carne, & qui in similitudine carnis peccati; non autem in carne

EVANG.

peccati aduenit remedium quo caro peccati consueuerat mundari non respuit, sicut etiam vndam baptismatis qua nouæ gratiæ populos a peccatorum sorde lauari voluit, ipse (non necessitatis sed exempli causa) subiit. Idem enim salutiferæ curationis auxilium circuncisio in lege veteri contra originalis peccati vulnus agebat quod nūc baptismus agere reuelatæ gratiæ tempore cōsueuit: excepto quod cælestis regni ianuam necdum intrare poterāt donec adueniens bñdictionem daret q legem dederat, vt videri posset deus deorum in Syon: tamen in sinu Abrahæ post mortem beata requie consolati supnæ pacis ingressum spe felici expectabant. Et ne cui seculi labentis ætati supni respectus munera deessent. illi q̄q; q a mundi initio vsq; ad tpa datæ circuncisionis vel post datam circuncisionem de alijs nationibus deo placuerunt, vel hostiarū oblationibus vel certe sola fidei ꝟtute suas suorūque animas creatori commendantes a primi reatus vinculis absoluere curabant. Misericordia enim domini ab æterno & vsq; in æternum super timentes eum.

¶ Quo ad secundū. Omnes ad diuini nominis magnitudinem considerandum Psal admonet dicens: Mementote quoniā excelsum est nomen eius. Vere excelsum. Nā deus dedit ei nomen quod est super omne nomen Phil. 2. Ita vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium terrestrium & infernorum Esa. 6. Vocabitur tibi nomē nouum quod os domini nominauit, sequitur ⌊ Vocatū est nomen eius Iesus: quod vocatum est ab angelo priusquā in vtero conciperetur ⌋ Luc. 1. Vocabis nomē eius Iesum. Ab angelo ergo prænunciatum, A Maria & Ioseph vocatum, Ab apostolis diuulgatum. Act. 9. Vas electionis est mihi iste vt portet nomē meū corā gentibus & regibus. Et necessario, nam non est aliud nomen sub cælo datū hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. Act. 4. Hoc pulchre insinuauit angelus Ioseph. Mat. 1. Vocabis, inquit, nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suū a peccatis eorum, & Luc. 2. Euangelizo vobis gaudium magnū, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie saluator qui est Christus dñs. Esa. 11. Vocabit nomen eius emanuel. i nobiscum deus Quis enim potest peccata dimittere nisi solus deus. Luc. 5. Indubitanter ergo cre

dimus & speramus, quia qui a peccatis saluat, ipse etiam a corruptionibus quæ ob peccata contigerunt, & ab ipsa morte saluare non omittit. Psal. Qui propitius fit omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates. Dimissis quippe omnibus iniquitatibus nostris ad integrū oēs languores nostri sanabuntur, cum resurrectiōis gloria apparente nouissima inimica destruet mors. Hæc est plena ac vera nostra circuncisio, cum in die iudicij cunctis simul animæ & carnis corruptionibus exuti mox pacto iudicio ad videndā perpetuo creatoris faciem aulam cælestis regni ingredimur. Vnde Psal. Qui redimit de interitu viam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus, qui replet in bonis desiderium tuum, renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Qui ergo ad huiº pulcherrimæ renouationis quasi summæ circuncisionis desidera mus præmia pertingere, curemus primitiuæ circuncisionis & renouationis (quæ quotidianis virtutum exercitationibus fit) subire remedia. Deponamus nos secundum pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur de die in diem secūdum desideria erroris, & renouemur spiritu mentis nostræ, *induentes nouum hominem, qui secundum deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Eph. 4.* Nec sufficit vnius mēbri circumcisio, sed secundum Apost. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore dei, 2. Cor. 7. Audiamus primiterium martyr. Dura ceruice & incircuncisis cordibus & auribus vos sp spiritui sancto resistitis, Actu. 7. Si incircuncisi cordibus & auribus sunt qui spiritui sancto resistunt, est vtiq; cordis & aurium circuncisio, & si cordis & aurium, est & cæterorum mēbrorum & sensuum interioris & exterioris hominis. De cordis circuncisione ait sapiens. Omni custodia serua cor tuum, qm̄ ex ipso vita procedit, Prou. 4. In circuncisus oculus est qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, Mat. 5. & qui habet oculos sublimes. Pro. 6. Auertat ergo oculos suos ne videant vanitatem. Auribus, qui obturat aurem suam ne audiat legem. Prou. 28. Et ad verba detractoria procliuus. Sepiat ergo aures suas spinis ne audiat linguam nequam, Eccl. 28. Gustu, quī potens est ad bibendum vinum, & fortis ad miscendam

ebrietatem, cui væ Esa. 5. Gustet & videat quam suauis est dominus, beatus enim vir qui sperat in eo. Manibus, cuius dextera dextera iniquitatis, & cuius dextera repleta est muneribus. Leuet ergo manus suas ad mãdata dei quæ dilexit. Gressibus in cuius vijs contritio & infelicitas, & viam pacis non cognouit. Prohibeat ergo pedes suos ab omni via mala, vt custodiat verbum dei. Lingua cuius os loquitur iniquitatem, qui loquitur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus suis. Custodiat vias suas ne delinquat in lingua sua, & donec in eo super est halitus & spiritus dei in naribus eius nõ loquat labijs suis iniquitatem Iob. 27. Sic ergo omnes sensus suos petra spiritalis exercitij se ostendat habere circuncisos. Petrinis enim cultris circuncisionem fieri legimus Ios. 5. Petra autem est Christus, 1. Corin. 10. Cuius fide spe & charitate, non solum in baptismate, sed in omni prorsus actione deuota purificantur corda bonorum. Amb. Circuncisis vitijs diuino dignus iudicabitur obtutu: quia oculi domini sup iustos. Vnde Hier. 4. Circuncidemini deo vro, & nolite circuncidere carnem præputij vestri.

¶Pro Encæniis.

¶Facta sunt encenia in Hierosolymis hyems erat. ¶Et ambulabat Iesus in porticu Salomonis. Circũdederunt ergo eum Iudæi & dicebant ei: Si tu es Christꝰ dic nobis palam. Vere hyems in cordibꝰ multorum. Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorꝫ. Matth. 24. Circundemus ergo Iesum: quoniam ignẽ venit mittere in terram. Luce. 12. Non sicut Iudæi: quibus ait Iohan. 10. Loquor vobis & non creditis. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me: sed vos non creditis quia non estis ex ouibꝰ meis. Simus ergo de ouibus ipsius credentes operibus & verbis, quem prout in Apoc. depingitur, dabo.

¶Spiritualibus, Apoc. 1. Conuersus vidi septem candelabra aurea, & in medio septem candelabrorum aureorũ similem filio hominis, vestitum podere, & præcinctum ad mammillas zona aurea. Caput autem eius & capilli erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix. Et oculi eius tanquam flamma ignis, & pedes similes aurichalco velut in camino ardenti, & vox illius tanquam vox aquarꝫ

multarum, & habebat in dextera sua stellas septem. Et de ore eius gladius vtraq; parte acutus exibat, & facies eius sicut sol lucet in virtute sua. Poderis, vestis linea ad talos, castitas est perseuerans 1. Timo. 5. Teipsum castum custodi. Si enim templum ingressuri continere debebant a propriis vxoribus oblaturi carnes animalium, quanto magis carnes agni immaculati Iesu Christi filij dei? Capilli morum maturitas. Phil. 4. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus, 1. Tim. 4. Nemo adolescentiam tuã contemnat. Oculi intellectus viuacitas in cognitione veritatis. Mal. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius, 1. Pet. 3. Parati ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea quæ in vobis est spe & fide, Zona stringens charitas ad deum & proximum, ideo ad mamillas vbi cor est. Pedes, feruor affectionis ad procurandum dei honorem & proximi salutẽ Iohan. 10. Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Vox efficatia verbi in prædicando & exemplis, 1. Timoth. 4. Dum vento attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ. Attende enim tibi & doctrinæ insta in illis, hoc enim faciens teipsum saluum fa.ies & eos qui te audiũt. Septem stellæ sunt septem dona spiritussancti, Sol. Matt. 5. Vos estis lux mundi. Sed heu lucent vt candelabrũ versum, Apoc. 2. Habeo aduersum te pauca, quia charitatem primam reliquisti, Vere dici potest. Eratis aliquando lux in domino nunc autem tenebræ vt filij tenebrarum ambulatis. Vbi castitas? peccatum suum vt Sodoma prædicauerũt, Esa. 3. Modestia? Prou. 2. Vbi q; relinquamus signa lætitiæ. Intellectus perspicacitas? Magis triti in cartis & taxillis quam libris. Vbi feruor? Mich. 3. Sacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in muneribus diuinabant. Ideo memento vnde excideris & age pœnitentiam, & prima opera fac. Sin autem, vento tibi cito & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris.

¶ Rectoribus, Habentem faciem lucentem sicut sol ad consolationem bonorum & terrorem malorum. Rom. 13. Principes non sunt timore boni operis sed mali. Vis aũt non timere potestatem bonum fac, & habebis laudem ex illa, dei enim minister est tibi in bonum. Si enim malum

feceris time, non enim sine causa gladium portat: dei enim minister est, Iohan.3. qui male agit odit lucem. Romphe am vtraque parte acutam. Sap.1. Diligite iusticiam qui iudicatis terram, Deut.16. Iuste quod iustum est exequeris Sed Esa.1. principes tui infideles socij furum, Sed.5. Væ q iustificatis impium pro muneribus. Omnes diligunt munera. Deut.16. Non accipietis personam neq; munera, ga munera excæcant oculos prudentium & subuertunt ÿba iustoꝝ, sequuntur retributiones. Osc.4. Principes eiꝰ in muneribus iudicabant. Pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad eos, &c.

¶ Virginibus. Agnum supra montem Syon stantem, & cum eo centum quadraginta quatuor milia habentes nomen eius & nomen patris eius (Non mundi vel diaboli) scriptum in frontibus suis, Apoc.14, 1. Cor.7. Mulier innupta & virgo cogitat quæ domini sunt, vt sit sancta corpore & spiritu, Non quæ carnis. Sine macula enim sunt ante thronum dei. Qui autem tetigerit picem inquinabitur ab ea, Eccl.13.

¶ Viduis, Mulierem sole amictam & lunam sub pedibus eius, Apocal.12. Sic quæ vere vidua est & desolata, speret in deo & instet obsecrationibus & orationibus die ac nocte. Lunam, id est, defectibilitatem habeat sub pedibus, 1. Timothe.5. Nam quæ in delitijs est viuens mortua est.

¶ Coniugatis, Angelo Philadelphiæ scribe, hæc dicit qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit, Apoca.3. Philadelphia dicitur saluās adhærentem sibi, scilicet per humilitatem coniugij, 1. Timo.2. Saluabitur per generationem filiorum. Claudit, 1. Cor.7. Mulier alligata est legi quādiu vir eius viuit. His qui matrimonio iuncti sunt præcipio, non ego sed dominus. Vxorem a viro nō discedere, q; si discesserit manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat. Rom.7. Nam quæ sub viro est mulier viuente viro alligata est legi. Si autem mortuus fuerit vir eius soluta est a lege viri. Igitur viuente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro, Hebr.13. Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. Fornicatores enim & adulteros iudicabit deus.

¶Peccaroribus, Dominum habētem massam auri igniti probati in manu. Apoc.3. Hæc di. testis fidelis & verus qui est principium creaturæ dei. Scio opera tua quia neque frididus es neq; calidus: vtinam frigidus esses aut calidus, sed quia tepid⁹ es, incipiam te euomere ex ore meo: quia dicis, quia diues sum & locupletatus, & nullius egeo, & nescis quia tu es miser & miserabilis & pauper & cæcus & nudus. Suadeo tibi emere a me aurum ignitum probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris, vt non appareat confusio nuditatis tuæ, & collyrio vnge oculos vt videas. Sed quibus emendum, Esa.55. Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentū properate emite & comedite. Venite emite absque argento, Matth.11. Venite ad me omnes qui laboratis, &c.

¶Potatoribus, Mulierē cum qua fornicati sunt reges terræ, & inebriati qui inhabitant terram, de vino prostitutionis eius, sedentem super bestiam coccineam plenam nominibus blasphemiæ, habentem capita septem, & cornua decem, habentem poculum in manu sua plenum abominationibus & immundicia & fornicatione eius, Apoc. 1. Ebrietas inducit ad septem peccata mortalia, trangressionem decem præceptorum, & nihil aliud bibitur de isto calice quam abominationes blasphemiæ, &c. sed finaliter de calice iræ dei bibent.

¶In festo Ephinanie.

CUmnatus esset Jesus in Bethlehem iude in diebus Herodis regis, ecce magi ab oriente venerunt Hierosolymam dicentes: Vbi est qui natus est rex Judeorum ⌋ Matth 2. Apostolus & euangelista Matthæus fructum natiuitatis Saluatoris ostendere, non Iudæis sed gentibus elonginquo venientibus volens & natum regem Iudæorum fiducialiter quærentibus, mirabilem diuini muneris p stellā conductū insinuat. Vñ non solum foris, sed maxime intus fidei lumine illuminati cæcitatem Iudæorū cōfundunt, qbus longe antea Esa.60. Christi ortū ac aduentum gentium prænunciauit dicens ⌊ Surge illuminare Hierusalem ⌋ Quæ iaces sopita vicijs, surge p fidei susceptionē, Eph.5

Surge qui dormis & exurge a mortuis & illuminabit te Christus. Turpe est enim vt gentibus illuminatis tu cæcitate erres. Sed cęcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, Rom. 11. ⌊ quia venit lumē tuum ⌋ .i. longe ante tibi promissum ad redemptionem tuam. q̊d illuminat omnem hominem venientem in hūc mundum. Iohan. 1. Esa. 49. Dedi te in lucem gentium, & quod sit id lumen subdit ⌊ Et gloria domini ⌋ id est, filius gloriosus qui est gloria patris ⌊ super te orta est. ⌋ Et merito fugere debes ⌊ quia ecce tenebræ opperient terram ⌋ id est, terrenos qui statuerunt oculos suos declinare in terram, tenebræ ignorantiæ & erroris ⌊ & caligo populos. Super te autem orietur dominus ⌋ Malac. 4. Vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitiæ. ⌊ Et gloria eius in te videbitur ⌋ per operationem miraculorꝫ gloriosam diuinæ virtutis ostensiuam, Ioha. 1. Vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti a patre. Nam in omnibus gloriam patris quæsiuit. Iohann. 10. Non enim quæro gloriam meam, sed eius qui misit me, videbitur in te, dicit Baru. 3. In terris visus est cum hominibus conuersatus est. Nec tibi soli orietur, sed ⌊ Et ambulabunt gentes in lumine tuo ⌋ fidei scilicet Iohan. 12. Ambulate dum lucem habetis ⌊ Et reges in splendore ortus tui ⌋ id est, eius qui in te ortus est. q. d. Omnes gentium natiōes in huius luminis ortu ambulabūt qui tibi promissus, vel ortus tui quo scilicet ex aqua & spiritusancto renata es, & ipsi renascentur. Vnde de vocatione gentium & multiplicatione subdit ⌊ Leua in circuitu oculos tuos & vide ⌋ id est, considera mentis oculo sicut Iohan. 4. Videte regiones quia iam albæ sunt ad messem ad omnem orbis differentiam ⌊ Omnes isti congregati sunt ⌋ in ouili ecclesiæ ⌊ venerunt tibi ⌋ Baru. 5. Exurge Hierusalem & sta in excelso, & circunspice ad orientem & vide collectos filios tuos, ab oriente sole, vsqꝫ ad occidentem in verbo sancti gaudentes dei memoria ⌊ Filij tui de longe venient ⌋ quia idolatræ nunc autem per euangelium filij, 1. Cor. 4 Per euangelium ego vos genui. Eph. 2. Vos qui eratis lōge facti estis prope in sanguine Christi ⌊ & filiæ tuæ de latere surgent ⌋ id est, de longe & de prope & ex vtroque sexu nascentur filij ecclesiæ ⌊ Tunc (scilicet si surrexeris

& illuminata fueris) videbis ⌊multitudinem fidelium⌋ & affluues ⌊bonis spiritualibus⌋ ⌊& mirabitur⌋ extam subita multiplicatione fidelium ⌊& dilatabitur cor tuũ⌋ præ gaudio. ⌊Quando scilicet conuersa fuerit ad te multitudo maris⌋ id est, habitantium in mari. ⌊Fortitudo gentium venerit tibi⌋ id est, non solum minores, sed & principes venient tibi. Nunc specificat de aliquibus. d. ⌊Inundatio camelorum operiet te dromedarii madiam & epha⌋ quo signat quod magni & onerati bonis veni ent, camelus nam & oneri, dromedarius ob velocitatem honori aptus. Sed ad quid venient sequitur ⌊Omnes de saba venient, aurum & thus deferentes⌋ Hoc ad literam patet in tribus magis. Aurum regi, thus deo, Sed non cõtenti de sua salute erunt ⌊& laudem domini annuncian tes⌋ .i. filium in quo laudatur pater. Haud dubium quin ea de puero nato quæsito & inuento quæ spiritusancto inspirante & illuminante cognouerant, aliis ꝓdicauerint

¶Cum Matthæus aperuisset virginem de spirtusctõ concepisse, ac filium peperisse primogenitum iuxta oraculum, Esa. 7. Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius emanuel quod est interpretatum nobiscum deus. Locum in quo id actum sit, & quid eo nato acciderit enarrat dicens. Cum natus esset Iesus, &c.

¶Audiuimus quomodo Christus natus ac iuxta legis sanctionem, quia semen Abrahæ in quo benedicendæ omnes gentes. Gen. 22. die octauo circunciſus, Leu. 12. Gene. 17. Nunc euangelista ostendit hodierno in euangelio quod Iudæis hanc benedictionem negligentibus gentes ipsam assequutæ sunt, in quo tria.

¶Primum, Solicita Magorum interrogatio in principio.

¶Secundum, Tabida malorum turbatio, ibi. Audiens autem Hærodes.

¶Tertium, Venusta donorum ordinatio. ibi. Qui cum audissent regem.

¶Quoad ad primum, Regius propheta magnitudiem potestatis & maiestatis sua de stirpe, iuxta oraculum sibi non semel factum contemplans, ait: Deus iudicium tuum regi da. i. potestatem iudiciariam, Iohan. 5. Pater omne iudicium dedit filio, & iustitiam tuam filio regis,

æterni scilicet & regis Dauid secundum carnem Romanos primo, qui fact⁹ est ei ex semine Dauid secūdum carnem, & Matth.1. Iusticiam.1. executionem prædictæ potestatis. Matth.vlt. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Iudicare populum tuum in iustitia.i. potestatem ad iudicandum reddendo vnicuique secundum merita. Matth.16: Filius hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vnicuiq; secundum opera sua. Et pauperes tuos in iudicio, exaltando pro abiectiõe quam hic sustinuerunt iudicabit filios pauperum .i. imitatores apostolorum vindicabit, sequitur & humiliabit calumniatorem. Hoc spiritu sancto illuminati magi considerauerunt, & ideo. ⌊ Cum natus esset Iesus ⌋ de virgine ⌊ In Bethlehem Iudæ. ⌋ Ad differentiam alterius quæ in tribu zabulon, vt ostenderet se de semine Dauid, & oraculum Mich.5. impleret. Nota q̃ dominus Iesus in Nazareth fuit conceptus, quia floridus. In Bethlehem quæ domus panis dicitur natus, quia ortus fructuosus. In Hierusalem quæ visio pacis passus, quia occasuspacificus. Nam per mortem reconciliati sumus. Rom.5. Posito loco congruo ponit & tempus. ⌊ In diebus Herodis regis ⌋ qui fuit alienigena ex patre Idumæo & matre arabe, vt ostenderet completam prophetiam Iacob. Gen. 49. Non auferetur sceptrum de iuda, nec dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus est. Daniel.9. Cum venerit sanctus sanctorum cessabit vnctio vestra. Vnde Chrysost. Quamdiu sub propriæ gentis regibus & ducibus fuerunt, misit eis deus prophetas: sed nunc sub alienigenis misit filium saluatorē. Item in signum quod regnum ipsorum deficeret & Christi initiaretur. ⌊ Ecce Magi ab oriente venerunt Hierosolymam ⌋ quia stella occultante se coacti sunt illic intrare, vt maligna Iudæorum ingratitudo manifesta fieret, & inexcusabiles redderentur, audientes insignem suum Messiam natum, & gentibus tanto miraculo ostensum. ⌊ Dicentes: vbi est qui natus est rex Iudæorum? ⌋ Magi isti reges dicuntur. Psal.71. Aureo enim tunc sæculo, per sapientiam non potentiam populus gubernabatur. Nunc autem per potentiam & stultitiam. Mirabilis fides eorum, & admirabilior constantia. Hæc enim dicentes nihil dubitare videbantur natum esse nec

ipſam Herodis aut Cæſaris formidare potentiam. Neceſſe
tis illis fuit dicere natum regem, ſed vt inſinuarent maio
rem: homine & vere deo æqualem adiecerunt ⌊Vidimus
ſtellam eius in oriente.⌋ Nam ſua luce monſtrauit opifi-
cem. Bar. 3. Lucent ei qui fecit illas. Differebat a cæteris
ſtellis ſitu, quia tam prope vt certum deſignaret locum.
Motu quia per iter directum magos dirigebat. Effectu
quia die & nocte lucebat. Credebãt fore magnifica in glo
ria inueniendum, quia tam inſolito ſtellæ ſigno prænun
ciato monſtraretur. Numer. 24. Orietur ſtella ex Iacob,
nec Iudæos poſſe latere quod ipſi in oriẽte cognouerunt,
ideo in ciuitate regia (maxime quia & ſtella diſparuit)
crediderunt inuenire. Sed non ſic rex noſter humilitatis
magiſter, aduenies in cælo clarus, in terra humilis ap-
parere voluit. Cauſam autem aduentus inſinuant, dicen.
⌊Et venimus adorare eum.⌋ Claret quia non vt ſolum
hominem quæſierunt. Felices ergo qui nunc vere cum
magis adorant, infelices qui tunc primum cum in iudicĩ
um venerit, terribilem iudicem adoraturi ſunt. Vnde Iu-
dæi hunc titulum rex Iudæorum ſemp abiecerunt Chri-
ſtum de ipſo accuſantes. Luc. 23. Eidemq; renunciauerunt
d. Non habemus regem niſi Cæſarem. Iohan. 19. Ipſumq;
publicari prohibuerunt. Iohan. 19. Noli ſcribere rex Iu-
dæorum, ſed quia ipſi in cruce improperauerunt, dicen
tes; Si rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de cruce. Matth. 27.
Gentes autem honorauerunt, vt patet hic & in Pilato q
ſcripſit, Ieſus Nazarenus rex Iudæorum. Iohan. 19. Ideo
Pſalm. Venite adoremus & procidamus ante deum, plore
mus coram domino qui fecit nos, quia ipſe eſt dominus
deus noſter, nos autem populus eius & oues paſcuæ eius
De Malis dicit Dan. 9. Non erit eius populus qui eum ne-
gaturus eſt. Hierony. Ad confuſionem Iudæorum, ori-
tur in oriente ſtella, quam futuram Balaam, cuius erant
ſucceſſores, vaticinio nouerant, vt natiuitatem a genti-
bus Chriſti diſcerent.

¶Quo ad ſecundum Dauid ſanctus, ſaluatoris noſtri
diuinitatem cõtemplans ait: Et permanebit cum ſole. Eſt
enim ſplendor gloriæ. Hebræ. 1. & ante lunam. 1. omnem
creaturam defectiuam in generatione & generationem.
Hebræ. 13. Chriſtus Ieſus heri & hodie, ipſe & in ſecula.

Rursus humanam aduertens naturam adiecit. Descendet sicut pluuia in vellus, quia sine corruptione virgo concepit, & sicut stillicidia stillantia super terram, quæ placido terram fœcundant irriguo. Orietur in diebus eius iustitia fidei. Rom. 5. Iustificati igitur ex fide pacem habeamus ad deum. Vnde sequitur, & abundantia pacis. Non enim contristabit iustum quicquid ei acciderit. Prou. 12. Vnde Iohan. 16. In me pacem habebitis. Non enim de externa sed interna intelligitur pace, qua apostoli cõsolati gaudentes ibant a conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Actu. 5. Hanc ergo iusticiam & pacem dei quæ exuperat omnem sensum, Phil. 4. Magi quærebãt. Audiens autem Herodes rex turbatus est. Nec mirum cũ esset alienigena audiens Christum natum per tã euidens cæleste signum q̃d timuit amittere regnum, sed frustra quia non terrenum sed cæleste Christus habuit regnum vnde & cælestiũ tamulatũ, angelorũ. & stellæ. Greg. Terrena altitudo confunditur, cum celsitudo cælestis aperit. Sed mirũq̃d sequitur. Et oĩs Hierosolyma cum illo vere qualis rector ciuitatis tales & inhabitantes eam, Eccl. 10. Nam cũ gaudere deberẽt turbati sunt & moti sunt sicut ebrius, & oĩs sapientia eorũ deuorata est: & ideo vt se diligere regem monstrarent turbati sunt. Herodes ergo intelligens eos sciscitatos de illo insigni, imo supeminenti rege Iudeorũ i. Christo, vt rem cautius ageret, & se gentem diligere simularet, ac de loco, qa de ortu certus, fieret sapientes ingrit. Et congregans oĩs principes sacerdotũ & scribas populi: sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceret. nominat Chm more iudæorum q regẽ venturum sic noĩabãt. Noluit immensa dei bonitas id latere in Hierosolyma, vt ipsa iuxta nomen suũ, prima haberet lumẽ & æternæ pacis visionẽ, nec ignoraret vbi lumẽ suum, & sua salus iã exorta esset: & p eam oĩs plæbs saluareꝫ hebraica. Sed lõge secus euenit, nam ipis negligentibus gentes q̃ per Magos figurabantur salutem consecutæ sunt. At illi dixerunt ei in bethlehem iudæ & hoc cõfirmant testimonio scripturæ, d. Sic enim scriptum est per prophetam Mich. 7. Et tu bethlehem terra iuda .i. sita in sorte iuda nequaquam minima es in principibus iuda causam

adiungit propheta ⌊ Ex te enim exiet dux qui regat po
pulum meum Israel. ⌋ Esa.55. Ecce testem populis dedi
eum ducem ac pręceptorem gentibus. Felices qui hunc se
quuntur, nam in terram introducit viuentium. Psalmi.
Dominus regit me & nihil mihi deerit, in loco pascuæ i-
bi me collocauit. Non enim esurient neq; sitient amplius
Esa.49: Non pcutiet eos æstus vel sol, qa miserator eorũ
reget eos. Mira Iudæorum duritia cordis, qui alijs indi-
cantes locum eius quem tanto desiderio patres eorum po
stularunt, non quidem in longinquis partibus, sed sua in
regione illuc ire neglexerunt: sed & postea prædicanti
contradixerunt. Similes fuerunt fabricantibus arcam
Noe, qui alijs vbi saluarentur fabricarunt, sed ipi diluuio
perierunt. Leo. Ad omnium spectat hominum salutem
ꝙ infantia saluatoris & mediatoris dei & hominum iam
vniuerso declarabatur mundo, cum adhuc exiguo deti-
neretur oppidulo. Quamuis enim Israeliticam gentem
& ipsius gentis vnam delegisset familiam, de qua naturã
vniuersæ humanitatis assumeret: noluit tamen intra ma
ternæ habitationis angustias ortus sui latere primor-
dia: sed mox ab omnibus voluit agnosci, qui dignat⁹ est
omnibus nasci. Maximus. Vnigenitus altissimi sic humi-
liter ingressus est mundum, vt indubitata diuinitatis suę
deferret indicia. Natus est de fœmina, sed ex virgine.
Latebat in præsepio sed in sydere rutilabat in cælo, vtho
minem illum & deum esse terrena mater, & signum cœle
ste monstraret. Ecce ad inquirendum regem regum vna
chaldeos stella pertraxit, Iudaicum vero populum ad o-
bedientiam dei sui nec ignea quondam columna cõuer-
tit. Nec quenquã moueat tanta hæc perfidia Iudæorum,
quod Christi illos fidem suscipere neq; noui stella fulgo
ris, neq; parturiens virgo perpulerit, qui nec tunc uidem
deo suo credere voluerunt, cum illos per arentia deserta
ipso comitante deo, cœlum pasceret petra potaret: Hæc
ille. ⌊ Tunc Hærodes clam vocatis magis ⌋ quia alieni-
gena suspectos habuit Iudæos ⌊ diligenter didicit ab e-
is tempus stellæ quæ apparuit eis. Et mittens illos in Be-
thlehem ⌋ secundum dicta sapientum. ⌊ Dixit: Ite & in-
terrogate diligenter de puero ⌋ contemptibiliter loqui-
tur ⌊ & cum inueneritis renunciate mihi, vt & ego veni

ens adorem eum ⌋ deuotionem promittebat, sed dolum cogitabat, vt eo fidentius ad ipsum accederent, & ipse certius istum inueniret & extingueret, volens scelera tam suam conscientiam latere: quasi ignoraret deum nihil latere posse. Esa. 29. Væ qui profundi estis corde, vt a domino abscondatis consilium, quorum sunt in tenebris opera & dicunt: Quis videt nos & quis nouit nos? Peruersa est hæc vestra cogitatio, quasi si lutum cõtra figulum cogitet, & dicat opus factori suo. Non fecisti me: & figmentum dicat fictori suo non intelligis. Vnde Leo. Audiens Hærodes Iudæorum principem natum successorem suspicatus expauit, & molitus necem salutis autori falsum spondet obsequium. Quam felix foret si magorum imitaretur fidem, & conuerteret ad religionem quod disponebat ad fraudem. Cur quod alieni futurum est operis tui vis esse criminis, & non habiturus effectum sceleris in solum te præcipitas reatum voluntatis? O quot habet æmulatores. Sed non est sapientia, non est consilium contra dominum. Prou. 21. Qui ficte quærunt Christum nunq̃ sicut nec Herodes inuenire merentur.

¶ Quo ad tertium Celerem & humilem gentium conuersionẽ spiritus sanct⁹ p prophetã prænuncians ait: Et dominabitur a mari vsq; ad mare, & a flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Matth. vlt. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Coram illo procident æthiopes, & inimici eius terram lingent & osculabuntur, in signum reuerentiæ qui prius idolatræ & inimici. Reges tharsis & insulæ munera offerent, reges Arabum & saba dona adducent. Parum est. Nam. Et adorabunt eum omnes reges, omnes gentes seruient ei: hoc præfiguratum in istis, vnde sequitur. ⌊ Qui cum audissent regem ⌋ nihil mali suspicantes credentes syncæro agi affectu ⌊ abierunt ⌋ versus bethlehem confirmati per scripturas. ⌊ Et ecce stella ⌋ quæ se occultauerat vt Iudæi inexcusabiles remanerent de sua perfidia, audientes alieni genis reuelatum Messiam suum natum: cuius & tempus & locum per scripturas nouerant, & ipsi Magi oraculo consolarentur scripturæ ⌊ quam viderant in oriente antecedebat eos vsque dum veniens staret supra vbi erat puer ⌋ .s. immobiliter. Non fuit ista stella æthereo mican

te in cælo, quia ex requie (vt sic) & statu eius locum quē ingressuri fuissent deprehendere non potuissent. Sic enim illis apparuit in imo, vt facile locum illum secernerent ab aliis. & sic etiam vt eam nulli quoq; alij depræhenderent, nisi ij soli quibus percipiendam diuina præordinauerat voluntas. ⌊ Videntes autem stellam gauisi sunt gaudio magno valde ⌋ quia spem concipiebant inueniendi quem quærebant, tum oraculo tum stellæ ducatu. Id enim vnum vel maxime illis cordi erat. Leo, Dedit aspici entibus intellectum qui præstitit signum, & quod fecit intelligi fecit inquiri: & se inueniendum obtulit requisitus. Ecce quomodo diuina benignitas semper occurrit inquirentibus se. ⌊ Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius ⌋ Mirabilis fides quam non retraxit locus despectus, matris paupertas, pueri infantilitas: quia secundum Chrysost. gaudebant oculi eorū contemptibilem aspicere, quem spiritus terribilem cordibus eorum monstrabat. Non ergo despiciunt humilem cum humili matre, sed deuotius quam quemlibet terrenum regem honorant, fidem suam muneribus protestātes ⌊ & procidentes adorauerunt eum. ⌋ Adorauerunt in carne verbum, in infantia sapientiam, in infirmitate virtutem, in hominis veritate dominum maiestatis, & quod cordibus credunt opere ostendunt. Patet ergo q̄ ipsius diuinitatem cognouerunt per diuinam reuelationem. Cum enim vident puerum vilibus pannis inuolutum in vili loco pauperis matris in gremio positum, nullum regiæ dignitatis habentem insigne, non est verisimile quod talem ipsi reuerentiam exhibuissent, nisi in eo aliquid supra hominem cognouissent. Psalm. Adorabo coram te domine, & glorificabo nomen tuum in æternum. Iste cultus creaturis non competit. Vnde Mardochcus noluit adorare Aman superbum: diuinum sibi honorem vsurpantē Hester. 13. Timui ne honorem dei transferrem ad hominem, & nequaquam adoro nisi deum meum. ⌊ Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrā. ⌋ Fuit oblatio ista accepta. Primo, q̄a iusta q̄a apertis thesauris suis non alienis. Eccl. 34. Qui offert sacrificium de substantia pauperum, quasi qui victimat filium in cōspectu patris. Secundo, Voluntaria, quia obtulerunt. i.

Paral.29.In simplicitate cordis mei obtuli vniuersa hęc. Tertio, Ordinata, ei scilicet deo. Non vanis & vagis & cætera. Nam ab ipso cuncta habemus, prim. Parali. vicesimonono: Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus dedimus tibi. Quarto, Preciosa quia aurum thus myrrham. Non sicut Cain qui tantum de frugibus terræ obtulit. Abel autem de primogenitis & de adipibus. Ideo dominus respexit ad Abel & ad munera eius, ad Cain & ad munera eius non respexit. Genesis quarto. O quot habet imitatores. Iud. primo: Væ illis qui in viam Cain abierunt. Inuident enim si qui deo quicquam acceptum gratumque fecerint. Certum est autem Magos in suismu neribus habuisse intelligentiam. Vnde in auro regem, thure deum, myrrha hominis mortalitatem signabant deum verum & hominem, regem regum, & dominum dominantium confitentes. Vnde & diuina directione ad propria sunt reuersi. ⌊ Et responso accepto in somnis ⌋ suspectam enim habentes Herodis versutiam dominum rogauerant ad ipsum an redire deberent ⌊ ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam ⌋ gaudentes & narrantes quæ viderant, haud dubium, quin & a beata virgine mysterium incarnationis ad fidei confirmationem audierint. At nonne Magi qui figurabant gentes adorato domino, ideo per aliam viam regressi sunt in regionem suam, per mysterium reuersi sunt, idque diuino oraculo, quod prima nostra via sit carnis, peccati, mundi, qua quæsito cognito & adorato domino non amplius nobis incedendum est, sed alia illi prorsus contraria quæ est spiritus gratiæ atque dei. Siquidem caro & spiritus contraria sunt. Galatas quinto, peccatum & gratia, denique mundus & deus. Amicitia enim huius mundi inimica est deo. Iaco. 4. Regio autem nostra quæ est, nisi ad quam creati sumus, & ad quã hac alia via redire debemus, mansio cælestis?

¶ Dominica post natiuitatis domini

Erant Ioseph et Maria mater Iesu mirantes super his, que dicebantur de illo. ⌋ Lucæ secundo. Omnipotens deus qui mirabiliter cuncta ex nihilo creauerat, creata quoque mi-

rabilius (attingens a fine vsq; in finem fortiter omnia
suauiter disponit) super omnia tamen mirabilissime hu-
manam creaturam, per incarnationis mysterium saluãs,
ab omni peccati legisq; onere, inter adoptionis filios fi-
bi credentes ordinauit. Lex enim cum ad Christum tanq;
figura duceret ipsa veniente & in carne apparente veri
tate cessare debuit, quemadmodum apostolus Galat. 4.
scribens exemplo ostendit, d. ⌊ Quanto tempore hæres EPIST
paruulus est ⌋ id ē annos discretionis non attingit ⌊ ni-
hil differt a seruo ⌋ nam ei mandatur vt seruo ⌊ cũ sit do
minus oñium, sed sub tutoribus ⌋ qui eum defendãt ⌊ &
actoribus est ⌋ qui causas ipsius agant & in moribus in-
forment, & hoc ⌊ vsq; ad præfinitum tempus a patre ⌋
cuius voluntati parendum ne ante legittimam ætatē ad
ministrationem agat sed ipa aduenientē. Applicat ad p-
positum ⌊ Ita & nos ⌋ s. Iudæi, vbi innuit operationem le
gis. Nam sicut pædagogus timore compressit & deo ser-
uire coegit, tutor fuit contra malignorum spirituũ im-
pugnationis & idolatrarum inductiones admonēdo, in
crepando & aliqñ puniendo a peccatis trahens & æter-
na bona conseruans, Actor, quia causam apud deum p sa
crificia & expiationem egit ipsum placando, & hoc vsq;
ad tempus præfinitum a deo, id ē, incarnationis Christi
in quo constituit deus, vt perfecti & liberi ficrent & hæ
reditatem obtinerent, alioquin exhæreditarentur. Vn-
de sequitur ⌊ cum essemus paruuli ⌋ in cognitione dei &
viribus in statu veteris testamenti ⌊ sub elementis mun
di huius eramus seruientes ⌋ id ē, obseruationibus legali
bus, q̃ est præuia institutio ad fidem & iusticiã, sicut ele
menta literarum in scientiam: vel festis neomeniæ sab-
bati, &c. q̃ cursu Solis & Lunæ constabant, non tamen sic
vt spem aliquam in ipsis quemadmodum gentes ponerēt
sed quia in ipsis deum colebant. Notanter dicit seruien-
tes, quia rcuera graue onus erat legis. Act. 15. Quid ten-
tatis deum: imponere iugum super ceruices discipulo-
quod neq; nos neq; patres nostri portare potuimus? Ideo
sequitur ⌊ At vbi venit plenitudo temporis ⌋ quasi adul
ta ætas, quo deus filium suum mittere p̃finiuit, Esai 49.
Tpe accepto exaudiui te, & in die salutis adiui te. Pleni
tudo dicitur propter plenitudinē gratiæ & impletionem

promissi, q̃uis malorꝫ omnium speciẽ humana delinquẽdo excessit natura, erat tñ opus conciliatore: vel tẽpus quo lex durare debuit. ⌊Misit deus filiũ suum⌋ ꝑ incarnationis mysterium visibilẽ exhibendo. Ioh. 16. Exiui a patre & veni in mundum. Nam in mundo erat & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit, Ioh. 1. Apparuit ergo q latebat. Vnde sequit modus ⌊factum ex muliere⌋ quãtum ad corpus, qa de substãtia mulieris. Heb. 2. Debuit per omnia fratribus similari ⌊factum sub lege.⌋ Nã circuncisus vt filius Abrahæ, in q̊ benedicendæ omnes gentes, quare & lex cessare debuit. Vnde sequitur, ⌊Vt eos qui sub lege erant redimeret⌋ per suam passionem, per quam abstulit obligationem legis, ⌊vt adoptionem filiorum⌋ s. dei ⌊reciperem⁹⌋ quam s. in Adam amisimus: quia filij iræ, Ephe. 2. & hoc ꝑ Christum q naturalis filius e cælo, vt sicut ipse participat nostra natura: ita ad suam nos adoptet videndam, vt sit ipe primogenitus in multis fratribus. Probat per effectum tam gentiles q̃ Iudæos per fidem filios dei, dicẽs: ⌊Qm̃ autem estis filij dei⌋ ꝑ gratiam. ⌊Misit deus⌋ pater ⌊spiritum filij sui in corda vestra⌋ per gratiæ infusionẽ, dicitur autem spiritus filij sicut & patris, quia procedit ab vtroq; ⌊clamantem abba pater.⌋ Duo nomina idem significantia ponit ad significandum vnitatem fidei & spiritus tam gentium q̃ Iudæorum. Ambrosius: Vt em̃ probaremur adoptati esse a deo in filios, spiritum suum dedit nobis qui signum patris ostendat in filios, vt qa hoc nos non auderemus dicere vel infirmitate vel indignitate nostra, suggerat vt audeamus dicere. Rom. 8. Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quia filij dei sumus. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum ĩ timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum dei, in quo clamamus abba pater, Hie. Clamor in scripturis nõ magnæ vocis emissio, sed scientiæ intelligitur & intentionis magnitudo, Rom. 10. Corde credit ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem. Infert ergo conclusionem ⌊Itaq; iam non est seruus sed filius⌋ quicunque fidelis. Iohan. 15. Iam non dicam vos seruos sed amicos ⌊quod si filius⌋ per adoptionem ⌊& hæres per deũ⌋ filio enim adoptato debetur aliqua pars hæreditatis, Romano. 8.

Hæredes quidem dei, cohæredes autem CHRISTI.

¶ Cum euangelista post Christi nati circuncisionē poneret, quomodo fuit p̄sentatus iuxta legem in templum inter cętera diuinæ opationis munera, senis Symeonis ꝓpheticum interserit sermonem, q̄re non parum pueri parentes mirabantur, dic. In illo tempore: Erant Ioseph & Maria & cæt.

¶ Postquam ecclesia egit de nati pueri per angelos & pastores denunciatione in Bethlehē, nunc agit de ipsius promulgatione per iustos in Hierusalem in ipsius in templum præsentatione, vbi tria.

¶ Primum, Ordinata parentū ammiratio in pricipio.

¶ Secundum, perfecta testātium conditio, ibi: Et erat Anna prophetissa.

¶ Tertium, Recta legalium perfectio, ibi: Et vt perfecerunt.

Quo ad pri. dicit Psal. Nō est similis tui in dn̄s dn̄e, & non est secundum opa tua. Nā omnes dn̄ gentium dæmonia, dn̄s autem cęlos fecit: & iō magnus & laudabilis nimis, terribilis est sup oēs. Vnde cum mira circa puerꝝ Iesum agi & dici de eo viderent. ⌊ Erant Ioseph & Maria mater Iesu mirantes ⌋ Ioseph pater lege nō natura reputatione nō ope, quia nutricius, Lu. 3. Erat Iesus incipiens annorum triginta, vt putabatur filius Ioseph: putabatur qa non erat. Mat. 1. Noli timere accipere Mariam cōiugem tuam, quod in ea natū est, de spiritusancto est. Maria mr̄ tum lege, tum natura, imo supra naturā ⌊ sup his q̄ dicebantur de illo ⌋ Crescebat puer, crescebat & fama. Congregemus in vnum ea q̄ in ortu Iesu dicta scriptaq; sunt de eo, & tunc scire poterimus singula quæque digna esse miraculo: quamobrem mirabātur parentes nō tā de puero q̄ de Symeone, quia his quæ dicta erant a Symeone mirabiliora sciebant, s. quod natus ex virgine cōceptus de spiritusan. & q̊d filius altissimi, & q̊d populum suum saluaturus a peccatis eorꝝ. Mat. 1. quē admonitu angelico iā venerant adorare pastores. Lu. 2. Similiter Magi ab oriente munera offerentes. Mat. 2. Sed & hoc illis maxime tñ Ioseph admirabile esse potuit q̊d Symeon dixit eum esse salutare añ faciē omnium populorꝝ, lumē ad reuelationem gentium. Vtinam & nobis nō stulta & con

EVANG.

temptibilia videantur quæ Mariæ & Ioseph mirabilia erant: q̃ audire dedignamur, quia verbum crucis pereuntibus stultitia est. 1. Cor. 1. Nam cum dicitur: Maria cõseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo, quare & mirabatur, sic correspõdere implectionem promissis tam diuinis quam angelicis. Vnde Pro. 2. Fili mi si susceperis sermones meos & verba mea custodieris, tunc intelliges iusticiam & iudicium. ⌊ Et benedixit illis Symeon ⌋ qualiter inferiores superioribus solent benedicere, sicut Elizabeth Luc. 1. Benedicta tu inter mulieres. Vel si fuit sacerdos ratione officij, Heb. 7. Sine vlla cõtradictione q̃d minus est a maiori benedicitur. Est benedictio creationis sicut deus bñdicit creaturas causando in eis esse & gratiam, & sic deus benedicit principaliter, Licet ministri eius ministerialiter. Nam ad eorum benedictionem dominus cõfert gratiã. Num. 6. Loquere Aaron & filijs ei⁹. Sic benedicetis filijs Israel, & dicetis eis: Benedicat tibi dominus & custodiat te. Ostendat dñs faciem suam tibi & misereatur tui. Cõuertat dñs vultum suum adte & misereatur tui. Inuocabunt q; nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis. Secundo ē benedictio laudis, sic omnes creaturæ benedicunt deum. Psal. Benedicite omnia opera domini domino. Idē: Benedic anima mea domino: sic parentes propter dignitatē prolis bñdicũtur & econuerso. Cum bene precatus esset Symeon parẽtibus Iesu, conuersus ad Mariam dirigit sermonem. eo docente interius quo illuminante venit in templum mysterium. ⌊ Et dixit ad Mariam matrem eius. Ecce positus est hic in ruinam & in resurrectiõem multorum in Israel ⌋ q.d. Filius hic tuus quanquam datus sit in hoc a deo, vt salutem conferat omnibus, tamen hominũ vicio fiet, vt quẽadmodum multos donum dei amplectentes erecturus est ad spem salutis æternæ, ita multi gẽtis Israeliticæ respuentes obuiam dei beneficentiam deficient in exitiũ æternum, veritate per hunc prodita cadent q prius stare videbant, & exurgent qui videbantur iacere. Ab omnibus Israelitis expectatus ē, sed non ab oĩbus suscipiet. Quo venit in iudicium in hunc mundũ, vt q nõ viderunt (de nationibus) videãt, & q vident cæci fiant. i q videnẽ videre de Iudæis, Ioh. 9. ita venit in ruinã & resurrectionẽ mul

torum in Israel. Siue ergo ex gentibus siue Iudæis credentibus venit in resurrectionem, non credentibus ruinam. Ro. 9. Quid ergo dicemus, ꝙ gentes q̃ non sectabantur iusticiam appꝫhenderunt iusticiã, iusticiam aũt q̃ ẽ ex fide. Israel vero sectando legẽ iusticiæ, in legem iusticiæ non puenit? Quare? qa non ex fide sed q̃si ex operib⁹. Offenderũt enim in lapidẽ offensionis, sicut scriptũ est Esa. 28. Ecce pono in Syon lapidẽ offensionis & petrã scandali, & oĩs qui credit in illũ non confundet. 1. Petri. 2. Ecce ponã in Syon lapidẽ summũ, angularem, probatum, electũ, preciosum, & q crediderit in eũ non confundet, vobis igitur honor credentibus, non credentibus aũt lapis quẽ reprobauerunt ædificantes hic factus ẽ in caput anguli, & lapis offensionis & petra scandali his q offendũt verbo, nec credunt in q̃ & positi sunt, Multoꝝ dicit, quia non oẽs obediunt euangelio. Rom. 10. Beda: Magno sane metu fratres charissimi audienda sunt verba Symeonis. Desideranter nanq; multũ audit ꝙ positus ẽ in resurrectionẽ, quia ipse ait: Ego sum resurrectio & vita, q credit in me etiã si mortuus fuerit viuet. Ioh. 11. Sed non minus terribiliter sonat quod præmittitur, quia positus in ruinam. Infelix nanq; est qui agnita resurrectionis gloria deterius cadit, qui visa luce veritatis grauiorib⁹ peccatorum nebulis obcęcatur. Vnde curandũ nobis ẽ summopere, vt recta quæ cognouimus operando semper exercere meminerimus, ne de nobis dicatur id. 2. Petri. 2. quia melius erat illis non cognoscere viam iusticiæ, quã post agnitionem retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato. Contigit enim illud eis veri prouerbij. Prouer. 26. Canis reuersus ad suum vomitum & sus lota in volutabro luti. Est ergo placita dño ruina simul & resurrectio, ruina viciorum, resurrectio virtutũ habes male stantem superbiam cadat, vt surgat quæ iacet humilitas. Stas peccato: tempore quo viuis peccato, cade, morere peccato. Col. 3. Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, auaritiam quæ est simulachrorum seruitus, horum omnium vtilis ruina est, ad quã venit primum Iesus, nec speres resurrectiõem nisi ruina præcesserit: peccator eras, cadat in te peccator vt

possis resurgere & dicere.2. Timo.2. Si commortui sumus & conuiuemus, & si conformes facti sumus mortis erimus & resurrectionis. Non autem venit ruina mala Christo volenti, sed hominum malicia quæ cibum vitæ mortis faciunt cibum, quemadmodum & apostolus de dī scipulis dicit: 2.Cor.2. Christi bonus odor sumus in oīt loco, in ijs qui salui fiunt & in ijs qui pereunt, alijs quidē odor mortis in mortem, alijs autem odor vitæ in vitam vnde sequitur ⌊Et in signum⌋ fœderis scilicet inter deum & hominem. Iohan.3. Sicut exaltauit Moses serpentem in eremo in ligno: sic exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam. Sed heu quid subdit, ⌊ cui contradicetur. ⌋ Omnia saluatoris gesta & dicta signum sunt cui a rebellibus contradicitur. Actu.7. Vos semper spiritui sancto resistitis. Ipsius diuinitati & humanitati contradicunt plurimi hæretici, qui ruunt sicut vespertiliones in lucem, in ueritatem impingentes. Miraculis ludęi peruersi. Mat.12. Lu.11. In Beelzebub principe dæmoniorū eijcit dæmonia. Doctrinæ. Iohan.8. Passioni. Mat.27. Alios saluos fecit seipsum non potest saluum facere. Mat.28. Dicite quia nobis dormientibus discipuli eius venerunt & furati sunt eum. Eius paupertati auari. Luc.16. Audiebant hæc omnia pharisæi qui erant auari, & deridebant eum. Humilitati superbi Iohan.5. Quomodo potestis vos credere qui gloriam quæ est ab hominibus quæritis. Signo dominicæ crucis multi contradixere ludæorum exteri⁹ multi gentilium multi quod grauius est falsi fratres hoc interius profitentes, veritate prauæ actionis nimium p-sequuntur, dicentes se nosse deum factis autē negāt. Tit.1. ⌊Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, ⌋ quasi dicat tantus contra eum tumultus vndique excitabitur, vt nec tu quidem a malorum consortio sis futura immunis. Gladius scilicet doloris qui animam penetrat, non autem materialis. Psalm. Et gladius in labijs eorum. Viuus enim sermo dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti. Hebr.4. Beda: Dolor dominicæ passionis quæ & si Christum vtpote dei filium sponte sua mori, mortemque ipsam resurgendo deuicturum non dubitaret, vt e sua tamen carne procreatum, non sine materno

dolore potuit videre crucifigi. Nam & ferrum quod ani
mum Ioseph pertransisse legitur nil melius quã dura tri
bulatio intelligitur. Quid inde consecutum sit subdit.
¶ Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. ¶ Tale
enim signum visum est deo proferre sub oculos omni-
um, vt clara veritatis luce prolata, retegerentur cogita-
tiones hominum quæ latebant in corde, ac verbis rerum
vicibus res ipsa declararet eos procul abfuisse a vera iu-
stitia, qui apud homines arcem videbantur tenere iusti-
ciæ. Contra, qui prius habebantur alieni a religione, de-
clararentur multo fuisse propiores veræ religioni, q re
iecti ac deplorati, hos simplex credulitas admitteret in
regnum cælorum primos. Nox certum iudicium non
habet, ac frequenter vmbras & inania rerum simulachra
obscit oculis. Sol exortus discutit omnes præstigias, ac
suam cuique faciem, suumque colorem reddit. Sic lux cu
angelicæ veritatis pharisæorum & scribarum hypocri-
sim, qui aliud in ore aliud in corde generebant, qui perti
naciss̃imis studiis Christo aduersabantur. Gentes autem
& publicani & metrices subito mutata vita studiis aui-
dis doctrinam amplectabantur pietatis. Incertum erat
qui Christi gratiam recepturi erant, vel qui respuerent:
nato autem Christo, pius quisque gaudebat. Herodes cũ
suis turbatus, Matth. 2. prædicante & miracula faciente
omnes turbæ timebant & glorificabant deum Israel,
Luc. 7. Pharisæi & scribæ rabido ore dicta & facta eius
carpebant salutaria. Passo in cruce impij lætitia stulta:
pij autem tristitia iusta replebantur, sed resurgẽte a mor
tuis & ascendente in cælum horum lætitia mœrore illo
rum est mœstitia gaudio mutata per henni, & sic reuela-
tæ sunt cogitationes, quia alij cogitatus ijs quibus in rui
nam, alij ijs quibus erat in resurrectionem, alij signis ei⁹
contradicentibus alij assentientibus. Claruit Iudæorum
pertinacia mortem ipsius procurantibus discipulorũ in-
constantia ab ipso fugientibus. Matt. 26. Matris constan
tia. Ioh. 19. Non autem hæc disparium cogitationum re-
uelatio tunc solum facta in Iudæa, sed etiã apud nos cre
denda est actitari. Et nũc enim domino apparente reue-
lantur cogitationes cordis cum lecto vel prædicato ver
bo salutis alij audientium libenter auscultant gauden-

tes perficere actu quod auditu didicerint: alij faſtidiētes quæ audiunt non hæc agēdo patrare, ſed potius inſultā do nituntur contraire.

¶ Quantum ad ſecundum. Pſal. Ob immenſam dei er ga genus humanum per incarnationis Chriſti myſteriū oſtenſam clementiam, omnes in gratiarum & laudis vo ces excitat, dicens: Cantate domino canticum nouū (&) cantate domino omnis terra, cantate domino & benedi cite nomini eius: annunciate de die in diem ſalutare ei⁹. Annunciate inter gentes gloriam eius, in omnibus po pulis mirabilia eius, quaſi diceret: Non ſemel ſed ſemp de die in diem, & in omnibus populis annunciate ſalutem quam miſit & fecit. Hoc ſpirituſſanctus dño in templo p̄ ſentato per Symeonem iuſtum, & ſpirituſſancto plenū ac ſanctam ānum Annam operatus fuit, quia enim p vi rum & mulierem vita totius mundi perdita fuit, in teſti monio vitæ per Chriſtum redeuntis Anna coniungitur Symeoni Non autem venit ante virum mulier, ſed poſt. ⌊ Et erat Anna prophetiſſa filia Phanuel de tribu Aſer.⌋ Ex re nomen habens nimirum gratia qua ſpiritum pro phetandi meruit accipere, quia longa caſtitate longiſq; ieiunijs ad hoc culmen aſcendit viri laudati filia, deuo tæ conuerſationis & venerandæ ætatis digna deſcribi tur, quæ domino teſtimonium cum ſancto ſene ſpū ſcili cet pleno redderet. Cōmendatur aūt a trib. Primo a vir ginali puritate ⌊ hæc, p̄eſſerat in diebus multis ⌋ de vir tute, ſ. in virtutē. Vnde ſequit. ⌊ Et vixerat cum viro ſuo annis ſeptem a virginitate ſua ⌋ vbi innuit q̄ virginita tis puritatē conſeruauit. Secundo a coniugali caſtitate, qa cū viro ſuo. Heb. 13. Honorabile connubiū in omnib⁹ & thorus immaculatus. Tertio a viduali ſanctitate. ⌊ Et hæc vidua erat vſq; ad annos octoginta q̄tuor. ⌋ Bonum eſt atq; primum ſi qua p̄t virginitatis gratiā poſſidere, ſi autem hoc nō poteſt ſed cuenerit ei vt perdat virū vi dua perſcueret. Cum ergo eſſet profectæ ætatis nō in a liud videtur dilata niſi vt quod ardētiſſimis optarat vo tis anus videret infantem, qui ſalutem eſſet allaturus po pulo Iſraelitico. Semel experta coniugium quamuis eſſet adhuc ętate vigenti, non cogitauit de repetendo coniu gio ſed veluti mundo mortua & deo iam dicata, non di-

scederet a templo victimis euangelicis illi sacrificans assi
duc non interdiu solum verumetiam noctu se totam im
molans deo hostiam viuã ac rationalem & accepram. Se
quitur, ⌊Quæ non discedebat a templo.⌋ Nam frequens
circa templum erat ideo non discedere dicitur, non quod
ad horam non discesserit ⌊ ieiuniis ⌋ quibus corpus imo
labat, ⌊ & obsecrationibus ⌋ quibus spiritum deo offe-
rebat seruiẽs deo die & nocte. 1. Timo. 5. Quæ vere vidua
est & desolata speret in deum & instet obsecrationibus
& orationibus die ac nocte. ⌊ Et hæc ⌋, scilicet talis &
tanta ⌊ ipsa hora superueniẽs ⌋ non a casu sed. ss. reuelan
te, nam propheriſſa ⌊ confitebatur dño ⌋. i. laudabat do
minum. Ecclesiastici vl. Cõfitebor tibi dñe rex & collau
dabo te deũ saluatorem meum. Sed hoc non contenta ⌊ lo
quebatur de illo ⌋ non de mundo carne &c. sed quibus
⌊ Omnib⁹ qui expectabant redemptionem Israel, ⌋ Non
enim dabat sanctum canibus, redẽptionem scilicet spiri-
tualem a peccatis. Mat. 1. Ipse saluum faciet populum su-
um a peccatis eorum: non corporalẽ quemadmodum di
scipuli intelligebant. Luc. 24. Nos sperabamus quia ipse
redemptur⁹ esset Israel, &. Act. 1 Dñe si in tpe hoc restitu
es regnũ Israel. Sic & Iudei vsq; in hodiernũ itelligũt diẽ.

¶Quo ad tertium Admonet propheta & cordibus &
corporibus Deum honorare. Afferte domino patriæ
gentium, & quid afferendũ subdit, afferte domino glorĩ
am & honorem: affertedño glorã nomi eius. Tollite ho-
stias et introite atria ei⁹, adorate e dñm in atrio sctõ eius.
ad literam certum habuerunt oblationis locum & oratio
nis & ne in conspectu dei vacui apparerent p̃ceptum, Nõ
appparebis in conspectu meo vac[illegible]s. Exodi. 23. quemad
modum parẽtes Iesu fecerãt. vnde sequitur, ⌊ Et vt perfe
cerunt oĩa scdm legẽ dñi reuersi sunt in ciuitatẽ suã Naza
reth. ⌋ Non eñ venit soluere legem sed adimplere. Præ-
termisit hic euangelista quod satis expositũ fuit a Mat.
⌋. Dominum videlicet angelico monitu ductum & redu-
ctum ex Aegypto, & sic demum in ciuitatem Nazareth re
uersum, vnde sequitur. ⌊ Puer autem crescebat ⌋ Beda: In
eo quod puer erat crescere potuit & confortari, nõ in eo
quod verbum, quia sic plenus sapientia & gratia: cres-
cebat puer ætate ⌊ & confortabatur ⌋ spiritu. ⌊ Ple-

nus ſapientia ⌋ quia in ipſo omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ ſunt reconditi. Col. 2. ⌊ Et gratia dei erat in illo ⌋ Non eo quidem modo quo in Moſe ex qua ſeptem ſenes acceperunt, ſed ita vt ex eius plenitudine acciperent vniuerſi & qui ſunt fuerunt & erunt. Fuit enim in corpe Chriſti reale augmentum quantitatis, ſed in anima non fuit reale augmentum gratiæ: quia ab inſtante cõceptionis totam plenitudinem accepit gratiæ. Sed quantum ad oſtenſionem in effectu magis apparebat, ſecũdum quod creſcebat & ipe volebat. Hactenus cæleſtis ille princeps noſter qui ſeſe noſtra cauſa vsq; ad faſcias, cunas, vagitus, & imbecillem corporis infantiam deiecit, alienæ vocis teſtimonio prædicatus eſt. Cæterum paulatim accreſcens ætas augebat corporis modum & vires, in quo velut in domicilio relucebat indoles quædam admirabilis aliquid p̃ ſe ferens homine maius. Augeſcebat & ſpiritus robur indies magis & magis ſeſe exerentis, vultu inceſſu ſermone factis, in quibus nihil erat q̃d non ſpiraret modeſtiam, caſtitatem, ſuauitatem, pietatem. Effulſit enim in eo diuina quædam & admirabilis gratia pertrahens omnes in amorem virtutis.

¶ Dominica prima poſt Epiphanie.

CVm factus eſſet Jeſus annorum duodecim aſcendentibus illis Hieroſolymam ſecundum conſuetudinem diei feſti, conſummatis q̃ diebus cum redirent, remanſit puer, &c. ⌋

Lu. 2. Diuina benignitas hominem ad ſui imaginem creatum, ſed per peccatum deiformitate deſtitutum, & in diaboli ſeruitutem redactum, reformans per filiũ ſui incarnationem: ſuis mancipari voluit vtroq; in homine ſeruitijs Vnde apoſtolus. Rom. 12. ⌊ Obſecro per miſericordiã

EPIST. dei ⌋ peccata ralaxantem. Generoſus eſt animus humanus & naturaliter contra poteſtatem recalcitrans, facilius ducitur quam trahatur. Econtra. Ezec. 34. Cum auſteritate & potẽtia imperabatis & diſpſæ ſunt oues meæ hoc claruit in Roboam. 3. Reg. 12. Inſtituit autem omnes erga deum. Primo q̃ ad corpus ⌊ vt exhibeatis corpora veſtra ⌋ Non ſolum mentes ſed & corpora, licet caro repugnet ⌊ hoſtiam viuentem ⌋ per deſideriorum carnalium mortificationem. Auguſt. Olim hoſtia occidebatur,

vt homines cãussa peccati subiecti morti ostenderentur, nunc autem quia a peccato liberi viua hostia offertur, in signum vitæ æternæ ⌊sanctam⌋ per bonorum fructificationem. Iac. 2. Fdes sine operibus mortua est. ⌊Deo placentem⌋ per rectam intentionem. Dan. 3. In animo cõtrito & spiritu humilitatis susciamur a te. ⌊Rationabile obsequium vestrum⌋ per discretionem ne qd nimis, vt caro sic maceretur, vt natura seruetur, & vitia extirpentur. Rationabile obsequium dici potest quum vita secundum Christum ducitur, cum nullum nobis vitium dominatur, cum internam mactamus nequitiam. Secundo quantum ad animam dicitur: Primo quo ad affectum, Amor enim transformat amantem in amatum. Vnde Augu. Si terram diligis terra es, si aurum diligis aurum es, si deum diligis deus es, participatiue scilicet. Psalm. Ego dixi dij estis. Ideo subdit: ⌊Nolite conformari huic seculo.⌋ Generalis prohibitio non concupiscere, declinare a malo q.d. Nolite velle placere huic seculo, quia instabile quia amicitia huius mundi inimica est deo. Iaco. 4. ⌊Sed reformamini in nouitate sensus vestri⌋ quia partim amissa est imago dei, vt incipiat ab illo reformari a q̃ formata est, non enim seipam reformare potest, quemadmodum potuit deformare. Generalis iussio diligere & facere bonum. Sensus vestri dicit, non corporis sicut mulieres, &c. In virtutis effigiem trãsformando, per peccatũ em imago dei ad quam sumus formati deformatur, sed per gratiam dei reformatur similiter cognitio. Et ga habẽs affectum bene ordinatum bene iudicat, sequitur ⌊vt probetis quæ sit voluntas dei⌋ qui enim mentem gesserit vetustate confectã, longe abest a diuinæ voluntatis cognitione, probetis per discussionem, solicitudinem ex perientiam. 1. Tess. 5. Omnia probate, quod bonum est tenete, 1. Iohan. 4. Charissimi nolite omni spiritui credere, sed, pbate spiritus si ex deo sint, bona quo ad bona naturæ beneplacẽs gratiæ: perfecta gloriæ. Voluntas dei dicitur ipsa qua vult quæ in deo est. Siue id quod vult, hic pro prima capit, quæ semp impletur quæ beneplacitum dei siue dispositio interdum appellatur. Psal. Omnia quæcunq; voluit fecit. Roma. 9. Voluntati eius quis resistit? Omnia ergo bona quæ fiunt deus vult fieri, & eorum est

autor. Mala autem non vult fieri, nec tamen vult non fieri. Si enim vellet non fieri & fierent, voluntati eius quis resisteret, sed tamen ea fieri p̄scit. Præterea voluntas dicitur eius operatio vel permissio. Augusti. Non fit aliqd quod omnipotens deus fieri non velit, vel sinendo vt fiat vel ipse faciendo. Secundo, quantum ad intellectum ne curiose de pertinentibus ad fidem perquirant. Isido. Credere debemus discutere prohibemur, & sic remouet superbiam. ⌊Dico enim per gratiam quæ data est mihi⌋ .1. officium apostolatus mihi iniunctum ⌊ omnibus qui sunt inter vos⌋ cuiuscunq; status ⌊ non plus sapere quã oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. ⌋ Accepimus enim sapiam, non vt ea ad insipientiam sed ad sobrietatẽ .1. humilitatẽ vtamur. Pro. 25. Perscrutator maiestatis opprimetur a gloria. 1. Cor. 8. Scientia inflat, charitas ædificat ⌊ & vnicuiq; sicut diuisit deus⌋ non nos nostra virtute ⌊ mensuram fidei⌋ per dilectionem operantis, non enim eadem mensura est in omnibus. Ideo sapiendũ ad sobrietatem quod iusticiæ terminos non egrediatur, q̃d non solum nobis vtile sit sed & nulli obsit. ⌊ Sicut enim in vno corpore multa membra habemus: omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo: singuli autem alter alterius membra, in Christo Iesu domino nostro⌋ q.d. Nolite inuicem superbire, quandoqdem & ipsi non secus ac membra alterna ope indigetis vt charitas conseruetur. Dantur em̃ dona pro cõmuni vtilitate, sicut in humano corpore oculus videt pro toto corpore, &c. Ideo dona data communicanda sunt alĩs, sicut membra corporis officia sua.

¶Cum Lucas Saluatoris nostri descripto ortu, ip̄ius iuxta legem die 8. circuncisionem, & 40. in templo præsentationem posuisset, omissis per angelicum oraculum ex Aegypto parentum Christi reuocatione & magorum adoratione, quæ satis a Matthæo posita nouerat, q̃ per ipsum & circa ipsum anno. XII. acta sunt indicat, d. Cum factus esset Iesus, &c.

¶Dominica p̄cedenti audiuimus in fine euangelĩ, q̃d puer Iesus crescebat, & confortabatur plenus sapientia. Ideo in hodierno ostenditur hoc per effectum: in q̃tria.

¶Primum. Solicita prolis directio, in principio.

¶Sec. Tenera legis affectio, ibi: Et factū est post triduum Tertiū. Voluntaria mentis subiectio. Et descēdit cum eis Q̄tum ad primum. Regius, ꝓphetaDauid deuiū ad mortem ducens iter, & multos per illud ambulare videns, rectum ad cælū dirigens ostēdit, d. Beati immaculati in via q̄ ābulant in lege domini. Nam lex domini immaculata conuertens animas: q̄ enim mūdus est rectū est opus eius Prou. 21. Omnia enim munda mundis, coinqnatis autem & infidelibus nihil est mūdum, sed inquinatę sunt eorum mens & conscientia, confitētur se nosse deum factis aūt negant, cum sint abominati & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi. Ti. 1. Cum ergo Christus alieno nō indigeret magisterio, tamen parentibus alijs castæ educationis paratum est exemplum & omnibus liberis ostensa forma est, qūo sese debeant p̄bere morigeros parentibus ad ea quæ sancta sunt hortātibus. Ex studijs enim suis cognoscitur puer si munda & recta sint opera eius Pro. 20. Vnde puer Iesus sub matris ac nutricij ductu, iam tum ad nostrum exemplum assuescebat religioni: parentes ōnes admonēs officij sui: quos oportet ex sese prognatos statim ab ipsis, vt aiunt, incunabulis arcere ab omni lasciuia, & sanctis moribus veræque pietatis operibus assuescere, dum adhuc tenera est ætas, dum adhuc molle & ad omnem virtutis institutionem sequax ingenium. Prouerb. vicesimo secundo. Adolescens iuxta viam suam etiam cū senuerit non recedet ab ea. sed vtinam non plus quomodo mundo placeant institutrentur, & non nouissima sed aliqua tantum cura de præceptis esset diuinis. Non sic parētes Iesu de q̄bus Lucas. Et ibant parētes eius per omnes annos in Hierusalem in die solenni Paschæ. Dicitur enim. Exo. 34. Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum in conspectu ōnipotentis domini dei Israhel. 1. paschæ pentecostes & tabernaculorū sed cum ijs qui longe erant ab Hierusalem dispensabatur in duobus vltimis. Igitur ⌊ Cum factus esset Iesus anno EVANG.
rum duodecim, ⌋ secundum humanam naturam, nam secundum diuinam idem ipe est & anni eius non deficiunt Psal. Mille anni ante oculos tuos sicut dies hesterna quæ præterijt, ⌊ Ascendentibus illis Hierosolymam secūdum consuetudinem diei festi ⌋ s. paschæ in quo omnes corā

domino apparere debebant masculi. Exodi. 23. Ipsi tanquam deuoti religiosi ad ipsum festum quod religiosissime apud Iudæos colebatur, in quo immolabatur agnus, ascendebant. Erat autem Hierusalem locus diuino deputatus cultui. Deut. 12. Ad locum quem elegit dominus deus de cunctis tribubus vestris venietis & offeretis in illo holocausta & victimas vestras. Vñ si pegrinabãtur hoc non erat voluptatis, non curiositatis sed cultus reuerentiæ honorificentiæq; dei gratia. Vnde & pueros duxerũt secum, nam seq. ⌊ Consummatisq; diebus cum redirent remansit puer Iesus in Hierusalem ⌋ non a casu sed vo- voluntarie, vt ostenderet zelum suum a pueritia ad spũalia. Beda: Vtraq; natura Chri hic aperit, & q̃ iuxta maiestatẽ pri, & q̃ iuxta fragilitatẽ decebat matri. Ascẽdit hõ cũ homibus ad offerenda sacrificia, seruat legem quã seruandam imperauerat, vt nos ad seruandum instrueret. ⌊ Et non cognouerunt parentes eius ⌋ Beda: Si q̃rit q̃o potuit a parentibus obliuiscendo relinqui, qui tanta parentum prouidentia nutriebatur, Respõsio, q̃d filius Israel ad festa cõfluentibus, vel ad, ppria remeantibus mos erat seorsum viros, seorsum mulieres choros ducentes incedere, pueri cum quolibet parente poterant incedere: q̃re Maria secum nõ cernens filium credidit cũ Ioseph & econtra. Vnde seq. ⌊ Existimantes aũt illum esse in comitatu ⌋ .i societate itinerantium esse ⌊ Venerũt iter diei ⌋ Cum ergo conuenirent, nec apud se inuenirẽt, timuerũt. ⌊ Et regrebant eũ inter cognatos & notos ⌋ Inter q̃s solet ætas illa nonnunq̃ cessare, videlicet remorante illos, p̃ propinquor affectu: ver hic non est inuentus Iesus, q iam tum docuit exemplo, esse renunciandum parentum & cognatorũ affectibus, ei qui velit cælestis doctrinæ professionem suscipere: sicut post docuit ỹbo. Si quis venit ad me & non odit patrem suum & matrem suam & vxorem & filios, & fratres & sorores, adhuc autem & aniam suã non potest meus esse discipulus. Luc. 14. Et cuidam de discipulis suis dicenti: Domine pmitte me primũ ire & sepelire patrem meũ, ait: Sequere me & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Mat. 8. seq. ⌊ Et non inuenientes regressi sunt in Hierusalem requirentes eum. ⌋ Quæram & nos sed in Hierusalem, nam in pace factꝰ est locus eius

& habitatio eius in Syon, videntis scilicet deum. Non autem eius qui cum cognouerit, non sicut deum glorificat, sed euanescit in cogitationibus suis, dicens se sapientem cum stultus sit. Sapientia enim huius mundi stultitia est apud deum. 1. Cor. 3. sed eius qui glorificat & portat deum in corpore suo per præceptorum obseruationem. 1. Cor. 6. Vnde Iohan. 14. Si quis diligit me sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

¶Quo ad secundū, Quoniam sicut cibo materiali corpus, ita verbo diuino pascitur anima, dicente domino. Mat. 4. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Ideo Psalm. ait: Beati qui scrutantur testimonia eius. Iohan. 5. Scrutamini scripturas, quia in ipsis putatis vos vitam æternam habere. Iohan. 12. Et si quis audierit verba mea & non custodierit, ego non iudico eum. Non enim veni vt iudicem mūdum, sed vt saluificem mundum. Qui spernit me & non accipit verba mea, habet qui iudicet eum. Sermo quem locutus sum, ille iudicabit cū in nouiss. die. Quia ego ex meipo nō sum locut⁹; sed qui misit me pr, ipe mihi mandatū dedit, quid dicam & quid loquar, & scio quia mandatum eius vita æterna est. Vnde Psalm. subdit. In toto corde exquirunt eum. August. Mens diuisa non impetrat. Vult enim deus totum cor. Sic parentes Iesu haud dubium toto & mœsto ipsum quærebant corde, ipse autem facto ostendit vbi & quomodo quærendus. Vnde seq. ⌊ Et factum est post triduum ⌋ nam primo die exiſtimabant ipsum in comitatu, sed cum non esset, requirebant secunda die inter cognatos & notos, & sic tertia regressi post tertium .i. quarta die ⌊ inuenerunt illum in templo. ⌋ Non theatro vel foro nec in templo otiosum aut lusitantē, ⌊ sed sedentem ⌋ composite & modeste ⌊ in medio doctor⁹ audientem illos & interrogantem illos ⌋ cum reuerentia. Beda. Quasi fons medius doctor⁹ sedet, sed q̄si exēplar humilitatis pri⁹ interrogat & audit quā instruat, vt oī dat paruulos a senioribus nō erubescere doceri, & ne infirmus docere audeat. Hier. Duodecim qdem annos saluator impleuerat, & in templo sedens deq̄stionibus legis interrogans, magis docet dū prudēter interrogat. Forte

de tpe & aduentu Christi, sicut Marc.12. Quid vobis videtur de Christo, cuius filius sit, non quod illi necesse fuerit sciscitari ab hominibus quod discceret, sed vt prudenter interrogando doceret eos, qui legis scientiam profitebantur, quum vim legis ignorarent. ⌊ Stupebant aũt omnes qui eum audiebant super prudentia & responsis eius. ⌋ Ad ostendendum ꝙ homo erat homies magistros audiebat humiliter. Ad probandum ꝙ deus esset, loquentibus sublimiter respondet. Diuina lingua sapientiam ꝓdebat, sed ætas humana infirmitatem ꝓtendebat. Quanq̃ ignotus esset doctoribus & circunstanti populo, tamen omnes vertit in admirationem sui, quod tantillus puer dictis & responsis suis admirabilem quandam & plusq̃ senilem sapientiam declararet. Audiebant enim promentem singulari modestia, q̃ doctores proiectæ ætatis, qꝙ iam fastigium sapiæ tenere videbant, non pigeret discere. Obstupescebant omnes non solum ob inauditam pueri sapientiam quam interrogans & respõdens declarabat. Verum etiam ob raram vultus gestus linguæque modestiam q̃ gratiam addebant intelligentiæ: nunq̃ talia in puero viderant. Beda: Quod duodennis in templo sedit in medio doctorum, audiens & interrogans illos humanæ est humilitatis exemplum, imo etiam eximium discendæ humilitatis exemplum. Dei quippe virtus & sapientia æterna quæ diuinitus loquitur. Ego sapientia habito in consilio, & eruditis interfum cogitationibus, meum est consilium & æquitas, mea prudentia, mea est fortitudo, per me reges regnãt, & cõditores legum iusta discernunt, beatus homo qui audit me, Prou.8. ipsa hoie induta ad audiendos homines aduenire dignata est, vt nimirum hominibus, q̃uis summo ingenio ꝓditis necessariam discendi formam ꝓgaret, ne si qui discipuli veritatis fieri refugerent, magistri efficerent erroris. Prou. 1. Audi fili mi disciplinã patris tui, & legem matris tuæ ne dimittas, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Amb. Vnum adolescentis officium est, silentium & reuerentia. Eccl.32. Adolescens loq̃re in causa tua vix si bis interrogatus fueris, habeat caput tuum respõsum: Qui enim prius respondet q̃ audiat, stultũ se esse demonstrat & confusione dignum. Prou.18. ⌊ Et videntes ⌋ tan

tam scilicet in puero modestiam & sapientiam ⌊ admirati sunt Et dixit mater eius ad illum ⌋ tacet Ioseph, qui sibi conscius erat nil habere iuris in partum sponsæ suæ: mater pro autoritate sua expostulat doloris affectu stimulata. ⌊ Fili quid fecisti nobis sic ⌋ vt nobis nescientibus remaneres. ⌊ Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te ⌋ vterq; dolentes sed ipsa magis. Ipse enim pater putatiuus quem virgo honoris, quia vir, & humilitatis gratia nominando ꝓtulit. Econtra quædam contemptibiliter suos nominant maritos. Myne Contz, myne henne. & cæte. Similiter dulciter loquebatur filio, dicens fili: non sicut quidam ribaldi & peruersi maledictis & pugnis opprimentes proles. Dolebant non quod puero aliquid mali accidere ex eorum absentia timerēt, quē dei filium angelo & Saluatorem mundi Simeone & Anna testibus cognouerunt, sed de sua negligētia & filiī absentia, cuius pītia super omnes mundi delitias ipsis dulcis erat, de cuius memoria ait Psalm. Renuit consolari anima mea, in his s. mundanis & vanis, memor fui dei & delectatus sum. Hunc audiens matris sermonem, a pio q-dem affectu profectum, *non spreuit nec dure redarguit.* ⌊ Et ait ad illos: *quid est quod me quærebatis? Nesciebatis, quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse.* ⌋ Dominus solicitudinem quam prætulerant, & quam sibi exhiberi voluit, nouerat. Nō ergo arguit eos sed instruit, & diuina modestia docet vbi erat inueniendus, q. dicat, quid est quod me quærebatis inter cognatos & notos. Nosse poteratis cum vobiscum non essem me in domo patris mei esse, vt illa facerem opera quæ patris mei sunt. Domus autem patris templum dei est. Iohannis secundo. Nolite facere domum patris mei domum negociationis. Qua responsione nō parui fecit matrem, sed sublimiter honorauit cum eam tacite innuerit esse virginem, quam habuit non cum homīe, sed singularem cum deo patre matrem. Vnde Beda: Non q eum quasi filium quærerent vituperat, sed quis sibi sit verus pater insinuat, & quid potius debeat ei cui est æternus filius mentis oculos attollere cogit. ⌊ Et *ipsi non intellexerunt verbum* ⌋ quod locutus est ad *illos*. Nimirum nimio de ipso inuento repleti gaudio, verba diuinitatis ipius naturam

exprimentia capere non poterant.

¶Quo ad tertium, Inanem prauis in homibus ſolam fidei, malis obſcuratam operibus confeſſionē, Pſal. oñdit dicens: Non em̄ qui operantur iniquitatem in viis eius, dei ſcilicet ambulauerunt, cauſam annectit, dicens: tu mādaſti mandata tua cuſtodiri nimis. 1. valde. Ideo ſubſeqñ ter orat. Vtinam dirigantur viæ meæ ad cuſtodiēdas iuſtificationes tuas. Quæ quidem directio fit vel immediate per dei gratiam, vel mediantibus hominibus prelatis & ſuperioribus, quēadmodum ſaluator Petro ait, Ioh ā. 21. paſce oues meas, & act. 20. ait Paulus Epheſijs & alijs Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo poſuit vos ſpiritusſanctus epiſcopos, regere eccleſiam dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Si ergo ipſi tenentur regere, tenentur & ſubditi neceſſitate obedire: huius obedientiæ ſaluator exemplum dedit. Nam cum ipſi non caperent verbum, cō deſcendit illis. ⌊Et deſcendit cum eis Nazareth, & erat ſubditus illis⌋ Ambroſius: Magiſter veritatis, officium implet pietatis, deſcendens cum eis humiliter, & ſubditus, omnia quæ filij debent parentibus impendens obſequia, nimirum vt ex ſeipſo cæteris filijs quantumcunq; magni ſint, exemplum præberet ſuis obſequendi parentibus. Nam cum filius dei eſſet, ſe vt præſtaret humilitatis formam, & implendæ diuinæ legis ſpeculum, ſubdebat hominibus. Erubeſcant pueri, adoleſcentes, qui negligunt monita parentum ad honeſta vocantium, quum Ieſus reliquerit patris negotium, ne quam præberet ſpeciem filij immorigeri. ⌊ Et mater eius conſeruabat omnia verba hæc conferens in corde ſuo. ⌋ Quicquid ab initio acciderat circa puerum, quicquid ab ipſo dicebatur fiebatve, recondebat in pectore ſuo, ex admirandis initijs rerum exitus coniectans; nec quicquam finebat inobſeruatum, quo poſt maiori cum fide narraret omnia diſcipulis per vniuerſum orbem vitam Ieſu prædicaturis. Imitemur & nos piam domini matrem omnia domini verba & facta diurna ac nocturna meditatione importunos inanium nocentiumq; cogitationum repellamus incurſus, harum crebra collatione, & nos & proximos noſtros a fabulis & ſuperuacuis & male dulcoratis detractionum colloquijs caſtigare, atque ad diuinæ lau-

dis frequentiam incitare curemus. ¶ Et Iesus proficiebat sapientia ætate, & gratia apud deum & homines. ¶ Aetate quoad corpus proficiebat in augmento corporis, vigore membrorum & decore personæ, sed quantum ad sapiẽtiam & gratiam quum ab instanti conceptionis oẽm plenitudinem haberet sapientiæ & gratiæ, non fiebat sapientior ex tempore, neq; decrementum ipsius aut gratiæ vel incrementum quemadmodum cæteri sancti accepit, sed eam qua plenus erat paulatim hominibus demonstrabat, & quantum proficiente ætate patefaciebat dona gratiæ hominibus, quæ sibi inerant, & sapientiæ, tantũ eos ad dei laudem excitabat per considerationem ipsius sapientiæ & gratiæ quas deus ipsi contulerat, sic & deo patri ad laudem, & hominibus proficiebat ad salutem, & ita quotidie magis ac magis commendabatur hominibus: docens nos a primis illis iustitiæ rudimentis, quam oportet ab infantia statim imbibere perpetuo progressu conniti ad perfectiora. Quemadmodum enim corpus habet auctus suos vsq; ad iustum staturæ modum iustas q; vires, ita & pietas suos habet accessus donec ad perfectã firmitatem plenitudinis Christi. Grandescit enim Christus in nobis & adolescit quum nos a fidei rudimentis ad reconditiorem diuinæ scripturæ sapientiam proficim⁹, quam relicto lacte carnis solidum appetimus cibum spiritus, quum neglectis terrenis euolamus ad cælestia: qua si ab infantia ad adolescentiam, inde ad iuuentutem, dehinc ad virilem ætatem, præposterum enim est corpus iuxta naturæ cursum semper in melius proficere, & animam nostra socordia semper ad deteriora labi. Nam id vulgo fieri videmus. Adolescentes ab infantiæ puritate degenerant ad lasciuiam. Iuuentus rursum ad lites & pugnas proficit. Virilis ætas ad ambitionem & auaritiam, itaq; fit vt quo quis propius accesserit ad ætatem: eo longius recedat ab innocentia. Cæterum qui semel induerunt Christum, hos oportet ad illius exemplum semper ad meliora conniti, quo simul & animi puritate sese commendent oculis dei, & vitæ synceritate famam honestam sibi parent apud homines. ¶ Do. II. post Epipha.

NUptiefacte sunt in Chana galilee, et erat mater Iesu ibi. ¶ Ioh. 2. Volẽs Salu. fideles suos

firmo dilectionis vinculo colligari, sic ipsis gratiarum dona diuisit vt singuli non omnes, sed singulas ad communem vtilitatem habentes, eo familiarius alteri sibi cõcessa communicarent: quo se egere ope non ignorarent alterna, sicq; in vera charitatis radice, humilitate fundati, nihil de sibi data quasi singulariter gratia præsumerent quod quam pulchre Apost. Rom. 12. ostendit. ⌊ Habentes donationes secundum gratiam, quæ data est differentes ⌋ quasi dicat, non iuxta nostra merita, sed iuxta munificentiam dei quæ partitur singulis vt videtur expedire. Ne quis igitur eo quod contigit dono efferatur, sed sobrius ac modestus vtatur in bonum omnium ⌊ Siue prophetiam. ⌋ id est, notitiam occultorum & gratiã exponendi scripturam ⌊ secundum rationem fidei ⌋ non contra ⌊ siue ministerium in ministrando ⌋ modeste fungatur officio citra supercilium ⌊ siue qui docet in doctrina ⌋ non fastidiens indoctos ⌊ qui exhortatur ⌋ Habens gratiam ex sacris literis ad pietatem & honestos mores inflammare ⌊ in exhortando ⌋ vtatur dote sua modeste non tantum verbo sed & facto in bonum ducendo. ⌊ Qui tribuit ⌋ habens temporalia ⌊ in simplicitate ⌋ propter deum non duplicitate præsentis, s. gloriæ vel mercedis & futuræ spe. Hæc ad corpus spectant sicut præmissa ad animam ⌊ qui præest ⌋. i. habens curam commissam, non cum honos reddat elatiorẽ, sed ⌊ in solicitudine ⌋ de regimine sibi commisso cum ꝟbis tum proprij corporis ad miniculo opem præstando indigenti ⌊ Qui miseretur ⌋ aliorum miserijs succurrendo ⌊ in hilaritate ⌋ s. vultus, non cum austeritate mœsticia alios afficiendo. An non lætandum cum pro modico cælum commutes quotidiana medicina, quotidianis vulneribus & si leuioribus. Iudicium enim sine misericordia fiet ei qui non fecit misericordiam. Iac. 2. Quisquis enim quasi nimis iustus & securus iudicium expectat sine misericordia, sibi iram ꝓuocat. Ergo simplicitas erga deum: hilaritas erga proximum. 2. Cor. 9. Hilarem datorem diligit deus. Eccl. 5. In omni dato hilarem fac vultum tuum. ⌊ Dilectio sine simulatione ⌋ quicquid fit ex animo fiat. ⌊ Odientes malum ⌋ est enim noxius amor, ideo ex animo sitis odientes malum, non sicut quidam metu abstinentes: & qa

EPIST.

nõ sufficit declinare a malo, subdit ⌊Adherentes bono⌋ affectu ſ quod bonum eſt, pſequendo, nam adherentia firmitatem importat. ⌊Charitate fraternitatis iuicem diligentes⌋ qa vno baptiſmi lauacro renati, communem patrẽ implorãtes, advnã cõmunem hæreditatem deſtinati. Et vt eadẽ fraterna charitas firma maneat ſitis ⌊honore inuicem præuenientes⌋ Inter mundanos de præcellentia dignitatis certamen eſt, inter vos non ſic: ſed alternis officijs præoccupate. Quilibet enim deficit in bono aliq̃ qd eſt in altero, & ſic poteſt eum cõſiderare vt melioren ſe, & ſic honorando pũenire. ⌊Solicitudine non pigri⌋ per ocium ſibi viuẽdo, ſed ſolicitudinem cordis ope oñendo erga proximum ⌊Spũ feruentes⌋ contra carnis deſidiã quæ retrahit a bonis. Ideo vt poſſitis præmiſſa implere neceſſe eſt vt ſitis ſpiritu feruidi, etiam ſi actu non poteſtis implere quæ vultis ⌊domino ſeruientes⌋ in præmiſſis qui in ſe excipit quicquid in proximum contuleris, & per conſequens præmium ab eo expectetis ⌊ſpe gaudentes⌋ in omnibus his non niſi æterna ſperetis, etiam ſi qd mali acciderit: ſpe præmij futuri portate. ⌊In tribulatione patientes, orationi inſtantes⌋ per quam impetrat pacientia: inſtantes dicit, propter aſſiduitatem ⌊Neceſſitatibus ſanctorum communicantes⌋ non quaſi ſtipem egenti ſed quaſi cenſum ſuum cum illis cõmunem eſſe ducat. Non dicit, delicijs lenonum, &c. ſed ſanctorum vt ſcilicet pro vobis orent, & hoc nõ ſolum incolis ſed & aduenis ⌊hoſpitalitatem ſectantes⌋ occurrendo & indu cẽdo ſicut Abraham Gen. 18. & Loth 19. ibidem. Et quia non ſolum manus benignas, ſed & linguam conuenit habere innoxiam. ⌊Benedicite perſequentibus vos benedicite & nolite maledicere⌋ Admonuit ſupra de charitate erga proximos nunc quomodo ſe habere debẽt ad inimicos, benedicite orando pro eis & bona imprecando, quia impatiens oſtendit ſe nõ diligere deum propter quem patienter debent ſuſtinere. ⌊Gaudete cum gaudẽtibus flete cum flentibus⌋ Sit inter vos vera amicicia quę læta ac triſtia pariter faciat cõmunia ⌊Idipſum inuicem ſentientes⌋ Cõcors animus & cõmunis affectus vos in oĩbus ſocier, ſiue quid læti ſiue aduerſi incidit, non contemnendo fratrem ⌊Non alta ſapientes⌋ per ſuperbiam pro

hīs omnibus in corde ⌊ sed humilibus consentientes ⌋ q̄ scilicet maiores sunt humiliter cum proximo conuersan do & condolendo inferioribus, non exprobrādo: tūc aūt vera est humilitas, si non in sola lingua est sicut hypocri ta qui se dicit peccatorem foris fingens humilitatem, in trinsecus amplectens vanitatem.

¶Cum dominus Iohannis testimonio populo demon stratus, aliquot discipulorum aggregasset vt dī Iohan. i. ad confirmationem stupendo diuinitatem suā declarauit miraculo, prout Ioh. testat, d. In illo tpe: Nuptię factę &c

¶Primū, Amabilis Christi iuitatio in principio.

¶Sc. Bñplacabilis vini immutatio ibi. Et deficiēte vino.

¶Tertium certitudinalis miraculi approbatio ibi. Et dicit eis Iesus.

¶Quo ad primum. Non solum vtilem sed & necessarī am diuinorum obseruantiam ad æternam vitandam con fusionem, mandatorum insinuans Psalm. ait: Tunc non confundar scilicet confusione æterna, qua confundentur audientes. Discedite a me omnes operā iniquitatis. Mat. 7. Cum perspexero in omnibus mandatis tuis: non in vno hoc vel illo. Qui enim totam legem impleuerit, offendat autem in vno factus est omnium reus. Iac. 2. Ideo non so lum ad spritales cum Christo conseruandas nuptias, sed etiam corporales digne tractandas necessaria est diuino rum obseruatio præceptorum. Agitur autem de nuptiis
EVANG. ratione miraculi, Ideo & de Iesu & Maria matre eius fit mētio. Tertia inqt die, Ioh. 2. ¶Nuptiæ factę sunt in Cha na galileæ. ⌊ Hieronym. Chana fuit in tribu Aser, Vnde & Natanael verus Israelita Saluatoris testimonio com probatur, & est hodie oppidum in Galilæa gentium, hæc ille. Verisimile est sabbato nuptiarum conuiuia celebrari solita non fuisse, propter apparatum sed quauis alia sex dierum sequentium sabbatum, vnde non incongrue ter tia die post sabbatum hæ nuptiæ celebratæ videtur non ter tia a congressu Nathanaelis, nā & discipulos legit do minus habuisse. ⌋ ⌊ Et erat mater Iesu ibi, ⌋ virginitatis decus tanquam cognata ⌊ Vocatus est autem Iesus & di scipuli eius ad nuptias ⌋ totius naturę nostræ sponsus. In quo ostendit non despiciendas esse nuptias quas fecit, & sacramentum nuptiarum insinuat. Nuptiæ enim sunt ad

legittimam humani generis propagatonem. Legittima autem est cum non voluptas virum & mulierem coniungit, sed deus. Deus vero coniungit quando trahuntur desiderio voluntatis dei, legisq; diuinæ implendæ, positæ ad susciptendam prolem, quæ subinde deum agnoscat, cuius ordinatione susceptæ fuerit, legemq; & voluntatem eius similiter obseruet & custodiat. De hꝰ institutiõe. Ge. 2. Dixit dominus deus: Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. Formatis igitur dominus deus de humo cunctis animantibus terrę & vniuersis volatilibus cæli, adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea. Omne quod vocauit Adam animæ viuentis, ipsum est nomen eius. Appellauitque Adam nominibus suis cuncta animãtia & vniuersa volatilia cæli, & omnes bestias terræ. Adæ vero nõ inuenichatur adiutor similis eius. Immisit ergo dominus deus soporem in Adam: cumq; obdormisset, tulit vnam de costis eius & repleuit carnem pro ea, et ædificauit dominus deus costã quam tulerat de Adam in mulierem, & adduxit eam ad Adam: dixitq; Adam. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: Hæc vocabitur virago quoniam de viro sumpta est. Quamobrem relinquet homo patrem & matrẽ & adhærebit vxori suæ: & erũt duo in carne vna. Tria notabilia hic tangit de matrimonio primũ. Nobilitas. quia ab ipso deo immediate & in loco terræ pretiosissimo, scilicet in paradiso, & dominꝰ hic honorauit. Vñ Beda, q dominus noster atque saluator ad nuptias vocatus non solum venire sed & miraculum ibidem quo conuiuas lætificaret fecit, exceptis cælestium sacramẽtorũ figuris, etiam iuxta literam, fidem recte credentium confirmat, & quam sit damnabilis nuptijs detrahentium perfidia insinuat. Si enim thoro immaculato & nuptijs debita castitate celebratis culpa inesset, nequaquam dominꝰ ad has veniisset, nequaquam eas initijs signorum suorum voluisset consecrare. Nunc autem, quia bona est castitas coniugalis, melior continentia vidualis, optima perfectio virginalis, ad comprobandum omnium electionem graduum: discernendum tamẽ singulorum meritum: ex intemerato Mariæ virginis vtero nasci dignatus est a propheticõ Annæ viduæ ore mox nato benedicitur, a nã

ptiarum celebratoribus iam iuuenis inuitatus & hos suę præsentia virtutis honorat. Hæc ille.

¶Secundum. Ordinabilitas, nam ante humanæ naturæ lapsum in stitutum fuit solum ad prolis in laudem dei educandæ procreationem. Gen. 1. Creauit deus hominẽ ad imaginem & similitudinem suam, ad imaginem dei creauit illum, masculum & fœminam creauit eos, benedixitq; illis deus & ait: Crescite & multiplicamini & replete terram. Sed post lapsum etiam in remedium & peccati vitationem. Nam ante transgressionem præcepti, cũ esset vterq; nudus, Adam s. & vxor eius, nõ erubescebãt: Gen. 2. Quia cunctæ animæ vires rationi, quemadmodũ ratio deo subiiciebantur, & nihil inordinatum in carne apparebat, sed mandato transgresso, sensualitas rationi rebellans inordinatos in carne mot⁹ excitauit, vnde statim cognoscentes se nudos erubuerunt facientes sibi perizomata de foliis ficus. Gen. 3. Ideo apost. 1. Cor. 7. Propter fornicationem, s. vitandam, vnusquisq; vxorem suam habeat, & vnaquæq; virum suum. Ideo cum reuerentia & timore dei ad ipsius laudem coniugia sunt facienda, quia dr Tob 6. Audi me (ait angelus Raphael Tobię) & ostendam tibi q sunt quibus p̃ualere potest dæmoniũ. Hi namq; qui coniugium ita suscipiunt, vt deum a se, & a sua mente excludãt, & suæ libidini ita vacent, vt equus & mulus quibus nõ est intellectus, habet potestatem dæmonium super eos. Tu autem cum acceperis ỹginem ingressus cubiculum per tres dies continens esto ab ea, & nihil aliud nisi orationi vocabis cum ea, transacta autem tertia nocte accipies virginem cum timore domini, amore filiorũ ductus magis quam libidine, vt in semine Abrahæ benedictionem in filiis consequaris. Et. 8. Tunc hortatus est virginem Tobias, dixitq; ei: Sara exurge & deprecemur deum hodie & cras, & secundum cras, quia his tribus noctibus deo coniungemur, tertia aut transacta nocte in nostro erimus coniugio. Filij quippe sanctorũ sumus, & non possumus ita coniungi sicut gentes q̃ ignorant deum, hæc ibi: Ex quibus claret quod ineuntes libidinis & diuitiarum causa nihil de deo cogitantes matrimonia Iesum non habent in suis nuptiis: qui autem in timore domini, diuinam nõ tam in bonis fortunæ, quam

prolis consequãt benedictionẽ. Vñ Psal: Beati ões qui timent dñm q ambulant in vijs eius. labores manuum tuarum, quia manducabis (quia non egebis sed satis diuina benedictione per tuos labores habebis ad vescendum) beatus es & bene tibi erit in corpore & anima. Vxor tua sicut vitis habundans, in lateribus domus tuæ, q audebis in multiplicatione prolis in domo tua obnecessariorum suppetentiam enutrire. Filij tui sicut nouellæ oliuarum, in circuitu mensæ tuæ excrescentes in corpe & virtutibus. Ecce sic benedicetur homo a deo qui timet dominum. Mal. 2. Deus vnus, qui instituit matrimoniũ, & quid querit nisi semen dei .i. plem ad dei laudem educandam. 1. Tim. 5. Volo iuniores nubere, filios procreare. De viduis loquitur. Tertium. Puritas dilectionis, vnde de latere viri mulier facta est. Ephe. 5. viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, & tradidit seipm pro ea, vt illam sanctificaret. Sed plurimi diliguut non sicut Christus ecclesiam, sed sicut Adam Euam, qui cũ ipsa peccare voluit, sed culpã in ipsam retorquere curauit, dicens: Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi q.d. id alias non facturus nisi ipsa induxisset. Gene. 3. Ideo. Ephe. 5. Veruntamen & vos singuli vnusquisq; vxorem suam sicut seipsum diligat, vxor autem timeat virum suum. Non dixit dominetur viro, quia Gen. 3. Sub viri potestate eris. Nam mulier si primatum teneat, contraria est viro suo. Eccl. 25. Item: Puritas adhæsionis nulli adhærendo nisi vxori, vnde ait. Relinquet patrem &c. Multominus scorto vel adulteræ, quia fornicatores & adulteros iudicabit deus. Heb. 13. Mat. 19. Quos deus coniunxit homo non separet. illos autem deus non coniungit, quorum alter vel vterque eorum alteri siue deo, siue homini obligatus est, sed eorum canina sunt coniugia, quum non prolem sed carnem sicut equꝰ & mulus quorũ non est intellectus, quærant: & ideo dæmonium super ipsos habet potestatem. Tob. 6. Non enim Iesum nec eius discipulos ad suas vocant nuptias.

¶Quantum ad secundum: Qualiter & quare deus sit laudandus, Psalm. insinuat, dicens: Confitebor tibi (confessione laudis) in directiõe cordis, non sicut populus qui deum labijs honorat, cor aũt eorum longe est a deo. Mat

15. causam subinfert, in eo q̊d didici iudicia iusticiæ tuæ id est, pro eo ꝙ te illuminãte intellexi pręcepta iusticiæ, quibus peruenitur ad salutem. Nam ij qui mercedem nõ sperant iusticiæ, non considerant honorem animarum sanctarum, quia excæcauit eos malitia eorũ. Sapient. 2. Aquam nempe tribulationis pijssimis in optimum conuertet vinum æternæ iucunditatis nuptiarum cælestium cuius istud hic figura & vmbra est. ⌊ Et deficiente vino dicit mater Iesu ad eum vinum non habent. ⌋ Pia mater mota compassiõe, ne inopia in sponsi confusionem quod minus accurate cõuiuium præparasset diuulgaretur, pio filio cuius virtutem ex multis ante argumentis non ignorabat: proponit affectum, sciens absque petitione aliqua sufficere necessitatem insinuare: ⌊ Dicit ei Iesus, qd mihi & tibi est mulier? ⌋ Si vinum deest, quid ad nos pertinet? Videmur importune non petentibus præstare.

⌊ Nondum venit hora mea ⌋ quasi diceret secundũ Chrysostomum nondum innotuit communis defectus, q enim defectum non agnoscit, nec beneficium gaudens suscipit Sic autem omnia miracula sua gessit dominus, vt non ad laudem humanam affectata, sed subleuandis hominum malis impensa viderentur, ita temperato rerum ordine, vt maiori certioriq; fide geri non possent. Augustinus. Vinum deficit vt mirabiliter vino de aqua facto virtus latentis deitatis appareat. Maior virtus est in creatione & gubernatiõe cæli & terræ, & quod quotidie aqua pluuiæ per vites in vinum vertitur, & quod ex paruo seminario fruges oriuntur. Sed qa hæc naturaliter fiunt iam ex vsu viluerunt, ideo quædam & si minora præter solitum naturæ cursum sibi deus seruauit, per quæ virtus q̃ in maioribus etiam opatur ad memoriam reduceretur. hæc ille. Mariam matrem suam dominus non repulit, q nos parentes honorare præcepit, nec sibi matrem negauit, ex cuius carne virginea carnem suscipere non despexit. Romanos. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, hoc fieri non potuit, si non ex corpere Mariæ quæ ex semine Dauid descendit veram carnem assumpsit. Sed in eo qnod miraculum facturus ait, qd mihi &c. significat se diuinitatis, qua miraculum erat patrandum non principium temporaliter sumpsisse de matre, sed per

æternitatem semper habuisse cum patre. veniet autem hora quãdo quid sibi & matri commune esset ostenderet, quando eam discipulo maxime dilecto virginem virgini commendauit, quam diuina facturus quasi incognitam se nosse dissimulat, qa hanc diuinæ natiuitatis autorem non esse cognoscit. Maria ergo responso quasi duriori filij non diffidens, & illius bonitate & virtute plurimum confidens, accitis ministris clam in aurem loquuta est. ⌊ Dicit mater eius ministris: Quodcũq; dixerit vobis facite. ⌋ Et si videtur negare filius, scit tamen mater pietatem eius, ideo fiducialiter imperat ministris. Curabat enim ne ministrorum incredulitas, aut non paratum obsequium obstaret, quo minus miraculum fieret. ⌊ Erant autem ibi lapideæ hydreæ sex positæ secundum purificationem Iudæorum capiẽtes singulæ metretas binas vel ternas. ⌋ Mar. 7. Pharisæi & omnes Iudæi nisi crebro lauerint maus nõ maducãt tenentes traditiões seniorꝝ, & a foro veniẽtes, nisi baptizent, nõ manducãt. Et alia multa sunt q̃ tradita sunt illis seruare, baptismata calicũ, & vrcæorꝝ, & æramentorꝝ, & lectorꝝ. Sentiens ergo Iesus adesse tẽp⁹ quo suis innotesceret, ministris mandat. Erãt vasa aquaria capientes tres vel duas mensuras, sed magnitudo ob distantiam loci & temporis ignota est. ⌊ Dicit eis Iesus: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summum. ⌋ Vt euidentius esset miraculnm, non ex nihilo sed ex aqua fecit vinum, & in hydrijs ad summum impletis, quæ vix loco moueri possent. Si iussu ipsius obtemperantes, in patientia tam tribulationum, quam mandatorum obseruatione perseuerauerimus, vino sempiternæ nos lætificabit læticiæ.

¶ Quo ad tertiũ Sciens regius propheta humanam nil sine dei perficere posse adiutorio voluntatem, supplex orat, dicens: Iustificationes tuas custodiam, non me derelinquas vsquequaq;, quasi diceret: volo quidem, sed nisi tu adiutor fueris, non possum: ideo si dereliqueris non valeo, sed si affueris ꝑficio, ideo non ego sed tu oparis ꝑ me & mecum omnia bona ex te & optima coram deo & homĩbus probata. Vñ vmbratice seq. ⌊ Et dicit eis Iesus: Haurite & afferte architriclĩo ⌋ quo plures miraculi eẽnt testes, iussit vt q cõuiuio curando p̃fectus erat offerrẽt.

Nihil orasse dicitur aut aquam vel vasa tetigisse, vt sola voluntate aquam diuina virtute mutasse monstraretur. Psalm. Omnia quæcunq; voluit dominus fecit. ⌊ Et tulerũt ⌋ Omnia quæ iussit fecerũt p̃moniti a matre. ⌊ Vt autem gustauit architriclinus aquam vinum factum: & nõ sciebat vnde esset, ministri autem sciebant, qui hauserãt aquam, vocat sponsum architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primo bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. ⌋ Nam auaritiæ est peiora primo p̃mittere in conuiuijs, sed vrbanitatis meliora in primis largiri, Itur ad hydrias, vocat sponsus, vbi q; reperitur vinum optimum. Dei nanq; pfecta sunt opera, quare nunquam tam preciosum in terra vinum. Vnde indignatus architriclinus de inurbanitate sponsi ait: ⌊ Tu ⌋ (scilicet rudis inexpertus) ⌊ autem seruasti bonum vinum vsq; adhuc ⌋ contra communem modum. ⌊ Hoc fecit initium signorum Iesus in Chana Galileæ, & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius. ⌋ Nam ex hoc confirmati, ad ip̃m sequendum magis quam antea nullis visis signis, sed Iohannis auditis tantum testimonijs. Manifestauit hoc signo, quia ipse esset rex gloriæ: & ideo sponsus ecclesiæ, qui vt homo communis venit ad nuptias: sed quasi domin⁹ cæli & terræ elementa prout voluisset conuerteret. Has Christi nuptias & ecclesiæ, quæ tunc vna in ciuitate figurabantur, & nunc vniuerso celebrantur in mundo, tota diligamus mente. Has per fidem vocati intremus, & mundo dilectionis habitu celebrare curemus, nostræque actionis simul & cogitationis maculas ante diem extremi discriminis ipsi solicitus examinando diluamus, ne forte tũc ingrediens rex, qui has filio suo nuptias fecit, si viderit nos nuptialem vestem non habere eiiciat nos: & ligatis, a bene agendi facultate pedibus & manibus exteriores mittat in tenebras. Mundemus fide fortia cordium nostrorum vascula, secundum purificationem præceptoꝝ cælestium. Implcamus hæc aqua sapientiæ salutaris, sacræ lectioni crebrius attendendo. Rogemus deum vt ipsam quam nobis scientiæ gratiam contulit (ne forte insiet) charitatis suæ feruore calefaciat, & ad supna quærenda sola hac sapientia conuertat, quatenus spirituali-

ter inebriati possimus & ipsi cum propheta dicere. Potasti nos vino compunctionis. Sicq; fit vt nobis bene proficientibus & nunc ex parte prout capere sufficimus & in futuro perfecte Iesus manifestet gloriam suam.

¶ Dominica tertia.

CVm descendisset Iesus de mõte secute sunt eum turbe ⌊ Mat. 8. Humilitatis magister Christus humanum genus superbia cecidisse sciens veræ humilitatis radicem, quæ cum omnibus pacificam habet conuersationem, nam inter superbos semper iurgia sunt. Prou. 13. in cordibus hominum, cum verbotum exemplo fundare studens humilium ad se preces nunquam spreuit, sed in omnibus necessitatibus succurrit. Qui eñ sibiñpsi placet, vt suo iudicio sibi magnus sit & admirandus non facile cuiquam credit. Ideo apost. Rom. 12. ¶ Nolite prudentes esse apud vosmetipos ⌋ prudentia, scilicet mũdi quæ proprie astutia dicitur, quia scit inuenire cautas vias nocendi, sed prudentia vera solum in bonis est. Rom. 16. Volo vos sapientes esse in bono simplices in malo. Prudentia enim carnis mors est, prudentia autem spiritus vita & pax: quoniã sapiẽtia carnis inimica est deo, legi enim dei non est subiecta nec enim potest. Roma. 8. Ideo Iac. 3. Quis sapiens & disciplinatus inter vos, oñdat ex bona conuersatione operationem suam, in mansuetudine sapientiæ. Vnde seq. ⌊ Nulli malum pro malo reddentes ⌋ Si alium dicis improbum & nequã cur ipe hunc imitaris, & quæ mala sunt peragis. Nulli dicit siue græcus siue Iudæus. Nam & si apud Iudæos & ethnicos iustñ habeatur, apud Christum tamen impium est, malum pro malo duplicare, & quod in alio damnas consulto imitari. Sed heu. Retribuebant (ait Psalm.) mihi mala pro bonis, detrahebant mihi (sed quare) quoniam, inquit, sequebar bonitatem. Prou. 17. Qui reddit malum pro bono nõ recedet malum de domo eius. Ideo sequitur. ⌊ Prouidentes bona non tantum coram deo ⌋ in cordis secreto ⌊ sed etiam coram omnibus hominibus ⌋ ne licita cum scandalo fiant, non ad iactantiam, sed ne obtrectandi habeãt calumniam, præsertim cum plurimi sint obseruatores. ⌊ Si fieri potest quod ex vobis est cum oñibus hominibus pacem habentes ⌋ Psal. Cum his qui oderũt pacem eram pa

EPIST.

cificus. Age nullum pro viribus cuiquam dissidij vel obtrectationis occasionem obtuleris, hominem ipm nō odio habeas, sed illius sit tibi odiosa impietas. Pax enim constare non potest, si suum quisq; dolorem perget vlcisci. ⌊ Non vosmetipsos defendentes ⌋ qui hoc agit deū contemnit. Ideo ⌊ date locum iræ ⌋ s. diuinæ qui illatas vobis iniurias vindicabit, & sic non consolatur eos, q nihil magis voluptati habēt, quam vt contumelias vindicēt. Bonus magis cupit corrigi inimicum quam puniri, vel iræ eorum quæ melius euanescit lenitate quam si mutua talione magis ac magis irritetur. Si lenitate vicisti furentem lucrum est, sin pergit ille furere, non deerit qui det pœnas, tu illum suo relinque iudici ⌊ Scriptum est enim. Mihi vindictam & ego retribuam, dicit dominus ⌋ Deu. 32. ⌊ Sed si esurierit inimicus tuus ciba illum, si sitit potū da illi ⌋ Instruit vt non solum malum ab aduersarijs toleretur, sed etiam vt bonum eis impendatur. ⌊ Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. ⌋ Vix vllum est ingenium tam barbarę, tam efferum, tam immite, quin officijs possit deliniri, & quando hac via mansuescunt & feræ, hac expugna hostem. Expertus tantam lenitatem, tantam pietatem tuam, fortassis resipiscet, pudebit feritatis, tamq; ceu victus tua charitate inflamma bitur ad redamandum. ⌊ Noli vinci a malo ⌋ Nihil in quempiam iniquo aut maliuolo gesseris animo, nec hūc tibi imitandum desumpseris qui officere soleat & obesse, noli incidere in odium eius. Sene. Ridiculum est propter alterius malum amittere innocentiam. ⌊ Sed vince in bono malum ⌋ bonitate certa cōtra illum, & est salubre certamen, ne sint duo mali, quare nitere beneficio tuo eximprobo reddere probiorem.

¶ Cum dominus sermonem consummasset in monte ita vt admirarentur turbæ super doctrina eius. Erat em docens eos sicut potestatem habens, & non sicscribæ eorum & pharisæi. Mat. 7. Sequitur. In illo tpe cum descendisset, &c.

¶ Dominica pcedenti audiuimus quomodo saluator ad nuptias vocatus, aquam mutauit in vinum, per hoc manifestans gloriam suam, mystice insinuans spiritualium nuptiarum profectum. Ideo hodierno in euange-

ſio oñdit, q hiſce digni ſunt admitti nuptiis, quia mũdi per fidẽ: qbus gloriam ſuam oſtendit, nõ ſolum hic oẽm defectum in temporalibus ſicut in vino, ſed etiam corporalem, quẽadmodũ in leproſo & centurionis ſeruo ſuble uando, ſed ꝯmaxime futuri gloriã regni adminiſtrãdo.

¶Primum, Diuinalis auxilij imploratio in principio.

¶Secund. Aerũnalis morbi curatio, ibi. Cum aũt itroiſſet

¶Tert. Fidelis populi ſegregatio, ibi. Dico aũt vobis.

¶Quantum ad primum Pſalm. diuinorum vtilitatem ac neceſſitatem indicans eloquiorum, d. In quo corrigit adoleſcentior (vita, moribus, fide) viam ſ Reſpondet, in cuſtodiendo ſermones tuos. Non dicit in audiendo tantum, quia beati qui audiunt verbum dei & cuſtodiunt illud, Luc. 11. corrigẽdo viam ſuam prauam ducentem ad mortem. ¶Cum deſcendiſſet Ieſus de monte ⌋ Cum relicto monte in q̃ legem euangelicam dederat, veniſſet in planiciem, hinc atq; inde variæ hominũ cateruæ ad eum confluebant, quo miracula per eum edenda plures haberent teſtes ⌊ ſecutæ ſunt eum turbæ ⌋ Orige. Docente domino in monte diſcipuli veniunt ad eum, ſicut alacres, ſicut domeſtici, ſicut proximi, ſicut amici, ſicut fratres, q̃bus dominus ait: vos eſtis lux mundi. Mat. 5. Sed deſcendente de monte ſecutæ ſunt eum turbæ quæ in montem aſcendere non potuerunt, vt pigri negligentes imperfecti. Sic modo vigilantes, alacres, & fideles animæ deum timentes & diligentes, regna celeſtia deſiderantes, dominum ſemper ſequentes poſt dominum in illum cæleſtem montem aſcendunt, attendentes Apoſt. d. Col. 3 quę ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera dei ſedẽs, quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Secutæ ſunt autem non eadem mentis deuotione. Nam quidam deuotione ob doctrinæ ſanctitatem, quidam curioſitate vt noua audirent & mirabilia viderent. Quidam maligniate, vt inſidiarentur, quemadmodũ phariſæi & ſcribæ. Aliqui neceſſitate: vt curarentur; ſic fuit hic leproſus non quomodocunq; ſed plenus lepra. Lucæ. 5. vbi dicitur quod in vna ciuitatum venit ad Ieſum. ⌊ Et ecce leproſus veniens adorabat eum. ⌋ Venit non ſine humilitate, non ſine fide & tali vt ſe eius voluntati prorſus committeret, venit ad purificatorem (cum naturaliter

EVANG.

incurabilis sit lepra) Christum plusquam hominem considerans. non artificialem sed medicum cælestem. pudorem adimebat salutis amor. Vnde & adorauit priusq̃ peteret, cultum diuinitatis ostendens reuerenter & humiliter, nam genuflexo, vt dicit Marc. 1. procidit in faciem Lucæ. 5. Postulauit autem ordinaliter ⌊ dicens: Domine si vis potes me mundare ⌋ Domine qui digne adoraris habens vitæ & mortis imperium. Sapien. 16. Si vis, voluntas tua opus est, quia & opera vluntati tuæ obediunt. In voluntate enim tua cuncta sunt posita. Ideo p. m. m. Nã voluntati tuæ qs resistet. Ro. nono quasi dicat: de voluntate non (quasi pietatis incredulus) dubito sed, quasi meæ colluuionis conscius, non præsumo: quasi non sit ausus petere vt mundaretur nisi vellet ipse qui nouit quid cuique expediat, sed tamen non dubitauit posse si vellet. Ecce breuis & fidelis nihil hæsitãs petitio. Hierony. Qui voluntatem rogat de virtute non dubitat. Non dicit si deum obsecraueris curabis me, sed si vis. Petitio relata in voluntatem rogati nullas patitur calumnias, repræhensione caret, omnibus licita est: si non admittitur iuste tamen porrigitur, sic petere omnibus concessum est. Iesus autem nõ auersatur impurum hominẽ sed misertus eius. Mar. 1. est ⌊ Et extendens manum Iesus tetigit eũ, d. Volo, Mundare ⌋ Non quin sine tactu curare posset, sed indicat se nõ subiectũ legi, sed dñm legis, q̃ contagiũ nõ timeret tactus em̃ leprosi nõ erat, ꝓhibitus ei q̃ mũdare potuit, sicut & mortuũ tãgẽdo Helias vt suscitaret. 2. Re. 17. & Heliseus 4. Re. 4. Tetigit ergo vt oñderet oĩa mũda mundis & ꝙ sctã eius caro sctĩficationẽ cõmunicet, & vt humilitatẽ demonstraret, nos docẽs nullũ spernere, nullum contẽptibibilem ducere propter corporis læsionem vel maculationem quæ a domino immittitur, cuius ip̃e nouit causam. Et adiecit sermonẽ quo simul & voluntatis bonitatem, & potentiæ suæ magnitudinem declararet: quoniam quidem, inquit, confiteris quia ego possum, profiteris si ego volo fit. Ideo volo, mundus esto. Eo sanauit genere quo fuerat deprecatus, leprosus conditionaliter dixit, si vis. Christus indicatiue respondit volo. Similiter potes, respõdit Christꝰ imperatiue mũdus esto, & sic verbo & tactu mundissimæ suæ carnis immundiciam lepræ

fierfit. Et quia non dubitauit credere, non tradatur sanatio. ⌊ Et confestim mundata est lepra eius ⌋ q.d. secundū Chrys. Citius sanatus est, quam dici potest. Ipse enim dixit & facta sunt. Nihil medium inter præceptum & opus Sed quia hoc vitium corporis erat huiusmodi, quod magna legis iustificatione egebat, priusq; legittime purificatum decerneretur. Nam Leu. 13. scriptum est leprosum iuditio sacerdotis contaminari &c. & eius iuditio cōmuni hominum habitationi restitui, Leu. 14. ac deo sacrificiū offerri. Ideo saluator quo maior esset fides miraculo, simulq; eriperetur ansa sacerdotibus calūniandi, quod sibi vindicaret autoritatem de lepra iudicandi, & ad se trahere cuperet lucrum quod ex mundatis a lepra soleat ad ipōs redire, misit illum ad ipōs. ⌊ Et ait illi Iesus: vide nemini dixeris ⌋ interim te purum a lepra, anteq; compleueris q̄ in lege mandata sunt, neq; enim tuum est de teipso iudicare, nec ego mihi sumo q̄d est sacerdotū ⌊ sed vade oſtide te sacerdoti ⌋ Hiero. Mittit ad sacerdotes, ꝓpter humilitatem, vt sacerdotibus deferat honorem, quibus lex ī ubet mundatos munera offerre, & vt videntes credant ei, vel si non credunt, inexcusabiles sint, supra legem dei gratia curatū esse intelligant. (Nam nisi sacerdos mundū pronunciasset, extra ciuitatem manendum illi fuisset) & si te pronunciauerit mundum, qui antea pronunciauerat leprosum. cōple legem ⌊ & offer munus quod præcepit Moses ⌋ Leuit. 14. Ad illum tunc hoc dictum, admonet nos, vt dona nra & munera non teneamus apud nos, sed dño reddamus: maxime cum de aliq̄ liberamur tribulatione ⌊ in testimonium illis ⌋ Ne post tibi calumniam struant, qui te turbæ immiscueris, & me qui non potuerim plenam ꝓstare sanitatem, & legis trāsgressorem me calumniari non valeant, qm̄ quæ legis sunt implere iubeam, & omnes qui vident te portare & offerre, credant his mirabilibus, & magnificent deum qui misertus est tui, & infidelibus per hoc increpatio & testimonium duritiæ cordis ipsorum fiat, vt domino credant si impietatis lepra discedat.

¶ Quo ad secundum, Psal. difficilem sine dei adiutorio mandatorum obseruationem considerans orauit, d. In toto corde meo exquisiui te, ne repellas me a manda

tis tuis. Felix qui in toto corde accedit ad eum, quoniã non repelletur, sicut patet de centurione. ⌊ Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio rogans eum. ⌋ Cum ergo docuisset dominus synceritatem fidei facillimam esse viam ad salutem, ita mox in centurione docet ne gentibus quidem esse præclusam, si modo fides adsit euangelio digna. Centurio nomen officij non personæ. Vnde gentilis erat positus a Romanis ad custodiã principalis ciuitatis Galilææ, quæ Romanis erat subiecta, vnde Iudæi coram Pilato dixerunt; Non habemus regem nisi Cæsarem. Iohan. 19. Et quia Iesus Iudæus erat, ideo principes misit Iudæorum, se indignum reputans. vt facilius impetraret salutem serui, qui ei charꝰ erat vt patet Luc. 7. Sensum ergo rei gestæ non rem gestam Matthæꝰ accipit, cum maior fidei quam corporis sit accessus. Vnde secundum veritatem propior erat Christo quam ꝗs miserat. Sed & ꝗd per alios facimus per nos facere dicimur. Verisimile tamen est ipsum in principio alios misisse, sed crescente periculo per se accessisse ⌊ dicens; Domine puer meus iacet. ⌋ nõ valens per se venire ⌊ in domo mea ⌋ nõ in hospitali eiectus, vel alio loco de domo mea ob infirmitatem ⌊ paralyticus & male torquetur ⌋ Luc. 7. dicitur quod erat moriturus. Sic deberent omnes, qui habent famulos & famulas, agere cum illis, sicut vellent secum agere deum. Luc. 7. Centurionis cuiusdam seruus male habens erat moriturus, qui illi erat preciosus, & cũ audisset de Iesu, misit ad eum seniores Iudæorum rogãs eum, vt veniret & sanaret seruum eius. At illi cum venissent ad Iesum rogabant eum solicite dicentes: Quia dignus est vt hoc illi præstes, diligit enim gẽtem nostram & synagogam ipse ædificauit nobis. Iesus delectatus hominis fide, quo non dubitaret & absenti verbo mederi posse, quo magis redderet omnibus perspicuam insignẽ viri fiduciam, cum summa mentis humilitate coniunctam, respondit per internuntium scilicet. ⌊ Et ait illi Iesus: Ego veniam ⌋ personaliter nõ alium mittendo ⌊ & curabo eum ⌋ misericorditer. Ad filium reguli ire noluit, ne diuitias honorare videretur, ad seruilem conditionem ne spernere videretur, mox ire consensit: & qui verbo curare potuit, propter humilitatem visitare di-

gnatur, & tamen in medio it inere ꝟbo sanat ne non pro
pter humilitatem sed impotētiam virium, corporaliter
ire videretur. Luc. 7. Iesus autem ibat cum illis. Et cum
iam non longe esset a domo, misit ad eum Centurio ami-
cos dicens: Domine noli vexari. ⌊ Et respondens centu-
rio dicens: Domine non sum dignus vt intres sub tectum
meū ⌋ quasi dicat Centurio. Sum duplici nomie Iudæis ab
ominandus. Propter conscientiam vitæ gentilis, magis
timet grauari quam iuuari: & quia Iudæis abominabi-
le erat comedere vel bibere cum eis, vel etiam domus
eoꝝ intrare, vt dicitur Actu. 11. Ecce humilis responsio.
Vnde Luc. 7. Propter quod & meipsum non sum dignum
arbitratus vt venirem ad te. Fuit secundo fidelis, nā cer-
titudinaliter credebat Christum absentem posse curare.
⌊ Sed tm̄ dic verbo & sanabitur puer meus ⌋ Ecce quan-
ta fides. Ista fidelis humilitas tātæ fuit efficatiæ, vt Chri
stus non solum seruum sanaret, sed & mentem Centurio
nis intraret. Nam per fidem habitat in cordibus nostris.
Ephe. 3. Tertio. Fuit prudens exemplo fidem suam con-
firmans. ⌊ Nam & ego homo sum sub potestate consti-
tutus ⌋ alterius Cæsaris scilicet ⌊ habēs sub me milites ⌋
non ergo obstāte quod alteri subijcior milites mei mihi
obediunt ⌊ Et dico huic vade & vadit, & alio veni & ve
nit, & seruo meo fac hoc & facit ⌋ Ex quibus sequitur ista
conclusio. Ergo tu q nulli es subiectus potes p̄cipe infir-
mitati vt recedat & recedet, & sanitati vt veniat & ve-
niet. Quibus affirmauit Chr̄i diuinitatē æque p̄sentē ac
absentem, solo verbo etiam posse curare, q̊d dei propriū
est. ⌊ Audiens aūt Iesus miratus est ⌋ non q̊d ignoraret
hoīs fidē, sed vt oībus admirabilē redderet. Orig. Atten
de quantum & q̄le sit q̊d dei filius admirat, auꝝ, diuitiæ
regna, principatus in cōspectu eius sunt tanq̄ vmbra, ni-
hil hoꝝ in cōspectu dei mirabile est aut p̄ciosum, sed tan
tū fidem admirat, magnificat, acceptat. Conuersus ad Iu
dæos eis velut exprobans incredulitatē suam ⌊ & seq̄nti
bus se dixit: Amē dico vobis nō inueni tantā fidē in Isra
el ⌋ Non ꝙ in deipara in Ioseph, per angelos diuinoꝝ cō
scio in Iohanne Bap. Simeone, & similibus nō fuerit tan-
ta, imo maior fides sed q̊d hic dr̄ de ppl'o Iudæoꝝ intelli
gitur, & ijs q sanandoꝝ languoꝝ gratia ad dn̄m conue

niebant. Vnde Nicodemus de fidei sacramento audiens, ait: quomodo possunt hæc fieri. Iohan. 3. Maria & Martha, domine si fuisses hic frater meus non esset mortuus. Iohan. 11. Hic centurio alienigena non Israelites erat, ipsi autem Israelitæ qui virtutes & miracula viderant, non tam alte de domino sentiebant & eius diuinitate, cum & legem & prophetas haberent.

¶Quo ad tertium, quoniam solum peccatum est quod nos separat a deo, & de regni filiis facit perditionis filios, hinc singulare contra hoc Psal. remedium indicat, d. In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi: q enim diuina in pectore sedulo ruminant præcepta, dulcedine tracti peccata abominantes, ad ipsorum nituntur ad impletionem, quo filij obedientiæ regni possint esse hæredes. Vnde dominus ex centurionis fide futuram gentium vocationem per fidem, & Iudæorum reprobationem per incredulitatem prædicit. ⌊Dico autem vobis quod multi ab oriente & occidente venient⌋ de quibus Esa. 2. Et venient gentes multæ, & dicent: venite ascendamus ad montem domini, & ad domum dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius. Et dominus Iohan. 10. Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient. Multi dicit, non omnes. Non enim omnes obediunt euangelio. Rom. 10. Venient ab omni natione, sicut & euangelium omnibus prædicatur per fidem. Sed quem pro fide recipient mercedem? ⌊& recumbent cum Abraham, Isaac & Iacob in regno cælorum.⌋ O dulcissimi vnanimis cõuentio conuiuij, hilaris congregatio, recumbent, requiescent, epulabuntur. Luc. 22. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mẽsam meam, in regno cælorum, vbi lux, exultatio, & gloria, & longæuitas vitæ. Nam quia patrum fidem imitati sunt. Ideo pro filijs ab ipsis agnoscentur. ⌊Filij autem regni⌋ qui iuxta carnis cognationem genus ducunt ex patribus, ob incredulitatem non solum non recipientur, sed & in pœnas proiicientur æternas ⌊eijcientur in tenebras exteriores⌋ qui non abiecerunt tenebras interiores infidelitatis. Dicuntur filij regni, quia ipsis promissus fuit Christus & missus. Matt. 15. Non sum missus

nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Nec sola pœna damni, carentia scilicet visionis diuinæ: qua gentes domino credentes fruentur, sed & sensus, punientur. Vnde seq. ⌊ Ibi erit fletus ⌋ tormentum animæ ⌊ & stridor dẽtium ⌋ tormentum corpis. Hiero. Si fletus oculorum est, & stridor dentium esse demonstratur. Vera est ergo corporis & eorundem membrorum quæ ceciderant resurrectio. Conscientia arguente dentibus stridebunt, tam breui voluptate gaudia amisisse æterna, & ad doloris cumulum alienigenas videbunt ad honorem & felicitatem, ipsis promissam se exclusis admissos. Nihil ergo nos reuocet charissimi, nihil retardet vel impediat, ad hoc desiderabile properare conuiuium. Hæc cum dixisset Iesus vt sermoni fidem astrueret miraculo, subiecit. ⌊ Et dixit Iesus Centurioni: Vade & sicut credidisti ⌋ scilicet me posse solo verbo absentem curare seruum tuum ⌊ fiat tibi ⌋ Nimirum declarans sanitatem, nõ tribui generi nec alĩs meritis, sed solæ fidei q̃ in Iudæis desiderant. ⌊ Et sanatus est puer in illa hora ⌋ quas. Christus protulit ista ỳba. Sic fiet vnicuiq; sicut credit. Credamus ergo nos Iesum Christum dominum nostrum omnia posse, vbique præsentem esse, remissionem cunctorum nobis peccatorum eius indulgentia (si tamen eius præcepta seruemus) largiri, vt vnusquisq; nostrum cum centurione merear audire. Vade sicut credidisti fiat tibi.

¶Dominica quarta.

Ascendente Iesu in nauiculam secuti sunt eũ discipuli eius ⌋ Matt. 8. Saluator noster qui charitate nimia de cælo venit. Iohan. 3. Sic deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret, vt hominum corda ad dei & proximi dilectionem inflammaret, omnibus modis exemplo benefacere proximis docuit. Ideo apost. Rom. 13. ¶Nemini quicquam debeatis, ni si vt inuicem diligatis ⌋ Satisfacite necessitati publicæ, cæterum inter vos nullum sit ius aut debitum, nisi mutuæ charitatis. Ea non moratur exactorem officij: sed vltro præuenit monitorem. Illis si penderis quod exigunt definis debere, charitas etiamsi satisfaciat alĩs, sibi ipsa nunquam satisfacit, semper officia officiis cumulans. Sola est charitas quę etiam reddita semper retinet debito-

EPIST.

rem, redditur cum impenditur, debetur autem etiamsi reddita fuerit, quia nullum est tempus quo impendenda non sit. Nec cum redditur amittitur, sed potius reddendo multiplicatur, habendo enim redditur non carendo, vt pecunia quæ reddi non potest nisi habeatur, nec haberi nisi reddatur, immo cum redditur ab homine, crescit in homine, & tanto maior acquiritur quanto pluribus redditur. ℔ Qui enim diligit proximum legem implevit. ℭ Omnia enim ordinantur ad actum diligendi, siue deum siue proximum, quę concluduntur, qui enim diligit deū, non potest contemnere ipsum quem præcipit deus diligi, & qui sanctę & spiritualiter diligit proximum, quid in illo diligit nisi deum? Hanc igitur in primis amplectamini, quæ leges omnes compendio complectitur. Virtutis nanq; vt principium ita & finis est charitas, quæ si absit nullæ aliæ leges quamlibet multæ sufficiūt, si adsit nō aliis opus est legibus, quando hæc vna distat efficatius quicquid innumeris legum præscriptis iubetur ℔ Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces rem proximi tui: & si quod est aliud mandatum in hoc verbo instauratę. Diliges proximum tuū sicut teipsum. ℭ Qui enim fieri potest vt proximo verbo vel facto in bonis naturæ aut fortunæ nocumentum inferat, cui optat ea quæ sibiipsi? Gal. 5. Omnis lex in vno sermone impletur. Diliges proximū tuum sicut teipsum. Amare debes proximum aut quia iustus est, aut vt iustus sit. Sic enim teipm diligere debes, qui enim aliter se diligit, iniuste se diligit, & qui diligit iniquitatem odit animam suam. Duas aūt charitati ipēs inesse ostendit s. abstinentiam mali. ℔ Dilectio, pximi nalum non opatur ℭ cauens inferre nocumentum, pximo. Secundo boni operationem. ℔ Plenitudo ergo legis ℭ .i. plenaria legis obseruatio, est dilectio. Primo: qa mouet & incitat alias virtutes ad opera. Gal. 5. Fides q̄ per dilectionem operatur. Secundo: quia consūmat inchoata ab aliis virtutibus. 1. Tim. 1. Finis præcepti est charitas, glo. sa. i. consummatio, quia facit perseuerare in actu virtutis. Tertio: quia opera virtutum sine ea nulla & vana. 1. Cor. 13. Si habuero omnem fidem: ita vt montes transferam, charitatem autem nō habuero nihil mihi prodest:

Vbi est charitas quid est quod possit deesse? Vbi autem nō est, quid est quod possit ,pdesse? Cur ergo nō dicimus, q̄d qui hanc virtutem habet, omnes habet

¶Postquam dominus leprosum & centurionis curauit seruum, & suscitasset filium viduæ ad portam ciuitatis Naim, videns turbas multas circa se. Mat. 8. & Luc. 9 Iussit discipulos ire trans fretum. Factum est autem cum sero esset ait discipulis suis: Trāscamus contra, & dimissa turba assumunt eum ita vt erat in naui. Marc. 4. Seq. In il. t. Ascendente Iesu in nauiculam.

¶Dominicis p̄cedentibus audiuimus quomodo Saluator confugientium ad se omnem supplere potest defectū & auferre lāguorem, in hodierno ponitur quomodo succurrere potest omni periculo, etiam in mari potestatiue & sic se dominum omnis creaturæ, tam sensibilis quam insensibilis tam aridæ q̄ humidæ ostendit, vbi tria.

¶Primum. Grandis fluctuum turbatio in principio

¶Secundum: Humilis discipulorum supplicatio ibi: Et accesserunt discipuli.

¶Tertium. Integralis turbationum sedatio, ibi: Porro homines mirati sunt.

¶Quantum ad primum. Humanæ cōditionis infirmitatem & ignorantiam Psalm. contemplans, præmissa diuinæ laudis gratiarum actione, humiliter intellectus pōstulat illuminationem, di. Benedictus es domine: doce me iustificationes tuas, quasi diceret: Benedico te pro omnibus mihi collatis beneficiis, tantum peto vt quod debeo, sciam qualiter perficiam tuam scilicet voluntatem. Hanc enim sequi & debeo & volo. Vnus est magister vester (ait Saluator Mat. 23.) Christus, cuius discipulos, si ipsum ad regna speramus cælestia sequi nos esse oportet, & ipsum nauiculam ecclesiæ ingredientem sequi, cuius typum hic ponit euangelista, dicens: ¶Ascendente Iesu in nauiculam secuti sunt eum discipuli eius. Origenes. Secuti sunt, non duplici corde sed simplici, māsueti pīsperantes mundum, hi sequuti sunt eum, non tantum gressus eius sequentes, sed magis sanctitatem & iusticiam cō sectantes. Si ergo discipuli Christi esse volumus, necesse est ipsum audiamus. Ponit autem duo discipulatus signa Primum, Iohan. 15. In hoc cognoscent omnes, quia discí-

EVANG.

puli mei estis si dilectionem habueritis ad inuicem, q ergo in odio & simultatibus viuunt, non Christi sed diabo li sunt discipuli, immo Saluatore teste filij. Ioh. 8. Vos ex patre diabolo estis. Nam opera patris vestri vultis p fice re. ipsum s. persequendo. Sic & superbi. Iob. 41. Ipse est rex sup omnes filios superbiæ. Voluptuosi discipuli sunt carnis. Rom. 16. Huiusmodi Christo domino nostro non seruiunt sed suo ventri. Quorum s. deus vēter est, & glo ria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt. Phil. 3. Se cundum. Luc. 14. Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet nō potest esse meus discipulus. Secuti sunt ergo eum, non mundum, non carnem, non diabolum, alioq di scipuli non fuissent nisi sequerent dñm, tracti enim fue runt dulcedine sermonis eius propter quem omnia relīq rant. Cum ergo multa & magna & miranda oñdisset in terra, trāsit ad mare vt & ibidē adhuc excellentiora opa demōstret, qtūs terrę & maris se dñm eē cūctis demōstra ret. vñ seq. ⌊ Et ecce motus magnus factus ē in mari: ita vt nauicula operet fluctib. Erat aūt illis vētus cōtrari⁹ ⌋ Nā subito cū esset tranqllitas factus ē magn⁹ vētor⁹ & vn dar⁹ motus. Nō exse orta est tēpestas, sed eius impio qui educit ventos de thesauris suis, q mari posuit terminū su um arenam, dixit enim vsq; huc venies & non supergre dieris, sed in temetipo confringentur fluctus tui. Iob. 38. Facta est tempestas magna, vt magnum ostenderetur o- pus, vt discipuli magis timeant & dominum rogent, & rogantibus ostendat potentiam suam. Vult enim domi- nus rogari, quia vult habere occasionem dandi, cum lar- gissimus sit Luc. 11. Petite & dabitur vobis. ⌊ Ipse vero dormiebat. ⌋ Dormiebat corpore, sed vigilabat deitate, dormiebat sicut ad puteum fatigatus de itinere lassus se- debat, demonstrans quia vere corpus humanum porta- bat, quod corruptibile inducrat. Dormiebat quodam æ- nigmate depingēs, quantum immineat periculum rebus humanis, quotics ñ dormiunt huius mundi cēmodis deli niti, q vices Christi susceperunt. Vnde Mar. 4. dicitur. Et erat ipe in puppi super cerucal dormiens: Dormit in no- bis Christus, quando fide negligentius agimus (nam per fidem Christum habitare in cordibus nostris dicit apo- sto. Ephe. 3.) & ideo nonnunquam oritur tempestas tri

bulatiõis. Nam in fidei nauicula p mare huius mundi, ad portum deducemur salutis æternæ, sed discipulis Christo dormiente periculum imminet, dormit tepidis, vigilat feruidis. Omnes aũt qui pie volunt viuere in Christo Iesu persecutionem patientur. 2. Tim. 3. ⌊Quia erat eis cõtrarius ventus⌋ .i. flatus malignorum spirituũ, qui corda peruersorum in persecutiõem bonorum tanquam fluctuum commouent. Iohan. 15. Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret, quia vero de mũdo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Memento te sermonis mei quẽ ego dixi vobis. Non est seruus maior domino suo. Si me psecuti sunt & vos persequentur. Ioha. 16. Hęc locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis; in mũdo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum. Ecce si fides firma, nõ obruent procellę. Ideo firma necesse est sit ecclesia in fide, si nõ velit motibus tribulationum concuti, & vigilent vicarij in prora nauis nequaquam in delitijs dormiẽtes. Sed heu mortui ac insensati videntur.

¶ Quantum ad secundum. In omnibus mundi delitijs tristitiam agnoscens Psal. inclusam (nam extrema gaudij luctus occupat. Prou. 14. & Eccl. 2. Dixi in corde meo, vadam & affluã delitijs, & fruar bonis, & vidi quod hoc esset vanitas. Risum reputaui errorem, & gaudio dixi qd frustra deciperis) ait: In mandatis tuis exercebor, & cõsiderabo vias tuas, scilicet qua ad nos venisti, qua nobiscum ambulasti, qua nobis ad cælum eundum esset ostendens. Non ergo discedimus a te viuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus. Vnde & discipuli videntes plus mare intumescere (nam Marc. 4. dicitur, quod fluctus irruebãt in nauim, ita vt illa iam impleretur) omni humano destituti auxilio, de salute quasi desperãtes recurrerunt ad Christum, per ipsum cuius ꝓutem in terra viderant, euadere sperantes. ⌊Et accesserunt discipuli & suscitauerũt eum dicentes: Domine salua nos perimus.⌋ Marc. 4. Præceptor nõ ad te pertinet quod perimus? Siquidem purũ hominem adhuc tantum esse credebant, nec credunt sese tutos nisi illo vigilante. Mirum, salutem ab eo petebant, & tamen ipso præsente perire timebant. Confidere enim

oportet, & si magnæ insurgunt procellæ, quoniam vtiliter omnia dispensat, vt dicit Chrysost. ⌊ Et dicit eis Iesus: Quid timidi estis modicæ fidei. ⌋ Volens dominus eos aduersus omnes quamuis atrocium malorum insultus intrepidos & inuictos reddere, tantam illorum formidinem increpauit, quia si perfectam de ipso fidem haberent, cognoscerent dormientem æque potẽtem, vt vigilantem: quasi diceret. Si potentem vidistis in terra, cur non æque potentem creditis & in mari. Ideo Marc. 4 dicitur: Quid timidi estis? Nec dum fidem habetis? Et Luc. 8. Vbi est fides vestra? Chrysost. Ecce prius eos increpat quam mare. Nam hunc timorem nõ operatur tentationum inductio, sed mentis imbecillitas. Merito ergo pusillæ fidei eos domin⁹ arguit, quia ex mirabilibus quæ iam fecerat, debuissent intelligere diuinitatem eius, & nihil timere ipso tanquam deo præsente, siue vigilare, siue dormire videretur, id quod nec intellexere neque fecere. Accusatio pusillæ fidei indicat ecclesiam ob fidei exiguitatem & languentem in eo fiduciam hæc mala pati sura. Si ergo ad probationem commotionibus agitetur, ad orationis opem confugiat, & neq; in se neq; in suis viribus, sed in Christi omnipotentia fidat, qui solo verbo potest omnia, neque diffidat vllo modo si Christus non attendere videatur, hoc enim esset fidei pusillitas. Primũ est Iesus in tribulationibus orationibus fidelium excitandus, vt post increpationem surgens imperet ventis, & sit tranquillitas magna. Vnde Mat. 14. Petrus ambulans super mare videns ventum validum contra se timuit (pusillitate fidei) & cum cœpisset mergi clamauit, dicens: Domine saluum me fac, & continuo Iesus extendẽs manum apprehendit eum & ait illi: Modicæ fidei quare dubitasti? Ideo apost. Ephe. 6. In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. 1. Iohã. 5. Hæc est victoria quæ vincit mundum fides nostra. Ideo dominus Marc. 11. Quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis & fiet vobis. Admonitis ergo discipulis, vt ostenderet se elementorum omnium dominum. ⌊ Tunc surgens imperauit ventis ⌋ vt flare cessarent ⌊ & mari ⌋ vt inundationes contineret, vnde patet mare vndiq; turbatum, ab inferioribus & superioribus

L & facta est tranquillitas magna.] quo magis perspicuum esset hæc non geri viribus humanis, sed diuina virtute. Nihil enim surdius aut impetuosius & impotentius mari commoto, quod naturaliter diu post terminationē turbationis concutitur, & tamen ad domini iussum, versum est in summam tranquillitatem. De magna turbatione facta est tranquillitas magna, quia magnum decet magna facere. Magnus enim dominus & magna virtus eius, de qua idem. Tu dominaris potestati maris, motū autem fluctuum eius tu mitigas. Chrysost. Somnus hominem monstrauit, tranquillitas deum. u. Nam imperare creaturis ipsius est creatoris, ga cui imperatur imperantem sentit, vnde omnis creatura sentit creatorem, & quę apud nos insensibilia, illi sunt sensibilia. Hac imagie nos docuit optimꝰ dñs Iesus, vt quoties in nos sæuierint tentationum ac persecutionum procellæ, non aliunde petamus auxilium quam ab ipso, tumultus omnis vertetur in tranquillitatem, si modo ipse in nobis vigilauerit. Vt de omnibus qui in fidei nauicula sanctæ ecclesiæ cum domino per mare mundi nauigant, ad omne quicquid eueneri t fortitudo necessaria est. Ad omne enim periculum vel tribulationem vsq; ad animæ exitum, similiter & cōtra delitias & honores, quæ nō minimi animam submergentium fluctuum, animi fortitudo tenenda, vt neque in bono per superbiam erigantur, neque in malo per impatientiam frangantur: & si ipse dominus dormiat pio somno nostram patientiam & tolerantiam expectans, vel impiorum pœnitentiam & conuersionem sustinens, alacriter accedamus ad eum orationibus instantes atq; cum propheta, d. Exurge, ẽre obdormis dñe, exurge & ne repellas in finē: Exurge domine adiuua nos & redime nos, propter nomen tuum. Et ipse surgens imperabit ventis aereis dæmonū spiritibus, malos in bonorum persecutionem concitantibus. Quoties enim excitatos persecutionum fluctus a tyrannis & hæreticis, ita vt ecclesiæ nauis mergi videret, maxima tranquillitate mitigauit?

¶ Quo ad tertium. Expertus diuinorum vtilitatem mandatorum Psalm. ait: In iustificationibus tuis meditabor, quia lex tua meditatio mea est. Ignitum enim eloquium tuum vehementer & seruus tuus dilexit illud, tu-

ūs inquam, non mundi, non carnis. Audiet enim luxurio sus & proficiet illud. Eccl. 21. Nec horarie tantum meditabor sed non obliuiscar sermones tuos,, quia non tantū in corde sed & in opere in ipsis exercebor. Quo contra Moses Deuteronomij. 32. Deum qui te genuit dereliquisti & oblitus es domini creatoris tui. Sed Hiere. 17. Domine omnes qui te derelinquunt confundentur, recedentes a te in terra scribentur, quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium dominum. Iohan. 4. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ saliētis in vitam æternam. Merito in terra scribent & non in cælo, q cælestibus neglectis oculos suos statuerūt declinare in terram. Qui aūt diuina considerantes opera, ad supna mentis eleuant oculos, & supernis inscribi merebuntur. Vnde qui cum domino in naui fuere, videntes tam subitā maris solo imperio Christi sedatiōem in maiorem ipsius deuenere cognitionem. Vnde sequitur ⌊Porro homines mirati sunt dicentes. Qualis est hic⌋ Non enim quærendo hæc dixerunt, sed asserendo quasi dicant: quam magnus, quam fortis, potens, nam omnino præfert quiddā homine maius, q̄m quidem non solum morbi ac dæmones verūetiam venti & mare iussis ipsius obtēperant ⌊qa venti & mare obediunt ei,⌋ *Videbant enim* quod solo imperio stare fecerit, & ventum & mare, non p̄cibus sicut Helias & Heliseus Iordanem diuiserunt, nec sicut Moses qui virga mare rubrum percutiens diuisit, Exo. 14. Sicut ergo dormitione verum hominem, ita imperio verum se deum demonstrauit creaturis potentialiter imperando. Iubet mari & non contemnit, dicit tempestatibus & ventis & mox compescuntur, iubet omni creaturæ & non supergreditur iussionem eius, & vnum hominum genus quod secūdum similitudinem dei honorificatum est cui verbum & prudentia data est: ij soli homies resistūt, ij tantum inobedientes sunt, ij soli cōtemnunt. Ideoq; & ij soli in iudicio damnabuntur & a iusticia punientur, veluti deteriores brutis animalibus, vel his quæ sine spiritu & anima sunt in hoc mundo. Ideoq; & ipsi omnis creatura inobediens facta est etiam propria caro. Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum.

SImile est regnum celorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo.⌋ Mat.13.Saluator noster multipliciter, ne sui ocio aut negligētia torpentes a Sathana circumuenirent, fideles adhortatus est, q̄re vigilanter fideli Chr̄i seruo veteribus & malignis reiectis (q̄si malis indumentis) peccatorꝝ opibus, nouis ꝟtutum ornatibus studendum iuxta quod apost.Col.3.monet dicens: ¶Induite vos sicut electi dei sancti & dilecti⌋ Rom.13.Induimini dominum Iesum Chr̄m.Gal.3.q cunq; in Christo baptizati estis, Christum induistis. Ad virtutem semper ostendit facilem aditum, quam haud secus ac amiculum aliquod accipere & induere possum⁹. Est enim necesse.vt perpetuo virtutem habeamus, vtamurq; ad ornamētum & decoris insigne. Quo fit vt q ea careat deformis sit & minus ornatus. Induite ergo quæ deceant eos quos deus selegit.i.prædestinauit ab æterno ad fidem & sanctimoniam, per baptismum & gratiarum largitionem, quosque sua dilectione dignatus est per augmentum & cōseruationem gratiæ, qui enim diligit deum, diligetur ab eo. Dicit quispiam quęnam sunt ista? Nimirum quædocuit & præstitit Christus. ⌊Viscera misericordiæ⌋ affectum pietatis ad benefaciendum om̄ibus parati, & hoc ex animo. ⌊Benignitatem⌋.i. executionē misericordiæ consequentem præcedens. Ephesiorum.4. Estote inuicem benigni. ⌊Humilitatem⌋ tam cordis quam operis, quæ custos fundamentumq; est virtutum. Matth.11. Discite a me quia mitis sum, & humilis corde. ⌊Modestiam⌋In omnibus modū seruantes tam prosperis quam aduersis. Phil.4. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus, dominus prope est. Nota quod benignitas parit humilitatem, qui enim benignior fuerit & optimis moribus institutus, humilis sit necessario sequitur. Ab humilitate habet modestia ortum. Econtra qui superbus & insolens fuerit, iracūdus sit est necesse. A modestia oritur patientia.i. animi magnitudo, Sequitur. ⌊patientiam⌋bene habendo in aduersis, ne faciles & præcipites sitis ad vltionem, sed sufferatis inuicem ⌊supportantes inuicem⌋ in infirmitatibus alter alterius onera portate. Gal.6. ⌊& donantes vobismetipsiis si quis aduersus aliquem habet querelam⌋.i. si alter alterum offendat per

EPIST.

humanam infirmitatem ob quod possit incusari, non solum non vindicet sed & donet, hoc æquum est vt vicissim peccantibus ignoscatis, quia Christus qui neminem lædit nostra condonat delicta. ⌊ Sicut & Christus donauit vobis ita & vos ⌋ integre scilicet & pure. Eph. 4. Donantes inuicem sicut & deus in Christo donauit vobis. ⌊ Super omnia autem hæc charitatem habentes, ⌋ quæ nulli adeo nocet vt nemini non studeat prodesse, iniuriam beneficio pensans, sine qua aliæ virtutes nullæ, ideo ei studendum. 1. Pet 4. Ante omnia mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes, ga charitas operit multitudinem peccatorum. Hoc est perfectum illud & indissolubile vinculum, quo Christi corpus cohæret & conglutinantur inter se membra, alioquin collapsura ⌊ quod est vinculum perfectionis ⌋ sicut enim virtutes politicæ connectuntur in prudentia, sic infusæ in charitate. Ipsa ergo si aderit hæc omnia continebit, si deerit dissoluunt arguenturq; & commenticia extitisse & nullius momenti, quæcunque in proximum intulerimus, qua si quis quam caruerit nunquam est ad perfectionem aliquâ eua furus. ⌊ Et pax Christi exultet in cordibus vestris ⌋ Non mundi quæ obstando & vindicando perficitur, sed Christi glutino constans, quæ iniurias patienter tolerat. Illa vincat superbam, liuorem, iracũdiam, contentionem, & hoc in cordibus cum gaudio quo minus foras erumpat. ⌊ in qua & vocati estis in vno corpore ⌋ Siquidem ad concordiam vocauit nos deus, & hoc cõsilio vos omnes sibi reconciliauit, & in vnum corpus cooptauit, vt inter vos vnanimes viueretis, velut vnius corporis membra: cuius ipse caput. Vel pax Christi quam ipse nobis fecit. Ipse enim est pax nostra Ephesio. 2. Philip. quarto: Et pax dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras, per quam pacem vnũ corpus nos in ipso efficit, haud enim aliter nobis aditus in gratiam dei patuisset, nec ille vel in suam seruitutem vocasset aut suorum fecisset bonorum participes. Ideo sequitur, ⌊ Et grati estote ⌋ de tanto beneficio. Ingrati enim spes quasi glacies hybernalis. Sapien. 16. Id autem gratitudinem præfert, cum haud secus nos gerimus erga conseruos ac deus se erga nos habet. Nam qui deo

gratias profitetur, quia ab eo sit veniam consecutus, nequaquam in eum vlciscitur qui se affecit iniuria, tanquã si a deo qui iniuriam intulit, pœnas susceperit, nequaquã postmodum dei in se beneficia meminisse, eius in morem cui cum essent mille talenta dimissa, ipse tamen nec mille nummos conseruo dimiserit. Matt. 18. ⌊Verbum Christi⌋ non mundi⌊ habitet in vobis abundanter⌋ verbum Christi qui docet ea quæ salutis sunt, perseueret in vobis exuberanter, vt in hoc plurimum sapiatis, adeo vt nõ solum ipsi scire possitis quid sit Christo gratum, verumetiam alius alium docere, si quis erret commonefacere si qs cesset. Ideo sequitur⌊ In omni sapientia⌋ scilicet ad salutem necessaria, quia si sacrarum literarum abundabimus cognitione, facile & ærumnas & calamitates & quoduis mali genus tulerimus. Nec secus quam vir quispiam opulentus iacturam aliquam tenuem pateretur, & nihili duceret. ⌊Docentes⌋ ignorantes⌊ & cõmonentes⌋ segnes⌊ vosmetipsos in psalmis & hymnis & canticis spiritalibus⌋ mutuo vos ad diuinas laudes exhortantes, spe futuræ beatitudinis, & bñficia diuina recinentes⌊ in cordibus vestris dño⌋ vt sit non solum oris, sed & cordis cum attentione & diligentia, *id enim proprie est deo canere*, alias Mat. 15. *Populus hic labijs me honorat, cor autẽ eorum longe est a me*⌊ in grãtia⌋ i. cum animi quadam iucunditate. Nam quemadmodum hominum cantiones gratiam aliquam (& si nullam habent) videntur præferre, sic cantus diuini spiritalem afferunt voluptatem. Postremo⌊ Omne autem quodcunq; facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite,⌋ id est, vt ad gloriam eius pertineat, illum sapiat, illum sonet, illum spiret omnis vita vestra,⌊ gratias agentes deo & patri per Iesum Christum dominum nostrũ⌋ In omnibus tam prosperis quam aduersis, ne hæc frãgãt aut illa eleuent, sed per Iesum Christum dominum nostrum orationes & operationes nostræ acceptæ fiant apud patrem.

¶ Post parabolam de seminis verbi diuini diuersa receptione, & fructificatione. Aliam parabolam proposuit, dicens: In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc, Simile &c.

¶Dominicis ꝓcedentibus audiuimus quomodo dominus omnem suorum subleuare & potest & vult rogatus defectum, per hoc ostendens potentiam suam tam in ardua q̄ mari, ita vt nihil abeo nisi bonum egrediatur. Vnde in hodierno ostendit Euangelio: vnde malorum bonos ꝓsequentium & turbantiū sit malitia, ꝙ ab inimico.

¶Primum, Laudabilis agri seminatio, in principio.

¶Secundum, Miserabilis inimici malignatio, ibi: Cum autem dormirent.

¶Tertium, Notabilis mali segregatio, ibi: Serui autē dixerunt.

¶Quantum ad primum. Humanæ conditionis ex primorum parentum lapsu cognoscens. Psa. infirmitatem, humili & corde & voce dominum deprecatur, d. Retribue seruo tuo, scilicet gratiam quam amisimus, mortis filij facti, viuifica me fide per dilectionem operante, & custodiam sermones tuos; quia alias meritorie nō possum. Iohan. 15. Sine me nihil potestis facere. 1. Cor. 15. Gratia dei sum id quod sum. Ipse enim est qui bonum seminat semen. Vñ ¶ *Dixit Iesus discipulis suis parabolam hāc: Simile factum est regnum cælorum homini* ⌋ qs iste sit homo ipse exponit, dicens: *Qui seminat bonum semen filius est hominis. Vnde sequit.* ⌊ *qui seminauit bonum semen in agro suo* ⌋ Ager est mundus. Bonū semen hi sunt filij regni. Ecce verbis domini cognoscimus qd velit. Dicit autem apost. Hebr. 13. Christus Iesus heri & hodie ipe & in secula. Ideo in agro mundano primo bonum seminauit semen in primis parentibus. Gene. 1. Vidit deus qd esset bonum & ait: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris & volatilibus cæli & bestijs vniuersæq; terræ, omniq; reptili qd mouetur in terra. Et creauit deus hominem ad imaginē suam ad imaginem dei creauit illum, masculum & fœminam creauit eos. Benedixitq; illis deus, & ait: Crescite & multiplicamini & replete terram & subijcite eā, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli & vniuersis animantibus quæ mouentur super terram. Dixitq; deus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna quæ habent in semetipsis sementem generis sui: vt sint vobis in escām, & cunctis

EVANG.

animãtibus terræ, omnique volucri cæli, & vniuersis quæ mouentur in terra, & in quibus est anima viuens, vt habeant ad vescendum, & factum est ita. Viditque deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona. Quid enim a bono nisi bonum procedat. Matthæi. 19. Nemo bonus (per essentiam scilicet) nisi deus solus, quare & omnia bene fecit. Marci 7. Eccles. 15. Deus ab initio constituit hominem & reliquit eum in manu consilij sui. Adiecit illi mandata & præcepta sua si volueris mandata conseruare conseruabunt te. Psalm. Multi dicunt quis ostendit nobis bona (respondet) Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Vnde Apostolus Romanos 2. Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ sunt legis faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis; testimonium reddente illis conscientia ipsorum & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium in die cum iudicabit deus occulta hominum secundũ euangelium meum per Iesum Christum. Nec hoc satis, sed adiecit legem & prophetas a malis retrahentes, & ad bonum incitantes Rom. 7. Itaque lex quidem sancta & mandatum sanctum & iustum & bonum. 1. Tim. 1. Scimus autem quia bona est lex, si quis ea legitime vtatur. Nouissime euangelicam addidit legem virtutibus (tanquam pretiosissimis margaritis) plenam. Matthæi. 7. Nolite sanctũ dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos. Ecce quam bona imo optima seminaria deus in mundano seminauit agro, sed heu diabolus cum non haberet agrum proprium, superseminauit in agrum dominicum. Regnum enim cælorum regnum Christi est ecclesia: in hoc seculo a principio ad finem vsque mundi decurrens.

¶Quo ad secundum, Regius propheta malum superseminatum in se auferri cupiens semen orat, dicens: Reuela oculos meos, tenebris ignorantiæ ob culpam obtusos, & cõsiderabo mirabilia de lege tua, causam assignat. Incola, inquit, ego sum in terra, non in cælo sicut angeli clare facie ad faciem videntes. Ideo, non abscondas a me mandata tua, vt bonum possim esse semen. Nunquam alius tam purum & bonum granum seminat, quin malæ herbæ simul oriantur. Sic diabolus superseminat ziza-

pia optimis dominici seminis granis, cui⁹ duas saluator tangit causas. Prima: Hominis negligentia. ⌊Cum autē dormirent homines⌋.i. negligenter ea quæ dei sunt intenderent, sed inertia & incuria torperent. Augustī. Cum negligenter se gererent præpositi ecclesię non attendentes super grege suo, neque vigilantes. Secunda. Inimici fraudulentia⌊ Venit inimicus eius & superseminauit zizania in medio tritici & abiit⌋ zizania ait saluator sunt filij nequam. Inimicus autem qui seminauit ea, est diabolus qui inimicus quia deo contrarius. Luc. 11. Qui non est mecum, cōtra me est. Cum homines tam boni quam mali a deo sint secundum substantiam, superseminatio filiorum nequam necesse intelligatur, quantum ad culpæ maliciam. Sicut enim triticum homines boni, puri, & sanæ doctrinæ sunt, sic zizania homines mente corrupti hæretici impij, & omnis eorum corruptio hæresis & impietas, & omne dogma peruersum & peccatum. Superseminauit ergo in medio tritici, quia nō potuit tollere quod terræ commendatum iam in tuto erat. In agro animæ vitia contra iusticiam culpam, contra intelligentiā ignorantiam, contra fortitudinem infirmitatem: ecce quam mala seminaria in primo homine, & in omnem ipsius seminauit posteritatem, quare lamentabiliter exclamans apostolus. Rom. 7 ait: Infelix ego homo quis me liberabit de corpe mortis huius. Nam inuenit aliam legem repugnantem legi mentis suæ, & captiuantem in lege peccati q̄ erat in membris eius. Vere pessima zizania. Iō addit. Gratia dei per Iesum Christum. Dormiuit Ádam neglecto deo, nolens contristari delitias suas, sic & mulier videns lignum quod pulchrum esset visu, & ad vescendū suaue: q̄si tædio ferens domini mandatum. Psa. Dormitauit anima mea p̄ tædio. Gen. 1. Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ quæ fecerat deus, q̄ dixit ad mulierem: Cur p̄cepit vobis deus, vt non comederetis ex omni ligno paradysi. Cui rīdit mulier. De fructu lignorū q̄ sunt in paradyso vescimur, de fructu vero ligni quod est in medio paradysi, præcepit nobis deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur. Ecce quam molestum erat illi domini præceptum, vt illud aggrauaret, non enim dixit dominus ne tangerent, sed

ne comederent: & diffinitiuam dederat dominus senten-
tiam. Gen. 2. Tulit ergo dominus deus hominem & posu
it eum in paradysum voluptatis, vt operaretur & custo
diret illum, præcepitq; ei, dicens: Ex omni ligno parady
si comede, de ligno autem scientiæ boni & mali ne come
das. In quocunq; enim die comederis ex eo, morte morie
ris, ip̄a autem dubiam fecit d. ne forte. Dicitur autem no
cte venire, quia transfigurat se in angelum lucis. 2. Cor.
11. Vnde sicut, quia nec volaticis, nec oscitantibus cogita
tionibus, nec persecutionum tumultibus, nec curis opū,
honorum, similiumq; rerum, quibus humana vita desti-
tuitur, non potuit obruere semen euangelicæ doctrinæ:
per pseudapostolos & hęreticos, cælestem doctrinam ad
suas cupiditates malas, interpretatione subdola detor-
quentes, ac vera falsis, syncera vitiosis admisentes, cona
tur inficere. Sic & per homines pestiferos, schismaticos,
bonorum persequutores, & hoc hominibus ecclesiæ præ
latis dormientibus. Item in anima otiosa & vacante vi-
tia, in quam assumptis septem nequioribus se ingrediens
spiritus immūdus, nouissima peiora facit prioribus. Lu.
11. Sic contra veritatem errorem, obedientiam humilita
tis, superbiæ tumorem, pietatis largitatem, auaritiæ te-
nacitatem, castitatis munditiā, carnis seminat voluptatē
&c. Supseminat p̄cedente fide. Bonum enim semen nō se
minat nisi bonus, qui semen bonæ voluntatis bona stu-
det opera producere, sed hoc principaliter a deo, qui opa
tur in nobis velle & perficere. Phil. 2. ⌊Cum autem cre-
uisset herba & fructum fecisset, tunc apparuerūt & ziza
nia⌋ Hier. Non apparet differentia in herba tritici & zi
zaniæ, quia similem quasi herbam habent, ita quātum ad
exteriorem apparentiam frequenter non est differētia
inter semen dei & diaboli, sed in fructu deprehenditur
Mat. 7. Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Crescit her
ba seminis Christi irrigatione gratiæ, & pluuia spiritus
sancti dum profectus fit in intellectu verus scripturarum
in aīa virtutum, in ecclesia multiplicatio spiritualium vi
rorum. Cum ergo creuisset herba. i. bonæ spei opera mō
strasset, manifestauerūt se & hæreticorū dogmata⌊ acce
dētes aūt serui p̄risfamilias dixerūt ei: Dñe nōne bonū se
men semīasti ī agro tuo vñ ergo habet zizania?⌋ Postq̄

ipsis fraus innotuit, non dubitando sed admirando dicunt: Vnde zizania, scientes se bonum semen domini in agro seminasse, vnde ergo. 1. quo autore. Sic sancti homines malorum tam hominum quam errorum considerantes multiplicationem, per deuotas ad deum accedũt orationes, mirando eorum per diuinam patientiam multiplicationem, ideo & illuminantur. Psalmist. Accedite ad eum & illuminamini. Intellectum enim dat paruulis. Econtra superbi elongantes se excæcantur. Mat. 11. Abscõdisti hæc a sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis. Vnde & cognoscunt mala a diabolo. Seq. ⌊ Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit ⌋ Inimicus & seminis & seminantis, qui tam male vult vt etiã nullo suo bono gaudeat lædere. Nam mali nec bona agunt, nec ab aliis fieri gaudent, sed dolent.

¶ Quantum ad tertium. Infirmitatis propriæ conscius Psalm. ait: Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas, quasi diceret: Vellem mihi inesse desiderium & affectum ad mandata tua, sed malis inclinationibus põdior quod volo, quia non ad horam sed in omni tempore. Ratio quia. Increpasti superbos, maledicti qui declinant a mãdatis tuis. Et merito, quia semen maledictũ. Eccl. 41. Væ vobis viri impii, qui dereliquistis legem altissimi, & si nati fueritis in maledictione nascemini, & si mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra. Vnde seq. ⌊ Serui autem dixerunt ei: Vis imus & colligimus ea ⌋ Prompti euellere superseminata zizania ab inimico ob reuerentiam tamen domini tanquam boni serui, ipsius desuper quærunt voluntarem & consensum, sine quo tollere noluerunt. ⌊ Et ait: Non ne forte colligentes (imprudenter) zizania eradicetis simul & triticum. ⌋ Ecce patientia & discretio. Non enim fraude audita statim in iram exarsit, nec mox vlcisci voluit, ne triticо læsio fieret. Sic ergo & nos læsi patiẽter feramus. ⌊ Simite vtraq; crescere vsq; ad Messem ⌋ Ecce lõganimitas, quæ vsq; ad finem necessaria est. Cum spiritualis homo audit hoc esse a diabolo, qui nihil valet cõtra voluntatem dei, subrepit ei voluntas, vt tales auferat a terra si facultas adesset. Consulens diuinam iustitiam an velit hoc esse officium hominũ, audit nõ nosse hominem qualis futurus sit

in hac vita qui modo errat, & quid bonis conferat eius error, ideo non tollendos ne forte interficiantur qui bo ni futuri sunt, & ne bonis obsit quib⁹ prosunt, sed datur locus pœnitentiæ, qui hodie errat forte cras defendet ve ritatem, si ergo euellerẽtur triticum quod futurum erat eradicaretur, & necesse est vt mali permixti sint bonis p quos exerceantur, vel quorum opatione vtantur ad me lius: qbus sublatis altitudo charitatis marcescit q̃d esset triticum eradicare. Tunc vero opportune fiat, cum iam non est commutandæ vitæ tempus: & proficiendi alijs, & tunc non ab hominibus sed angelis fiet. Exercent ẽm mali pios & electos quamdiu mundus iste durat. Ecce q̃ tum amat triticum, sustinet enim malum semen esse in a gro suo, solum ne eradicetur triticum in actu vel poten tia. Malæ herbæ quandoque celerius vberius q̃ crescunt quam bonæ. Crescunt mali in superbia, auaritia, munda nis concupiscentijs & honoribus. Boni econtra in humi litate, largitate, castitate, &c. proficiendo de virtute in virtutem. Apoc. 22. Qui nocet noceat adhuc, & qui in sor dibus est sordescat adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc. Hiero. Datur hic locus pœnitentiæ, & monemur ne cito amputemus fratrem, quia fieri potest, vt ille qui hodie noxio deprauatus est dogmate, cras resipiscat, & defen dere incipiat veritatem. Sed quamdiu mali prosperabun tur & boni patientes erunt? Vsq; ad Messem. Quid tum, q̃ mercedes? ⌊ Et in tempore messis dicam messoribus. ⌋ Messis vero consummatio sæculi est. Messores autem an geli sunt, ait dominus Matth. 13. Sicut ergo colliguntur zizania & igni comburuntur, sic erit in consummatione sæculi: mittet filius hominis angelos suos, & colligẽt de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatẽ & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. quomodo ista fiet collectio hic insinuat. ⌊ Col ligite primum zizania, ⌋ separando a bonis quibus com mixti fuerunt. O quam misera separatio sed non totum, sequitur enim ⌊ & alligate ea in fasciculos. ⌋ In hac vi ta non est alligatio, alioquin non tot ab errore resipisce rent. Isidorus. Similis culpæ reos, similis pœna constrin get. O quam miseri fasciculi, sed ad quid? ⌊ Ad combu-

rendum ⌋ Esa.66. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. ⌊ Triticum autem congregate in horreum meum ⌋ .i. Electos bene in hac vita triturato s, & a paleis separatos in cælestes mansiões, quia hic vnitatem amauerunt, ideo omnes ibi in perpetua charitate deo vnientur. Mali vero prius de mundo tollentur in fine seculi & ad varia (ligatis a bene operandi manibus & pedibus) secernentur destinabunturq; gehēnæ tormenta. Mat.25. Ibunt hi in supplicium æternum. Iusti autem in vitam æternam. Sententia primo dabitur pro iustis, sed executio fiet de iniustis, vt patet hic & ibi. Quicunq; ergo seminauerit homo hæc & metet: Quoniam q seminat in carne sua, de carne metet corruptionem. Gala.6. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitā æternam.

¶Dominica Septuagesime.

SImile est regnum celorum homini patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios, &c ⌋ Mat.20. Varijs saluator noster a malis retrahere & ad bona inducere fideles suos studuit modis, nunc pœnas minitans, nunc immensa exuberātis dei misericordiæ præmia pollicens, nunc parabolis, nunc planis vtens verbis. Sic & eius pfectus imitator apost. vnde

EPIST. 1.Cor.9. ¶Nescitis, inquit, quod hi q in stadio currunt, oēs qdem currunt, sed vnus accipit brabeū. ⌋ Agonizantes exercitio & cum studio oīa impedimēta reiciunt, & promotiua procurant. Vita aūt pñs ni hil aliud est quam q̄dam agonizatio cōtra dæmonum insultus, & quidam ad beatitudinem cursus. Non autē satis est fidem Christi excepisse, & ecclesię stadium ingressum esse. Eo em̄ ineundus est cursus, vt proposita præmia cōsequamini. Turpe est si nos segnius pro tanto brabeo currimus, quam vulgus hoim pro vili præmio. Ibi vnus accipit brabeū, hic omnis qui perseueranter curru p opera charitatis. ⌊ Sic ergo currite ⌋ s. perseueranter ⌊ vt cōprehendatis ⌋ Ad summa pro viribus enitendum est, atq; ita currendum in euangelico stadio, vt laudem apud agonothetam deum assequamini, huius rei gratia nihil non & ferēdum & faciendum. Multa toleranda licet dura, modo conducant ad hoc præmium, a multis temperandum licet alias licī-

tis, si palmam remorentur. Ad metam properanti quicquid obstat vitandum est. ⌊ Omnis enim qui in agone contendit ⌋ vt habeat victoriam ⌊ ab omnibus se abstinet ⌋ quæ ipsam impediunt. Neque enim est ab hoc temperandum, ab illo minus, sed ab omnibus. ⌊ Et illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant ⌋ ridiculum hominum plausum, vile præmiolum ⌊ Nos autem incorruptam ⌋ a deo. Si ergo illi hoc faciunt propter lucrum temporale, pudere nos debet non identidem agere pro æterno & incorruptibili præmio, abstinendo in omnibus impedimentis nostræ salutis, & exercendo in promotionis. Non enim coronabitur nisi qui legittime certauerit. 2. Timo. 2. ⌊ Ego igitur sic curro ⌋ per viam charitatis non segniter ⌊ non quasi in incertum ⌋ Nil temere ago, vt sim incertus de præmio. In incertum currit, qui talia facit vt ex quibusdam sperare, ex aliis possit desperare. Proponit se sicut bonus magister in exemplum. ⌊ Sic pugno ⌋ contra tentationes hic correspondet agonizanti, ⌊ non quasi aerem verberans ⌋ sicut ludens, nō inaniter verbis sed rebus contendo. ⌊ Sed castigo corpus meum reprimendo eius voluptatem contra gulosos, & ventri addictos ⌊ & in seruitutem redigo ⌋ scilicet rationis. Gala. quinto, Caro concupiscit aduersus spiritum, Glosa: Seruituti subijcitur, dum non suam sed spiritus perficit voluntatem. Aliqui subijciunt seruituti Veneris Bachi &c. ⌊ Ne forte cū aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. ⌋ Roman. secundo. Qui prædicas non furandum furaris, quasi diceret. Certissima spe præmiorum certo, neq; quicquam alios doceo sermone, quod ipse vita non præstem. Si ergo mea prædicatio haud quaquam est ad salutem satis, nisi & insontem me quibusuis præbeam & prauis liberum facinoribus: quo pacto ipsi per solam fidem salutem assequi poteritis, qui tot sitis facinoribus deuincti. ⌊ Nolo enim vos ignorare fratres. Prima Corinth. decimo ⌋ id est, diligenter attendere, quòd non solum baptisma sufficit ad salutis brabeum obtinendum, quod in familiam Christi cooptati sumus, & a tyrannide vitiorum exempti, & libertati restituti, nisi post hac ab omni turpium cupiditatum commertio fuerimus immunes, sicut nec patres nostros plurima ipsis collata be-

neficia ob eorum ingratitudinem ſaluarunt, ⌊quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, ⌋protegente eos ab æſtu. Exo. 13. ⌊& omnes mare tranſierunt⌋ diuiſum. Exod. 14. Et omnes in Moſe baptizati ſunt in nube & in mari. ⌋ Figuraliter. quia Moſes Chriſtum, nubes ſpiritũ ſanctũ, mare baptiſmũ figurabat. Sicut enim Moſe duce, qui primo mare tranſiit cæteri ſecuti ſunt, ſic Chriſto mortuo & reſurgente cæteri ſequuntur, cuius mortem præferimus cum aquis immergimur, & reſurrectionem cum inde educimur. ⌊Et omnes eandem eſcam ſpiritalẽ manducauerunt.⌋ Manna quod non natura ſed diuina parabatur virtute figura euchariſtiæ. Vt enim nos baptiſmi aqua perfuſi corpus manducamus dominicum, ſic illi manna mari traiecto in eſum ſunt vſi. ⌊ Et oẽs eundem potum ſpiritualem biberũt. ⌋ Exod. ¶7. Quemadmodum nos domini ſanguinem bibimus, ſic illi aquam de petra diuina virtute eductam, quæ cum corpibus & animas aleret, & ad fidem & credulitatem adduceret. Eundem dicit quo ad ſignificatum, nam ſpecie diuerſum, aliud enim ipſi, aliud nos. ⌊Bibebãt autem de ſpirituali⌋ Nam figura erat gratiæ Chriſti, non enim naturalis ille lapis hæc operabatur, ſed ſpiritalis ſcilicet Chriſtus. Sequitur. ⌊Conſequente eos petra⌋ .1. voluntati eorum ſatisfactente, vel ſecuturam veritatẽ ſignificante, vbi oſtẽdit Chriſtum vbique illis adfuiſſe, & miracula factitaſſe omnia, quia vbi humanũ deficiebat ſuffragium aderat Chriſtus. Vnde ſeq. ⌊Petra autem erat Chriſtus⌋ Non p ſubſtantiam ſed ſignificationem. Auguſt. In ſignis diuerſis eadem fides, ſed illi ventura nos veniſſe credimus. Ibi petra Chriſtus: nobis quod in altari ponitur eſt Chriſtus, ſi ſpeciem viſibilem attendas aliud eſt, ſi ſignificationem intelligibilem, eundem potum ſpiritualem biberunt. In ſigno percuſſa eſt petra de virga bis, gemina percuſſio duo ligna crucis, de petra educta eſt aqua accedente virga, quia ligno accedente ad CHRISTVM petram gratia ſpiritalis manauit. Sed quemadmodum omnia hæc nihil profuerunt propter ſuam ingratitudinem quare in deſerto proſtrati ſunt. Ita nec nobis baptiſmus, ſi vitam agamus baptiſmo indignam.

¶ Cum dominus Petro quærenti quid mercedis eſſent

accepturi, pro eo quod omnibus relictis ipsum secuti fuissent, respondisset ipsos super duodecim sessuros sedes, & duodecim tribus Israel iudicaturos, finaliterq; cōclusisset, sic erunt nouissimi primi & primi nouissimi. Matt. 19. adiecit: In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile. Matt. 20.

¶ Hodie ecclesia flebilē humani generis, ꝓponit ob peccatum e paradiso expulsionem, licet filij huius seculi minus hoc aduertant, nihilominus tñ saluator ostendit in hodierno euangelio omnes sua bonitate vocatos quantuncunq; tarde ueniant, si fideliter laborarint, mercedem (primi parentis peccato amissam vitæ æternæ) accepturos, in quo tria.

¶ Primum, Originalis opantium conductio in princ.

Secūdum, Peculiaris laborantium remuneratio, ibi. Cum sero autem.

¶ Tertium rationalis murmurantium sedatio, ibi. At ille vni eorum respondens.

¶ Quo ad primum, Malum nobis ob primoꝝ transgressionem parentum inflictum, tanq̄ fidelis in vinea domini operator. Psal. a se auferri cupiēs orauit. Auter, inquit, a me opprobrium & contemptum. An paruum opprobrium quod comparatus iumentis. Homo enim cum in honore esset, in paradisi delicijs, ad imaginem dei creatus, non intellexit, sed comparatus est iumentis insipiētibus & similis factus est illis. O quantus contemptus ut ob ipsum maledicta sit terra. Gene. 3. Maledicta terra in opere tuo. Merito ergo hanc maledictionem, hoc opprobrium, hunc a se contemptum, postulauit a deo, quia per se non potuit, auferri: & causam adiecit q̄a mandata tua exq̄siui, nō tantum quæsiui ad audiendum, sed exquisiui ad sciendum & operandum. Ob hoc enim operarios dominus in suam vocauit vineam. Vult enim dominus hac similitudine ostēdere, & animis infigere, quod deꝰ natura beneficus in omnes, varijs modis ac ætatibus non cessat inuitare mortales omnes ad cultum pietatis & iusticiæ opera fidei, & si gnauiter se exercuerit præmium esse vitam æternam, a qua nemo secluditur qui modo vocatus audit. Vnde ¶ Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum cælorum. i. præsens ecclesia, q̄ EVANG.

regnum dicitur cælorum, quia licet sancti hic peregrinẽ
tur a domino .2. Corinthio.5. Quamdiu sumus in hoc
corpore peregrinamur a domino, sunt tamen ciues san
ctorum & domestici dei. Ephe.2. Non enim mundum
sed cælum quærunt. Coloss.2. Quæ sursum sunt quærite
non quæ super terram. ⌊Homini patrifamilias.⌋ Con-
ditor noster qui possidet electos in mundo quasi domi-
nus subiectos in domo gubernans omnes quos creauit tã
in cælo quam in mundo. ⌊ Qui exiit primo mane con-
ducere operarios in vineã suam.⌋ Vinea lex fidei perfe
ctæ. Esai.5. Vinea domini exercituum domus Israel, virt
Iuda germen eius delectabile. Ne autem crederetur post
legem datam, & non ante hanc vineam fuisse Psalm. ait:
Vineam de Aegypto transtulisti, & plantasti eam. Hanc
propter malitiam agricolarum qui heredem occiderunt
alijs locauit agricolis, Matth.21. Vnde patet eandem an-
te, & sub, & post legem esse domini vineam cuius Chri-
stus vitis. Iohan.15. Ego sum vitis vos palmites. Chri-
stus enim IESVS heri & hodie ipse & in secula. Hebræ.
13. Vinea ergo vniuersalis est ecclesia, quæ ab Abel iusto
vsque ad vltimum electum qui in fine mundi nasciturus
est, quot sanctos protulit quasi tot palmites misit, vt di
cit Gregorius: Exiit diuina visitatione & vocatione. Ad
erudiendam enim dominus plebem suam, quasi ad colen
dam vineam nullo tempore destitit operarios mittere,
quia & prius per patres, & postmodum per legis docto-
res, & prophetas ad vltimum per apostolos dum plæbis
suæ mores excoluit, quasi per operarios in vineæ cultu
ra laborauit. Quamuis pro quolibet modulo vel mensu-
ra, quisquis cum recta fide bonæ prædicator actionis ex
titit, huius vineæ operarius fuit. Cõducit diuino pacto.
promissione. ⌊Conuentione autem facta ex denario di-
urno.⌋ Totum tempus vitæ præsentis dies ẽ. Ioh.9. Me
oportet operari donec dies est, venit nox quando nemo
potest operari. Denarius imaginem regis habet, quę olim
pro decem nummis cõputabatur, & signat quod ad ima-
ginem dei in æterna beatitudine reformandi erant, ex
obseruatione decẽ decalogi præceptorũ, q̃ includuntur
in duobus, dilectionis dei, s. & proximi, mandatis, & in
præceptis naturæ, Mat.7. Omnia q̃cunq; vultis vt faciãt

vobis homines, ita & vos facite illis. Hæc est enim lex & prophetæ. Noluit ergo ob immensam suam bonitatem, vt gratis sibi laboraretur, sed pro denario diurno. i. regno cælorum. ¶ Misit eos in vineam suam. ¶ Videndum ergo ne de vinea exeatur per infidelitatem. Secundo ne male in ea operemur pctm̃, sic Adã in paradiso, ideo electus. Tertio, ne negligenter opemur. Maledictus enim q facit opus dñi negligẽter. Hier. 48. ¶ Et egressus circa horã tertiam vidit alios stantes in foro ociosos ¶ .i. vbi homines venales hñt animas suas, sed quidam eas vendunt deo, alij diabolo, pro delitijs honoribus diuitijs ¶ & dixit illis: Ite & vos in vineã meam, & q̃d iustũ fuerit dabo vobis. Cum istis non componit de precio sed quod iustum est dicit, quia reddet vnicuiq; secundum opera sua. Matt. 16. ¶ Illi autem abierunt ¶ libere non coacte. ¶ Iterum autem exĩt circa sextam & nonam horam, & fecit similiter. Circa vndecimam vero horã exĩt & inuenit alios stãtes & dicit illis ¶ obiurgãdo & increpando. ¶ Quid hic statis tota die ociosi. ¶ Reprehendũtur quia totam diẽ sine fructuoso opere perdũt. Multam enim malitiam docuit ociositas. Eccl. 33. Ezech. 16. Hæc fuit iniquitas sororis tuæ zodomæ, superbia & abundantia panis, & otiosi tas. Ideo dicit quid hic statis omni tempore pro salute laborare negligentes. ¶ Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit ¶ .i. vias vitæ nemo nobis p̃dicauit. Quid nos a bono opere torpentes in excusatione nostra dicturi sumus, qui pene a matris vtero ad fidem venimus, qui verba vitæ ab ipsis cunabulis audiuimus: qui ab vberibus sanctæ matris ecclesiæ potum sanctæ prædicationis sumpsimus cũ lacte carnis. ¶ Dicit illis: Ite & vos in vineam meã. ¶ Cõsiderãda est liberalitas dei, qui vt occasionem habeat p̃miandi vndecima oparios mittit in vineã suam. Possunt diuersitates horaꝝ etiam ad vnumquemq; hoiem p æta tã momenta distingui. Mane q in pueritia bñ operari nitit. Iustus em̃ cor suum tradet ad vigilandũ diluculo ad dñm qui fecit illũ. Hora tertia q in adolescentia qñ sol. i. calor naturalis in altum tendit. Tren. 3. Bonum est viro cũ portauerit iugum ab adolescentia sua. Adolescens em̃ iuxta viam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea. Prouer. 22. Hora sexta, qui in iuuentute, quãdo plenitu-

do roboris ſolidatur in homine, ſicut ſol tunc in virtute lucet. Eccl's.12. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ. Pſal. Tu es ſpes mea a iuuentute mea. Hora nona, qui ſaltem in ſenectute quando ſol.1. calor naturalis deſcendit. Hora vndecima qui in decrepita & vltimo vitæ fine. Mores ergo veſtros, ait Gregorius, fratres aſpicite & ſi iam dei operarij eſtis videte. Penſet vnuſquiſq; quid agat, & conſideret ſi in vinea dei laboret. Qui eñ in hac vita quæ mundi ſunt quærit, adhuc ad domini vineā non venit. Illi nanq; domino laborant, qui non ſua ſed lucra dominica cogitant, qui zelo charitatis ſtudio pietatis inſeruiunt, animabus lucrandis inuigilant, perducere ſecum & alios ad vitam feſtinant. Nam qui ſibi uiuit, qui carnis ſuæ voluptatibus paſcitur, recte ociosus redarguitur, quia fructum diuini operis non ſectatur. Penſate quod dicit; Quid ſtatis hic tota die ociosi, q̃ſi dicat; Et ſi deo in pueritia & iuuentute viuere noluiſtis, ſalte in vltima ætate reſipiſcite, & ad vitæ vias cū iam non multū laboraturi eſtis vel ſero venite. Et tales ergo pfamilias vocat, & plerunq; ante remunerant, quia prius ad regnum de corpore exeunt, q̃ hi qui in pueritia vocati eſſe videbantur.

¶ Quo ad ſecundum, Pſal. malignorum, aduerſus hominum profectum attendens maliciam ſpirituum, dicit: Etenim ſederunt principes & aduerſum me loquebãtur, qui principes niſi aduerſus quos Apoſt. dicit nobis colluctamen. Ephe.6. qui aduerſum nos loquuntur. 1. Petri. ſ. Aduerſarius veſter diabolus tanq̃ leo rugiens circuit q̃rens quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide. Vnde ſequitur; Seruus autem tuus exercebatur in iuſtificationibus tuis, fide ſcilicet per dilectionem operante. Ideo exercebatur vt (licet pondus diei & æſtus ſuſtinens) reſiſtendo vinceret, & coronā mercedis inueniret. ⌊ Cum ſero aũt factum eſſet. ⌋ Rab. 1. mundi finis aut vniuſcuiuſq; vitæ terminus, tunc enim non eſt tempus operandi, ſed vnuſquiſq; in ſuam recipitur domum quidam cæleſtem, alij infernalem. ⌊ Dixit dominus vineæ procuratori ſuo, ⌋ id eſt, pater filio cui omnia dedit pater in manus Ioh. ſ. Pater omne iudicium dedit filio. ⌊ Voca operarios ⌋ id ẽ ſtatue ante tribunal. 1. Theſſ. 4. Ipſe dominus in iuſſu & vo

ce archangeli & in tuba dei descendet de cælo. Mat. 24. Mittet angelos suos cum tuba & voce magna, & cõgregabunt electos eius a quatuor ventis, a summis cęlorum vsq; ad terminos eorum. ⌊ Et redde illis mercedem. ⌋ Pater vocat ad vineam. Iohan. 6. Nemo venit ad me nisi pater qui misit me traxerit eum. Sed procuratori cõmittit retributionem. Ioh. 5. Pater non iudicat quenq;. 2. Corin. 5. Oẽs nos manifestari oportet ante tribunal Christi vt referat vnusquisq; propria corporis, prout gessit siue bonum siue malum. ⌊ incipiens a nouissimis vsq; ad primos ⌋ A nouissimis incipit, quia in aduentu domini vocati ad regnum sine aliqua tarditate venient ęquales his q ab initio mundi cœperunt. Prius etiam latronem quam Petrum in paradisum perduxit. Post etiam vocatæ gẽtes Iudæis diuina liberalitate nõ solum æquatæ, sed & incredulis antepositæ. ⌊ Cum ergo venissent qui circa vndecimam horam venerant ⌋ & sic vna tantum hora laborauerant; acceperunt singulos denarios. i. eandem æternitatem cum his qui ab initio mundi vocati sunt, ga regnum cælestę etiam modicum laborantibus datur. ⌊ Venientes autem primi arbitrati sunt ꝙ plus essent accepturi ⌋ pro temporis portione, quia priores venerant ad vineam. Iudæi enim digniorem locum in regno habere voluerunt, qui prius in tabernaculo. Erat enim verisimile ꝙ plus laborantibus, plus conferretur præmij. ⌊ Acceperunt autem & ipsi singulos denarios ⌋ i. conformitatẽ claritatis corporis Christi. Nam sicut vna est fides ꝓcedentium & sequentium, ita vna merces æternitatis. Sed iuxta saluatoris verbum Iohan. 14. In domo patris mãsiones multæ sunt. i. multæ differentiæ beatitudinis. Vnde denarius ille diurnus est ibi varius, iuxta varia merita ex operibus bonis. Vident enim omnes beati deũ clare, in qua visione stat eorum beatitudo. Iohan. 17. Vnus tamen clarius alio sicut sol cæli, & esca potusq; dulcis nõ æqualiter sapit omnibus, sed cuiq; iuxta dispositionem sui palati & organi, & sicut stella differt a stella in claritate, ita & beatus a beato in præmio. 1. Cor. 15. Alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum, stella enim differt a stella in claritate, ita & resurrectio mortuorum. Videntes ergo sibi pares in præmio, qui nõ

fuerant pares in temporis spatio versi sunt in murmur. ⌊ Et accipientes murmurabant aduersus patremfamilias, dicentes: Hi nouissimi vna hora fecerunt & pares illos nobis feciſti ⌋ in præmio ⌊ qui portauimus pondus diei & æstus. ⌋ Nos tota die perdurauimus in labore, & æstum meridianum pertulimus, isti autem venerunt sub vesperam refrigerato iam æstu. Duplici causa murmurare poterant. Vna, quia primi in labore & vltimi in retributione. Alia, quia minus laborantes ipsis fiebant æqles: sed omissa prima ultimam prætendunt. Non dolent quasi fraudati sua mercede, sed ritu inuidorum quod illi plus accipiunt quam merentur. In initio nascētis ecclesiæ vocatis ex gentibus Iudæi se præponebant quasi populus dei, & de gentium vocatione & electiõe murmurabant, vt patet in Actis maxime vndecimo, cum ipsi pondus legalium obseruationum sustinuerint, isti autem quasi refrigerato æstu, sub gratia euangelij eandem reciperent gratiã. Cũ inter sanctos nec sit liuor, nec murmur aduersus deũ, huiusmodi dictis exp̃ssit saluator summum honorem, quem & nouissimus diuina benignitate habiturus est, qui tantus est vt merito qs inuidere possit, vt suã erga peccatores ostenderet bonitatem nullum spernendo. Vnicuiq; enim pondus diei & æstus ferre est per longioris vitæ spacia carnis suæ tentatione fatigari. Prima retributio fuit iusta, quia secũdum conuentionem, secunda misericors, quia minus laborantibus æquale primis datur præmium.

¶ Quo ad tertium: Congruum bonæ operationis initium Psalmista ostendit dicens: Nam & testimonia tua meditatio mea est, & consilium meum iustificationes tuæ, quasi dicat, vt mandata tua perficere valeam, ipsa meditor de ipsis perficiendis consilior. Felix talis, non enim confundetur cum loquetur inimicis suis in porta, quoniam dominus loquitur pro eo, qui vbique humiles ad se conuersos defendit. Lucæ septimo, decimoquinto, Matthæi vicesimo sexto. Vnde hic sequitur: ⌊ At ille respondens vni illorum ⌋ pro omnibus ⌊ dixit: Amice ⌋ cur inuides alijs benignitatem meam? Mea in alios benignitate tu non lædit ⌊ non facio tibi iniuriam. ⌋ Ideo iniuste murmuras, & hoc ostendit. Primo, propter suam

iustitiam. ⌊ Nonne ex denario diurno conueniſti mecum?⌋ quaſi dicat ſic, ideo non plus tibi teneor. ⌊ Tolle quod tuum eſt & vade⌋ contentus quia recepiſti mercedem tuam. Mercenarius huc conductus es vt præſtares operam, non vt mihi præſcriberes quid faciam. In te itaque iuſtus ſum. Secundo, ob bonitatem ſuam. ⌊ Volo autem & huic nouiſſimo dare ſicut & tibi⌋ de tuo nihil tibi decidit, ſi quid huic additur ex mea liberalitate. Sicut enim ſola dei voluntas cauſa eſt productionis rerum, ita ſola eſt cauſa æqualitatis & diſtinctionis præmiorum. Ideo dicit volo, ſequitur. ⌊ An non licet mihi ⌋ per te ⌊ facere quod volo?⌋ quaſi dicat certe, ipſius enim voluntas rationabilis, & ſine omni affectione maliciæ. Vnde concludit. ⌊ An oculus tuus nequam eſt quia ego bonus ſum⌋ doles de bono proximi, quod dedi illi, & liuore torqueris, qa me vides benignum in eos quos lubitum eſt. Idipſum ſonat ex illa L V CAE parabola, vbi maior filius minori inuidet, & non vult eum recipi pœnitentem, & patrem accuſat iniuſtitiæ. Stulta queſtio eſt contra bonitatem dei, querendum eſſet non ſi daret quod non deberet, ſed ſi non daret quod deberet. Nonne poteſtas iudicis eſt vel iuſticiam facere, vel miſericordiam impendere cui vult. Vere Iudæi prauam habuerunt intentionem, qui prohibuerunt apoſtolos loqui gentibus ne ſaluæ fierent. ⌊ Sic erunt nouiſſimi primi & primi nouiſſimi. ⌋ Nam gentes humiliter fidem amplectentes, Iudæis ſuperbis prælati ſunt. ⌊ Multi enim ſunt vocati, pauci vero electi. ⌋ Nam qui ſaluificum dei verbum audierunt & non ſunt operati, aut qui citra terminũ vitæ ab operibus deſtiterunt, vocati quidem ſunt, ſed non ſaluabuntur, ſcriptum quippe eſt Matth. 10. qui perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit. Receperunt quidã mercedem ex conuentione, quidam promiſſione, alĩ electione, exiguum quid in fine operantes. Hoc ergo præmium ſicut non debetur omnino meritis noſtris, ſed potius beneficentiæ diuinæ, tamen non contingit citra noſtrũ conatum, quãquam de hoc quoq; debemus vocãti quod ad cultum pietatis accedimus, quod in eo perſeueramus uſque ad veſperam. Statim ergo properet quiſquis vocatus fuerit, alioquin fruſtrà fuerit vocatus niſi etiam det

operam vt sit electus. At nulli non vocãtur, sed pauci merentur, ut sint inter electos. Ecce vox omnium Christum clamat, sed vita non omnium clamat. Plerique deum uocibus sequuntur moribus fugiunt. Duo, inquit Gregorius, sunt quæ solicite considerare debemus. Primum, vt de se quisq; minime præsumat, quia & si iam ad fidẽ vocatus sit nouit, vtrum perenni regno dignus sit, nescit. Secundum, vt vnusquisq; proximum, quem fortasse iacere in vicijs conspicit, desperare non audeat, quia misericordiæ diuinæ diuitias ignorat. Reuocemus ergo ante oculos mala q̃ fecimus, pensemus quod ore veritatis dicitur: quia multi sunt vocati &c.

¶ Dominica sexagesime.

Exijt qui seminat seminare semen suum. ⌋ Lu. 8. Saluatore (sicut & experientia) teste granum frumenti nisi cadẽs in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit multum fructum affert. Ioha. 12. sic & semen diuini verbi non nisi in mortificato a mundo & carne homine fructificat. Nisi enim quis tam ad prospera quam aduersa ob pietatẽ quasi insensibilis sit per pacientiam fructum ferre non potest. Vnde Apostolus qui plurimum in ecclesia attulit fructum, non nisi in passionum tolerantia ob verbum fidei seminandum (non sicut qui in his quæ mundi erant) gloriabatur. Vnde secunda Corinth. 11. ¶ Libenter suffertis insipientes cum sitis ipsi sapientes ⌋ quasi dicat, Aequum est vt inter tam multos assidue gloriantes, me quoque paulisper feratis, præsertim cum mea gloriatio vos non lædat nec grauatura sit quemadmodum illorum, & sic ipos notat de insipientia, & culpabiles ostendit, cum scienter delinquant sustinentes non ferenda. Vnde sequitur: ⌊ Sustinetis enim si quis in seruitutem vos redigit. ⌋ Legis ex libertate gratiæ cũ Christus vos voluerit esse liberos quod valde absurdum. ⌊ Si quis deuorat ⌋ immoderate vestra consumendo, cum nos gratis apostolum egerimus, vbi notat falsoꝝ apostolorum cupiditatem q̃si non explendam ⌊ si quis accipit ⌋ muneribus & xenijs facultates vestras attenuando ⌊ si quis extollitur ⌋ non humilem & modestum sed grauem & molestum se reddens tyrãnum fastu agens. ⌊ Si quis in faciem vos cæ-

EPIST

dit ⌋quod extremæ contumeliæ est. In faciem cæditur, in cuius os contumelia irrogatur. Isti autem pseudapostoli iactabant se de circuncisionis & generis Abrahæ nobilitate, improperantes gentibus contraria. Quid autem his fieri inhonestius turpiusq; potest, quando his ipsis libertate adempta honore priuatis, & demum subtractis pecunijs vterentur pro seruis⌊ secundum ignobilitatem dico⌋ talia sustinentes ab ipsis, magnos reputatis, tanquã ignobiles ex his rebus. quibus & stultum vulgo habetur iactare sese.⌊ Quasi nos infirmi fuerimus in hac parte⌋ Non potentes abuti eisdem titulis, ad premendos vos autoritate, nisi maluissemus vestræ saluti, quam nostro dominio consulere.⌊ In quo quis audet⌋ scilicet gloriari ⌊ in insipientia dico⌋ i. stultorum more loquor.⌊ Audeo & ego⌋ Hoc dicit vt nos cõmonefaceret minus esse ad huiusmodi verba diuertendum nisi cogat necessitas.

⌊ Hebræi sunt⌋ nati⌊ & ego. Israelitæ⌋ de patriarcha Iacob gloriantes⌊ & ego, semen Abrahæ sunt⌋ cui factæ sunt promissiones⌊ & ego⌋ His titulis inanibus gloriãtur, in quibus ipsis sumus pares. Cæterum quæ vere faciunt gloriam apostolicam præcellimus eos. ⌊ Ministri Christi sunt⌋ demus esse: quia tantum secundum apparentiam⌊ & ego⌋ secundum veritatem.⌊ Vt minus sapiens dico⌋ sed vere⌊ plus ego⌋ Ambrosius. Ostendit se coactum in laudem suam prorupisse. Prou. 27. Laudet te alienus non os tuum. Enumerat quæ vere apostolicum exprimunt virum, & signa præterieus a tentationibus ipsis orditur.⌊ In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter⌋ Euangelij diuulgandi gratia, Vbique & a gentibus & Iudæis, in ciuitatibus & extra in here mo & mari pericula sustinuit & persecutiones. Nominatim quædam recenset.⌊ A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi⌋ Deut. 25. committitur iudicibus vt pro minoribus culpis pro quibus mors non esset infligenda, imponerent plagas & verba, sic tamen vt quadragenarium numerum non excederent, & secundum culpæ exigentiam, & quia Paulus ipsis supra modum odiosus erat, ideo non omiserunt nisi vnam, vt misericordiam tunc feciſſe viderentur.⌊ Ter virgis cæsus sum⌋ Actu. 16.⌊ Semel lapida

tus sum ⌋Act.14.⌊Ter naufragiũ feci. Nocte & die in ꝓ fundo maris fuit⌋cum summa vitæ desperatione. Quid pergam enumerare singulatim, cum frequenter euangeliꝫ gratia periclitatus sim.⌊In itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere⌋.i. Iudæis quia lege deserta ad euangelium se cõuertebat⌊ pi culis ex gentibus, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus⌋ & id acerbius cũ ab eis in quibꝰ parabantur qui se simulabant fratres, de qbꝰ Psal. Si inimicus meꝰ, &c. Item homo pacis meæ. Nec satis ipi erant quæ ab externis inferebantur, quin sponte ipse se laboribus & vigiliꝫ subderet.⌊In labore⌋.s.manuali. Act.20.& ærumna, in vigiliꝫ multis. In fame & siti.⌋ Vbi ergo promissio dei, quærite primum regnum dei & hæc omnia adiicientur vobis? Resp. Nouit medicus cui nos semel commisimus hæc adiuteria, quãdo apponat & quando subtrahat⌊ In ieiuniꝫ multis. In frigore & nuditate, Præter ea quæ extrinsecus sunt.⌋ Sed hæc quæ recensui ad corporis afflictionem pertinent. At interim nõ leuius affligebar animo, quem vndique præmit quotidie vrgetq;⌊ instantia mea quotidiana, solicitudo omnium ecclesiarum⌋quæ mihi adeo cordi est, vt quicquid illis acciderit mihi putem accidisse.⌊ Quis infirmatur⌋ fide vel moribus⌊ & ego non infirmor?⌋ ipsi compatiendo ex corde, 1.Corin.9. Factus sum infirmis infirmus vt infirmos lucrifacerem .⌊ Quis scandalizatur⌋ruens in peccatum exemplo alterius⌊ & ego non vror⌋Igne charitatis compatiendo,⌊ Si⌋.1.quia⌊ gloriari oportet, q̃ infirmitatis meæ sunt gloriabor⌋ non de generis vel officij nobilitate, quæ magnitudinem meam arguunt. Iactent aliꝫ q̃ per euangeliꝫ commendationem habeantur in precio, q̃ diteſcant, q̃ sub prætextu Christi regnent. Ipse pulchrius arbitror iactare quod Christi gratia delectus fuerim & afflictus.⌊ Deus & pater domini nostri Iesu Christi scit⌋quiomnia nouit⌊ quia non mentior⌋.s. in præcedentibus nec sequentibus.⌊ Damasci præpositus gentis Arethæ regis⌋qui Herodis socer⌊ custodiebat ciuitatem Damascenorum vt me comprehenderet⌋ & velut tumultus autorem occideret.⌊ Et per fenestram in sporta dimissus sum per murum, & sic euasi manus eius.

[Si gloriari oportet, non expedit quidem.] Hactenus ea recensui quæ me calamitosum & ærumnosum fuisse re stantur, quæque iuxta iudicium humanum magis contẽ ptum reddunt quam glorioſum. [Veniam autem ad vi siones & reuelationes domini. Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim, siue in corpore siue extra cor- pus, nescio deus scit, raptum huiusmodi vsque ad tertiu- um cælum. Et scio huiusmodi hominem siue in corpore siue extra corpus, nescio deus scit, quando raptus est in paradisum dei, &] vtrobique [audiuit arcana verba q̃ non licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor, pro me autem nihil nisi in infirmitatibus meis. Nam & si vo luero gloriari] in hac parte de me [non ero insipiens, veritatem enim dicam] non vane quicquam nec ad ostẽ tationem. [Parco autem] non mea sed vestra causa [ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me] plus mihi tribuens quam mea facta & o- ratio testantur. [Et ne magnitudo reuelationum extol lat me] aut ne plus habear apud homines quam expedit haberi. [Datus est mihi stimulus carnis meæ] i. afflictio corporis, vel libidinis incentiuum, quæ peccatum non est sed materia exercendæ virtutis, quando non consenti- tur [angelus satanæ qui me colaphizet] vndique oppu- gnans, & intus & extra ne supra modum extollar [pro pter quod ter dominum rogaui vt discederet a me, & di- xit mihi. Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmi tate perficitur.] Quod afflictionibus tunderis, simul & ad meam gloriam illustrandam pertinet, dum meo præ- sidio tutus vinci non potes, quantislibet procellis, & ad tuam salutem, qui quo magis affligeris corporis malis, hoc magis ditescis animi virtutibus, hoc fit vt imbecilli tas perficiat virtutem, & infirmitas absoluat potentiã. Hoc domini responso animatus, posthac in nullo plus gloriabor quam in afflictionibus, quibus imbecillis vi- deor potius quam magnus propter Christum, per quem & potens & robustus [Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chri- sti.]

¶ Factum est deinceps (post curationem manus aridæ in synagoga in die sabbati. Matt. 12.) & ipse iter facie-

bat per castella & ciuitates, prædicans & euangelizans regnum dei & duodecim cum illo, & mulieres aliquæ, q̃ erant curatæ a spiritibus malignis. Maria quæ vocatur Magdalene, de qua septem dæmonia exibant. & Iohanna uxor Chusæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ quæ ministrabant ei de facultatibus suis, Luc. 8. (In illa die exiens Iesus de domo sedebat secus mare, & congregatæ sunt ad eum turbæ multæ, ita, vt in nauiculam ascendens sederet, & omnis turba stabat in littore. Matth. 13.) In illo tempore: Cum turba plurima, & cætera.

¶ Dominica p̃cedenti ostendit saluator suam bonitatem, in tarde etiam laborantium æquali remuneratione cum primis, concludens: multos quidem vocatos sed paucos electos. Hodierno in euangelio oñdit vnde hoc, puenit: quia non ex se sed hominum malicia.

¶ Primum, Salubris verbi diuini seminatio, in principio.

¶ Secundum, Tenuis seminati fructificatio, ibi. Et dū seminat.

¶ Tertium, Vtilis parabolę indagatio, ibi. Interrogabant autem, &c.

¶ Quo ad primum Psalm. diuini in se seminis desiderans fructificationē, ait: Adhæsit pauimento anima mea viuifica me secundum verbum tuum, quasi dicat, Terreno & corpore & affectu præpeditus, vitæ fructum non valens operari, peto per verbum tuum opera fidei, quæ animam viuificent donari. Fides enim per dilectionem operans aliquid est. Galat. 5. Ob hoc enim seminatum est verbum. ¶ Cum turba plurima conuenirent, & de ciuitatibus properarent ad Iesum, dixit per similitudinem.

EVANG.

Turbæ vocabulum quoties in euangelio interseritur sicut diuersitas hominum, ita & diuersitas intimatur voluntatum. Non enim omnes eadem voluntate sed diuersis ex causis dominum sequebantur, quidam pro bono, q̃dam pro malo, omnibus tamen dominus beneficia præstat docendo, alendo, sanando, & vt bonus agricola secū dum diuersas recipientium dispositiones diuersimode vitæ seminaria in animab⁹ seminat. Vnde Hierony. Turba non vnius sententiæ est, sed diuersarum in singulis volū

tatum, vnde loquitur ad eos multa in parabolis, vt iuxta varias voluntates, diuersas reciperent disciplinas. Nō autem omnia sed multa loquitur in parabolis, alias absque emolumento populi recessissent. Perspicua miscet obscuris, vt per ea quæ intelligunt prouocentur ad eorum noticiam quæ non intelligunt. Hac igitur parabola dominus seipsum declarat, & bonitatem suam. ⌊ Exīt q̄ seminat ⌋ sed vnde? Iohan. 16. Exiui a patre (quo creaturæ nō erat accessus, lucem enim habitat iaccessibilem, 1. Tim. 6) & veni in mundum per carnis assumptionem. Nam in mundo erat & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. Iohan. 1. Qui seminat dicit, nunquam enim cessat, pluens super iustos & peccatores. Matth. 5. Hebr. 1. Multipharie multisq̄ modis olim deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio. Ideo sequitur ⌊ seminare ⌋ inquit non perdere, mactare, aut eradicare. Non enim misit deus filium suum vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Iohan 3. Quid ergo uenit seminare? ⌊ semen suū ⌋ (non alienum) quod potest saluare animas. Vnde prophetæ dicebant hæc dicit dominus. Ipse autem ait: Ego autē dico vobis. Vnde Iohan. 18. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. O quanta auiditate suscipiendum, quanto studio custodiendum, ob quod seminandum e cælo vnigenitus venit patris. Ideo Iac. 1. In mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras. Ad hoc enim seminat vt fructificet, licet in quibusdam non, hoc tamē non prouenit ex parte seminantis nec seminis, sed eius q̄ recipit semen.

¶ Quantum ad secundum. Propheta vt bona posset esse & fructificans terra orat, d. Vias meas enunciaui (non abscondi) & ideo exaudisti me, adiuua ergo imbecillitatem meam, & doce me iustificationes tuas, quia beatus quem tu erudieris domine & de lege tua docueris eum. ⌊ Et dum seminat aliud cecidit secus viam ⌋. Quatuor ponit conditiones recipientium semen, quarum tres malæ vna tantum bona. Attende exuberantem in se dei bonitatem, quæ semen etiam in vias & petras ac spinas casurum spargere non desistit, non vt pereat; sed vt eius vsu

& opatione bona terra fiat, latam deserendo viã, & petrosam duritiam emolliendo, spinasq; diuitiarũ euellendo, & in Christo mortificando. Gala. 5. Qui Christi sunt carnem suã crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs suis. Seminante illo. i. docente aliud cecidit, non dicit ꝙd ꝓiecerit, ꝙa sermo cadit in audientes q̃ sunt vel via vel petra vel spina. Secus viam. i. qui latam & spaciosam ambulant viã ducentẽ ad perditionem. Mat. 7. Est enim cor sedulo malarum cogitationum transitu attritum & arefactum, ne semen verbi possit accipere vel germinare ⌊ & conculcatum est ⌋. s. a transeuntibus, sic a pessimis cogitationibus conculcatur ⌊ & volucres cœli comederunt illud ⌋ quia non erat opertum terra. Sic a dæmonibus qui volucres cæli dicũtur, quia cælestis & spiritualis sunt naturæ, vel quia per aerem discurrunt, qui comedũt vt nec in memoria mens teneat quod opere exercere neglexit. ⌊ Et aliud cecidit supra petrã ⌋ exceptum tenui terra quæ erat supra petram ⌊ & natum aruit quia non habebat humorem. ⌋ Petra indomitum cor nullo veræ fidei fomere penetratum, in quo non est verus amor nec perseuerantiæ virtus ⌊ Et aliꝺ cecidit inter spinas & simul ex ortæ spinæ ⌋ quæ vberius & cælerius crescunt, ac densius altiusque exurgunt ⌊ suffocauerunt illud. ⌋ Ecce primum semen non germinat sed conculcatum a volucribus tollitur. Secundum germinat sed non multum erigitur carẽs humore. Tertium eleuatur in stipitem sed non fructificat, quia suffocatur a spinis. Quartum autem fructificat, ⌊ Et aliud cecidit in terram bonam. ⌋ Alia semina infeliciter cadebant, istud autem optime quia in terram bene cultã, a lapidibus & spinis mũdatam, vnde ⌊ & ortum fecit fructũ centuplum. ⌋ Hæc locutus dñs quoniam sciebat non intelligi ab omnibus quod dicebat, volens tamẽ in posterum meminisse parabolæ quæ pertineret ad salutem omnium. ⌊ Hæc dicens clamabat: Qui habet aures audiendi audiat. ⌋ Iste clamor signum fuit magni affectus, & ideo qui eum nunc non audiunt clamantem, clamabunt ipsi & non audientur. Sunt enim qui similes sunt statuis habent aures & non audiunt, qui ergo habet aures audiendi. i. intelligentiam mentis audiat, spiritualiter hæc verba intelligat. Nam vbicunq; hæc ammo

nitio interponitur mysticum esse quod dicitur, & spiritualiter, ac attentius quærendum ostendit: & ideo spirituales aures requirit. Gregorius. Omnes qui illic aderant aures corporis habebant, vnde procul dubio aures requirebat cordis.

¶ Quo ad tertium. Psalm. aures spiritales habens, ait: Viam iustificatiōum tuarum instrue me, adiungit autem quod perfectum est: Et exercebor, inquit, in iustificationibus tuis. Beatus qui sic instruitur, vt in iustificationib⁹ dei exerceatur. ⌊ Interrogabant autem eū discipuli eius quæ esset hæc parabola ⌋ non mox finita parabola, sed cū esset in domo singularis, vt dicitur Marc. 4. In q̊ instruimur si veram diuinoꝝ asseq volumus intelligentiā ꝟborum sepositis terrenoꝝ tumultibus, domum dei. i. occulta scripturaꝝ penetralia, orando meditādo intremus, d. Reuela oculos meos & cōsiderabo mirabilia de lege tua. ⌊ Quibus ip̄e dixit: Vobis datū est nosse mysteriū regni dei. ⌋ Vobis tanq̄ domesticis & humiliter quærentibus & fideliter datū est intelligentiā habere regni dei. De quo Mat. 21. Auferet a vobis regnū dei, & dabit genti facienti fructus eius. ⌊ Cæteris autem ⌋ q foris sunt. Mar. 4) q neque intueri neq; cognoscere curāt ꝟitatē ⌊ in parabolis ⌋ qa pulsanti apietur. Lu. 11. Sed qd ex hoc sequat adiungit ⌊ vt videntes nō videant & audientes non intelligāt ⌋. 1. q vident & audiunt carnaliter non intelligant spiritualiter. Vñ Mar. 4. dr̄. Vt videntes videant & non videāt, & audientes audiant & nō intelligant: vel q putant se videre sicut philosophi. Rom. 1. Dicentes se sapientes stulti facti sunt. Et pharisæi. Ioh. 9. Nunquid nos cæci sumus, sed Mat. 15. Cæci sunt & duces cæcoꝝ, qa nec legē Mosi nec Christi intellexerunt. Ideo q corde ad Chr̄m accedunt dei mysteria intelligunt, sicut discipuli, turbæ autem & reliq, q non intellexerunt nisi in ænigmate & in volucro sunt qui non corde ad Christum accedunt, & si corpore existimātes se sibiꝑsis sufficere, & ex sese plenissime quæ sunt intelligenda intelligere, tales credunt se videre sed nō vident, nam animali sensu vident nō spirituali, & audire aure intellectus, at non intelligunt, quia intelligentia carnis non spiritus, 1. Cor. 2. Animalis homo non per

cipit ea quæ sunt spiritus. ⌊ Est autem hæc parabola ⌋ .i. intelligentia eius. Hierony. Cauendum vbicunq; dominus rogatus a discipulis intrinsecus sermones suos disserit, ne vel plus vel minus aut aliud intelligere velimus q̃ ab eo expositum est. Ideo hanc per seipsum dignatus est exponere, vt ostenderet se figurate loqui, & rerum significationes etiam in his quæ exponere noluit quærendas esse doceret. ⌊ Semen est verbum dei. ⌋ Non terrenum sed cæleste semen, quod nusquam non sparsit filius hominis, sed Satanæ malitia hominũ vitio fit vt in paucis fructificet, diuersitas terræ animæ audientium sunt. ⌊ Quod autem secus viam, hi sunt ⌋ .i. signantur, vel qui receperunt illud quod cecidit secus viam hi sunt ⌊ qui audiũt. Deinde venit diabolus & tollit verbum de corde eorum ne credentes salui fiant. ⌋ Credere enim est salutis initiũ. Accedentem enim ad deum oportet credere. Hebr. 11. Quĩ ergo nulla fide, nullo intellectu, nulla deniq; vtilitatis occasione, verbum percipere dignantur, venit diabolus priusquam insideat animis, & immissis diuersis cogitationibus, tollit ex cordibus illorum quod audierant, impijs suggestionibus obsistens saluti eorum. Quemadmodum enim Christus nihil non agit vt peccatores adducat ad salutem, ita ille nihil intentatum relinquit, vt quoscunq; potest trahat ad exitium. Matth. 13. Omnis qui audit verbum regni & non intelligit, venit, &c. ⌊ Nam quod supra petram hi sunt qui cum audierint cum gaudio suscipiunt verbum. ⌋ homines parum spiritus & gratiæ habentes, & non alte verbum dei recipientes. Audiunt enim & vtilitatem verbi probant, & desiderium gustant. ⌊ Et hi races non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt ⌋ bene cœpta deserentes. Facile est enim rebus prosperis doctrinam seruare euangelicam, cæterum nisi penitus imbiberis affectum veræ pietatis vbi res aduersæ robur illud desiderant euangelici pectoris, tum euanescit illa temporaria sanctimoniæ species. Hoc claruit in Petro, &c. ⌊ Quod autem in spinis cecidit, hi sunt qui audierunt, & a solicitudinibus, & diuitijs, & uoluptatibus vitę euntes suffocantur, & non referunt fructum. ⌋ Vnde tria notat verbum dei suffocantia scilicet. Solicitudo, non quęcunq;, sed sęculi istius. Mat. 13

Non futuri quæ bona est. Ecce superbia. Diuitiæ. Mat. 13 Fallacia diuitiarum. Hierony. Blandæ sunt diuitiæ aliud agentes, & aliud pollicentes, lubrica est earum possessio, dum huc illucq; circunferuntur, & instabili gradu vel habentes deserunt, vel non habentes refarciunt: Vnde & dñs asserit diuites difficulter intrare in regnum cælorꝝ. Mat. 19. Suffocantibus diuitijs verbum dei, & rigorē virtutum emollientibus. Voluptas vitæ. Mar. 4. circa reliqua concupiscentiæ. Euntes. i. proficientes in eis. Comparat dominus spinis curas diuitiarum & voluptates, eo q̃ ignem concupiscentiæ & gehennæ accendunt, & sicut spina acuta corpus penetrat vt vix eradicetur, sic & delitiæ inualescentes in animam ingrediuntur & vix eradicantur. Diuitiæ in se non suffocant sed fructum faciunt verbi, dispergendo in pauperes: sed si eis adiungitur solicitudo seculi, & voluptas vitæ: quia suis importunis cogitationibus guttur mentis, ne bonum desiderium ad cor possit intrare, quasi aditum vitalis strangulant flatus. Quæ vere spinæ sunt, quia cogitationum suarum punctionib⁹ mentem lacerant, & cum vsque ad peccatum pertrahunt quasi inflicto vulnere cruentant, vt dicit Gregorius. Damnabile est multum, semen cæleste recipere & carnalem, fructum afferre. ⌊Quod autem in terrā bonam, hi sunt qui in corde bono & optimo⌋ nō solū vt intelligant, sed & vt operentur secundum illud⌊ audientes⌋ aure mentis⌊ retinent verbum⌋ infigentes cordi, contra eos qui secus viam⌊ Et fructum afferunt⌋ sanctarum operationum, contra eos qui spinæ⌊ in patientia⌋ Gregor. Quia nulla sunt bona quæ agimus, si non æquanimiter etiam proximorum mala toleremus, quanto enim quisq; altius profecerit, tanto in hoc mundo inuenit quod durius portet. Patet ergo quod terra bona habet tres bonas cōditiones, oppositas malis: quia retinet contra primos, fructificat contra tertios. In patientia contra temporarios. Hierony. Primum oportet nos audire sermonem & intellige re, ne simus iuxta viā. Deinde firmiter retinere quod auditum est, ne simus supra petram. Præterea non esse amatores opum, sed post intelligentiam fructus reddere doctrinarum, & facere centesimum sexagesimum. Sicut in terra mala tres fuere diuersitates, secus viam, in petras,

& inter spinas, sic in terra bona trina diuersitas, centesimi, sexagesimi, & tricesimi fructus. Et in illa & in ista nō mutatur substantia sed voluntas, & tam incredulorum, quam credentium corda sunt quæ semen recipiunt. Hæc ille. Bona ergo terra in patientia fructum reddit, quia bona agit & proximorum mala æquanimiter tolerat, & dum humiliter flagella suscipit, post flagella in requiem suscipitur.

¶ Dominica Quinquagesime.

ASsumpsit Jesus duodecim discipulos suos & ait illis. Ecce ascendimus Hierosolymā, & consummabuntur omnia que scripta sunt per prophetas de filio hominis. Lucæ. 18. Saluator noster ad inflammandum corda fidelium, passionis suæ locum adeundo, modumq; prædicendo, quam voluntarie & charitatiue pro nobis pateretur ostendit, vt & nos diligeremus ipsum, quoniam ipse prior dilexit nos. Primo Iohan. 4. Solum nanq; hoc deus sacrificium acceptat, quod in altari boni operis charitatis feruor inflammat. Ideo apostolus, 1. Corinth. 13. ait: Adhuc excellentiorem viam eundi ad Deum demonstro. ¶ Si linguis hominum loquar & angelorum charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Ostendit primo ipsius necessitatem, quia sine eanec donum linguarum prodest, vel angelorum dicit volens melius & præstantius quiddam exprimere quod humanas excederet linguas. Siquidem potentia quædam intelligendi, qua inuicem diuina communicant sensa angelorum est lingua, sed sine charitate dei & proximi inutilis, sicut æs mortuum, reddens sonum sibi non prodest & alios delectat nescientes. Et si habuero prophetiam per quam occulta reuelantur, 2. Pet. 1. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti dei homines. Et si nouerim mysteria omnia per prophetiæ donum mysteria & arcanos sensus omnes diuinæ scripturæ noui & veteris testamenti & omnem scientiam (humanam) & si habuero omnem fidem tātam ita vt montes transferā Mat. 17. Si habueritis fidē sicut granū sinapis, dicetis huic mōti: trāsi hinc, & trāsibit, & nihil impossibile erit vobis

EPISTO.

¶ Charitatem aũt nõ habuero nihil sum.¶ Non dicit tenuis sum, vel abiectior, sed nihil prorsus ãtũ ad esse gloriæ, talibus enim dicet in iudicio. Amẽ dico vobis nescio vos. Matth. 7. ¶ Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas.¶ Ecce conditiones eleemosynæ distribuero pluribus, 2. Corin. 9. Qui parce seminat parce & metet. In c. p. Lucæ. 14. Cum facis prandium, voca pauperes. Omnes. f. Tobi. 4. Si multum tibi fuerit abundanter tribue. Meas. Prouer. 3. Honora dominum de tua substantia. Non dicit partem & hoc in pauperes. Impar facultas multum vel parum danti, sed non impar charitas, & ideo tantum est dare calicem aquę frigidæ, quantum fuit Zachæo dare dimidium patrimonii sui. In charitate dinoscuntur discipuli Christi non in prophetia, fide & alĩs quæ & non discipuli habere possunt. ¶ Et si tradidero corpus meum¶ pro subleuandis oppressis ¶ ita vt ardeam¶ quod acerbissimum tormentum ¶ charitatem autem non habuero¶ quæ tanta est si defuerit, frustra habentur cætera, si assit habentur omnia ¶ nihil mihi prodest.¶ Ipsa enim dirigit opera in vltimum finem, ideo ipsa sublata deficiunt a fine. *Ipsa commonstrat quatenus vtendum est dotibus, quas frustra teneas, si nescias vti* siue locutionis, cognitionis seu operationis. *Secundo ponit ei⁹ vtilitatem*, per ipsam enim implentur omnia virtutis opera, & hoc ostendit primo in duobus actibus generalibus virtutis. Nam omnis virtutis actus consistit in hoc quod aliquis bene sustinet aduersa. Ideo sequitur.

¶ Charitas patiens est¶ in malis tolerandis, quæ est radix & fundamentum philosophiæ. Patiens enim dicitur qui sit longiori animo¶. Secundo consistit in hoc vt bene operetur bona. Ideo ¶ benigna est¶ in bonis operandis erga proximum. Augustinus. Hæc sunt arma quibus mĩles Christi armatur, cuius armaturæ quasi præcipua arma præmisit patientiam & benignitatem. Origenes. Altera illata a proximis mala, æquanimiter portat, altera sua bona desiderabiliter proximis impendit. Iacobi. 1. Patientia opus perfectum habet. Lucæ. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Consequenter ponit quomodo facit vitare malum, & hoc primo quo ad proximum, dicens: ¶ Charitas non æmula-

tur ⌊inuidet alienam felicitatem, sed diligit vt suam, qã bona sua transfundit in alios. Inuidam autem animam non potest intrare æstimatio bona. Ipsa autem nec vlciscitur, nec liuore torquetur. Vnde. ⌊Non agit perperã⌋ .i. peruerse sed obsecundat omnibus. Secũdo, erga seipm. ⌊Non inflatur⌋ per superbiam ex bonis, quę est initium omnis mali, cum se submittat omnibus. ⌊Non est ambitiosa⌋ cũ studeat prodesse. ⌊Non quærit quæ sua sunt⌋ vitans cupiditatem sed quæ proximi, 1. Corin. 10. Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius. ⌊Non irritatur⌋ iniuria, vnde fit vt nil indecorum agat. Iac. 1. Ira viri iusticiam dei non operatur. ⌊Non cogitat malum.⌋ Ãdeo enim nõ retaliat acceptam iniuriam, vt ne cogitet quidem de vlciscendo. Esa. 1. Auferte malum cogitationum vestrarum, tantum enim abest ab iniquitate, vt nec alienam ferat iniustitiam, sed magis gaudet moribus syn ceris ac simplicibus ⌊Non gaudet super iniquitate⌋ videns alium ruere vel molestari ⌊Congaudet autem veritati⌋ vbi ostendit quomodo facit operari bonum. Primo, quo ad proximum. Nam aliorum probitati congaudet, & ad veritatis successum maxime lætatur, q̃ triplex est vitæ doctrinæ & iusticiæ ⌊Omnia suffert⌋ iuuandi studio &, p veritate, multo minus proximo molitur insidias. Secundo, erga deum ⌊omnia credit⌋ quæcunq; dixerit ille qui a se colitur. Neq; subdolum aliquid vel logtur ipsa vel alios arbitratur loqui, quum de nullo perperam suspicetur ⌊omnia sperat⌋ diuinitus promissa, non facile de quoq; desperans, sed omnes infatigabili spe tolerat, & meliorum expectatione pertinacissime perdurat ⌊omnia sustinet⌋ spe futurorum per longanimitatem Tertio ponit eius stabilitatem ⌊Charitas nũquam excidit⌋ Nusquã cessat quocunq; proficiscaris, vbiq; comitatur ceu perpetuum donum. Si enim credendo & sperando diligimus quod non videmus, quanto magis cũ videbitur: vnde in futuro perficietur ⌊Siue prophetię euacuabuntur⌋ quæ sunt de futuris ⌊siue linguæ cessabũt⌋ quæ in signum fuerunt infidelibus ⌊siue scientia destruetur⌋ non quantum ad habitum, sed quo ad actum qui est modo per conuersionem ad phantasmata, tunc aũt non, ideo ex parte destruetur. Vnde sequitur. ⌊Ex parte enim

cognoscimus, & ex parte prophetamus ⌋ quia ænigmatica est cognitio⌊ Cum autem venerit quod perfectum est⌋ .i. status gloriæ perfectissimus ⌊ euacuabitur quod ex parte est⌋ .i. imperfectio. Probat autem exemplo imperfectum aduenientе perfecto euacuandum differentiam inter præsentem & futuram ponens vitam. ⌊ Cum essem paruulus loquebar vt paruulus ⌋ Imperfecte balbutiendo⌊ sapiebam vt paruulus⌋ approbando & reprobando indebite. ⌊ Cogitabam vt paruulus⌋ varia & vana. ⌊ Quando autem factus sum vir euacuaui ea quæ erant paruuli⌋ prædicta & similia statui virili non conuenientia⌋. Videmus nunc per speculū in ænigmate⌋ Nam in speculo, imagines rerum tantum cælestium intuemur, & ex scripturis ceu per inuolucrum ænigmatis, deī mentem coniicimus. Similitudo enim creaturarum ad deum obscura est valde & imperfecta, & per consequens nostra cognitio de deo siue per creaturas siue per fidem. ⌊ Tunc autem facie ad faciem⌋ .i. coram, sine medio contemplabimur. ⌊ Nunc cognosco ex parte⌋ .i. obscure ⌊ tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum⌋ præsens præsentem, sicut & ipsi ego modo præsens. Nam ab illo cognosci diligi est, & quo quisq; illi charior est, hoc plenius ac propius illius ineffabili noticia fruitur. Sed licet reliquæ dotes velut inutiles cessaturæ sint, satis iam confirmata fide, cui ppagandæ & confirmandæ q; seruiunt illæ. ⌊ Nunc aūt manet fides, spes, charitas tria hæc⌋ Fides qua ꝑcul cernimus immortalitatem futurā, spes qua confidimus nos illius fore participes, charitas qua deum sic de nobis meritum redamamus, & huius gratia proximum. Hæc tria cæteras dotes omnes antecellunt. ⌊ Maior autem horum est charitas⌋ cui fidem etiam & spem debemus, aut certe sine qua nec illæ sunt ad salutem efficaces.

¶Cum saluator post suscitationem Lazari secessisset in regionem iuxta desertum, in ciuitatem quæ dicitur Ephrem, moram trahens ibi cum discipulis, instante tempore passionis ascendit versus Hierusalem, & præcedebat illos Iesus, erāt q; pauefacti, & sequentes timebant. Mar. 10. In illo tempore: Assumpsit Iesus, &c.

¶Dominica præcedenti ostendit saluator quomodo

quarta tantum seminis sui pars fructum attulit: & hoc in patientia. Ideo hodie animat nos suae ad patientiam passionis exemplo, &c.

¶Primum, Affectuosa passionis prænunciatio, in principio.

¶Secundum, Benigna miseratiõis imploratio, ibi. Et cum audiret turbam.

¶Tertium, Congrua illuminationis confirmatio, ibi. Et confestim vidit.

¶Quantum ad primum, Psal. debilitatem humani (ad bonum) affectus, deplorãs ait: Dormitauit anima mea p̃ tædio. Rom. 7. Velle mihi adiacet, perficere aũt non inuenio. Scio enim quod non habitat in me, hoc est in carne mea bonum. Corpus enim quod corrumpitur aggrauat animam. Sap. 9. Ideo orat, Confirma me in verbis tuis. Quis enim in verbis Christi: quibus se prædixit tanta & talia passurum p̃o nobis, non confirmetur in bono. Sæpe enim discipulis de morte simul & resurrectione p̃dixit, vt patet Matth. decimosexto: Tunc cœpit Iesus ostendere discipulis suis, quia oportet eum ire Hierosolymam & multa pati a senioribus & scribis & principibus sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere. Item Marci. 10. Lucæ. 18. Matthæi. 26. Scitis quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur, & hoc fecit, partim vt sic diuinitatem ipsius intelligerent: quem nihil latere poterat, cui ea quæ nondum erant æque præsentia erant, atque si iam facta fuissent, aut præterita: partim vt in eis fidem resurrectionis indubitatam firmaret, quo minus foret molesta per mortem eius absentia, quos tam breui solatura esset resurrectionis præsentia, quæ triduo solum & eo incompleto illis erat subtrahenda. Gregorius: Præuidens ex passione sua discipulorum animos perturbandos dominus, prædicit eis & passionis pœnam & resurrectionis gloriam, vt cum morientem cernerent & resurrecturum non dubitarent. Tertio, vt testes essent voluntariæ passionis, quam sicut prædicere ita & fugere potuit. Actu. decimotertio: Deus suscitauit eum a mortuis tertia die, qui visus est multos per dies his qui simul ascenderant cum eo de Galilæa, qui vsque nunc sunt testes eius ad plebem. Vnde ¶Assum

pfit Iesus duodecim discipulos suos ⌋(Matth.20.secreto) recedens de Galilæa versus Hierusalem ⌊ & ait illis ⌋tan quam amicis singularibus. ⌊ Ecce ascendimus Hierosoly mam ⌋Lucæ.13.Non capit.1.decet, prophetam perire ex tra Hierusalem. Sicut enim locus typici ita & veri sacrifi cij ⌊ & consummabuntur omnia quæ scripta sunt de filio hominis. ⌋In hoc ostendit quicquid prophetæ prædixe- runt ad suæ dispensationis mysterium intendisse. ⌊ Tra detur enim gentibus. ⌋ Tradiderunt eum Pontio pilato præsidi. Matthæi.27.& Iohannis.19. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet ⌊ & illudetur ⌋tan quam fatuus. Luc.23.Spreuit autem illum Herodes, & il- sit indutum veste alba, & remisit cum ad Pilatum ⌊ & flagellabitur ⌋tanquam reus. Iohan.19.Tunc apprehen- dit Pilatus Iesum & flagellauit ⌊ & conspuetur ⌋tanquã immundus & abominabilis. Psalm. Posuerunt me abo- minationem sibi. Matth.27. Et genuflexo ante eum, illu- debant ei, dicentes: Aue rex Iudæorum, & expuentes in eum acceperunt arundinem & percutiebant caput eius. ⌊ Et postquam flagellauerint occident. ⌋ Matthæi.20. ad crucifigendum. Ecce ignominiosissimum mortis ge nus. Matthæi.21. Hic est hæres venite occidamus eum. Sed & adhuc hodie traditur Iesus peccatoribus membris Item in membris suis. Actuum.9. Saule, saule, quid me persequeris? Sed væ homini per quem tradetur. Matth. 26. Sic & illuditur, conspuitur, flagellatur. Psalmista. Et fui flagellatus tota die, & quomodo domine Iesu? Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongaue- runt iniquitatem suam. O quam fœde Christum conspu it, qui tollens membrum Christi, facit membrum mere- tricis, 1.Corin.6. Occiditur in nobis per peccatum. Gal.2 Viuo autem iam nõ ego, viuit vero in me Christus ⌊ & tertia die resurget. ⌋Semper dominus sicut bonus Sama ritanus oleum cum vino miscet, dixerat quia occidẽt alĩ .s. non ipse, sed econtra ipse resurget & in breui: quia in tertia die. Verum quia hic sermo ingratus erat, non de- scendebat in animos apostolorum, vt difficile credimus quæ nolumus esse vera. ⌊ Et ipsi nihil horum intellexe- runt, erat autem verbum istud absconditum ab eis, & nõ intelligebant quæ dicebantur ⌋ Non enim credere pote-

rant quod qui filius dei esset, cuius tanta mirabilia, quæ totam naturæ potentiam excederēt viderant, posset vnquam talia pati, qui & toties e manibus impetentium elapsus esset. Facilius quoq; iudicabant non mori quam a morte resurgere. Quāquam autem de domini fide non dubitarent, tamen ita sibīpsis blandiebantur vt tropum aliquem in his Iesu sermonibus esse iudicarent quēadmodum multa in parabolis dicere solebat, Iudæi autem qui eius mortem machinabantur quicquid de sua passione loquebatur intelligebant, qa hoc loquebatur quod ipsi perficere parabant & oprabant. Ecōtra apostoli nimia Christi dilectione constricti talia de ipso imaginari nō poterant. Vnde & Petrus Matth. 16. Absit a te domine non erit tibi hoc. Caligabant adhuc mentis ipsorum oculi carnali ad Christum affectu, sed magis alī qui minus domino erant familiares. Fons autem salutis est cognitio Iesu. Cognoscere est videre, lumen fides, tenebræ terrenæ sunt cupiditates.

¶Quo ad secundum, Orat Psalmista, dicens: Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus prævalui aduersus eum. Ecce illuminatos petit oculos, vt resistere possit inimico. Ponitur ergo in hoc cæco casus quomodo possit tolli cæcitas animi. ⌊ Factum est autē cum appropinquaret Hiericho cæcus quidam sedebat secus viam mendicans ⌋ Secundum Augustinum tres dominus cæcos in ista illuminauit via vnum in ingressu, de quo hic. Alios duos in egressu, de quibus Mat. 20. & Mar. 10. qui vnum nominat, q erat famosior Bartimeus filius Timei. Erat autē Hiericho inter Galilæam & Hierusalem sita, quam Iosue anathema posuerat, destruente eam domino circuitu filiorum Israel septem dierum in ingressu terræ promissionis. Iosue. 6. ⌊ Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset ⌋ vt est hoc genus eo curiosius quod oculis careat, suspicans magnū aliquem transire a quo elcemosynam peteret. ⌊ Dixerunt ergo ei quia Iesus Nazarenus transiret ⌋ Ille ergo ex his quæ audierat de Iesu concepta fiducia, non amplius, vt solebat, eleemosynam petebat, sed magna voce misericordiam postulabat. ⌊ Et clamauit, dicens; Iesu fili dauid miserere mei. ⌋ Misericor-

diam postulat ab eo cuius proprium erat misereri & parcere. Filiũ Dauid nominat, vt se credere ostenderet Christum ipsum esse domini, Dauid promissum, & per consequens saluatorem plusquam hominem. Mira cæci fides miracula audierat sed non vidit, & tamẽ fiducialiter petit. ⌊Et qui præibant ⌋Christum præcedendo⌊ increpabant eum vt taceret.⌋ suspicantes eum vulgarem eleemosynam petere, ac ne homo sordidus & mendicus publicꝰ, molestus esset Iesu. ⌊Ipse vero multomagis clamabat, fili Dauid miserere mei. ⌋Quia enim non videbat Iesum tanto magis intendebat vocem, nescius quantum abesset quem appellabat. ⌊Stans autem Iesus iussit illum adduci ad se⌋quia per se non poterat venire. ⌊Et cum appropinquasset⌋corpore quia prius fide eum cõtigerat. ⌊Interrogauit illum dicens: Quid vis vt faciam tibi. ⌋Nunquid qui cæco lumen reddere poterat, quid vellet cæcus ignorabat? Certe ipsi petitiones nostræ innotescunt solis desideriis. Sed iussit dominus illum adduci ad se, vt omnium oculos ad miraculi considerationem prouocaret, vnde & dissimularat clamorem, vt hominis fiduciam ostenderet. Interrogauit vt ex responsione euidentius esset miraculum. Nimirum multi in turba erant, qui nil aliud sperare auderent nisi stipem. Solitus enim erat dominus & si pauper iuxta mundum, ex his quæ donabantur ab amicis, aliquid elargiri pauperibus. Ad confusionem ergo negantium Christi diuinitatem huius cæci de ea expetiit responsionem. Et vt cor ad petitionẽ excitet. Peti eñ vult hoc, & q̃d nos petere & se dare p̃noscit. Importune nanq; nos ad orationem admonet & tamen dicit, scit pater vester quid opus vobis anteq̃ petatis eum. Ad hoc ergo requirit vt petatur, ad hoc requirit vt cor ad orationem excitet, quia licet dare velit beneficia, vult tamen rogari. Non aspernatur dominus, ille fons & origo omnis gloriæ: & homo peccator fastidit proximum suum, ⌊At ille dixit; Domine ut videam. ⌋Magna cum fiducia tribus verbis petit quod ab homine præstari nõ poterat, nihil addubitans, quin ilico possit tanq̃ potentissimus, & vellet tanquam clementissimus. Ecce non aurum vel argentum, sed lucem quærit, paruipendit extra lucẽ aliquid quærere, quia & si habere cæcus quodlibet põt,

sine luce tñ videre non potest, quod habet. Tob. 5. Quale mihi gaudium est qui in tenebris sedeo, & lumen cæli nõ video. Iesus ergo expedite illius respondet fiduciæ, ⌊ Et dixit Iesus illi ⌋ cuius dicere facere est. Ipse dixit & fctã sunt, ⌊ Respice fides tua te saluum fecit. ⌋ Fide conspexerat dominum priusq; oculis corporeis cerneret, hæc nimirum est quæ nihil non impetrat a clementissimo dño. Hæc est quæ in mediis viciorum tenebris, tum procul cõpellat Iesum, vt misereatur: Magna virtus fidei pro qua vt dicit Chrysostomus, venduntur beneficia, & sicut ab vno fonte secundum vasorum quãtitatem plus minusue hauritur, & fenestrarum capacitatem splendor lucis infunditur: ita secundum intẽtionem capacitatis fidei, hauritur gratia. Imitemur ego eum quem & mente & corpore audimus illuminatum, non fallaces diuitias, non fugitiuos quæramus honores, sed lucem a domino non bonis malisq; ac bestiis communem, sed quam cum angelis videre possimus, quam nec initium nec finis angustat ad quam profecto lucem via fides est. Sed iuxta hanc cæcus sedet peccator. *Soph. 1.* Ambulabunt vt cæci, quia domino peccauerunt. *Sapien. 2.* Excæcauit eos malicia eorũ. Quæ autem maior cæcitas quam propriam non considerare cæcitatem. *Iohan. 9.* Si cæci essetis peccatum non haberetis, nunc autem quia dicitis quia videmus, peccatũ vestrum manet. Vnde Marci. 3. Circunspiciens eos Iesus cum ira, contristatus est super cæcitate cordis eorum. Vere magna cæcitas, pro deo lapides colere ac ligna, quibus pecunia quibus venter deus. Philippen. 3. Qui seruiunt ambitioni, libidini, qui furialibus bellis tumultuantur. Hi si nondum possunt accedere ad IESVM: quia videre non possunt, saltem ad strepitum toto orbe terrarum Iesu gloriam prædicantium, interrogent quid hoc rei? Vbi cognouerint præterire Iesum, ne sinant elabi præsentem occasionem, sed miserabili clamore fatigent aures illius, & si præteritorum malorum cõscientia quæ obstrepit clamanti suadeat silentium, tanto instantius clamet. Ista est enim natura fidei, vt dicit Chrysostomus: Quanto vetatur tanto magis accenditur. Quanto ergo maiori tumultu cogitationum carnalium premimur, tanto orationi insistere ardentius debemus. Huiusmodi

mendicos amat dominus Iesus, & ideo differt nonnunq̃ quod petitur, vt plura promereatur qui mẽdicat, magna enim sunt munera, pluribus precibus cõparanda. Transit, sed non præteribit longius, si vocem intenderis. Felix mẽdicus posteaq̃ ad ipsius vocem restitit Iesus. Quid mirum si ad vocem interpellantis restitit, qui ad ouem perditam tanto itinere venire dignatus est. Felicior cæcus postq̃ adducitur ad Iesum. Iam enim saluti proximus ẽ. Nec diu cæcus esse potest, quisquis accesserit ad fontem omnis lucis. Origenes: Stat Iesus non pertransit, vt stanteo non transfluat beneficium, sed quasi de fonte vsque ad eum misericordia transfluat. Transiens cæcum audit, stans illuminat, quia per humanitatem suam nostræ infirmitatis vocibus compatitur, sed per potentiam diuinitatis lumen infundit.

¶ Quo ad tertium, Quatenus illuminatis dominum oculis sequi valeat, orat propheta, dicens: Viam iniquitatis amoue a me, in qua vt cæcus ambulaui ne iterum cadam, & quia difficile quin ad minus aliquando cespitem. Ideo de lege tua (transgressia a me) miserere mei. Ideo quid cæcus fecerit audiamus. ⌊ Et confestim vidit. ⌋ Mox enim vt dixerat Iesus respice, vidit & ex mendico factus est Iesu sectator, & prædicator diuinæ bonitatis ⌊ & sequebatur illum magnificãs deum. Et omnis plebs vt vidit dedit laudem deo, ⌋ Illuminatus est cæcus interius & exterius, vnde & sequebatur Christũ, cuius lumine lumen viderat. Ipse enim illuminat oẽm hominem venientem in hunc mundum. Iohan. 1. Non sufficit recepisse lumen, nisi & lumen sequamur, & ne in tenebris ambulemus. Iohannis. 8. Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Laudat plebs dominum, non solum pro impetrato munere lucis, sed & pro merito fidei impetrantis, quia non solum laudat quod potenter & misericorditer illuminat, sed quia clamorem fidei firmiter clamantis exaudit. Sequamur ergo Christum, aspiciamus qua graditur, & quem mente cernimus, ope sequamur. Videt enim & nõ sequitur, qui bonum quidem intelligit, sed bene operari contemnit. Videt & sequitur, qui bonum quod intelligit operatur. Ecce dominus & creator angelorũ, pauper de pauperib⁹

natus parentibus, prosperari in hoc mundo noluit, obprobria, irrisiones q; tolerauit, & quia rerum delectatio ne corporalium a gaudio æterno cecidimus, cum q̃ amaritudine illic redeatur ostendit. Quid itaq; homo prose pati debet, si tanta deus pro hominibus pertulit. Diuerso quippe itenere ambulat, qui gaudia delectationes q; appetit, cui dux suus viam amaritudinis ostendit. Per fletus quippe ad gaudia ducimur veritate pollicẽte q̃ ait: Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Matth. 5. Ad fletum vero per gaudium venitur eadem attestante. Væ vobis qui nunc ridetis quia flebitis. Luc. 6. Si ergo retributionis gaudium in peruentione quærimus, pœnitentiæ amaritudinem in via teneamus. Sic fit vt non solum vita nostra in deum proficiat, sed hæc ipsa nostra cõuersatio ad laudem dei & alios accendat.

¶ Dominica prima quadragesime.

EPIST

DUctus est Iesus in desertũ a spiritu vt tentaretur a diabolo. Mat. 4. Nunquam desiit Saluator fideles tam verbo quam exemplo ad patientiæ virtutem animare, sciens Satanæ malitiam nunquam (vasa ad hoc apta habentem) ab infestatione bonorum cessare quorum & caput in quo nihil habuit. Iohan. 14. aggredi veritus non sit. Quare & apostolus solerter admonet, vt per bonum gratiæ vsum, inter prospera & aduersa iusticiq tramitem tenentes, inuacuum nos ipsam non recepisse gratiam ostenderemus, d. 2. Cor. 6. ¶ Adiuuantes exhortamur ne inuacuum gratiam dei recipiatis. 1. Corin. 3. Dei adiutores sumus. Non virtutem sibi tribuendo, sed mandata eius exequendo. Gratia remissio est peccatorum, quam inuacuũ recipit, qui post se in bonis non exercet. Quid ẽm prodest a pristinis diuina gratia facinoribus eximi, si ad pristinam negligentiam recidere contigerit. Datur enim gratia ad bene merẽdum in præsenti & gloriam consequendam in futuro. Et ne qs causari possit se non habere gratiam, autoritate scripturæ ostendit deum paratum. Esa. 49. Ait enim tempore accepto exaudiui te, & in die salutis audiui te. Ecce nunc tempus acceptabile adest promissum a deo, in quo per gratiam & peccatorum remissio fit, & iustitia condonatur, placabile quo deus non auersatur peccatorem ex ani

mo reſipiſcentem. Ecce nunc dies ſalutis quo pie viuẽ
do ſalutem aſſequi liceat. Sequetur formidabilis ille dies
quo fruſtra quæretur reconciliatio. Mat. 7. 25. Amen di-
co vobis, neſcio vos. Nunc licet ſarcire, ſi quid labimur:
at idem nõ ſemper licebit. Sic ergo noſtro fungimur of-
ficio vt dignum eſt. Nemini dãtes vllam offenſionẽ
ſic & vos ſitis tam verbo quam facto. 1. Cor. 10. Sine of-
fenſione eſtote Iudæis & Græcis & eccleſiæ dei vt nõ
vituperetur miniſterium noſtrum euãgelium cuius mi
niſtri ſumus, quod fieret ſi quod verbo docemus, ipſi nõ
credere opere viderẽmur. Roma. 2. Nomen dei per vos
blaſphematur inter gentes. Sed in omnibus exhibea-
mus noſmetipſos ſicut dei miniſtros. Non enim ſolum
neceſſe eſt vt culpa vaces, ſed ita viuas, vt ex tuo hoc re-
cte viuendi modo, perſpicuum facias, Dei miniſterio
te fungi. Sed quibus argumentis? Non faſtu, non opibus,
non queſtu, ſed iſdem rebus quibus ſe cõmendauit Chri
ſtus. In multa patientia ob multitudinem malorum,
vt nec moueamini in corde & perſeueretis in finem, ſeq
tur. In tribulationibus ab aduerſariis In neceſſita
tibus ex defectu neceſſariorum. In anguſtijs ex eua
dendi difficultate In plagis nobis illatis. In carce-
ribus ne poſſimus prædicare In ſeditionibus contrã
nos motis. Hæc ab aliis ſuſtinentes patienter, & ipſi nos
affligimus. In laboribus Act. 20. Ad ea quæ mihi opus
erant, & his qui mecum ſunt, miniſtrauerũt manus iſtæ.
In vigilijs propter laborem & orationem In ieiuni
is voluntarijs ad repreſſionem carnis, & exemplum
& ob defectum cibi. Conſequenter agit de perfectione in
bonis operandis. Primo cordis In caſtitate, Mentis
redundante in corpus. In ſcientca dei ſcilicet quæ ve
ra ſciẽtia eſt, non in mundana qua fallaces niterent apo
ſtoli. i. cognitione dei. In longanimitate diuina patiẽ
ter expectando promiſſa. In ſuauitate quæ facit ho-
minem dulcem ad proximum In ſpiritu ſancto iut ſecũ
dum deum ſuaues & affabiles, non vt illi qui per dulces
ſermones ſeducunt corda innocentum In charitate non
ficta quæ omnium bonorum cauſa eſt. Ficta eſt, q̃ deſe-
rit in aduerſitate. Secundo perfectionem oris In verbo
veritatis non adulterantes verbum dei nec alios ſermo

ne falso deludentes. Tertio operis. ⌊ In virtute dei. ⌋ Nihil non audentes, haud præsidijs humanis sed potentia dei, qui operatur omnia in omnibus, fide per dilectionem operante, & miraculis confirmante. ⌊ Per arma iusticiæ, a dextris & sinistris. ⌋ Ostendit qualiter vtendum sit gratia inter prospera & aduersa, vt muniti armis non huius mundi, aut opibus, sed iusticiæ a dextris, vt recta conscientia fultos non efferant res secundæ, a sinistris ne consternant aduersæ. Iniunxit dominus non ultro adeundas tentationes, sed si obuenerint tolerãdas. Hac ergo freti per omnia petra, ad peragendum Euangelij negotium, contra tria in mundo concupiscentiam carnis, oculorum, & superbiam vitæ. 1. Ioh. 2. Quo ad superbiam vitæ dicit: ⌊ Per gloriam & ignobilitatem ⌋ quidam nos gloria, alij vero ignominia ducunt dignos ⌊ per infamiã ⌋ i. conuitia ⌊ & bonam famã ⌋ i. laudes. ⌊ Vt seductores ⌋ habiti ⌊ sed veraces ⌋ sumus ⌊ sicut q ignoti & cogniti ⌋ a deo vel hominibus. Alij enim bene alij male de nobis sentiunt. Quo ad concupiscentiam carnis procedit secundum tria quæ desiderantur primum ipsa vita. ⌊ Quasi morientes ⌋ sic afflicti ⌊ & ecce viuimus ⌋ deo protegente. Secundum. Vitæ incolumitas. ⌊ Vt casti gati ⌋ per flagella a deo ⌊ & non mortificati ⌋ sed magis per ipsum a morte eripimur. Tertium. Iucunditas vitæ, ⌊ quasi tristes semper autem gaudentes ⌋ licet foris tristes appareamus, tñ intus spe gaudemus. Quoad auaritiam. ⌊ Quasi egentes ⌋ in victu & vestitu ⌊ multos autem locupletantes ⌋ bonis spiritualibus ⌊ tanquam nihil habentes & omnia possidentes. ⌋ Matth. 19. Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te. Psalmi. Nihil deest timentibus eum. Nam per Christum oia possidemus plusque suppeditet charitas quam patrimonium, si nostro iure velimus vti.

¶ Baptizatus Iesus confestim ascendit de aqua, & ecce cæli ei aperti sunt, & vidit spiritũ dei descendentem sicut columbam, & venientem super se. Et ecce vox de cælo dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Tunc Iesus ductus est in desertum.

¶ Dominica præcedenti ostendit Saluator quam benigne clamantes ad se illuminet, & quid illuminati age

re debent, ipsum scilicet sequi per viam iusticiæ & lauda re relictis errorum tenebris, & quia diabolus tales insequitur, ideo in hodierno ostendit euangelio quomodo vincendus.

¶ Primum: Debita deserti ingressio, in principio.

¶ Secundum. Elata diaboli aggressio. Ibi: Et accedens tentator.

¶ Tertium. Firma maligni repressio. Ibi: Tunc reliquit eum.

¶ Quo ad primum. Psal. tanq̃ fidelis dñi famulus ait viam veritatis elegi. Elegi, inquit, viam veritatis ex corde, & quæ sit indicat, dicens: Iudicia tua non sum oblit⁹: ad perficiendum & in ipsis ambulandum. Vnde & dominus Iesus licet cælitus autoritate (in voce patris & columbæ specie spiritussancti aduentu) tradita, non statim post baptismum ad prædicandum prosilit, sed subito a turbarum oculis subducit sese in solitudinem, q̃d secessus a populi commertio & auget autoritatem, & acuit desiderium. Mox igitur post baptismum desertum ingrediens, docet baptizatos de mundo exire, in quiete deo vacare, sicut filij Israel post transitum maris per desertum ascendunt, & manna comedunt, donec ad terrã promissionis perueniunt. Hic est ordo rectæ conuersationis, vt post acceptam spiritus s. gratiam, cõtra diabolum accingamur, & mente seculum deserentes vitæ æternæ gaudia quasi manna esuriamus deserti. Ibi fit tentatio, quia non ante hostis se erigit, quam homo de mundo exit, tenet enim sub legibus suis eum. Eos autem potissimũ spiritus ille vestigator malorũ aggreditur, qui relictis mũdi cupiditatibus puram ac cælestem vitam meditantur. Baptizatus nanq; exuit affectus carnales, & factus regeneratione spiritualis spiritussancti ducitur & agit arbitrio. Aufert baptismus om̃ia delicta vitæ superioris, sed ob hoc nemo tutus ẽ ab insidijs satanæ q̃ socorditer agit & tam inuidus humanæ salutis quam Christus ẽ auidus miris cuniculis & insidijs solicitat ad defectionem, vt maiori tyrannide possideat relapsum quam ante possederat suum. Aduersus hæc pericula Christus demõstrat tribus potissimum rebus occurrẽdum crebris ac puris precationib⁹. Fuga turbę, fuga luxus & abstinẽtia, nõ sine dili-

EVANG. genti meditatione scripturarum diuinarum ne pernicie adferat ignaua solitudo. ¶ Ductus est Iesus in desertū. In deserto pugnatur asperis, quia Adam in paradyso de lictis affluens victus est oblectamentis. In illo deserto q̄d est inter Hierusalem & Hiericho Christus diabolum vicit vbi figuraliter dixerat Adam incidisse ī latrones. Ea via Samaritanus descendit, quia carne indutus easdē tentationes sustinuit. [A spiritu] scilicet sancto, vt illuc eū suus spiritus duceret, vbi illum ad tentandum spiritꝰ malignus inueniret. Sicut enim spiritussancto conceptus & in columbæ specie demonstratus. Ioha. 1. Ita & in desertum non vi quadam sed libere ductus [vt tētaretur a diabolo.] Ecce causa quare ingressus desertum. Nouerat diabolum auide ipsum desiderare tentare, qa vt dicit Chrysostomus aduersus Christum ire non poterat. Ideo Christus ad ipsum in campum processit, prouocās ieiunio & solitudine, vnde & in deserto solitarium aggressus ē sicut & Euam. Gen. 3. Voluit tentari secundum August. vt superando fieret mediator nostris tentationibus, p adiutorium & exemplum. Iustum quippe erat, vt suis tentationibus nostras vinceret, sicut mortem nostram sua venerat morte superare. Secundo, secundum Hilarium, vt ostenderet omnem hominem quātuncunq; sanctum, tentationibus obnoxium, & expositum. Iob. 7. Militia est vita hominis super terram. Tertio, secundum Chrysostomum. Ne qnis turbetur si præter spem irruunt, vnde statim post baptismum quando patris voce, & spirituſsancti in columbæ specie super ipsum mansione, cæli apertione, filius dei demonstratus, quadraginta diebus ieiunauit tentatus fuit, ad innuendum quod ob diaboli tentationem homo non minus immo magis a peccato mundꝰ filiatione dei diguus, spiritusancto plenus, cælo dignus & deo acceptus si nō consentiat sua sit pœnitentia Quarto, vt vincendo nobis fiduciam & modum vincendi daret. Gregor. Debilis est hostis cum ei resistitur, vt formica, cum vero ei consentitur fortis, vt leo, nec potest vincere nisi consentientē [vt tentaretur a diabolo] [ut q primum hominem tentando vicerat a secundo vinceretur. Posito loco ad hoc opportuno ponit causam. [Et cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus.]

ſine interruptiõe, ⌊ poſtea eſurijt. ⌋ Hieronymus: In iſto numero quadrageſimæ nobis oſtenditur ſacramentum, in quo & Moyſes ieiunauit, in monte Syna, & Helias iuxta montem Oreb. Ieiunauit vt ſuo ieiunio pro primorũ parentum tranſgreſſione ſatisfaceret, & vt noſtrum inſtitueret, quod contra carnis & diaboli tentationes neceſſarium eſt. Mat. 17. Hoc genus dæmoniorum non ejici tur, niſi in oratione & ieiunio, vñ & oſtendit qualiter ieiunandum vt deo ſit acceptum. Mat. 6. Cum ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes, exterminant enim facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes, amen dico vobis, receperũt mercedem ſuam, tu autem cum ieiunas vnge caput tuum, & faciem tuam laua ne videaris hominibus ieiunans, ſed patri tuo qui eſt in abſcondito, & pater tuus qui videt in abſcondito reddet tibi: & vt omne tum veteris tum noui teſtamenti ſanctificaret ieiunium, & omnem in ſancto mentis ocio viuentium contemplationem. Quod autem ieiunauit quadraginta diebus, & q̃ draginta noctibus non eſuriens, diuinæ fuit poteſtatis indicũ, non humanæ; ſed q̃ eſurijt humanæ fragilitatis, vñ ex hoc diabolus audaciam ſumpſit tentandi, quia per hoc latebat poteſtas, patebat infirmitas.

¶ Quo ad ſecundum orat Pſalm. dicens: Adhæſi teſtimonijs tuis domine, noli me confundere. i. non permittas diabolicis ſuggeſtionibus ab impletione tuorũ auelli mandatorum, ne æternam incurram confuſionem. Diuinorum ſiquidem adimpletione meditationeq; preceptorum, omnis diaboliçæ fraudis obcluditur aditus exẽplo ſaluatoris. Sentiens enim callidus inſidiator humano Chriſtum eſurire affectu, quo ſe & verum hominem prodidit, occaſionem nactus, experiri voluit an homo tantũ an aliquid eſſet ſupra hominem. Quo cognoſcitur quod occaſio acceſſus dæmonum ad tentandum concupiſcentia eſt, etiam quæ ſecundum naturam neceſſaria eſt: ⌊ Et accendens tentator dixit ei: ⌋ Tentator dicitur, qa eius officium eſt homines tentare. Accedens dicit, quia nõ poteſt niſi quantum ei permittit dignatio, vt patet Iob primo. ⌊ Si filius dei es, dic vt lapides iſti panes fiant. ⌋ Noluerat filium dei veniſſe in mundum, ſiue per prophetias ſiue per angelos, quos in ipſius natiuitate laudantes audi

uit deum, & Christum. Magos vidit adorare. Iohannem quoq; testimonium ipsi perhibere, ac demum patrem voce delapsa de cælo. Matthæi. 3. 17. Sed quia de paupere vidit natum muliere, modum ignorans natiuitatis, & naturæ necessitatibus sicut cæteros subiectum, & a Iohanne baptizatum, sic propter humilia quæ in ipso videbat quod de deitate suspicatus est, per superbiam ei in dubium venit, vnde & callide explorat quod timet an scilicet filiatio quam audierat naturalis esset, an adoptiua per conuersionem lapidum in panes, quasi diceret: Quid opus est te fame cruciari in deserto vbi cibi haberi non possunt, dic potius vt lapides isti panes fiant, quia hoc potes tibi præstare quod vis, vnde partim vt efferret in superbiam, partim vt gulæ cupiditate, vt primum parentem ad peccandum inducat. Dolosum insidiatorem sic illusit dominus, vt nec nomen filij dei recusaret, cum vere esset, nec primæ particulæ responderet, vt humilitatem insinuaret, sed secundæ notissimam scripturæ opposuit autoritatem. Non enim ad diaboli voluntatem, sed credentium vtilitatem, secundum diuinum propositum diuina agenda erant miracula. Esto miracula dominus fecisset, non tamen inde diabolus melioratus, sed quod ipsum ad illud induxisset gloriatus fuisset. Hieronymus duobus contrarijs teneris diabole. Si ad imperium eius possunt lapides panes fieri, frustra tentas eum qui tantæ est potentiæ. Sin autem frustra suspicaris filium dei.

Qui respondens dixit: Scriptum est Deute. 8. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Rab. sicut corpus humanum nõ viuit sine cibo terreno, sic nec anima sine spirituali, quo instruimur non tam ad hanc terrenam caducamq; vitam respiciendum esse, quam eam quam ex adimpletione diuinorꝝ mãdatorum, diuinæq; voluntatis expectamus, & nulla necessitate corporea ad hoc adduci debere, vt vnquam maligni pareamus tẽtationi, suggestioni, atq; prauæ voluntati. Sed bestiales homines qbus nouissima de anima cura est, totam in ciborum potuumq; delitijs vitam cõsummant, quorꝝ deus venter est. Philip. 3. Consideremus qd diabolo tentanti de ieiunij longitudine, ciborumq; vtilitate respondere debeamus, quia non in s. p. v. In pugna

Chriſti prius agitur de gula, per quam primus victus eſt homo, q̃ libidines inflammat, concupiſcentiam carnis nutrit, legi mentis repugnat, hæc niſi prius refrenetur, fruſtra contra alia laboratur, vt dicit Gregorius: Eluſus ancipiti reſponſo ad aliud, quo multos etiam q̃ fortiter ſtare videbantur, vanæ gloriæ ſe conuertit tentationis genus. Ieiunauit Helias refectus cibo angelico. 3. Re. 19. Moſes ſuſtentatus colloquio diuino. Exo. 24. Ideo de Chriſti ieiunio, quia eſurijt dubitauit. Hiero. Si quis ergo nõ vescitur verbo dei, iſte non viuit. ⌊ Tunc aſſumpſit eũ diabolus. ⌋ Spiritus ſanctus prius eum duxerat in deſertum, nunc ſpiritus malignus ⌊ in ſanctam ciuitatem ⌋ Hieruſalem, quæ ſancta ob diuinum mihi cultum, & ſanctũ ſanctorũ dicitur. Duxit vt vel ſic magis ipſum lateret Chriſti diuinitas. Nec mirum ſi permiſit ſe a diabolo duci, q̃ & a membris ipſius venerat occidi. Poſſibile eſt ipſum in humana apparuiſſe ſpecie vt facilius deciperet. Dicunt quidam Chriſtum a nemine viſum, quãuis diabolus crederet ipſum ab omnibus videri. ⌊ Et ſtatuit eum ſupra pinnaculum templi & dixit ei: Si filius dei es mitte te deorſum. ⌋ Hiero. Vt quem fame tentauerat, tentaret & vana gloria. Vox diaboli qua ſemper omnes cadere deorſum deſiderat. Mitte, inquit: Perſuadere poteſt, præcipitare non poteſt. Hoc idem repetit, quia ſuperius dubius manſit vt certior fieret, quaſi diceret: Si te p̃cipitem ſine læſione dederis cognoſcent omnes te filium dei, & adorabunt, & quia dominus per ſcripturam reſponderat, abutitur & ipſe ſcriptura, vt facilius decipiat, & vt ſapiens videatur. ⌊ Scriptum eſt enim ⌋ quod lædi non poteris, ⌊ quia angelis ſuis mãdauit de te, & in manibus tollẽt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. ⌋ Hieron. Ibi non de Chriſto, ſed de viro ſancto prophetia eſt. Principium huius ſcripturæ protulit tanquam ſuperbus, ſed finem tacuit tanquam aſtutus, quia de ſe dictum nouit, ſcilicet, Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem, ſic & membra eius hæretici faciunt. Stulta fuit iſta tentatio & vana, nemo enim filium dei ex hoc præcipitio, ſed magis vanum & ſuperbũ æſtimaſſet. ⌊ Ait illi Ieſus: Rurſum ſcriptum ẽ Deut. 6. Non tentabis dominum deum tuum. ⌋ Falſas de ſcripturis ſa-

gittas diaboli veris, vt dicit Hieronymus scripturarum frangit clypeis, ostendens opposita scriptura, quam ille peruerse torqueret sacræ scripturæ sensum, & diuino id mandato quod suaserat non faciendum. Siquidē hoc hortatur scriptura, vt in necessitatibus ingruentibus bñ speremus, auxilio diuino freti, non vt temere nos in pericula præcipitemus. Tentat enim deum, qui habens quod faciat, deo cōmittit illud, potuit, ait Christ⁹ descendere nō se præcipitādo. Monemur in hoc, vt in tentationibus ad dei verba respiciamus, ac illis opponamus, & vt suos doceat, ne post vnā aut alteram victoriam securitati se tradant, sed semper in excubijs agentes, sese præberent paratos ad omnes satanę insultus. Sequitur tertia tentatio quia dubius remansit. ⌊ Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum ⌋ q̄ cum mundo peritura sunt. Non ipsas ciuitates singulatim, populos, & regna, secundum Chryſ. sed partes terræ in quibus erant regna, dicens: Ecce in illa parte terræ est illud regnum habens tot & tales ciuitates, & talis gloria in auro, argento, & cæteris. Nimirum expertus erat in cæteris hominibus, nihil esse tā impium ac nefarium, quod imperij causa nō auderent. ⌊ Hæc omnia tibi dabo si cadēs adoraueris me. ⌋ O cæcam impietatem pollicetur aliena mendacij pater, quæ neq; sua erant, neq; sua intererat ea dare, sed illius q dicit postula a me & dabo tibi gentes hæreditatē, & possessionem tuam terminos terræ, & præmium petit sceleratus spiritus, soli deo congruens. Falsa fuit ista tētatio pollicens quæ dare non potuit. Vere magnam de peccatis pollicetur voluptatem, sed dare non poteſt. Fuit & in iqua vſurpās honorem soli deo debitum. At Iesus qui hactenus suam moderate tulit contumeliam, nō fert patris ignominiam. Nimis enim propriam discooperuerat nequitiam. ⌊ Tunc dicit ei Iesus; vade satana ⌋ longe aliud docet diuina scriptura. Hiero. Non vt plerique putant eadem satanas & apo. Petrus sententia condemnatur. Petro enim dicitur, vade retro me. i. sequere me qui contrarius es voluntati meæ. Hic vero vade satana, vt subaudiatur in ignem æternum vade. ⌊ Scriptum est enim Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. ⌋

es.¶Hiero.Econtrario audit quod ipſe adorare eum debeat,dominum deum ſuum.Chryſo. In propriis iniurijs quenq̃ eſſe patientem laudabile eſt, iniurias vero dei diſſimulare impium.Grego. Quibus modis primum hominem ſtrauit eiſdem tentando ſecundo homini ſuccubuit, vt a noſtris cordibus ipſo aditu captus exeat, q̃ nos intromiſſus tenebat.De gula.Cur præcepit vobis deus ne comederetis ex omni ligno paradiſi.Gen.3.Et hic,die vt lapides iſti.De vana gloria.Eritis ſicut dñ.Mitte te deorſum.De auaritia ſcientes bonum & malum.Auaritia em̃ non ſolum pecuniæ ſed etiam ambitionis filia eſt,ſi enim ad auaritiam honoris rapina non pertineret,nequaq̃ de vnigenito filio dei Paul.diceret Philip.2. Non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo. Sic & membra capitis per hæc eadem tentare non ceſſat 1.Pet.5. Aduerſarius veſter diabolus tanq̃ leo rugiens circuit quærens quem deuoret.Callidus eſt natura.Gene.3.ſed & ſerpens callidior erat cunctis animantibus quæ erant ſuper terrã.Experientia Iob.1.Circuiui terram & perambulaui eam.Vſi & transfigurat ſe in angelum lucis.2.Cor.11.Is ipſi modus vt leuibus ad maiora procedat,vnde a gulæ vicio ad idolatriam vſq; proceſſit. Hunc ergo conflictum tametſi deo duntaxat & angelis teſtibus geſtum, poſt ſuis ignotum eſſe noluit dominus Ieſus,ne neſciremus cũ quã improbo hoſte eſſet nobis res,& quibus autoramentis ille ſolicitaret incautos animos,non vt deſperaremus,ſed ut vigilaremus.Mat.26.Vigilate & orate ne intretis in tentationem.Vicit illum Chriſtus, vt nobis oſtenderet vinci poſſe,& vincendi rationẽ docuit. Deniq; nobis vicit non ſibi, per nos eundem victurus ſi modo illum nobis promerebimur habere præſentem. Audict & a Chriſto per nos,abi ſatana,metuetq; famulos eius,a quo victus eſt, vnde & victoris nominationem ſuſtinere nõ poteſt,hoc enim illi mors & intolerabilis cruciatus.

¶ Quo ad tertium,Diuino ſe tutum, a diaboli moleſtia,præſidio Pſal.oſtendens ait: Viam mandatorum tuorum cucurri,cum dilataſti cor meum,repreſſis tentationum anguſtijs & charitatis affectibus dilatatis, nempe ſic in deo meo trãſgrediar murum. Quemadmodũ enim in humanis vicijs rerum ſunt,& labores ocio, dura iucũ-

dis recreantur, & post diros conflictus celebrantur epinicia, ita in Christi militia semper aspera lętarum vicissitudine mitigantur. Post toleratam impuri spiritus improbitatem, mox assunt angeli & Christo victori subseruiunt. ⌊ Tunc reliquit eum diabolus .⌋ Discessit bis sua spe frustratus. Primum quod sensisset insuperabilem. Deinde quod quum expiscatum venisset, num esset filius dei, incertior dimitteretur quam venerat. Lucas dicit ad tempus, quia post per membra sua ipsum impetrit, & etiam occulte per se Iohannis .14. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquã. ⌊ Et ecce angeli accesserũt ⌋ qui voluntate Christi ad tempus discesserant, vt esset locus diabolo tentandi ⌊ & ministrabant ei. ⌋ Non propt eius necessitatem sed honorẽ. In quo vtraq; natura ostẽditur in vna persona, quia & homo est quem diabolus tẽtat, & deus cui angeli ministrant. Hieronymus: Prędcedit tentatio vt sequat victoria. Angeli ministrant, vt victoris dignitas comprobet. Beda: Dns q̃draginta dieb⁹ & q̃draginta noctibus in deserto ieiunauit, victaq; tẽtatoris ỹ furia, ministerijs fruebat angelicis, suo nos informans exemplo, quia per macerationem carnis, aduersarii spiritualis machinas euitare, & ad angelos debeamus peruenire consortium. Sic dominus suos asperis exercet & probat, solatio inuitat ad gratulationem & dei laudem.

Dominica secunda Quadragesime.

EGressus Iesus secessit in partes Tyri et Sidonis. ⌋ Matthæi .15. Dominus ac redemptor noster, humanum genus diabolicæ subiectum tyrannidi, ac per varias errorum immundicias actum, sua liberans benignitate, singulare mundiciæ & honestatis requirit ornamentum, quod perspicue declarans Apostolus .1. Thes. 4. ait: ¶ De cætero ⌊ quod superest & assidue perpetuo, & in reliquum tempus ⌊ rogamus vos & obsecramus in domino Iesu Christo, vt quemadmodum accepistis a nobis ⌋ verbo & exemplo ⌊ quomodo vos oporteat ambulare & placere deo. ⌋ Ille placet deo, qui fidem rectam quam habet, executione virtutum & perfectæ operationis decorat ⌊ sic & ambuletis vt abunde-

EPIST

tis magis ⌋proficiendo in his. Pſalm. Ibunt de virtute in virtutem, videbitur deus deorum in Sion. ⌊ Scitis enim quæ præcepta dederim vobis ⌋non meapte autoritate, ⌊ ſed per dominum Ieſum ⌋de mandato ipſius, cui ſimpliciter eſt obediendum, quia vtilia & honeſta. ⌊ Hæc eſt enim voluntas dei ⌋ eius mandato expreſſa, qua vult quod vobis prodeſt non ſibi ⌊ ſanctificatio veſtra ⌋ vt vos ſanctos & incontaminatos præſtetis, nec animo ſolum caſti ſitis, ſed ⌊ vt abſtineatis vos a fornicatione ⌋ qua corpora conſpurcãtur. Corpora domicilia ſunt animi, animus hoſpitium eſt dei. Vt igitur oportet animum eſſe purum ob hoſpitem deum, ita decet corpus eſſe purum ob inhabitatorem animum. ⌊ Vt ſciat vnuſquiſq; veſtrum vas ſuum ⌋id eſt, corpus proprium vas animæ ⌊ poſſidere ⌋permanenter ⌊ in ſanctificatione & honore ⌋ſanctum, purum, & illibatum. Qui enim fornicatur, in corpus ſuum peccat. 1. Cor. 6. ⌊ Non in paſſione deſiderij ⌋cupiditatum ac libidinum, ipſam ſequendo, quod adeo Chriſtianis indignum eſt, vt nec gentium ſit oĩum, ſed earum quę ignorant deum verũ, exiſtimant nullo vltore, cuiq; licere quicquid libet, & honeſtum eẽ quic quid corpori dulce eſt ⌊ ſicut & gentes quæ ignorant deũ. Et ne quis ſupergrediatur ⌋opprimendo violẽtia ⌊ neq; circũuentat in negotio ⌋ipm decipiendo ⌊ fratrem ſuũ ⌋ congeminatur enim libidinis malum, ſi cum fratris iniuria copuletur, veluti cum alienam vxorem vſurpat aliquis. Ne quid agitur aut hic aut alĩs in rebus, ſibi plus ſatis vſurpãdo fraudem faciat fratri ſuo. Propterea ⌊ quoniam iudex eſt dominus de his omnibus ⌋non ſinens inultum, & adeo non proderit baptiſmus iſta patrantibus, vt grauius etiam ſint puniendi ⌊ ſicut pdiximus vobis & teſtificati ſumus ⌋apud vos per ſacras ſcripturas. Nõ ergo credatis fornicationem ſimplicem non eẽ peccatum. ⌊ Non enim vocauit nos deus ⌋ ab inſtituto vitæ prioris ⌊ in immunditiam ⌋ vt ſemel loti rurſus in eaſdem ſordes reuolueremur ⌊ ſed in ſanctificationem ⌋ vt innocentiam ſemel gratis datam, vitæ ſanctimonia puritate que tueremur. Neq; fœditate libidinum expellamus a nobis ſpiritum ſanctum, caſtitatis amatorem. Hæc inquam teſtatus ſum, & rurſum teſtor non eſſe mea præcepta,

sed dei. ⌊ Itaq; q hæc aspernat̃ ⌋ q̃ prædixi ⌊ non hoiem spernit ⌋ admonentem ⌊ sed deum ⌋ autorem ⌊ q etiã spiritum sanctum suũ dedit in vobis. ⌋ Vt illius afflatu sanctimoniam amplecteremini. In hũc contumeliosus ẽ, qsquis corpus suum turpi libidine polluit.

¶ Cum dominus a discipulis interrogatus in domo super parabolis in naui ad littus maris & in domo dictis, & coinqnatione cordis respondisset, adiunxit. Om̃e quod in os intrat non coinquinat hominem, quę autem procedunt de ore, de corde exeunt & ea coinquinant hominem. Ab intus enim de corde hominum malæ cogitationes procedunt, homicidia, adulteria, furta, fornicationes, falsa testimonia, blasphemiæ, auaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitia, oculus malus, supbia, stultitia. Om̃ia hæc mala ab intus procedunt, & hæc sunt quæ coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare non coinquinat hominem, & inde surgens. In illo tẽpore: Egressus Iesus.

¶ Dominica præcedenti ostendit saluator, quam caute diabolicis obsistendum insidijs, qui desertum spiritalis vitæ ingressos callide insequitur, sed quia minus vigilanter pugnam obseruamus, ideo sæpe deijcimur, quare in hodierno ostendit euangelio q̃liter liberari possimus, Vbi tria.

¶ Primũ. Gnara benignitatis imploratio, in princ.

¶ Secũdum. Honesta humilitatis cõseruatio. Ibi: Qui non respondit.

¶ Tertium. Integra credulitatis demõstratio ibi: Tũc respondens Iesus.

¶ Quo ad primum, Psal. miram dei benignitatẽ attendens orat. Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me, q̃si dicat, Ne me secundũ rigorẽ iustitiæ tuæ sicut merui punias, sed: Miserere mei domine quoniam infirmus sum. August. Reatu infirmatur anima. Ideo sana me domine, quia vana salus hominis, quoniam conturbata sunt ossa mea. i. mens ad pœnitentiam. Sana ergo me dñe & sanabor, saluum me fac, & saluus ero, quoniã laus mea tu es. Hier. 17. Hoc perquam uenuste in muliere hac cananea dominus ostendere dignatus est, quales debeant esse preces nostrę. Miracula siquidem re-

demptoris noſtri ita accipienda ſunt, vt in veritate credantur facta, & tamen per ſignificationem aliud nobis inſinuent. Opera quippe eius & per potentiam aliud oſtendunt & per myſterium aliud loquuntur vt dicit Grego. Beda. Si quis animam habet vitiorum ſorde pollutam, filiam procul dubio habet a dæmonio vexatam male. ⌊Egreſſus Ieſus ⌋ de domo ſcribis & phariſæis derelictis ⌊ ſeceſſit in partes Tyri & Sydonis ⌋ ciuitates erant citra mõtem libani ⌊ Et ecce mulier chananea ⌋ non enim poterant filij Iſrael omnes chananeos extirpare, vnde & iſta de genere eorum deſcenderat. Vnde Marc. 7. dr, erat enim mulier gentilis ſyropheniſſa genere. Hęc audierat de miraculis ſaluatoris & firmiter credebat, quod poſſet ſaluare filiam ſuam. Ideo ⌊ a finibus illis egreſſa clamauit dicens. Miſerere mei domine fili Dauid ⌋ vbi captat bene uolentiam, deum & hominem cõfitendo. Audierat enim Chriſtum filium fore Dauid, qui miſericors fuit, ſubiungit autem ſuam miſeriam dicens. ⌊ Filia mea male a dæmonio vexatur ⌋. Marc. 7. dicitur. Ingreſſus domum neminem voluit ſcire & non potuit latere. Mulier enim ſtatim vt audiuit de eo, cuius filia ſpiritum habebat immundum, intrauit & procidit ad pedes eius. Venit primo adipſum in domo ſed quia non fuit exaudita, ſequebatur eũ in via. Ammiranda mentis deuotio qua ipſa quidem vtpore gentilis a diuinorum eloquiorum funditus erat ſegregata doctrinis, nec tamen illis quæ eadem eloquia ꝓdicant fit priuata virtutibus. Ablata eſt omnis excuſatio, tam viris quam mulieribus, & fidei & orationis conſtantiæ in Chananæa muliere, non enim poſſunt dicere, multiplicib⁹ gratiæ donis ditati per me imitari non poſſunt, hæc nec legem nec prophetas habuit. Hieron. Ego filiã eccleſiæ puto animas eſſe credentium, quæ male a dæmonio vexabãtur ignorantes creatorem & adorantes lapidẽ Beda; Mulier quæ dominum credula precabatur a finib⁹ ſuis egreſſa perhibetur, quia niſi priſcæ conuerſationis habitacula vana reliquiſſet, ad Chriſti eccleſiam nunquã veniret. Humiliter filiæ confitetur infirmitatem nec paruam, ſed qua maior eſſe non poteſt, quum a dæmonioma le torqueretur. Prima ſaluris via infirmitatis cognitio eſt. Non enim valentibus, ſed male habentibus, opus eſt

medico. Matthæi nono, id est, nos qui se sanos, quamuis non sint, iactant; sed qui suam humiliter infirmitatem agnoscunt medicina parata est, prima Iohannis primo. Si confiteamur peccata nostra fidelis & iustus est deus, vt remittat nobis delicta nostra. Pius dominus qui solet omnibus obuius esse & expositus, quo simul & mulieris constantissimam fidem omnibus patefaceret, & Iudæis suam pertinacissimam incredulitatem exprobraret, simulque doceret nos quantum valeant apud deum improbæ preces ex humili corde profusæ: adeo contempsit supplicem ac præ dolore animi vociferantem, vt ne dignaretur responso.

¶Quo ad secundum, Diuinũ Psal. implorans adiutorium, ait: Anima mea turbata est valde, sed tu domine vsquequo differs, quasi dicat, quid restat quin salues. Innuit enim se diu luctari cum vicijs. Non est autem crudelitas, dilatio dei, sed vt persuadeat animæ in quæ mala se præcipitauit. Necdum enim tam perfecte orat vt ei dicatur. Adhuc te loquente, dicam ecce assum, & vt ex difficultate sanationis inde magis caueant sibi, & vt oñdatur q̃ pœna sit non conuersis, si tanta difficultas sit conuersis. Si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt. i. Pet. 4. Non ergo destitit mulier quamuis repulsa. Dolor & fides illam reddebant improbam, sequitur a tergo vociferans. Miserere mei fili Dauid. ⌊Qui non respondit ei verbum⌋ Respondere differt ei dominus, nõ qa misericors medicus miserorum preces despiciat, cum scriptum sit. Desiderium pauperum exaudiuit dominus, sed vt perseuerantiam mulieris semper imitabilem demonstret, & discipulorum animos misericordes simul ad postulandũ cum ea (qui quasi homines ad clamorem mulieris publice eos prosequentis erubescebant) prouocaret. ⌊Et accedentes discipuli eius rogabant eum, dicentes: Dimitte eam⌋ exaudiendo & saluando ⌊quia clamat post nos⌋ Hieron. Discipuli adhuc mysteriorum Christi ignari, vel misericordia moti rogabant pro muliere, vel ĩportunitate eius carere cupiẽtes, qa non clementẽ sed vt durũ meducum crebrius inclamaret: Moti etiã fuerunt ex deuotione & fide eius. Iesus aũt respõsum addit repulsa priori durius, q̃ magis ac magis admirabilẽ redderet barbaræ mul

eris conſtantiã atq; modeſtiam, & huius exemplo Iudęis exprobraret ſuam arrogãtiã, qui fidem ipſis ꝓmiſſam cõtemnerent, quam gentes aũde ſuſciperent. ⌊ Ipſe autem reſpondens ait: Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael ⌋ Hiero. Non q̃ ad gẽtes nõ miſſus ſit, ſed q̃ primũ miſſus ſit ad Iſrael, vt illis non recipiẽtibus euangeliũ, iuſta fieret ad gẽtes trãſmigratio. Nã ipſis ꝓmiſſus. Ro. 15. Dico eñ Chr̃m Ieſum miniſtr̃ fuiſſe circũciſionis, ad confirmandas ꝓmiſſiones patr̃. Sed quia ipſi maiori ꝑ parte ſupbia obcæcati remanſerunt, miam gentes conſecuti ſunt. Gentes aũt ſuper mia honorare deum Mulier aũt non fatigata tot repulſis, vt auſa ſit etiã ꝓpi⁹ accedere ad Ieſum ⌊ At illa venit & adorauit eũ, dicens: Dñe adiuua me ⌋ q.d. Miſericordiã peto, ſi hucuſq; ouis fui diaboli, mõ deſidero eſſe veſtra, vñ & vos ſicut ouis paſtorem recognoſcens inſuper ſicut deum adoro, nos enim omnes populus tuus, & oues paſcuæ tuæ, quia tua factura. Nec his contentus dominus pergit adhuc tentare mulieris modeſtam improbitatem. ⌊ Qui reſpondens, ait: Non eſt bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus ⌋ Panem fructum appellat euangelicum, qui fide conſtat, filios Iudæos, qui patre deo gloriabantur. Canes alienigenas, a religiõe cultuq; dei alienos. Mira mulieris patientia, fides & humilitas. Quæ enim mulier tam ſancta, aut patiens, quæ magno loquutura domino, qui eam vt incognitam reſponſo dedignaretur, & tandem nec ad ſe pertinere, nec dignam gratiam aliorum participare diceret, quia non homini ſed cani ſimilis, non recederet ſcãdalizata. Sed hæc reſponſo non habito, apoſtolos interpellat, quibus repulſis, per ſcipſam fiducialiter poſtulat, & demum cani comparata ſe ſub ſe humilians, catello aſſimilat, prudentique argumento domini ſententiam confirmans, amplectitur reſponſum in ſpecie contumelioſum, & ex ipſo quo videbatur omnino repulſa, arripit anſam ne poſſit repelli. ⌊ At illa dixit: Etiam domine ⌋ veraciter ſic eſt vt aſſeris. ⌊ Nam & catelli edunt de micis quę cadunt de menſa dominorum ſuorum ⌋ quaſi diceret: Non peto panem delicatum quo veſcuntur accumbentes in menſa patris, hoc tantum peto quod domini non ſolent negare canibus, quo d filijs parum mihi ma

gnum & sufficiens est. Prudentissime demonstrat quantam humilitatem, quantam intus gerit pectoris constantiam, vnde & a domino qui non superba dedignatiõe, sed pia dispensatione preces eius distulit meruit exaudiri. Beda: Necesse est vt peccator reatum suum agnoscẽs mox ad preces & lachrymas confugiat, sanctorum crebris intercessionibus auxilia quærat, qui pro eius salute domino dicant: Dimitte eum, quia clamat post nos, dimitte reatum dona gratiam, quia nostrum intimo affectu quærit pronus suffragium, 1. Iohan. 5. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat & dabitur ei vita, peccanti non ad mortem. Rom. 6. Gratia dei vita ẽterna. Col. 3. Cum Christus apparuerit vita vestra. Matt. 5. Orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Iac. 5. Orate pro inuicem vt saluemini. Luc. 5. Videns Iesus fidẽ illorum, dixit paralitico: Confide fili, remittuntur tibi delicta tua. Cum vnicum sit corpus Christi, & membra inuicem sint solicita, necesse est gloriosa iam membra infirmis succurrere, cum non minorata sed in charitate sint confirmata. Se ergo humiliãdo indignũ ouiũ Israeliticarum consortio iudicans, non desperet, a precandi instantia quiescẽdo, sed indubitata mẽte de largitoris summi bonitate confidat, quia qui de latrone confessorem, de persecutore apostolum, de publicano euangelistam, de lapidibus potuit facere filios Abrahæ, etiam potest canem conuertere in ouem Israeliticam, cui merito donatę castitatis, etiam vitæ æternæ pascua largiatur. 1. peccatorem conuersum a via sua mala iustum facere dignetur, q merito actionis bonæ, ad regnum cæleste perducatur. Hæc autem sola orandi pertinacia solum meretur esse fructifera, si quod ore precamur, etiam mente meditemur. Sunt enim qui ore orantes, mente foris vagantes, omni se fructu orationis priuant. putantes a deo precem exaudiri quam nec ipsi audiunt qui fundunt. Sciens enim hostis antiquus vtilitatem orandi, & inuidens gratiam impetrandi, vana ac inutilia immittit quãdoq; & noxia cogitationum phantasmata, vt quandoq; tales cogitationum fluctus orantes toleremus, quales nec in lecto iacentes resupini. Multum autem iuuat orationis puritatem, actuum, loquutionum, moderatio, mandatorumque dei

frequens occupatio. Nam quæ audire loquiue ſolemus, eadem eſt neceſſe animũ quaſi ſolitam propriamq; recurrant ad ſedem, & ſicut volutabra ſues paluſtria, columbæ lympida ſolent frequentare fluenta, ita cogitationes impuræ mentem immundam perturbant, caſtam ſpirituales ſanctificant. Si ergo ad exemplum huius mulieris in orando perſtemus fixiq; manemus, aderit gratia conditoris noſtri, quæ cuncta in nobis errata corrigat, immũda ſanctificet, turbulenta ſerenet. Fidelis nanq; & iuſtus eſt Deus, vt remittat nobis peccata noſtra, & mundet nos ab omni iniquitate, ſi ad illum ſedula mentis voce clamemus. Hæc ille. Habuit oratio ipſius bonas quatuor conditiones vnde & exaudiri promeruit. Prima. Humilis, quæ nec filiæ opprobrium tacuit, nec ſe cani ſimilem abnuit, Oratio autem humiliantis ſe nubes penetrat. Eccl. 35. Deus enim ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Iac. 4. patet in phariſæo & publicano. Luc. 18. Secunda: Deuota, ex affectu, vnde & adorauit Pſalm. Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo. Tertia: Recta, nam a deo non homine quæſiuit & poſtulauit auxiliũm. Hierem. 17. Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum, & a domino recedit cor eius. Quarta: Perſeuerans. Luc 11. Quis veſtrum habens amicum, & ibit ad illum media nocte & dicet illi. Amice commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illũ, & ille deintus reſpondens dicat: Noli mihi moleſtus eſſe, iam oſtium clauſum eſt, & pueri mei mecum ſunt in cubili, non poſſum ſurgere & dare tibi. Et ſi ille perſeuerauerit pulſans, dico vobis, & ſi non dabit illi ſurgens eo quod amicus eius ſit, propter improbitatem tamen eius ſurget & dabit illi quotquot habet neceſſarios. Et ego dico vobis: Petite & dabitur vobis, pulſate & aperiet vobis. Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit inuenit & pulſanti aperietur.

¶ Quo ad tertium. Pſal. infirmitatem conſiderans, ꝓpriam orauit. Conuertere domine qui auertus es. Auguſtinus. Quia pius es non differas, ſed conuertere & ego conuertar, & eripe animam meam peccatis ligatam & vexatam, & ab imminente morte ſaluum me fac, dando

virtutes propter misericordiam tuam. Non merita nostra, quia iusta damnatio peccanti. Sic humiliter & fideliter petentem deus nunquã dreelinquet, sicut claret in ista Chananæa. Vnde sequitur: ⌊Tunc respondens Iesus, ait illi: O mulier magna est fides tua.⌋ Vere magnam fidem habuit, quæ nec prophetarum antiqua, nec recentia ipsi⁹ domini miracula, præcepta, vel promissa cognoscens pietatem Saluatoris implorans ait miser. m. f. d. Cum enim eundem dominum filium appellat Dauid, profecto patet, quod verum hunc hominem, verum credit & deum, quem & solo verbo curare sciens, filiam non adduxit, nec præsentiam requisiuit, & vt deum adorauit, dicens: Domine adiuua me, insuper a domino totiens contempta (nam primo ei respondere noluit, ac si esset excommunicata; secundo negatiue respondit: tertio negatiue improperium adiunxit) feruore petendi perseuerat in precibus, & quem fama tantum vulgante didicerat saluatorem, rogando pulsare non omittit, propter quod & magnum suæ postulationis consequitur effectum domino dicente. ⌊Fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora.⌋ Marci. 7. Et propter hunc sermonem vade, exiit dæmonium a filia tua. Et cum abisset domum inuenit puellam iacentem supra lectum, & dæmonium exisse. Hieronymus. O mira rerum conuersio, Israel quondam filius non canes, pro diuersitate fidei ordo nominum commutatur. De illis postea dicitur. Videte canes, videte malos operarios. Nos audimus cum muliere. Magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.

¶Dominica tertia.

ERat Iesus eiciẽs demonium & illuderat mutum.⌋ Lucæ. 11. Saluator noster non solum potestatiue nos de Satanæ liberauit potestate, sed & clare ipsius declarauit in nos tyrannidem, quatenus solliciti semper vt filij dei & lucis ambulantes, ipsius obcludamus (ne iterum per peccatum in nos ingressus nouissima peiora faciat prioribus) aditum. Vnde & ipsius apostolus Ephe. 5. admonet. ¶Estote imitatores dei sicut filij charissimi. EPISTO. ⌋Quia ipse donauit, donate inuicem, sic eritis filij charissimi, cum enim per spiritum sanctum estis filij dei, facite vt parẽtem sanctimonia vitæ referatis, quo digni-

ſitis quos ille perpetuo diligat, alias eſtis degeneres,& per conſequens a deo reprobati. ⌊Et ambulate in dilectione.⌋Ecce in quibus imitandus deus, ⌋.Corin.12.Adhuc excellentiorem viam demonſtro vobis. Ambulate p operum exhibitionem. Id ſane omnium eſt fundamentũ, quo ſtante cuncta dementur mala. ⌊Sicut & Chriſtus dilexit nos⌋ſicut non æqualitatem dicit,ſed ſimilitudinem facti, vnde ſubdit ⌊& tradidit ſemetipſum pro nobis⌋ non ſolum gratis condonando omnia peccata, verum etiam ſeipſum pro nobis exponendo. Galat.1. Qui dedit ſemetipſum,p peccatis noſtris ,vt eriperet nos de præſenti ſæculo nequam ⌊ oblationem & hoſtiam in odorem ſuauitatis⌋quia ex maxima charitate proceſſit. Eſa.53. Oblatus eſt quia ipſe voluit.Hebr.9.Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata.Apoc.⌋.Dilexit & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Hãc charitatem,ſi vt decet æmulamur non ſolum faciles erimus,ſi quid erit in nos admiſſum, verum etiam pro ſalute proximi,ſi res ita ferat,non dubitabimus capitis adire diſcrimen. Iam vero quid attinet vos a fœdioribus illis & craſſioribus vitijs deterrere. ⌊Fornicatio autem & omnis immundicia⌋turpitudinis genus quoduis ⌊aut auaritia⌋immoderata pecuniæ concupiſcentia .Hebræor.13. Sint mores ſine auaritia contenti præſentibus ,intantum abſit a vobis vt⌊ nec nominetur in vobis⌋præbent namque ſermones ad res ipſas ingreſſum ⌊ ſicut decet ſanctos ⌋ quos decet vt non ſolum vita pura ſit ab omni ſorde & turpitudine,ſed & ſint ore caſto puroq;. ⌊ Aut turpitudo⌋ in diſſoluto geſtu, vt oſculis amplexib⁹,&c.Prouerb.6.Nunquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo,ita vt non ardeat , ſic qui ingreditur ad vxorem proximi ſui,non erit immunis cum tetigerit eam. ⌊Aut ſtultiloquium,aut ſcurrilitas⌋ .i.iocularitas ⌊quæ ad rem non pertinent⌋ .i.ad vtilitatem non conducunt,ſed magis nocent.Non enim ſatis eſt ſi vita & oratio abſit a turpitudine,niſi ſermo noſter abhorreat & a ſtultis ac friuolis fabulis,& abſurdis iocis ac ſalibus,quæ vt in alijs vel ferantur vel laudentur, certe Chriſtianis non congruunt, quibus ad cælum properantibus aſſidue bellum eſt cum vitijs & tam periculoſum, vt otium nõ ſit ſimilibus

nugis risuiq; indulgere, flendum potius, aut si exhilarandus est animus ob bonæ rei successum, hymnis quib⁹ deo gratias agimus est exhilarandus. Sequitur ⌊ sed magis gratiarum actio. ⌋ Sed quia quidam simplicem fornicationem non dixerunt esse peccatum, & alia quæ legibus nō puniuntur humanis, adiungit. ⌊ Hoc autem scitote intelligentes ⌋ quid scripturæ dicant. Psalm. Noluit intelligere vt bene ageret ⌊ quia omnis fornicator aut immundus ⌋ i. quouis genere alio libidinis inquinatus ⌊ aut auarus, quod est idolorum seruitus. ⌋ Vitijs incumbere idolis seruire est, quia is censum facit deum suum omnem spem in eo ponendo, & res dei quas deus vult seruire indigentibus vsurpat sibi & recondit, & deo præfert, sicut idolatria dei honorificentiam. Matth. 6. Non potestis deo seruire & mammonæ ⌊ non habet hæreditatem in regno Christi & dei. Nemo vos seducat inanibus verbis ⌋ promittendo impunitatem pro talibus. Si hæc pœna vobis videtur leuis, credite ijs qui vobis persuadere conantur hæc esse leuia peccata, sed inania sunt eorum verba, fructu vacua, & ad supplicia trahentia. Auscultate magis doctrinæ euangelicæ ⌊ propter hæc enim venit ira dei in filios diffidētiæ ⌋ in inobedientes diuina vltio sæuire solet, qui diffisi promissis paternis, in huiusmodi rebus felicitatis præsidia ponunt. ⌊ Nolite ergo effici participes eorum ⌋ vitijs communicando ne & pœna communicetis. ⌊ Eraris enim aliquando tenebræ ⌋ quare nō mirum si per ignorantiæ tenebras peccatis inuoluti. In nocte versantes nocturna opera dedecora patrabatis. Nox pudorem non habet, tegit q; multa quæ nullus auderet clara luce facere, sed nunc euangelij perfusi luce & mente illustrati, tenebræ non estis. ⌊ Nunc autem lux in domino ⌋ per gratiam ipsius non in vobis, 1. Ioh. 2. Tenebræ transierunt & verum lumen iam lucet: ideo ⌊ Vt filij lucis ambulate. ⌋ Sic vitam omnem componite, vt meminerit is vos viuere, semper cōspicuos vos oculis dei. Lux indicat quid sequendum sit, quid fugiendum. Ioh. 12. Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant, & qui ambulat in tenebris nescit quo vadat. Sed quis sit lucis filius & quæ opera lucis ostendit, dicens: ⌊ Fructus ⌋ i. opus ⌊ lucis est ⌋ scilicet viuere ⌊ in omni

bonitate ⌊erga ſeipſum⌋ ⌊& iuſticia⌋ ⌊erga proximum⌋ ⌊& veritate⌋ ad deum fideliter ipſi ſeruiendo, vel ad proximum vera loquendo. Docet enim lux vbiq; vitandam eſſe maliciam maledicentium ac ſimulationem, proq; his ſectandam bonitatem, iuſticiam ac veritatem, & in gene re ſemper illud ſpectandum, non quid arrideat hominibus, non quid ſuaue ſit aut expediat nobis, ſed quid acceptum ſit voluntati diuinæ, ad cuius nutum omnis noſtra moderanda eſt vita.

¶Poſt miſſionē ſeptuaginta duoꝝ diſcipulorꝝ. Lu. 10 & exprobationem ciuitatū in qbus plurimæ factæ fuere virtutes eius, nec tamen egiſſent pœnitentiam concluſit, Qui vos audit me audit, & qui vos ſpernit me ſpernit, q autem me ſpernit, ſpernit eum q miſit me, &c. & veniit ad domum. Marc 3. Et conuenit iterum turba ita vt non poſſet neq; panem manducare, vnde oblatus eſt ei dæmonium habens cæcus & mutus. Mat. 12. In illo tem. Erat ieſus eiiciens dæmonium.

¶Dominicis præcedentibus audiuimus quam ſagaciter diabolus Chriſti militiam inſectatur ingreſſos, & q̄d victos male torquet, quare hodie oſtenditur quibus malis afficiat animam, cæcam a cognitione, & mutam a laude dei, niſi Chriſti fuerit virtute expulſus reddens, & quā crudeliter priſtinum reqrat hoſpitium, vbi tria.

¶Primum, Liuida bonitatis impugnatio in principio.

¶Secundum. Manifeſta prauitatis demonſtratio. Ibi: Ipſe autem vt vidit.

¶Tertium. Nitida maternitatis commendatio. Ibi: Factum eſt autem.

¶Quo ad primum: Regius pſaltes non tam corporalibus quam ſpiritualibus exercitatus bellis, cōgruam ſpiritualis in ſe oſtendit militiæ formam: dicens: Lauabo q̄ ſingulas noctes lectum meum. 1. conſcientiam, vbi quies eſſe debet animæ, ſed quibus aquis? Lachrymis meis ſtratum meum rigabo, ad interiora vſque. Et quare? Turbatus eſt, inquit, a furore (futuri ſcilicet iudicij, vel malignorum ſpirituum me turbantium) oculus meus, cordis, ne quæ recta ſunt cernere valeam, & ideo inueteraui inter omnes inimicos meos, non valens propria virtute

erui, vnde dominus hic ostendit quid malus spiritus agat in animis malorum spiritui sancto reluctantium. Nã reddit cæcum, & mutum, vt Iesum nec possit aspicere nec appellare. ¶ Erat Iesus eiiciens dæmonium & illud erat mutum ⌊effectiue scilicet non formaliter. Chrysostom⁹. Magna & mirãda nequitia dæmonis, vtrũq; ingressum opilauerat, per quæ ille crediturus erat, auditum scilicet & visum, & tertium linguam ne confiteretur. Vnde Matthæi. 12. Tunc oblatus est ei dæmonium habens cæcus & & mutus. Sic spirituales sensus occupat visum, ne cælestia, contemptis terrenis videant, sed tanquam talpa in terra viuant. Sap. 2. Excæcauit eos malitia eorum. Auditum, ne verbum dei salutis initium aure cordis accipiant aut diuinæ impulsum inspirationis. Apoc. 3. Ego sto ad ostium & pulso. Psalm. Pro nihil habuerunt terram desiderabilem. ⌊ Et cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. ⌋ Sanauit coram turbis dæmoniacum cæcum & mutum, vt videntes signum glorificarent deum, & confiterentur ipsum Messiam, vt erat patris voluntas, quod & fecerunt turbæ. Matth. 12. Curauit eum ita vt loqueretur & videret, & stupebant omnes turbæ & dicebant: Nunquid hic est filius ille Dauid. 1. Messias. ⌊ Quidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. ⌋ Isti erant pharisæi, vt dicitur. Matth. 12. Quorum animos malignus spiritus periculosius possidebat, qui non valentes miraculum negare quia publicum, ipsum conati sunt peruertere, dicentes non diuina sed maioris dæmonis virtute electum dæmonium. ⌊ Quis autem nullũ etiam minimum ad hoc haberent indicium, stimulis tamen agitati inuidiæ viciare conati sunt. Inuidia enim non considerat qd, sed tm̃ vtdicat, vt dicit Chrys. Nulla enim peior malicia inuidia. Ad ulter breui complet pctm̃ suum, inuidus aũt nunq̃ gescit: sed sicut scarabæus nutritur stercore, ita inuidus infortunijs aliorum. Odio igitur solo agitati, vt dicit Remigi. nihil sordidius inuentes quod domino obiicerent, dixerunt in b. p. sustinere non valentes, vt turbæ ipsum laudarent & Christum prædicarent. ⌊ Et alij tentantes signum de cælo quærebant ab eo ⌋ quo plane constaret illum cum deo habere commercium qui in cælis est, & cum

EVANG.

ſpiritibus immundus quorū præſtigia naſci ſolent e terra, nullum: ſed hoc dicebant (Matthæi.12.) ſcribæ & phariſæi. Magiſter volumus a te ſignum videre, & hoc e cælo vt hic dicitur, alia enim vilia putabant quaſi circa corpora terrena. ſed tentantes fecerunt nihilomagis illi crediturī, etiam ſi quod poſtulabant feciſſet, quia ſemper ſine feciſſet ſiue non, paratam habebant calumniam. Si enim ea quæ oculis videbant, & manu contrectabant calumniabantur, reſpondiſſent vtique & Magos in Aegypto ſigna e cælo oſtendiſſe. Vere ergo ſcribæ & phariſæi cæci erant & duces cæcorum. Matthæi.15. Quotquot ipſos audierunt. Alii qui per iſtum ſignantur illuminati ſunt. Hieronymus. Tria ſigna dominus in vno homine perpetrauit. Cæcus videt, mutus loquitur, obſeſſus a dæmonio liberatur, quod & tunc quidem carnaliter factum eſt, ſed & quotidie in conuerſione completur credentium, vt expulſo primum dæmone, fidei lumen aſpiciant, deinde ad laudem dei tacentia prius ora laxentur.

¶Quo ad ſecundum, Cognoſcens malorum bonis nō nunquam obeſſe conſortium, Pſal. ait: Diſcedite a me oēs qui operamini iniquitatem, quoniam exaudiuit dominꝰ vocem fletus mei. Exaudiuit dominus deprecationem meam, dominus orationem meam ſuſcepit. Felix cuius oratiōnem dominus ſuſcipit, quia humilium & mauſuetorꝝ ſemper ſibi placet, ſuperbi autem non ſibi placuerunt ab initio Iudith.9. quales fuere ſcribæ & phariſæi, verba & facta ſaluatoris impugnantes. Ipſe autem ſicut oſtendit opus potentiæ dæmonem expellendo, ſic & ſapieniæ calumniatores rationabiliter conuincendo. Primo. Oſtendendo ſe deum qui poteſt, & hoc cogitationes eorum, vt ſibi probe notas prodendo, & ad eas reſpondendo confutandoq;. Nam ſolius dei eſt cogitationis, & mentis penetralia ſcrutari, 1.Reg.16. Homo videt ea quæ patent, deꝰ autem intuetur cor. Secundo, ex parte cōmunitatis quæ ſiue politica vt regnum, ſiue œconomica vt domus familias diuiſa ſtare nō poteſt. ⌊Ipſe autem vt vidit cogitationes eorum⌋ quia deꝰ ⌊dixit eis: Omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur, & domus ſupra domum cadet.⌋ Nam ſicut concordia paruæ res creſcunt, ſic diſcor-

dia maxima dilabuntur. Vnde additur ad propositum. ⌊ Si ergo Satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius ⌋ quod est, si alter alterum eiicit, & ideo stare non potest, nam hoc sequitur ⌊ quia dicitis in Beelzebub me eiicere dæmonia. ⌋ Sed ne dicerent quod esset obedientia in principem suum, vt sic facilius illuderent, sequitur. Tertio, ex parte aliorum eiicientium. ⌊ Si aũt ego in Beelzebub eiicio dæmonia ⌋ vt mihi imponitis sed falso ⌊ filij vestri in q̃ eiiciunt ⌋ Nam apostoli in nomine Iesu dæmonia expellebant, vel Leuitæ, qui per exorcismos quosdam a Salomone expositos, expellebant, vt dicit Iosephus: Sed neutrum dæmoni attribuebant. Coartat ergo dominus eos, vt ait Hiero. interrogatione prudenti, vt confiteantur spiritussancti opus, q.d. Quod si expulsio dæmonum in filijs vestris, deo non dæmonibus deputatur, quare idem opus in me non eandem habet causam, q̃ non longo exorcismo, sed vnico ῥbo potenti eiicio. Discipuli itidem mei simplices & ideotæ, nescientes artes malicioſas magicorum, in meo nomine sola fiducia erga deum faciunt quicquid faciunt. Claret ergo q̃ persuadeat vobis odium mei in beelzebub m. eiic. dæm. Et ideo ipsi iudices vestri erunt, quorum simplicitas credidit, vestra autem prudentia gloriam dei oppugnat. Vel exorcistæ qui comparatione non potestate iudices vestri erunt. Itaq; cum absurdum sit dicere quod malus dæmõ exigat malũ dæmonẽ, nec alterius præsidio filij vestri eiiciant dæmonia quam cuius ego eiicio, constat me malos dæmones eiicere virtute boni dei, huius enim spiritus potentior est omnibus spiritibus impuris, nec huic quicquam omnino cum illis conuenit, siquidem hic amat salutem humani generis, illi quærunt pernicieẽ. ⌊ Porro ⌋ .i. profecto si palam est me virtute dei peragere quę videtis ⌊ si in digito dei ⌋ Mat. 12. in spiritu dei ⌊ eiicio dæmonia profecto peruenit in vos regnum dei ⌋ quod Iohãnes instare prædicabat. In. s. d. non per donum, sed per essentiam & substantiam, eiiciebat dæmonia, ex quo intellige re debebant regnum dei ad ipsos peruenisse, imo præuenisse sicut lux solis ad dormientes, quo scilicet damnãtur impij, & a fidelibus de peccatis suis nunc pœnitentiã agẽtibus secernãtur. Huic ergo regno æquum est vosmet ad

ſtigere,& ſatanæ regno mox interituro abducere, Quar
to,ex parte poteſtatis. Mat.12. Quomō poteſt quiſquam
intrare in domum fortis,& vaſa eius diripere,niſi prius
alligauerit fortem,& tunc domum illius diripiet. Vnde
ſequitur ⌊Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum,in
pace ſunt omnia⌋ Fortis armatus diabolus.Iob.41. Non
eſt poteſtas ſuper terram quæ ei comparari poſſit.Hiero
nymus:Non debemus eſſe ſecuri, aduerſarius noſter for
tis victoris quoq; vocibus comprobatur. Atrium mun-
dus,qui in maligno poſitus eſt,1. Iohan.5.in quo vſq; ad
ſaluatoris aduentum male parto potiebatur imperio, qa
in cordibus infidelium ſine vlla contradictione quieſce-
bat. Pax eſt cum diabolo cum ei non infertur bellum,ſed
non eſt pax animæ cum iuge infertur flagellum.Poſſedit
vnde & princeps mundi dicitur.Iohan.12. ⌊ Si autem
fortior illo ſuperueniens vicerit eum ⌋ loquitur de ſei-
pſo,quod non concordi fallax operatione, quemadmo-
dum ipſi calumniabantur, ſed fortiori potentia victor,
homines a dæmonio liberaret, 1. Reg.2. Non eſt fortis
vt eſt dominus. Superuenit quia de cælo. Qui de cælo ve
nit ſuper omnes eſt.Iohan.3. Vicit. Apoc.5. Vicit leo de
tribu Iuda,radix Dauid⌊ vniuerſa arma eius aufert ,in
quibus confidebat⌋ id eſt,omnes nocendi vires eius eli-
dit,vt non quantum vult faciat.⌊ Et ſpolia eius diſtribu
et⌋ Animas a faucibus eius crudeliſſimi prædonis , deo
Chriſtus victor reſtituit,quod eſt inſigne triumphantis.
Nam captiuam duxit captiuitatem dedit donahominib⁹,
&c.Ephe.4. Et in triumphante eccleſia faciens glorioſos
Quinto ex parte contrarietatis. Qui enim voluntate &
actu contrarij ſunt,non ſibi obſequuntur. ⌊Qui non eſt
mecum⌋ voluntate⌊ aduerſum me eſt⌋ & hoc ipſo læ-
dit,quia cum fauere debeat non fauet.⌊Et qui non colli-
git mecum diſpergit ⌋ Iohannes.11.Ieſus moriturus e-
rat pro gente,& non pro gente tantum, ſed vt filios dei
qui erant diſperſi congregaret in vnum.Iohan. 10. Lup⁹
rapit & diſpergit;Hieronymus . Opera diaboli operibus
ſaluatoris comparari non poſſunt. Ille cupit animas tene
re captiuas.Chriſtus liberare.Ille prædicat idola,hic vni
us dei notitiam.Ille trahit ad vitia ,hic ad virtutem re-
uocat.Quomodo ergo poſſunt habere concordiam inter

se quorum opera sunt diuersa? Ostenso rationabiliter se non dæmonis sed dei virtute miracula operari, declarat causam, quare tantam sibi imponebãt calumniam, quod nunquam vel patres ipsorum alicui fecerunt, simulq; ænigmate signans grauius damnandos eos, qui aliquo vsque progressi ad iusticiam relaberentur ad pristina vitia ꝙ q nunꝙ cognita luce veritatis Euangelicæ perseuerassent in caligine vitiorum, quemadmodum ipsi Iudæi fuerunt, & mali Christiani nunc, qui semel baptismo abluti a peccatis pristinis, semel euangelico sermone liberati a spiritu malo huius mundi negligenter habent donum dei, nec curant semper ad perfectiora progredi. His ad pristinam vitam reuolutis, ad nihil aliud proderit baptismus & cognitio sacræ doctrinæ, nisi vt grauiorem sibi damnationem accersant, videlicet ad pristinos errores ingratitudinem etiam & maliciam adiungentes.

└ Cum immundus spiritus ┘ qui immundis cogitationibus & operibus delectatur peccatorum, sicut sus fimo └ exierit ab homine ┘ non voluntarie, sed fortiori prævalente, cum in baptismo pompis illius, & præcedentium peccatorum illecebris renunciatur. └ Ambulat per loca arida & inaquosa quærens requiem, & non inueniens dicit ┘ quia corda sanctorum ab omni mollicie fluxarum cogitationum, & humore libidinis immunia callidus tentator explorat, si quos ibi nequitiæ suæ gressus figere possit, sed quietem non inuenit, quia animæ fortes & nequaquam molles, suis machinationibus viriliter restiterunt, in solo enim prauorum corde diabolus gratam sibi inuenit requiem. └ Reuertar in domum meam vnde exiui. ┘ Timendus est iste versiculus non exponendus, ne culpa quam in nobis extinctam putabamus, per incuriam nos vacantes opprimat. └ Et cum venerit, inuenit eam vacantem, scopis mundatam, & ornatam. ┘ Gratia CHRISTI in baptismo a vicijs pristinis mundatam, vacantem a bonis operibus, ornatam simulatis operibus, sed non armatam euangelicarum præsidijs virtutum. └ Et tunc

vadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe, & ingreſſi inhabitant ibi _J id eſt, plenitudinem omnium vitiorum, qui nequiores ſpiritus dicuntur, quia cum diabolus malus ſit, illi tamen qui ſuis meritis impellentibus vicijs mancipant, non ſolum mali ſunt ſed etiam ſpeciem bonitatis affectatis virtutibus per hypocriſim oſtentare nituntur. _L Et fiunt nouiſſima hominis illius priora peioribus_Jqade difficili reducibilis, qui ſe ſimulatis iuſtum credit actibus : & quia , Melius erat viam veritatis non agnoſcere, quam poſt agnitam retrorſum conuerti, ab eo quod illi traditum eſt ſancto mandato, ſecunda Petri ſecundo. Quid dominus hac ſignaret parabola, Matthæ° vigeſimo ſecundo inſinuat, dicens : Sic erit generationi huic peſſimæ. Hieronymus. Expulſus fuerat diabolus per dationem legis, qui incordibus gentium ſpiritus ſancti humore carentibus , perpetuam ſe credebat habiturum quietem, ſed non inuenit, quia per CHRISTVM inde expulſus, gentilitate credente, quare priorem domum, id eſt, Iudaicum populum, ſuperfluis obſeruationibus Phariſæorum ornatum , ſed vacantem a vera legis impletione , quia finis legis CHRISTVS Romanorum decimo, quem recipere noluerunt, & ſic multo maiori numero dæmonum nunc poſſidentur , blaſphemantes in ſynagogis IESVMCHRISTVM, quam in Aegypto poſſeſſi fuerant ante legis dationem . Quia aliud eſt venturum non credere , aliud cum non ſolum non ſuſcepiſſe cum venerit, ſed & occidiſſe , quare & peiora ſuſtinuerunt a Tito & Veſpaſiano, quam vnquam antea in Aegypto vel Babylone.

¶Quo ad tertium, Solitus eſt dominus mundanæ maliciam ſapientię contra ſe ſuoſue machinantem , multipliciter confundere , quod expertus. PSALMIST A ait; Erubeſcant & confundantur omnes inimici mei, & conturbentur vehementer, conuertantur & erubeſcant valde velociter : bona ſcilicet confuſione ad gloriam ducente : conuertantur , alias æternaliter confundentur. Sic hiç ſaluator per os mulieris Pha-

risæorum blasphemias confudit. ⌊ Factum est autem cũ hæc diceret ⌋ rationabiliter ostendens nihil sibi cum dæmone commercij, & præmonens contra recidiuum. ⌊ Extollens ⌋ in altum ⌊ vocem quædam mulier de turba, dixit illi: ⌋ spiritusancto mota continere non potuit qn laudes constantissime contra Pharisæorum blasphemias p̃dicaret. Dicitur fuisse Marcella ancilla Marthæ, sępe muliebris sexus videtur deuotior. Beatificat ergo matrẽ ex filio, & quia habuit a virgine matre carnis substantiam, quia verbum caro factum est. Iohan. 1. d. ⌊ Beatus venter qui te portauit ⌋ & habuit ab ipsa virgine lactis alimoniam vbere de cælo plena, d. ⌊ & beata vbera quæ suxisti ⌋ Iesus itaq; non rennuit, sed perficit illius prædicationem. ⌊ At ille dixit: Quinimo, beati qui audiunt verbum dei & custodiunt illud ⌋ quasi dicat, Beatus quidem venter ille, & beata vbera, sed potius beati q audiunt ꝟbum. A qua beatitudine non excluditur, sed maxime includitur beata virgo. Nam & si beata Christum suo vtero gestauerit, & sacro lacte pauerit, beatior tamen in hoc quod audiuit verbum dei, & custodiuit, immo quod semper audit & custodit. Voluit enim dominus ostendere q̃d apud deũ nihil facit cognatio carnis, sed cuniunctio mentis. Vnde & Mat. 12. Quicunq; fecerit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse meus frater soror & mater est. Ipsa vero maxime deo coniuncta fuit corde, ideo voluit dominus voce publica ipsam matrem suam beatificari, & id responsione sua confirmare, cum ea prima sit omniũ & maxima verbũ dei audientium & custodientium, sed & insuper Dei verbũ consubstantiale deo & coæternum genitori genitũ, in suo virginali vtero portauit, & virgineis vberibus lactauit, omnes alias matres beatitudine antecedit. Vigilanter autem animaduertendum quod non tantum ait: Beati qui audiunt verbum dei, nam & sic pharisæi & scribæ beati: sed adiunxit, & custodiunt illud ne diabolus rapiat e cordibus eorum, & vt aliquando producat fructum æternæ salutis.

¶ Dominica quarta.

ABijt Jesus trãs mare Galilee qd' est Tyberiadis, ⁊ seq̃batur eũ multitudo magna qa videbãt signa q̃ fiebãt sup bis q infirmabantur

Ioh.6. Saluator omnium ad ſe confugientium neceſſitatibus plenarie ſubueniens ad hoc conabatur, vt per opera ipſum conſiderantes, cognoſcerent, quia ipſe eſſet qui ablatis animorum morbis, a legis & peccati ſeruitute liberatos, hic gratiæ & in futuro gloriæ ſuæ cibo reficeret, & ſic toto ipſi corde ſicut filij libertatis diuinæ adhęrerent, quod pulchre apoſt. Gala. 4. oſtendit. ¶ Legem non legiſtis ⌋ videtur quod non aut certe ſi legiſtis, non intelligitis. Siquidem ipſa Moſi lex vult eos qui cooptantur in ſocietatem Chriſti liberos eſſe a ſeruitute legis. Vnde hoc conſequenter probat. ⌊ Scriptū eſt enim ⌋ in Geneſeos libro ⌊ quoniam Abraham ⌋ qui pater omnium credentium, Rom. 4. ⌊ duos filios habuit, vnū ⌋ ſcilicet Iſmael ⌊ de ancilla ⌋ .i. ſerua ⌊ & vnū de libera ⌋ ſcilicet Iſaac de Sara, habuit & alios de Cæthura. Ge. 25. Sed de iſtis duobus ſcriptura facit mentionem & ſunt ad propoſitum. ⌊ Sed qui de ancilla ſecundum carnem ⌋ nullo miraculo ⌋ natus eſt, qui autem de libera per repmiſſionem. ⌊ Nam ſterilis erat, & tempus concipiendi tranſierat. ⌊ Quæ ſunt per allegoriam dicta. ⌋ Erant nanq; priſca illa in præſentium figuram edicta, & ideo aliū hābēt intellectum. Sacra nanq; ſcriptura præter ſenſum literalem, qui per voces ſignificatur triplicem habet ſenſum myſticum. Moralem, quando intelligitur quid agendum. Allegoricum, quando quid credendum. Anagogicum, quando quid in patria ſperandum ſignatur. Vnde verſus: Litera geſta docet, quid credas allegoria. Moralis quid agis, quid credis anagogia. Scrutemur ergo qd ſignificent iſtæ duæ matres. ⌊ Hæc enim ſunt, ⌋ id eſt, ſignant ⌊ duo teſtamenta. Vnum quidē in monte Sina datum in ſeruitutem generans ⌋ ſub onere legalium timore cogens ⌊ quæ eſt agar ⌋ .i. ſignatur. Arabica lingua agar nominatur. ⌊ Sina enim mons eſt in Arabia ⌋ ſcilicet minori ⌊ qui coniunctus eſt ei q̄ nūc eſt Hieruſalem ⌋ .i. contiguus vel proportione quadam illi par ⌊ & ſeruit cū filijs ſuis. ⌋ Lex enim ſeruilis admodumq; illiberalis, qñquidem virtutes corruptibili compenſabat mercede, & eius imperio a nequitia & improbitate, cruciatus & formidine pœnæ declinabat. ⌊ Illa autem quæ ſurſum ē Hieruſalem. ⌋ Sancta de gētibus collecta eccleſia, ſurſum eſt

EPIST

cum domino gaudens spe æternorum quæ promittit, licet in quibusdam quos hic parit adhuc peregrinetur. Libera est. 2. Cor. 3. Vbi spiritus domini, ibi libertas. Nam non timore sed amore seruit. Quæ est mater nostra. Lex euangelica cælestis, regenerans p baptismum. Scriptum est enim. Non contentus figuris scripturam adducit. Esaiæ. 54. Lætare sterilis quæ non paris. Ambrosius Cælestis Hierusalem sterilis, quia non parit secundum carnem, nec dolores patitur, sed generat spiritualiter sine passione. Lætare ergo in corde ecclesia de gentibus collecta, olim orba & effœta. Erumpe in vocem laudis & clama quæ non parturis, quia multi filij desertæ ja deo quia sine ipsius cognitione magis quam eius quæ habet virum. 1. synagoga habens legem per quam generat. Augustinus. Parit ciues terrenæ ciuitatis peccato viciata natura, cælestis vero ciuitatis ciues parit, a peccato naturam liberans gratia. Nos autem fratres secundum Isaac promissionis filij sum⁹. Nec enim ideo recipimur ad salutem euangelicam, quod sub lege nati sumus, sed quod deus olim promiserit salutem omnibus, q per fidem accederent in consortium filij sui Iesu Christi regenerati non per naturam, sed gratiam in baptismo. Isaac enim per repromissionem natus. Gene. 17. Iuxta cõdictum reuertar ad te & habebit Sara vxor tua filium. Quin & hac parte pulchre cõgruit allegoria, quod vtraque posteritas sapit originem suam. Sed quomodo tũc is qui secundum carnem natus fuerat persequebatur eum qui secundum spiritum. Id est gratia dei operante in sterili. Ita & nunc. Nam inter colludendum plus æquo sibi vindicabat, sic qui carnali lege hærent, inuisos habent eos qui spiritualem euangelij legem amplectuntur, hisq; præire conantur quasi vindicantes sibi ius primogenituræ, quod vni debebatur Christo, ac vetustatis prærogatiua matris ingenuæ filios in seruitutem communẽ pellicere conantur, videlicet, quo ipsi serui maiores minoribus quodammodo dominentur. At non probat mater ingenua hoc commertium. Non vult misceri dissimiliter natos. Sed quid dicit scriptura: Gen. 21. Eijce ancillam & filium eius id est, legem cum observatoribus. Non enim erit hęres filius ancillæ

cum filio liberæ ⌊quia ſicut modo in conuerſatione, ita & tunc erunt diſcreti in retributione. ⌊ Itaque fratres nõ ſumus ancillæ filij ⌊id eſt ⌊legis ſeruituti ſubiecti ⌊ſed liberæ ⌊eccleſiæ euangelicæ ⌊qua libertate Chriſtus nos liberauit ⌊per ſuam benedictam paſſionem, precium dependens. Auguſt. Libertas qua liberati ſumus a Chriſto ẽ peccatorum remiſſio, & fidei per dilectionem operantis iuſtificatio.

¶ Reuerſi diſcipuli ad Ieſum, renunciauerunt omnia quæ egerant & docuerant, & ait illis: Venite in deſertum locum & requieſcite pusillum. Erãt enim qui veniebant & redibant multi, & nec ſpacium manducandi habebãt, & aſcendentes in nauim abierũt in deſertũ locũ. Mar. 6. In illo tempore abiit Ieſus.

¶ Dominicis præcedentibus audiuimus in euangeliis, quam varie diabolus fideles tentat, & victos vexat, ideo in hodierno myſtice oſtenditur quod adhærẽtes domino pane verbi & gratiæ dei confortantur, ne deficientes in via, per hoſtem a patria retãrdẽtur cæleſti, ad quam tendunt.

¶ Primũ: Oculata Chriſti interrogatio, *in principio.*

¶ Secund. *Plena populi ſaturatio. Ibi: Dixit ergo Ie.*

¶ Tertium. *Qualificata miraculi commendatio. Ibi Illi ergo homines.*

¶ Quo ad primum dicit Pſal. Magnus dominus noſter, & magna virtus eius: & ſapientię eius non eſt numerus. Suſcipiens manſuetos dominus. Humilians aũt peccatores vſq; ad terram. Nam humilem ad ſe contugientem benigne ſuſcepit populum, ſuperbis ſcribis & phariſæis reprobatis. Audita ergo morte Iohannis nauim conſcendit cum diſcipulis ſuis, & mare, id eſt, magnum ſtagnum (more ludæorũ, qui congregationes aquarũ mare appellant) Galileæ i illius regionis alio noie ſtagnum Genezareth dictum &. ¶ Abiit Ieſus trans mare Galilęæ EVANG. quod eſt Tyberiadis ⌊a ciuitate Tyberias ſic dictum, veniens in ciuitatem. Lu. 9. Aſſumptis illis ſeceſſit ſeorſum in locum deſertum ciuitatis q̃ vocatur Bethſaida. ⌊ Et ſequebatur eum multitudo magna ⌊partim allecta cupiditate miraculorum, quia viderant eum inſelita virtute tollentem morbos hominum, partim vt ab eo ſanarẽ-

tur, qui morbis immedicabilibus tenebantur. ¶ quia vi-
debant signa quæ faciebat super his qui infirmabantur.
partim illius inhiantes doctrinæ. ¶ Subijt ergo in mon
tem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. ¶ Beda. Non
simpliciter sedebat cum discipulis suis, sed diligenter lo
quens eis & instruens ad seipsum conuertit. Ad vacandũ
enim contemplationi, fugienda est multitudo, & locus q̃
rendus solitarius, vt dicit Chrysostо. ¶ Erat autem pro-
ximum pascha dies festus Iudæorum. ¶ Circa istud festũ
Iohan. fuit decollatus vt dicit Beda: Dies festus celebert
mus, quia liberati a seruitute ægyptiaca. Exo. 12. Habebi
tis hunc diem in monimentum, & celebrabitis eam so-
lẽnem domino in generationibus vestris cultu sempiter
no. Et bene dies festus Iudæorum, quia reuera non dei,
quum non ad dei laudem sed suam voluptatem agerent.
Esa. 1. Neomenias & sabbatum & festiuitates alias nõ fe
ram, iniqui sunt cœtus vestri, Kalendas vestras & solen
nitates vestras odiuit anima mea, facta sunt mihi mole-
sta. Nescio an plus tunc quam nunc. ¶ Cũ subleuasset er-
go Iesus oculos & vidisset, quia multitudo maxima ve-
nit ad eum. ¶ Quo innuitur ipsum non gyro vagis fuisse
oculis, sed pudice cum discipulis sedisse loquendo de re-
gno dei. Breuiter hic procedit Euangelista, sciens p alios
satis expressum. Luc. 9. secessit seorsum in locũ desertum
qui est Bethsaidæ. Quod cum cognouissent turbæ secu-
tæ sunt illum, & excepit illos, & loquebatur illis de re-
gno dei: & eos qui cura indigebat sanabat. Mar. 6. Et mi
sertus est super eos, quia erant sicut oues non habentes
pastorem, & cœpit eos docere multa. Matt. 14. & cura-
uit languidos eorum. Beda. Quod subleuasse oculos Iesus
& venientem ad se multitudinem vidisse perhibetur, di-
uinæ pietatis indicium est, quia cunctis ad se venire desi
derantibus, gratia misericordiæ cælestis occurrere con
sueuit: & ne quærendo errare possint, lucem sui spiritus
aperire: vbi ergo turbam doctrina pauit mente mox ci-
bo pauit corporali & corpore, in quo ostendit se esse qui
dat escam omni carni & spiritui & animæ. Quum ergo
tantum videret in populo ardorem, ut obliti commeatus
sese procul in deserta loca sequerentur: iam miraculo su
os præparans discipulos, quibus volebat id quod factu-

ſus erat maxime compertum eſſe & infixum, nam adhuc rudes erant, agit vt ipſis nota ſit cibariorum pænuria, & multitudo quæ ſubiecta erat oculis innumerabilis, & panes quos ipſi porrigerent Ieſu ac populo diſtribuerent perpaucos: poſtremo & cophinos quos ipſi colligerent, e conuiuij reliquijs multos & plenos, ne quid vel non intelligerent, vel non animaduerterent, vel poſt non meminiſſent. Cum ergo non eſſet modus, via humana q̄ tanta multitudo in deſerto ſaciari poſſet, ⌊ Dixit ad Philippum: Vnde ememus panes vt manducent hi. ⌋ Luc. 9. Dies autem cœperat declinare. Mar. 6. ⌊ Et cum iam hora multa fieret, acceſſerunt diſcipuli eius dicentes: Deſertus eſt hic locus, & iam hora præteriit: dimitte illos vt euntes in proximas villas & vicos, emant ſibi cibos q̄s manducent. Matth. 14. Ieſus autem dixit eis: Non habent neceſſe ire. Hieronymus. Cum ſecum habeant cæleſtem panem: date illis vos manducare. ⌊ Hoc autem dicebat tentans eum, ⌋ Beda. Tentat Philippum, vt tarditatem ſuæ fidei quam magiſtro ſciente ipſe neſciebat, tentatus cognoſcat, & facto miraculo caſtiget. Interrogauit Philippum, qui erat e Bethſaida. Ioh. 1. ⌊ Ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus ⌋ & quantum ibi eſſet panum & obſonij, & vt attentos redderet diſcipulorum animos, & vt omnes diſcerent quā non ſoliciti fuerint diſcipuli Ieſum ſequentes de commeatu, quanque contenti plebeio cibo. Philippus autem expendens quam exiguum eſſet ipſis pecuniæ ſubſidium, & q̄ ingens multitudo. ⌊ Reſpondit ei Philippus. Ducentorum denariorum panes non ſufficiūt eis, vt vnuſquiſq; modicum quid accipiat, ⌋ quaſi dicat: Domine quid q̄ris de panibus emendis? nimis magna ē multitudo, ita vt ducentorum denariorum non ad ſaturitatem, ſed neq; vt modicum quid vnuſquiſq; accipiat, ſufficiant panes. Tardē fidei fuit iſte Philippus, quum tā vidiſſet miraculum conuerſionis aquæ in vinum, vnde & poſtea ait. Iohannis. 14. Domine oſtende nobis patrē & ſufficit nobis. Illis ergo cauſantibus de inopia. Mar. 6. Et dicit eis: Quot panes habetis? ite & videte. Et cum cognouiſſent, ⌊ Dicit ei vnus ex diſcipulis eius Andreas frater Simonis Petri. Eſt puer vnus hic qui habet quinq; panes hordeaceos & duos piſces. Sed hæc q̄d ſunt inter tā

tos?_]Viderat aquam versam in vinum, nec omnino diffidebat & panes posse crescere, sed ad moderatam portionem, sic vt ex paucioribus minus ex pluribus plus accresceret, quum Iesus ad panes creandos nulla opus haberet materia, q vel ex nihilo quod vult & qñ vult creat.

¶ Quantum ad secundum dicit Psalm. Confiteant̃ domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filiis hominũ: quia satiauit animam inanem, & animam esurientem impleuit bonis. In corpore enim & in mente refecit sequentes. Videns enim tam discipulis quam turbis non ignoram cibariorum inopiam, vt animos illorum ad miraculum erigeret Matthæi.14. ait eis: Afferte mihi illos huc. [Dixit ergo Iesus: Facite homines discumbere. Erat autem fœnum multum in loco_]id est, gramen sicut solet in locis incultis. Vnde Mar.6. Et præcepit illis vt accumbere facerent omnes secundum contubernia sup viride fœnum. Et discubuerunt in partes per centenos & quinquagenos. [Discubuerunt ergo viri quasi quinque milia._]Mat.14. Exceptis mulieribus & paruulis. Hiero. Attende quod cuilibet millenario correspondet vnus panis. Apostoli ergo nihil amplius de penuria contantes, simpliciter & fiducialiter simul cum populo obediũt, cũ nullum viderent apparatum, credentes quod qui mensam populo parauerat in deserto, etiam nunc famelicam pasceret turbam in deserto. [Accepit ergo IESVS panes, & cum gratias egisset distribuit discũbentibus·] Vt alĩ dicunt euangelistæ: Primo aspexit in cælum gratias scilicet agendo patri vt hic dicitur, vt suam ostẽdat humanitatem & patris reuerentiam. Omnia enim referebat in patrem, q̃ admiranda gessit in terris. Iohan.8. Ego gloriam meam non quæro, sed honorifico patrem meum. Nam secundum diuinam naturam, gratiarum & omnium bonorum cum patre est ipse largitor: admonitos etiam nos voluit interim, vt si quid in nobis fuerit egregiæ virtutis ne laudem vindicemus nobis, sed omnem gloriam transferamus in deum, vnde proficiscitur quicqd vere laudem meretur. Secundo benedixit. Secundum Grego. Benedictio dei nihil est nisi donorum diuinorum collatio, & eorum multiplicatio, vnde principio mundi creaturis benedixit conferens eis naturalem vir

tutem benedictionis, & quia panum multiplicatio super naturalis fuit, ideo singularis benedictio necessaria. Nun quam ergo sumere cibos debemus, nisi primo deo grati as egerimus, qui dat escam nobis in tempore opportuno, & tunc benedicere vt sanctificentur per verbū & ora tionem, vt dicitur. 1. Timo. 4. Quia diabolus etiam per ea quæ nobis ad vsum sunt nocere studet, vt dicit Chry sosto. Tertio, fregit & dedit discipulis vt ponerent ante eos. Similiter & ex piscibus quantum volebat, vbi atten ditur abundantia cælestis beneficij. Crescebat inter di stribuentis manus ipsius arbitratu, quantum sciebat oī bus manducaturis & saturandis sufficturum, etiam vsq; ad largam redundantiā, quo certior esset miraculi fides. Voluit ergo dominus alio quoq; argumento certitudi nem facti procurare, ne quis præstigium aut imaginatio nem esse causaretur. ⌊ Vt autem impleti sunt dixit discipulis suis. Colligite q̄ superaverunt fragmenta ne pereant. ⌋ Non enim sunt proiicienda q̄ supersunt mensis, sed pauperibus colligenda. ⌊ Collegerunt ergo & impleverunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinq; panibus hordeaceis & duobus piscibus quæ supertuerunt his qui manducaverant. ⌋ Chrysost. Non quidem ostentatio superflua fuit, sed ne putaretur phantasma quod factum erat propter quod & ex subiecta materia miraculum fecit. Ego autem non solum miror multitudinem panum, sed etiam certitudinem superfluoq;, qui nec plus nec minus superfluum fecit esse sed tantum quantum uolebat, s. duodecim cophinos secundum numerum apostolorum. Intantum ergo Iesu benignitas auxerat exilem commeatum, obiter nos docens, non oportere parcam esse in pauperes beneficentiam. quia deus abundāter tribuit. Beda. Qui signa ac miracula domini ac Saluatoris nostri recte cum legunt vel audiunt accipiunt, nō tam in his quid foris stupeant, attendunt, quam quid horum exemplo intus agere quid in his mysticum perpendere debeant inspiciunt. Appropinquante festo dominus multitudinem sequentem verbo salutis pariter & opere curationis erigebat, pascha autem transitus dicitur, quo datur intelligi, quod quoscunque dominus interna munerum suorum suauitate recuperat, ad salubrem profecto transitū præ-

parat, vt carnis videlicet concupiscentias, mentis sublimitate transcendant, infirma mundi desideria, prospera pariter & aduersa cælesti spe & amore conculcent, & si necdum anima vel carne adisuperna valeant pertingere. quia hoc nimirum in futuro promittitur, quicquid tamen carnale quasi altum complecti conspiciant, comparatione æternorum quasi nihilum despiciunt. Eos siquidem faciat, qui se in desertum secuti verbum salutis audierãt, non qui in ciuitatibus. i. mundi luxu gaudebant. Oculi enim eius in pauperem respiciunt, oculos vero superborum humiliabit. Super fœnum discumbere carnales est voluptates frenare, qui enim spiritualibus desiderat alimẽtis saciari, a carnalibus animũ necesse habet desideriis euacuare. Esaiæ. 40. Omnis caro fœnum & omnis gloria eius sicut flos fœni.

¶ Quo ad tertium, Psal. dicit: Adiuuit pauperem de inopia, & posuit sicut oues familias. Ad literam cum essent vt oues errantes sine pastore, pius ipse pastor sicut oues salutari tam spiritus quam corporis cibo pascebat, inopiam quam natura non potuit supplens, & quid inde sequutum sit adiungit. Videbunt recti & lætabuntur, & omnis iniquitas opilabit os suum. Cum enim saturati, non ignorarent quinq; tantum repertos fuisse panes & eos hordeaceos, & duos pisces, & se non tam copia quã suauitate cibi refectos. Iamq; viderent tantum supersesse: magnifice cœperunt prædicare Iesum. ℒ Illi ergo hoies cum vidissent q̃ Iesus fecerat signum dicebant. Quia hic est vere propheta, qui venturus est in mundum. i. promissus venturus. Deut. 18. Prophetam de gente tua & de fratribus tuis suscitabit tibi dominus, ipsum sicut me audietes. Vnde & Iohan. 7. De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Christus cum venerit nunquid plura signa faciet quam quæ hic facit? Recte dicebãt dominũ prophetã magnũ, magnum salutis p̃conem in mũdo futurũ. Ipse enim se prophetam vocauit. Luc. 13. Non capit prophetam perire extra Hierusalem, q diuinitate nobiscum est vsq; ad consummationem seculi, in q̃ venturus per humanitatem, redditurus vnicuiq; secundum opera sua, impios & peccatores æternum proijciens in ignem, iustos autem in vitam introducens æternam. Hæc

Beda. Augustinus: Sic propheta Christus dominus prophetarum, sicut angelus dominus angelorum. Nam magni consilij dictus est angelus. Esai. 9. magnificabant ergo Christum, gratias agentes deo. Iohan. 6. Nihil enim dignum deo pro nobis impensis retribuere possumus beneficijs, nisi solum gratias agendo laudare, quod & solum a nobis requirit, non ad suum sed nostrę profectum Primo, quia bonorum nostrorum non eget. Secundo. quia omnia nostra sua sunt dona. 1. Paral. 29. Tua domine sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus reddimus tibi. Tertio, quia nostram excedunt facultatem. Psalm. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi. Calicem salutaris accipiam & nomen domini invocabo. Volens ergo pasci spiritualiter, sedeat in deserto a curis mundi conquiescendo. Filij enim Israel pasti nō fuere manna cælesti, quamdiu fuerunt i Aegypto, nec quam diu habuerunt farinam secum Aegypti, nec mare transierunt. Exeamus ergo necesse est de tenebrositate peccati, & farinam turbationis fluctuationisque mare dimittamus, si hic pane gratiæ & in futuro gloriæ refici volumus. Lucæ decimoquarto: Beatus qui māducabit panem in regno dei, Ibi enim refectio plena sicut in inferno egestas summa. Lucæ. 19.

¶Dominica passionis.

QVis ex vobis arguet me de peccato, Si veritatem dico vobis quare non creditis mihi? ⌋ Iohan. 8. Volens salvator credentium in se animos, ad veram sui erigere cognitionem, tam ȳbis quā factis nihil sibi cum dæmonio, quemadmodum scribæ & pharisęi calumniabantur, commertij ostendit: quatenus ipsum iuxta promissum, verum solum mundi redemptorem agnoscentes, omnem in ipsum ponerent animi fiduciam, tanquam legis consummatorem, ac figurarum perfectū cōpletorem. Hinc apo. Heb. 9. ¶Christus assistens pontifex futurorum bonorum, ⌋ Priscus enim cultus neminem in cælum ducebat sed Christus pontifex EPIS. sponsor, & autor, non purificationis corporeæ, neq; bonorum huius seculi quæ finem habent, sed purificationis internæ & æternæ beatitudinis: Vnde princeps dicitur pastorum. 1. Petri. 5. Assistens semper paratus pro nobis

ad ſuum officium .i. interpellandum. Heb. 9. Introiuit in ipſum cœlum, vt appareat vultui dei pro nobis. 7. Accedens per ſemetipm ad deum, ſemper viuens ad interpellandum pro nobis ⌊Perfectius & peramplius⌋ propter ſui capacitatem & bonorum immenſitatem. Eſa. 33. Oculi tui videbunt Hieruſalem ciuitatem opulentam, tabernaculum quod nequaq̃ trãsferri poteſt, vbi loquitur ad literam de ſuperna Hieruſalem ⌊tabernaculum non manufactum. i. non huius creationis⌋ .i. humanæ factionis cuiuſmodi fuit illud in heremo ⌊introiuit ſemel in ſancta⌋ .i. cœlum vere ſanctum & ab omni mortalitatis cõtagio vere ſemotũ. ⌊Neq; per ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem⌋ quem in ara crucis pro nobis effuderat, quo non vnum populum, ſed vniuerſum hominum genus ab omnibus peccatis liberauit, idq; non vno anno, ſed in omne tempus vsq; ad finẽ mundi mõ reſipiſcentes a prioribus vitę commiſſis, Chriſtum agnoſcant, ac pro viribus imitent ⌊æterna redemptione inuenta.⌋ Ideo non oportet mortem iterare, habemus enim æternam hanc redemptionem per modum conuenientiſſimum a Chriſto inuentum, inquantum ſatisfecit qui potuit, quia deus & ſoluit qui debuit, qa homo, vnde p̃ter ſpem illud nobis obuenit. Quæ enim collatio mutæ pecudis ad Chriſtum deum & hominem ⌊Si enim ſanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aſperſus (Num. 19.) inquinatos (ex tactu morticini) ſanctificat ad emundationẽ carnis⌋ .i. carnalem quãdam & vmbraticam ſanctimoniam, quia animã mundare non poterãt, ſed iuxta p̃ceptum legis mundabant. ⌊Quãto magis ſanguis Chriſti⌋ tangit tria efficatiã ſanguis oſtendentia. Primũ: Ipſe Chriſtus cuius meritũ infinitum ob vnionẽ diuinitatis ⌊qui ſemetipm obtulit⌋ non pecudem brutam. Secundum, munus aptũ ⌊Immaculatum⌋ vnde & tunc buccula quærebatur quæ maculis prorſus careret. Tertium: Modus ⌊per ſpiritum ſanctum deo⌋ non per ignem corporalem, ſed maxima ex charitate ſpm̃ æternum humanæ ſalutis ſitientem ⌊emundabit conſcientiã noſtram⌋ non corpa ⌊ab operibus mortuis⌋ .i. q̃ mortem adferunt animæ. Ambro. Peccata dicuntur mortua, ab effectu, q̃ qui tangit inquinatur nec intrat in cœlum,

sicut nec tangens morticinũ, templum. Mors enim Christi nos ab æterna morte liberat, & spiritus illius purissimus, nostrum purificat spiritum, prius inquinatum.

⌊Ad seruiendum deo viuenti.⌋ Duo facit sanguis Christi a peccato liberat & mundat, & restituta libertate, facit seruire deo, qui dat viuere qui est vita ex se viuens. Prius ergo mundatur conscientia, & post sequitur operatio digna, qui ergo operibus mortuis seruit, haud quaquam deo viuo inseruiat necesse est, quin opera ipa quæ sibi sectãda elegerit pro deo habebit & colet, vt gulosus gulam &c. Quoniam ergo qui in veteri testamento medius intercedebat inter deum & homines, non adferebat perfectam innocentiam, ideo Christus successit. ⌊Et iõ noui testamenti mediator est⌋ nouus intercessor ⌊vt morte intercedente, in redemptionem earum præuaricationum quæ erant sub priori testamento⌋ peccata enim abolere non poterat, quæ deum alienabant a nobis: iam per euangelicam doctrinam ⌊repromissionem accipiãt: qui vocati sunt⌋ non Iudæi tantum ⌊æternæ hæreditatis⌋ Ephe. 1. In quo & nos sorte vocati sumus prædestinati secundum propositum eius, Psal. Gratiam & gloriam dabit dominus.

¶Cum Iudæi quod semen essent Abrahæ gloriarẽtur dominus ob reproba ipsorum opera, nec Abrahæ nec dei ipos esse ostendit filios, quum desideria patris sui, qui homicida erat ab initio in Christi innocentis occisione conarentur perficere, vnde ait: Ego autem quia veritatem dico non creditis mihi. In illo tempore dicebat Iesus turbis Iudæorum, & p. s. quis ex vobis.

¶Dominica pcedẽti audiuimus quomodo Saluator ad se confugientes tam corporaliter quam spiritualiter refecit, sed quia nonnulli pabulum diuini verbi non solum non recipiunt, sed & impugnant, ostenditur in hodierno euangelio hoc non ex parte Christi, sed malorum hominum prouenire.

¶Primũ, Syncera innocentiæ demõstratio, in principio.

¶Secundum, Turbida doctrinæ impugnatio, Ibi; Responderunt ergo Iudæi.

¶Tertium, Venenata malitiæ operatio, ibi; Tulerunt ergo lapides.

¶Quo ad primum dicit Psal. Iudica me deus & discerne causam meam de gente nõ sancta, ab homine iniquo & doloso eruc: quia tu es deus fortitudo mea. Si enim caput omnis innocentiæ & sanctitatis Christum per membra corporis sui diabolus impugnare nõ est veritus, nõ mirum si & membra in terris degentia oppugnet iuxta illud Iohan. 15. Si me persecuti sunt & vos persequentur. Actura ergo ecclesia de passiõe redemptoris, primo agit de ea quæ fit per contumelioſa verba & opprobria, vsq; ad dominicam palmarum. Dehinc de ea quæ per verbera & plagas. Ostendit ergo in hodierno dominus euangelio doctrinam suam autenticam ex tribus. Primo „ppter ipsius puritatem, non enim admixta & obfuscata peccatis. Vñ. ¶Dicebat turbis ⌋.i. minoribus ⌊ & principibus sacerdotum ⌋.i. maioribus, & sic omnibus volẽs omnes erudire. ⌊Quis ex vobis arguet me de peccato ⌋ q.d. paratus sum audire, sed scio quod null⁹ Iob. 34. Absit a deo impietas & ab omnipotenti iniquitas. Nemo hoc dicere potest nisi ipse. 1. Pet. 2. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Si enim dixerimus qa peccatum non habemus nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. 1. Iohan. 1. Hiere. 2. Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Greg. Pensate fratres mansuetudinem dei, relaxare peccata venerat, & dicebat qs ex vobis arguet me de peccato. Non dedignatur ex ratione ostendere se peccatorem non esse, qui ex virtute diuinitatis poterat peccatores iustificare. Chrysost. Magna fiducia iusticiæ eius, cuius causa etiam aduersario committitur. Secundo, ob veritatem ⌊ Si ⌋ .i. quia ⌊ veritatem dico vobis, q̃re non creditis mihi? ⌋ Iohan. 18. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundũ, vt testimonium phibeam veritati, q.d. Si in dictis meis nullum deprehenditis mendaciũ, nec in factis crimen, quare non creditis mihi. Vos quales sitis ipsi vobis conscij estis. Quod si a deo est quicquid rectum est ac verum, nec; in me quicquam potestis conuincere quod a recto vero; dissideat, cur mihi diffidentes diffiditis deo, præsertim cum vos dei iactetis filios, sed profecto ex patre mendacij estis. Tertio, propter ipsius autoritatem, quia dei erat. Iohan. 7. Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Vnde subdit.

EVANG.

¶ Qui ex deo est verba dei audit ¶ Nam verax est & veritatis pater. Omnis autem creatura ex deo est. Iohan. 1. Omnia per ipsum facta sunt, sed hoc est secũdum esse naturæ. Sed secundum esse gratię, sic boni tantum. Iohan. 1. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt. Iohannis. 3. Quod natum est ex carne caro est, quod natum est ex spiritu spiritus est. Sic ergo non omnes ex deo, sed quidam ex diabolo. Iohan. 8. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis perficere. ¶ Propterea vos nõ auditis quia ex deo non estis ¶ quasi dicat. Illud arguit vos ex deo patre non esse prognatos, quia veritatem ab illo profectam audire non sustinetis. Audierunt quidem corpore sed non mente. Ille enim audit qui credit. Argumentum est ex deo nos esse, si libenter dei verba audim⁹, quia libenter audit homo dilecti verba & de eo. Sed sunt nonnulli qui prȩcepta dei nec aure corporis percipere dignantur. 2. Tim. 4. A veritate quidem auditum auertẽt, ad fabulas autem conuertentur. Sed nulla spes languenti & nullam medicinam recipiẽti. Alij corporis aure percipiunt, sed nullo mentis desiderio complectuntur similes febricitantibus, qui ob infectum palatum dulcia iudicant amara. Alij libenter verba dei suscipiunt, ita vt etiam in fletibus compungantur, sed post lachrymas tempus ad iniquitatem redeunt, hi profecto verba dei nõ audiunt, qui hæc opere exercere contemnunt. qui enim verba dei veraciter audit, hæc & opere ostendit, cum sapienti domum suam fundans supra petram. Mat. 7. Cæleſtem patriam desiderare veritas iubet, carnis desideria conteri, mundi gloriam declinare, aliena nõ appetere, sua largiri. Pensẽt vnusquisq; apud semetipsum, si hæc vox dei in cordis aure conualuit, & quia iam ex deo sit agnoscit. Hæc Gregorius

¶ Quo ad secundum, Periculosam cordis regius propheta considerans cæcitatem orat: Emitte lucem tuam & veritatem, ipa me deduxerunt, & adduxerunt in montẽ sanctum tuum, & in tabernacula tua. Præceptum sigdem domini lucidum illuminans oculos, mentis scilicet: qn & sermo tuus (ait Saluat. Ioh. 17) veritas est q̃ in montem & tabernaculum gloriæ cæleſtis ducimur. Sed sunt quidã

quibus odiosa(quemadmodum noctu is) lux, quales sue
runt Iudæi, qui eo magis in malitiam versi sunt, quo
ipos Christus salutari amplius conatus est illustrare do
ctrina, vt solet hominum malitia ratiõibus conclusa, vñ
& ad maledicta, quia non habebãt quid rationabiliter re
sponderent confugerunt, sicut homines furiosi & ira cõ
moti. ⌊Responderunt ergo Iudæi & dixerunt ei; Nõne
benedicimus nos ⌋id quod tu nũc re declarans cõprobas
nostram de te sentẽtiam, vnde oñdunt se etiam alias hoc
sibi obiecisse ⌊quia Samaritanus es tu? ⌋quum Iudæus
videri vis⌊& dæmonium habes⌋quum deum patrem
iactes. Samaritanum vocabant, contra illud. qs ex vobis
arguet me de peccato. Erãt enim Samaritani gentiles in
Samaria positi per Salmanasar captis Iudæis, cum legis
Mosaicæ obseruatione idola colentes. 4. Reg. 17. Et ideo
duplici via Iudæis odiosi, quia terram ipsis promissam
incolebant, & quia cum idolis legem colebant, quare nõ
vere legem obseruabãt, & sic Christum legis trãsgresso
rem notabant. Erat siquidem obprobriosum illud, quem
admodum si nunc quempiam male Christianum Iudæum
quis vocitaret. *Dæmonium dicebant habere propter co
gitationum suarum reuelationem & dæmonum expul-
sionem ac doctrinæ sublimitatem. Mar. 3.* Ex his ergo cõ
cludere volebant doctrinam ipsius non autenticam, quia
diabolus mendax est, qui cum loquitur ex proprijs loq-
tur mendacium. Iohan. 8. Mirissimus autem Iesus ad Sa-
maritani conuitium, quanquam vulgo magni probri lo
co habebatur, qm̃ nihil aliud erat quam impotentis iræ
maledictum, nihil respondit. Primo, vt doceret nos iniu
rias eatenus ferendas, quatenus nos solos tangunt. Se-
cundo, quia vt dicit Grego. Samaritanus custos dicitur.
Ipe autem veraciter custos est, de quo Psalmista. Nisi do
minus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit
eam. Vnde & ipe se Samaritanum, vulnera fauciati gene
ris humani alligantem ostendit. Lucæ. 10. Duo ergo ei
obiecta erãt vnum tacitus consensit, alterum quia in ob
probrium erat gloriæ dei diluit: sic tamen vt non rege
rat maledictum, cum verius in ipos competeret, nisi enim
dæmonio impleti essent tam peruersa de deo loqui non
possent. Sed accepta iniuria etiam quod verum erat dice

re veritas noluit, ne non dixisse veritatem, sed prouocatus contumeliam reddidisse videretur. Vnde quatuor rationibus ostendit se dæmonium non habere. Referebat enim ad fructū euāgelicum, vt intelligeret populus Christum quicquid ageret non autore dæmone, sed deo patre autore agere. ⌊Respondit Iesus: Ego dæmonium non habeo⌋ quod probat ⌊sed honorifico patrem meum⌋ sed diabolus gloriam dei oppugnat. Non enim me iacto de patre deo, vt mihi ex mendatio gloriam concilīem, sed vt per me pater glorificetur apud omnes ⌊& vos inhonoratis me,⌋ probris me afficiendo. Secundo, quia diabolus propriam quærit gloriam in ōnibus ⌊ego aūt non quæro gloriam meam⌋ Tertio, quia deus non glorificat hñtes dæmonum commertia. Sed deus quærit gloriam meam. ⌊Est qui quærat⌋ Vnde Iohannis decimo septimo: Et clarificaui & iterum clarificabo. Quarto, quia deus ipsius iudicat iniuriam ⌊& iudicet. ⌋ Sicut enim non sum affectator propriæ gloriæ, ita nec vltor meæ contumeliæ, nec tamen existimetis impune fore probris me afficitis, est enim qui quærat gloriam meam quem vos dicitis quia deus vester est, & iudicet iniuriam mihi illatam nisi respueritis. Fructū sermonis suī insinuat, vt a malis retrahat dicens: ⌊Amen amen dico vobis si quis sermonem meum seruauerit⌋ corde meditando & opere implendo ⌊mortem non gustabit in æternum⌋ Adam si verbum dei seruasset mortem non vidisset, quia verbum dei dat vitam, ecōtra diabolī, & proinde qui illud seruauerit vitam non gustabit in æternum Et hic de vita & morte fit sermo, sed secundum spiritum & hoc patet, quia ait in æternum. Non enim est homo super terram qui viuat & non videat mortem scilicet corporis. Est mors culpæ, ab hac præseruat, quia sermones dei seruans non peccat. Item Gehennæ, hanc non videbit de hac duplici intelligitur hic. Hoc tam mansueto responso quum placari debuerint, hoc tanto præmio quo inuitari ad credulitatem, tamen pro sua crassitudine ꝺd iuxta spiritum dictum erat de vita animæ, de vita corporum interpretabantur, & quod dictum erat ad illos erudiendos seditiose deprauant ad contumeliam patriarcharum, vndiq; studentes aliquid inuidiæ conflare domino

Iesu apud multitudinem. ⌊ Nunc cognouimus ⌋ ex tuo sermone certius ⌊ quia dæmonium habes ⌋ quasi dicant, Prius opinati sumus, sed nunc certi sumus, promittis seruantibus tuum sermonem, quod nec laudatissimis contigit patriarchis. Christus sufficientissime hanc submouerat calumniam, sed tamen eam replicant, ne succumbere videantur: cui & stultam, ac mendacem addãt rationem quia ex beneficio prædicationis semper peiores reddebantur. ⌊ Abraham mortuus est & prophetæ ⌋ scilicet mortui sunt, qui obtemperarunt sermonibus dei ⌊ & tu dicis, si quis sermonem meum seruauerit mortem nõ gustabit in æternum ⌋ Carnales nil præter carnem sapere nouerant, vnde mendacium mendacio adiiciunt dicentes ⌊ Nunquid tu maior es patre nostro Abrahã qui mortuus est ⌋ aut prophetis ⌊ & prophetæ mortui sunt ⌋ Nihil illi tale ausi sunt polliceri cuipiam, qua fronte tu promittis alĩs, quod ipse non habes? Ipse mortalis alĩs promittis immortalitatem. Quid tibi arrogas? ⌊ Quem teipsum facis? ⌋ Anteponis te prophetis & Abrahæ, & quod dei est polliceris, deum te facis. Interrogãt non vt veritatem intelligant, sed vt confundant. Sed veritas respondere non potest nisi veritatem. ⌊ Respondit Iesus ⌋ Non respondit ad hoc quod dicebant nunc cognouimus quia dæmo. quia vidit ipsos ad contumelias paratos, nec ad id quod sermo ei⁹ liberaret a morte, cũ ratio ipsor⁹ nõ esset ad propositum, quia ipe de morte animę dixerat nõ carnis, sed duplici quæstioni. s. quem seipsum faceret, & an maior esset Abraham. ⌊ Si ego glorifico meipm ⌋ gloriam apud homines more hominum captando ⌊ gloria mea nihil est ⌋ sed mendax & inanis. Hi glorificant seipsos qui gloriam suã quærunt, & omnia opera sua faciunt vt honorificent. Non autem Christus suam sed patris q̃ situit gloriam ⌊ Est pater meus qui glorificat me ⌋ vnde proficiscitur omnis vera gloria quare si gloriam affectarem, non esset necesse illam venari apud homines. Glorificat pater filium, & eo quidem honore & gloria. quæ oi honore & gloria maior est. Mat. 3, & 17. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Ioha. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a patre. Et si vultis scire quis sit iste pater meus, is ipse est ⌊ quem vos di

estis quia deus vester est, & nō cognouistis eū ⌋ Sicut eīm falsa religione eum colitis, ita falso illius vendicatis noticiam. Ille spiritualis est, & vos nihil aliud sapitis q̄ carnalia, & ideo testimonio illius de me credere non vultis Iohan. ſ. Opera q̄ dedit mihi pater vt faciam illa testimonium perhibēt de me. Theo. Si vere patrem cognoscerēt filium eius venerarentur. ⌊ Ego autem noui eum ⌋ quia vere filius eius. ⌊ Et si dixero quia nescio eum, ero similis vobis mendax ⌋ qui profitemini vos nosse cum deum ignoretis. ⌊ Sed scio eum ⌋ quod probat dicens ⌊ & sermonem eius seruo ⌋ q.d. Sicut operibus ostendo me cognoscere patrem, ita vos peruersis calumnijs ostenditis ignorare. Non ergo in verbis, sed factis cognitio fidei claret domino hic testante. Secundo respondet de Abraham d. ⌊ Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum, vidit & gauisus est ⌋ Abraham pater vester quē mirami ni non imitamini, quare pater vester tantum secundum carnem. gaudio gestiuit in spiritu spe videndi diem meum vid. & ga. est. Theo. Diem desiderabilem & lætitiæ plenum, diem generationis æternæ. Psal. Ego hodie genui te. Hæc dies nec initium nec finem habet, hūc vidit secundum Grego. *Cum in figura summæ trinitatis tres angelos hospitio recepit, q̄bus profecto receptis, sic tribus quasi vni locutus est, quia & si in personis numerus trinitatis est, in natura vnitas diuinitatis.* Vel natiuitatis temporalis. Lu. 2. Natus est vobis hodie saluator, quē vidit cum repromitteret ei de semine suo nasciturum, secundum Auguſt. Aut secundum Chryſoſt. passionis quū pararet immolare filium suum Isaac, per prophetiæ spiritum vidisse dominum Iesum in mortem crucis a patre tradendum pro mundi salute, nec tamen ob mortem interiturum post triduum ad immortalitatem reuicturū. Exultauit itaq; felixq; futurus est visus sibi si videret diem meum quem vos aspernamini, vidit & gauisus est. Hoc ostendit se maiorem Abraham, qui eius diem cum gaudio desiderans per ipsum saluari credebat. Hoc mysterium nondum intelligentes Iudæi rursus iuxta carnalem sensum, quia carnales mentes, oculos a carne nō sublevant, quia solam carnis ætatem in eo pensant, nihil aliud suspicantes Iesum esse quam hominem, nec ante fuisse

quam de Maria nasceret, ideo impossibile rati quæ audierant d. ⌊Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes & Abraham vidisti?⌋ ante tot annos mortuũ. Ecce qualiter verba ipsius puertunt, non enim dixerat saluator se vidisse Abraham, sed a.d.s. in spiritu scilicet non corpore, sicut ipsi calumniabantur. Quod quinquaginta annos nondum habuit secũdum humanitatem verum fuit, quia parum supra tricesimum, quamuis ob maturam conuersationem & austeram vitam senior appareret. Similiter secundum diuinam, secundum quam nullos habet annos quia æternitas nullis constat aut definitur annis, secundum quam dicit eis, volens mentes ipsorum a carnis suæ intuitu, ad diuinitatis contemplationem subuehere ⌊dixit eis Iesus: Amen amen dico vobis; antequam Abraham fieret ego sum⌋ Eo modo se eis manifestat sicut quondam Mosi Exo. 3. vt intelligerẽt ex hoc deum, & dei filium, suum esse liberatorem & saluatorem, qui & tunc per Mosen saluarat, & q̃modo ante Abraham fuisset, secundum Aug. loquens de Abrahæ existẽtia, ipsam per fieri significat, quia soli creaturæ competit fieri, deo vero non competit fieri sed esse tantum, vnde suam existentiam per verbum præsens signat. Gre. Ante præteriti temporis sum p̃sentis, & quia tempus præteritum & futurum diuinitas non habet, sed semper esse habet, non ait. ante. Abra. fieret ego fui, sed ego sum. Vnde ad Mosen Exo. 3. Ego sum qui sum, hęc dices filijs Israel, qui est misit me ad vos.

¶Quo ad tertium, Spiritu dei inflammatus Psa. seip̃m ad fortiora erigẽs ait: Confitebor tibi in cythara deus meus, q̃re tristis es anima mea, & quare conturbas me? Et q̃re non debeat adiungit. Spera in deo, quoniam adhuc cõfitebor illi; salutare vultus mei, & deus meus. Non enim impatientia frangi debemus, si mali bonis nostris abusi ad maiora conuitia insurgant, videntes & idem domino contigisse, sed omnẽ spem in ipsum ponere, qui dicit Iohannis 16. Confidite quia ego vici mundum, patienter malos tolerando. Vnde Iudæi non capientes Christi verba ad lapides ⌈currebant, quia eis defecerant verba, currebant ad verbera, & dura corda ad duros lapides, vt etiã pro beneficio p̃teritæ liberationis quod ipsis tunc ob ocu

los posuit: quamuis non intelligerent, & quam volebat eis exhibere præsentis & futuræ voluerunt ipsum lapida re tanquam blasphemum palam, qđ hō mortalis videre tur sibi æternitatem soli deo competentē arrogare ⌊ Tu lerunt ergo lapides Iudæi vt iacerent in eum ⌋ Mira Iudæorum pertinatia qui ipsum in templo lapidare voluerunt. ⌊ Iesus autem abscondit se ⌋ diuina se virtute inuisibilem reddens Iudæis, non discipulis qui eum secuti sunt ⌊ & exiuit de templo ⌋ Nam professus se deum, vt hominem demonstraret cessit illorum furori, non quod illorum violentiam metueret, quam illi in manu erat co hibere, sed nos docens interim, vbi tempus postulat gra uiter ac fortiter esse prædicandam euangelicam veritatem, rursus vbi nostro simus functi officio, nō esse sine fructu prouocandā malorum insaniam. Gregorius: Mirum cur persecutores suos dominus se abscondendo declinauerit, qui si diuinitatis suę potentiam exercere volu isset tacito nutu mentis, in suis ictibus ligaret, aut pœna subitæ mortis obrueret. Sed qui pati venerat exercere iudicium nolebat. Certe sub ipso passionis tempore, & quantum poterat ostendit, & tamen hoc ad quod venerat pertulit. Nam cum persequutoribus se quærentibus diceret ego sum, sola hac voce eorum superbiam perculit & omnes in terram prostrauit. Sed homo inter homines factus, alia nobis verbo, alia nobis exemplo loquitur. Quid ergo hic aliud discimus, nisi vt etiamcum resistere possumus iram superbiētium humiliter declinemus. Vn de Romanos. 12. Date locum iræ. Nemo ergo contra acceptas contumelias se erigat, nemo cōuitijs conuitium retribuat. imitatione dei gloriosius est iniuriam ta cendo fugere quā respondendo superare. Sed contra hoc superbus dicit in corde: Turpe est vt accepta iniuria tace as, qui squis conspicit quia contumeliam accipis & taces, non putat quia patientiam exhibes sed crimen agnoscis. Sed vnde hæc vox in corde nostro contra patientiam na scitur, nisi quia in imis cogitationem figimus, & dum in terra gloriam quærimus, placere ei qui nos de cœlo con spicit non curamus. Accepta ergo iniuria meditemur in opere vocem dei. Ego non quæro gloriam meam, est qui quærat & iudicet. Quid autem dominus abscondendo se

signat, nisi quod eis ipa veritas absconditur, qui eius sequi verba contemnunt. Eam quippe quam nō humilem inuenit veritas fugit mentem. Et quam multi hodie sunt qui Iudæorum duritiam detestantur, quia prædicationē domini audire noluerunt, & tamen quales illos arguunt fuisse ad fidem, tales ipsi sunt ad operationem. Præcepta dei audiunt, miracula cognoscunt, sed cōuerti a suis prauitatibus contemnunt. Ecce vocat & redire nolumus, ecce sustinet & eius patientiam dissimulamus. Dum ergo tempus est prauitatem suam vnusquisq; deserat, dei patientiam perrimescat, ne quem nunc tranquillum despicit, iratum postmodum nequaquam euadere possit,

¶Dominica Palmarum.

EPIST.

CVm appropinquasset Jesus Hierosolymis, & venisset Bethphage ad mōtem Oliueti, tunc misit duos discip. suos ⌋ Mat. 21. Saluator noster ad erigendos ad cœlestia fidelium animos humilitatem non tam verbo q̄ exemplo oīm bonorū radicem docuit. Aduenīēte enim passionis suæ tempore humiliter vectus asello, ad pphetiæ complementum Hierusalem ingressus & templum, salutari populum refecit doctrina, ostendens quam voluntarie passionis p nobis aggrederetur ignominiam. Ideo apost. Phil. 2. ¶ Hoc enim sentite in vobis quod & in Christo Iesu ⌋ fuit scilicet. Ad humilitatem nos instituens Christum Iesum producit in medium, qui nostri gratia, cum diues esset sit inops effectus. 2. Cor. 8. Nam dei filium qui omne excedit fastigiū ad infima se contuliſſe, quem nam eorum qui alta sapiūt non cogat pudere, sentite dicit nō tantum loquimini, vt magistri; aut exterius p̄tendite in ope, vt hypocritæ, sed interius in corde. Cur enim non conuenit vos, qui pares estis & consortes, sic inter vos affectos esse, quemadmodum ille affectus sit erga nos. ⌊ Qui cum in forma dei esset ⌋ in plena essentia & æqualitate ab æterno. ⌊ Non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo ⌋ in potestate. Nam in deo non est quantitas molis sed virtutis. Ioh. 5. Quæcunq; facit pater, hæc similiter filius facit, hoc dicendo non vsurpauit quod suum non erat, sed honorem proprium, quare nec rapinam quemadmodum diabolus. Esa. 14. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero

altissimo. Et primus homo Gen. 3. Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, Ironia est. Similiter per mirabilia q̄ hic gessit opera, non sibi per inanem gloriam vindicauit vt haberetur æq̄lis deo L. sed semetip̄m exinaniuit ⌋ cum esset talis ac tantus & hoc voluntarie non coacte. L For mam serui accipiens ⌋ non formam dei mutās Quasi em̄ dignitate se exuit dum formam serui sibi vniuit. i. humanam naturam, corpus s. & animam, in vnitate suppositi. Nam sicut non augetur numerus personar̄ cum caro accedit animæ vt sit vnus homo, sic nec augetur numerus personarum cum homo accedit verbo, vt sit vnus Christus: ne autem putares formā serui ex hoc immortalem, adiecit L in similitudinem hominum factus ⌋ quantum ad passibilitates L & habitu inuentus vt homo ⌋ conuersatione. Baruch. 3. In terris visus est, & cum hominibus conuersatus est, & natura. Ioh. 1. Vidimus gloriam eius gloriam q̄si vnigeniti a patre, sic & hic. Nec hoc tantum sed humiliauit semetipsum dando humilitatis exemplū, & superbiæ medicamentum. quid ergo intumescis o homo. O pellis morticina quid tenderis. O sanies fœda qd inflaris. Princeps tuus humilis, & tu superbis. Caput tuum humile, & membrum superbit. L Factus obediens ⌋ deo patri voluntarie, perspicuam faciens vnitatem quam haberet cum patre L vsq̄ ad mortem ⌋ nō tm̄ ad conuitia & verbera, nec simplicem tm̄ L mortem aūt crucis ⌋ q̄ sontibus ac maleficis debebat. Sic visum erat patri, vt ille hæc pro nostris commissis dependeret, isq̄ volens obedientem se p̄stitit per omnia, nihil detrectans quod ad nostram salutem cōduceret. qui mundano sunt affectu, ambitione, contentione, cū alior̄ iniuria grassantur ad falsam gloriam, At Christian⁹ qui veram & æternam gloriam q̄rit hac via debet ad illam contendere, q̄ Christ⁹ ingressus est. Per falsam ignominiam iter est ad veram gloriam, per momentaria dispendia, aditus ē ad immortalia compendia. Gloriam captare nō oportet sed promereri. Vis scire quid meruit humilitas Christi, quæ maxime in passione claruit, & quid & quantum humilitas mereatur. L Propter quod ⌋ inquit, quia sic se humiliauit obediens ad mortem crucis L & deus exaltauit illū ⌋ in sua resurrectione & ascensione gloriam corporis, im-

passibilitatem, & immortalitatem dando, quia gloriam animæ habuit ab instante conceptionis suæ ⌊ & dedit illi nomen quod est super omne nomen.⌋ Luc. 1. Et quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. Istiusmodi autem appellatio vniuersorum nomen excedit, ⌊ vt in nomine Iesu ⌋ illius consputi & crucifixi ⌊ omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum.⌋ .i. angeli homines reuerentiam exhibeant, & dæmones, & si inuiti. Rom. 14. Viuo ego dicit dominus, quia mihi curuabitur omne genu. ⌊ Et omnis lingua cõfiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris.⌋ Marc. 16. Et dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedet ad dexteram dei. Vnde secundum diuinitatem æqualis patri, secundum humanitatem in potioribus. Ephe. 1. Suscitans illum a mortuis, & cõstituens ad dexteram suam in cœlestibus, super oẽm principatum & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur, nõ solum in hoc seculo, sed etiã in futuro, & oia subiecit sub pedib⁹ eius.

¶ Ante sex dies Paschæ venit Iesus in Bethaniam vbi fuerat Lazarus mortuus, quem suscitauit Iesus, fecerũtq; ei cœnam in domo Simonis leprosi, in qua Martha ministrabat. Lazarus autem vnus erat ex discumbentibus. Maria vero vnxit pedes ipsius, quare Iudas murmurans cõpescitur, factumq; Mariæ laudatur. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quia illic esset, & venerunt non propter Iesum tantum, sed & vt Lazarum viderent. In crastinum autem turba multa quæ venerat ad diem festum cum audissent quia venit Iesus Hierosolymam acceperũt ramos palmarum & venerunt obuiam ei. Iohan. 12. In illo tempore. Cum appropinquaret.

¶ Dominica præcedenti audiuimus, quomodo Saluator a Iudæis opprobria pertulit & conuitia, & quod lapidare volentium excũdo de templo declinauit malitiã, quia nec tempus, nec genus hoc mortis delegerat. Ideo hodie actura de passione verborum ecclesia p̃mittit, quã voluntarie passus sit, locum accedendo passionis.

¶ Primum. Accõmoda discipulorũ missio in principio.

¶ Secundum. Benevola missorum obeditio. Ibi: Eũtes autem discipuli.

¶Tertium. Clara populorum professio. Ibi: Plurima autem turba.

¶Quo ad primum diuini auxilij magnitudinem & ne cessitatem considerans Psal. ait: Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum, tenuisti dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me. Felix nimirum iumentum quod dominica iussione solutum semper cum ipso manet, nam ipso regente tenetur ne cadat, deducitur ne erret, & cum gloria ad dominicum suscipitur vsum. Qui enim spiritu dei aguntur, si lij dei sunt. Rom. 8. Hoc mystice hic designatur. Veniens ergo in die Palmarum a Bethania versus Hierusalem.

EVANG:

¶ Cum appropinquasset Iesus Hierosolymis & venisset Bethphage ad montem Oliueti. ⌊ viculus erat ibi situs. ⌊ Tunc misit duos discipulos suos. ⌋ non exprimitur qui fuerint sed quot, quia duo, misit enim binos in commendationem charitatis ⌊ dicens: Ite in castellum quod contra vos est. ⌋ .i. Hierusalem e regione. Castellum nomiat quia reuera non ciuitas, contra dominũ suum rebellans; sed castellum armis munitum malitiæ & inuidiæ, vnde & contra apostolos sicut & eorum dñm. ⌊ Et statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea, ⌋ d. Marci. 11. Super quem nullus hominum sedit. ⌊ Soluite & adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit ⌋ nam ligatus erat in biuio, quare, s. soluitis ⌊ dicite quia dominus his opus habet; & confestim dimittet eos. ⌋ secundum Chrys. refertur ad Christum, q. d. Cum operatus fuerit, statim remittet eos, vel secundum glo. ad custodem animalium quod dimitteret cum audiret quod dominus opus haberet. Hęc partim ideo facta sunt, vt intelligerent discipuli illi nihil esse incognitum & habere potestatem imperandi quibuscunq; vellet, & quicquid vellet, si voluisset vti viribus suis: partim vt Iudæi hoc argumento agnoscerent illum esse Messiam quod viderent hunc nouũ ingressum olim a Zacharia propheta fuisse ꝓdictum. Zac. 9. ⌊ Hoc autem totum factum est vt adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem: Dicite filiæ Syon. ⌋ ne obliuiscatur & non recipiat venientem. Sciebat enim propheta malitiã Iudæorũ, qa contradicturi erant ascendenti in templum, ideo eos prænonuit vt ꝑ hoc signum

cognoscerent regem suum, teneturvt hic consecutive nō causaliter. Nam quia sic futurum erat, ideo per spiritum sanctum p̄dictū est, & per executionem scriptura impleta ē. ⌊ Ecce ⌋ nō carnali aspectu, spiritali intellectu, opa ÿtu tū ei⁹ aspicite, nō schemavisionis ei⁹. Si em̄ schema visionis eius tantū aspicitis decipiendi estis in natura humana, si autem opus eius consideraueritis saluandi estis virtute diuina. Rex tuus tibi promissus, noli ergo dicere non habemus regem. Iohannis decimo nono.

⌊ Venit tibi. ⌋ si intellexeris: si non venict contra te.

⌊ Mansuetus ⌋ Vis cognoscere mansuetudinem venientis, considera speciem aduentus. Non venit in curru aureo, preciosa purpura fulgens, neque ascendit super equum feruidum discordiæ amatorem & litis, sed super asinam tranquillitatis & pacis amicam. Non habet in circuitu splendentes gladios, aut cætera ornamenta armorum terribilium, sed ramos frondentes testimonia pietatis. Venit ergo māsuetus vt non propter potentiam timeretur sicut quōdam. Exodi. 20. Cunctus populus videbat voces & lampades & sonitum buccinæ, montem q̄ fumantem. Et perterriti ac pauore concussi steterunt procul dicentes Mosi. Loquere tu nobis & audiemus. Nō loquatur nobis dominus ne forte moriamur. Et ait Moses ad populum. Nolite timere. Vt enim probaret vos venit deus, & vt terror illius esset in vobis, & non peccaretis, sed vt propter mansuetudinem amaretur. ⌊ Sedens super asinam & pullum filium subiugalis. ⌋ Matthæus qui Hebraice & Hebræis scripsit secundum prophetæ textum posuit. Vbi habetur: Exulta satis filia Syon, iubila filia Hierusalem, ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator, ipse pauper ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ. Zach. 9. Alī autem tres qui græce scripserunt nullam de asina, sed tantum de pullo facīt mentionem. Nec est dissonantia inter euangelistas, cum nulla inter ipsos sit contradictio, sed aliquando reperitur omissio, & supplementum, quia aliquando vnus vel plures omittunt quod dictum est ab vno, vel pluribus, aliquando vero supplent. Beda: Mediator dei & hominum homo Christus Iesus, qui pro humano genere passurus, venit in mundum, appropinquante hora passionis, loco

ipſius appropinquare voluit, vt per hoc clareſceret, quia non inuitus ſed ſponte pateret. In aſino veniens a turbis rex appellari & laudari voluit, vt etiã eruditus quiſque per hoc cognoſceret ipſum eẽ Chriſtum, quem ſic ventu rum prophetia olim præmiſſa ſignauerat. Interroga er go Iudæos, quando aliquis rex ſuper aſinam in Hieruſa lem delatus ſit, ſed non alium vtiq; inuenient.

¶ Quo ad ſecundum. Lætabundus Pſal. ait: Quam bo nus Iſrael deus, ſed quibus? His nimirum qui recto ſunt corde, quod vtiq; in obedientia mandatorum ipſius ſit, alias quid dicitis mihi, ait, domine domine & non faci tis quæ dico. Luc. 6. Diſcipuli ergo domini cum recto eſ ſent corde ſimpliciter obediebant. ⌊ Euntes autem diſci puli fecerunt ſicut p̃ceperat Ieſus. ⌋ Mar. 11. Abierunt & inuenerunt pullum alligatum iuxta ianuam foris in bi uio, & ſoluunt illum. Luc. 19. Soluentibus autem illis pul lum dixerunt domini eius ad illos, Mar. 11. Quid facitis ſoluẽtes pullum? At illi dixerunt quemadmodum p̃cepit Ieſus. & ſinebant illos. Non ſolum ergo fecerunt diſcipu li quæ iuſſerat dominus, ſed inuenerunt ſicut prædixerat quod erat euentus rerum cognoſcere antequam fuiſſent ab homine concepta, quod dei eſt proprium. ⌊ Et addu xerunt aſinam & pullum, & impoſuerunt ſuper eos veſti menta ſua, & eum deſuper ſedere fecerunt. ⌋ Theo. Non permitterent animalia ducere niſi diuina virtus eis incſſ beret cogens, p̃ſertim cum rurales & coloni eẽnt. Non ſi mul & ſemel ſuper vtrunq; ſedere potuit, vnde myſticũ quid hoc ſignatur, non enim ex neceſsitate a monte Olt ueti vſq; in Hieruſalem ſuper pullum ire voluit, cum o mnem Iudæam & Galilæam pedes perambulauerit, ſed ſignum erat quod per mortem ſuam honor regi⁹ ſibi cõ ueniebat, cuius regnum futurum erat eccleſia ex Iudæis & gentibus congreganda. Iohan. 11. Hieruſalem enim eç Ieſtem repræſentat gloriam, ad quã Chriſtus rex noſter per fidei obedientiã vtriq; populo inſidens p̃ducit vtrun que, ſed prius ornamentis apoſtolicis decoratum, q̃ ſunt virtutes & gratiæ doctrinæ apoſtolicæ. Pſal. Sacerdotes tui induantur iuſticia. Aſinos enim quos nudos inueniũt diſcipuli ſuis ſternunt veſtimentis, & ita deſuper domi num imponunt, cum prædicatores ſancti, quoſlibet a ſan

ritatis habitu vacuos inueniunt, hosq; virtutum suaꝝ exemplis ad suscipiendam fidem & dilectionem sui conditoris imbuunt. Non enim nudam dominus asinam, nō nudum voluit ascendere pullū, quia siue Iudæus siue gentilis, nisi sanctorum dictis fuerit ornatus & actis non potest dominum habere rectorem, sed regnat potius peccatum in mortali eius corpore ad obediendum concupiscētijs eius Rom. 6.

¶ Quo ad tertium. Vniuersos ad dei laudem excitās. Psal. ait: Confiteantur domino omnes reges terræ, & cau sam annectit, quia audierunt omnia verba oris tui. Et cā tent in vijs domini, quoniam magna est gloria domini. Ad literam turbæ memores mirabilium eius quæ ostendit eis, & sanitatum quas præstitit & doctrinæ, exultantes cordibus suis dominum laudauerunt, vnde triplici honore eum prosecuti sunt. Primo vestimenta ad ornatum viæ sternebant. ⊥ Plurima aūt turba strauerūt vestimenta sua in via ⊥ ad ipsius honorem, quemadmodum in processionibus fieri solet. Secundo, arboꝝ ramis, nam quidam vt Iohan. 12. dicitur, acceptis arborum, palmaꝝ ramis venerunt obuiam ei. ⊥ Alij autem cædebant ramos de arboribus & sternebant in via. Tertio, vocibus. ⊥ Turbæ autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur clamabant, dicentes: O sanna filio Dauid. ⊥ Christum eūt in medium ducentes alacri voce & corde laudabant. Lu. 19. Et cum iam appropinquaret ad descensum mōtis oliuarum cœperūt omnis multitudo discipulorum eius gaudentes laudare deum voce magna super omnibus, q̄ viderant virtutibus. O sanna signat petitionem salutis cum affectu, vt Ach helff, vel gybe heyl. Et potest duplicit cōstrui. Primo sic, turbæ clamabant filio Dauid os ana, id est, gyb gluck vnnd heyl dysem sonn Dauid. Secundo. sit. t. c. O fili Dauid salua. Et quam salutem petebant nō terrenam? Absit. Mar. enim dicit in altissimis quod solius dei est. Hiero. O sanna. i. salus in excelsis, vnde perspicue ostenditur q̄ saluatoris aduentus, non tantum hominum salus, sed totius mundi sit, terrena iungens cælestibus. Hac enim vo.e spiritussancti motione facta indicabatur verus deus, esse. Vox enim erat gaudij in spiritusancto & laudis, & bonæ imprecationis. Laudis quidem & patris-

& Christi quatenus erat deus, bonæ autem imprecationis, identidem Christi quatenus erat homo. Neque vnquam vlli regi Hebræorum laus ea data est, sed soli Christo peculiaris erat, & ex spiritu prophetico, q spiritussanctus est debita. Osiachna filio Dauid, id, ẽ. Messia. Postea adinuicem conuertebant, dicentes: ⊥ Benedictus qui venit in nomine domini. ⊥ id est, gloriosus sit qui venit per carnis assumptionem in nomine domini, id est, tanquam dominus, vel nomine patris. Iohannis. 5. Ego veni in nomine patris mei. Secundum Marcum addiderunt; Benedictum quod venit regnum in nomine domini patris nostri DAVID. Lucæ. 1. Dabit illi dominus sedem patris sui Dauid. Secundum Lucam tertiam addiderant laudem; Pax in cælo & gloria in excelsis. Nam pax per eum hominibus ad deum, & gloria deo in excelsis. Consonat ista laus spiritussancti per ora simplicium illi, quam angeli in natiuitate eius cecinere. Lucæ. 2. Hoc honoris dominus Iesus, qui humilis semper vixerat sibi passus est exhiberi, quo declararet sibi non defuturam fuisse gloriam huius mundi, nisi maluisset eam aspernari quam amplecti; quo turpius videretur hoc ab his qui se discipulos illius profitentur, quod ille spreuit qui solus promeruit. Nam inter voces laudantium lachrymasse perhibetur super ciuitatem. Lucæ. 19. Ecce qualis conuentio, turbæ exultabant, Christus lachrymabatur. Illi cantabant, ipse plangebat. Illi flores & ramos spargebant in via, ipse lachrymas. Nouerat enim quod in proximo ipsum occisuri essent, quare & ciuitas subuertẽda & cuncti disperdendi. Beda. Instar agni paschalis ante quinque dies quã pati inciperet locum passionis adijt, vt se insinuaret esse illum de quo prædixit Esaias. 53. Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & ⊥ non aperiet os suum. Item, Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras & liuore eius sanati sumus. Sed inuidorum corda principum in eum quæ prouide gessit, eum potius persequi quam in eum credere maluerunt, & in multis miseri vitæ autorem morti potius dare quam per ipsum viuificari studebant. Hac igitur noua pompa quum ingressus esset Hierosolymam insolito spectaculo ⊥ commota est vniuersa ciuitas, dicens;

Quis est hic? Populi autem dicebāt: Hic est Iesus ꝓphetā a Nazareth. ¶ Hoc illis visum est præclarum elogium, quum procul esset ab illius magnitudine. Ingressus hoc itrepitu in templum, indignitate rei commotus iuxta illud: Zelus domus tuæ comedit me, facto e funiculis flagello eiecit omnes vendentes & ementes de templo, & quotquot ipsum adibant sanabat. His rebus quibus oportebat illos tandem resipiscere magis exarserunt inuidia primores sacerdotum & scribæ, quum uiderent tātis stupdijs vndiq; applaudentem populum, præsentem vim in sanandis claudis & cæcis, autoritatem in eijciendis mercimonijs, nemine ausо resistere, pueros in templo clamātes osanna filio Dauid, indigne ferentes submonuerūt Iesum, vt eum clamorem compesceret, alioqui fore vt videretur agnoscere tantum honorisquo iudicabant illum indignum, quum magis ipsorum fuerit ipsum magnificentius prædicare, qui natu grandes, & legis ac oraculorum periti, ex conspectis tot miraculis intelligere poterant hunc esse Messiam, quem tot seculis expectarunt. Nunc pueri naturæ instinctu vel potius afflatu numinis, hoc sonabant quod intelligere per ætatem nō poterant. Proinde cæci inuidia & ira temulenti dixerunt: Audis quid isti dicūt? At Iesus scripturæ testimonio illis os obturaturus. Nunq̄ legistis, inquit, ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem? Vultis igitur vt eis occludā ora, quæ deus ad laudandam gloriam suam aperuit. Dico vobis adeo deus non patietur per vestram inuidiam sileri laudes suas, vt si isti tacerent, lapides ipsi fint clamaturi, quibus vos estis duriores. Nam vt dicit Beda: In passione Christi tacentibus præ timore discipulis petræ scissæ, & monumenta aperta sunt. Proinde necesse est vt ad promissam nobis patriam tota mentis deuotione tendamus, semper recordantes quia & si angusta est via qua ingredimur, beata est mansio ad quam festinamus. Felicius quippe est per asperum iter ad regnū, quam p amœnum planumq; ad supplicium duci.

¶ Dominca resurrectionis.

MAria Magdalene et Maria Jacobi et Salome emerunt aromata vt venientes vngerent Iesum. ¶ Mar. 16. Nunquam pios

in se animos saluator noster consolatione destituit, quatenus omnem in ipsum spem iacientes, reiectis veteris uitæ corruptionibus, per nouæ conuersationis, veluti resurrectionis studium, ipsum imitemur. Quapropter solicite Apostolus admonet, 1. Corint. 5. ¶ Expurgate vetus fermentum ⌋ nam ingentem farinæ conspersæ vim paululum fermenti afficit & acidam reddit. Si quid igitur veteris vitæ residet in vobis, diuersum a simplicitate Christi fermentum est. Fermentũ enim est quod e corrupta massa supest ⌊ vt sitis noua conspsio ⌋ nulla imꝓbitate admixta, per aquæ baptismalis assumpsionem. Nota in fermento duo sunt. Sapor virtualiter inquantum reddit panem sapidum, sic doctrina euangelica comparatur fermento. Matthæi. 13. Simile est regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum. Aliud est corruptio, sic operatur peccatum, & sic capitur hic, quia ex vno peccatore alij corrumpũtur. Non autem dicit purgate, sed expurgate vetus fermentum vt sitis actu, noua conspersio sicut estis, quemadmodum vos esse decet, azymi sine fermento, ne in vniuersa massa quicquam pristinæ malicię sit admixtum. ⌊ Etenim ⌋ ideo puri ⌊ pascha nostrum immolatus est Christus ⌋ per quem transire habemus ex hoc mundo ad promissam terram. Agnus paschalis figura fuit immolationis Christi. Exodi. 12. Per quem liberati sumus a dæmonis potestate, sicut filij Israel per sanguinem agni paschalis ab angelo deuastante. Carnes illius agni cum azymis commedebantur panib⁹, quibus septem diebus filij Israel vtebantur, nec quicquã tunc fermenti in domibus habebant, q̃ signatur vitã populi Christiani eẽ debere sine peccati fermento. ⌊ Itaq; epulemur non in fermento veteri ⌋ vitam præsentẽ transeundo, arguit ex hoc omne tempus festũ esse & celebre Christianis propter bonorum magnitudinem, quæ illis collata sunt gratis. Propterea, inquit, immolatus est dei filius, vt te lætos & festos agere faciat dies, sed nõ in fermento veteri. i. antiquo Adæ peccato, quod animam inueterascere facit spiritualiter ⌊ neque in fermento maltiæ & nequitiæ. ⌋ Malus is dicitur qui mala exequitur nequam vero qui mente iniqua ⌊ & maliciæ ⌋ quadam

EPIST

profunditate, quæ mala sunt peragit. Prou. 2. Qui lætantur cum male fecerint, & exultāt in rebus pessimis. ⌊ Sed in azymis synceritatis ⌋ quantum ad puritatem affectus ⌊ & veritatis ⌋ q̄ ad puritatem intellectus. i. vita puriori & integra, syncera a vicijs, & vera sine omni simulatione & fraude, vt synceritas mundam faciat vitā, & veritas oēm excludat fraudem. Vult ergo vt sint vnum qd per dilectionem, puri a corruptione peccati, nouū hominem induti sicut in baptismo facti sunt azymi.

¶ Cum Ioseph habita a Pilato licentia, mercatus syndonem, conditum aromatibus corpus dñi, syndoni mundæ inuolutum, poneret in monumento nouo, q̄d erat excisum de petra. saxumq; magnum aduolueret ad ostium monumenti, Maria Magdalene & Maria Ioseph viderūt vbi & quemadmodum positum esset, & reuertentes parauerunt aromata & vnguenta, & sabbato q̄dem siluerunt secundum mandatum. In illo tempore: Maria.

¶ Egit ecclesia a dominica passionis de prēludijs passionis, cuius sexta feria recoluit amarissimam consummationem. Hodie autem ex hoc secutam, gloriosam lætissime agit resurrectionem, cuius modū Matthæus in hesterno. Mar. in hodierno declarat euangelio.

¶ Primum, Deuota diligentiū operatio, In principio.

¶ Secundum, Aequa pauentium confortatio, ibi. Et dicebant adinuicem.

¶ Tertium, Fructifera dolentium consolatio, ibi. Sed ite velociter.

¶ Quo ad primum. Psal. spiritusancto affiatus resurrectionis dominicæ gaudium contemplans ait: Hæc ē dīes quam fecit dominus. Et de qua loqueretur præmisit. Cōfitebor tibi domine quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutem, sed per quē modum. Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud, & ē mirabile in oculis nostris. Vere mirabile quod deus nouissimum omnium hominum a Iudæis habitum, dominum constituit & saluatorem omnium. Quid ergo? Exultemus inquit, & lætemur in ea. Nam Rom. 12. gaudere admonet Apostō. cum gaudentibus flere cum flentibus. Vnum enim corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Sed

si quid patitur vnum membrum, compatiuntur oia membra, siue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro. 1. Corinthi. 12. Digne ergo hodie gaudendum imo semper, sed in domino. Philippen. 4. Si enim angeli domino per natiuitatem mundum intrante ad pugnã, deum lætanter laudauerunt, Lucę, 2. Quanto magis nos hodie domino de hoste victorioso triumphante, & spolia ipsius diripiente. Hieronymus: Nunc aromatibus redolentibus cum sponsa, & adolescentulis quæ currunt post eum, conspergamus cubiculum mentis nostræ. Nũc introducit nos rex in cellaria sua. Nunc surgit amica Maria, hyems abiit, pluuia recessit, flores visi sunt in terra. Vox turturis audita est in terra nostra, Post sabbata tristia felix irradiat dies, qui primatum in diebus tenet, luce prima in ea lucescente, & domino meo cum triumpho resurgente. 1. Petri. 1. Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem viuam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis in hæreditatem incorruptibilem & incontaminatam, & immarcessibilem, conseruatam in cælis in vobis, qui in virtute dei custodimini per fidem in salutem, paratam reuelari in tempore nouissimo, in quo exultabitis modicum nunc si contristari oportet in varijs tentationibus. Oportuit enim Christum pati, & intrare in gloriam suam. Lucæ. 24. Magnũ istæ mulieres ad Christum ostenderunt amorem, sed parua fidem, non considerantes corpus deitate vnitum corrumpi non posse, iuxta illud Psalmist. Nõn dabis sanctum tuum videre corruptionem, de quo Lucæ. 1. Et quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. Pauci sunt qui vere in vita amicum diligant qui propter se. Ecclesi. 6. Est amicus socius mensæ. Sed pauciores qui i mortẽ. Nam & filij sæpe ob temporalia bona ne restituantur, salutem animarum parentum impediunt. Paucissimi autem qui post mortem. Psalmist. Obliuioni datus sum tanquam mortuus a corde. Istę autem mulieres nedum in vita Christum sequendo & ei ministrando, Lucæ. 8. sed in morte, Iohan. 19. imo post mortem, dilectionis suæ ostẽderunt effectum. Vnde hic ex tribus ostenderunt. Primo

Ex opere ⌊ Maria Magdalene ⌋ quæ feruentius diligebat, & quasi ductrix & incitatrix aliarum. Vnxerat prius pedes. Luc. 7. caput viuentis. Matth. 26. modo totum venit vngere corpus ⌊ & Maria Iacobi ⌋ minoris ⌊ & Ioseph ⌋ Iusti Symonis & Iudæ mater, cuius maritus Alphæus, pater Cleophas ⌊ & Salome ⌋ mater filiorum Zebedæi, Iacobi scilicet maioris & Iohan. Vnde est nominatiui casus nomen mulieris. ⌊ Emerunt aromata ⌋ post sepulturam ipsius. Luc. 23. ⌊ vt venientes vngerent Iesum ⌋ transacto s. sabbato. Mos enim erat Iudæorum corpora mortuorum vngere, vt a corruptione & fœtore, ac vermium corrosiõe præseruarentur. Hoc autem factum erat per Ioseph & Nicodemum, qui ipsum sepelierant sicut mos erat Iudæis sepelire, honorabiles. s. personas. Iohan. 19. Sed non sufficit istis nisi per se facerent. Vere operatur magna vbi est, fortis vt mors dilectio. Canti. 8. Secundo, Ex tempore. ⌊ Et valde mane ⌋ ita vt dicit Iohannes cum adhuc tenebræ essent (& Lucas) diluculo, id est, in aurora quæ media est inter diem claram & noctẽ tenebrosam ⌊ vna ⌋ id est prima die ⌊ sabbatorum ⌋ id ẽ hebdomadæ ⌊ veniunt ad monumẽtum orto iam sole. ⌋ Nam valde mane cum adhuc tenebræ essent exierũt, sed diluculo venerũt ad hortum, vbi erat monumentum orto sole licet non clare. Cum enim dies incipit apparere, dicimus solem ortum, licet per aliquod temporis spaciũ post nobis reddatur visibilis. Mirandus feruor quum naturale sit horridum videre mortuum: etiam matri filiũ. Istæ tamen iam per diem & duas noctes sepultum, etiam in tenebris quærunt. Tertio, Ex difficultate, tum ex lapidis magnitudine, tum militum solicitudine, ac sigilli appositione. Nemo enim præsumpsisset etiam cum voluntate militum lapidem deponere, cum sigillo signatus esset. Matth. 27.

¶ Quo ad secundum, dicit Psalmista: Quærite dominum & confirmamini, quærite faciem eius semper. Nam qui quærit inuenit. Luc. 11. Fidelis enim permanet seipm negare non potest .2. Timoth. 2. Vnde istæ mulieres præ omnibus mundi (matre excepta) hominibus gloriam resurgentis audire, imo & videre meruerũt. Solicitæ de monumenti apertione nihil de custodibus dixerunt,

quia forte ob terræmotum,& angelicum fulgorem surgentes e terra in qua vt mortui iacuerant,videntes sepulchrum vacuum in ciuitatem reuersi erant,licet Matthæus post mulierum discessum dicat quosdam e custodibus venisse in ciuitatem & senioribus denunciasse. Mat.28. Non est enimverisimile mulieres talia in custodum præsentia præsumere.Vel potest dici quod amore simul & dolore absorptæ tantum considerabant quid agere vellent, sed non quomodo id facerent,vnde. ⌊Et dicebant ad inuicem:Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti⌋causam tangit. ⌊Erat quippe magnus valde . Et respicientes viderunt reuolutum lapidem⌋ per angelum. Mat.28.Beda.Angelus aduenit obsequium seruitutis suę quod domino debuit exhibuit, quia enim Christus deus & homo est inter acta humanitatis eius semper angelorum ministeria deo debita non desunt,sicut inquisita sancti euangelij copiosissime probat historia.Reuoluit lapidem non vt egressuro domino ianuam pandat, sed vt egressus iam facti præstet hominibus indicium.Qui enim mortalis adhuc clauso virginis vtero potuit nascendo mundum ingredi , ipse absque vlla dubietate iam factus immortalis clauso licet sepulchro potuit resurgendo exire de mundo.Hæc ille. Erat ergo certum resurrectiõis dominicæ signum reuolutio lapidis & ablatio corporis,quæ fieri non poterant a paucis ob lapidis magnitudinem & custodum multitudinem,quia sciebant Iesum multos habuisse discipulos & fautores . Fuerunt ergo admiratæ quomodo sublatus fuerat. ⌊ Et introeuntes in monumentum⌋.i.domunculã in qua erat monumentum ⌊Viderunt iuuenem sedentem in dextris coopertum stola candida,& obstupuerunt⌋ex insolita visione & qa corpus sublatum , nam præ timore eius exterriti sunt custodes& facti sunt velut mortui.Habuit tres conditiões angelus & Christi & nostræ resurrectionis gloriam designantes. Primo,quia iuuenis.i.forma iuuenili florida ętate.Hieronym.Non senem non infantem,sed iucundum ætate .Seuerus;Viderunt iuuenem vt cernerent nostræ resurrectionis ætatem,quia nescit resurrectio ætatem senectutis, vbi nasci & mori nescitur:ætas nec adiungit detrimentum nec indiget incrementis,vnde apostolus,Eph.4

Donec occurramus omnes in virum perfectum, in mensu
ram ætatis plenitudinis Christi. Secundo quia coopertus
stola candida. Mat. 28. dicitur. Erat aspectus eius sicut ful
gur, vestimenta autem eius alba sicut nix. Beda. Ad desi-
gnandum quia is cuius gloriam resurrectionis nunciabat
& terribilis ad damnandum reprobos, & benignus esset
& blandus ad consolandum electos. In cuius signum mi
litibus pauore concussio ac mortuorum more in terram
prostratis, mulieres sepulchrum visitantes blanda conso
labatur allocutione, & hoc prior, ipsaque euangelico q̃
ad resurrectionis gloriam deputat officio. De electis di-
cit dominus. Matth. 13. Fulgebunt iusti sicut sol in regno
patris eorum. Tertio, sedit in dextris, Beda. Nec præter-
eundem quare testis dominicæ resurrectionis angelus se
dens apparuerit, cum is qui natiuitatis eius gaudium mũ
do euangelizauit iuxta pastores stetisse legatur. Stare
quippe pugnantis sedere regnãtis est. Stetit, quia is quem
prædicabat ad debellandũ mundi principem venit. Sedit
figurans eum qui superato mortis autore sedem regni
conscendit perpetui, de qua Mat. 28. Data est mihi omnis
potestas in cælo & in terra. In dextera (vt dicit Grego.)
recte angelus sedebat, quia redemptor noster præsentis
vitæ corruptionem transierat. Hierony. Hic iuuenis tota
liter formam resurrectionis timentibus mortem osten-
dit. In ætate incorruptionem. In veste claritatem. In ful
gore subtilitatem & agilitatem. Vt ergo gloriam intelli
gerent resurgentis pauorem a cordibus eorum amouit.
⌊Qui dixit illis⌋ sermone blando & dulci. ⌊Nolite expa
uescere⌋ quasi dicat. Nõ ad terrendum sed consolandum
vos aduent. Vnde intentionem ipsarum tanquam bonam
commendans, eis insinuat quo magis consolentur & ei
credant dicens: ⌊Iesum quæritis⌋ Greg. id est, saluato-
rem. At tunc multi Iesus dici poterant non tamen subsitã
tialiter sed nuncupatiue, ideo & de quo sit locut⁹ adiun
gitur. ⌊Nazarænum⌋ & causam pro cuius addit. ⌊Cru
cifixum. ⌋Ecce angelus iuxta apostolicum dictum in cru
ce gloriatur Iesu. Galatas sexto. Mihi autem absit gloria
ri nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Sed multi quæ
runt Iesum nazarænum, id est, floridam salutem cupien
tes hic cum mundo, & post cum Christo gaudere, sed sci

ant Nazarenum inueniri non posse sine crucifixo: de cor pore ergo non inuento certiores eas reddens ait: ⌊ Sur rexit⌋ propria virtute q.d. Nolite quærere mortuũ qui est vita viuentium. Hiero. Radix amara crucis euanuit, flos vitæ cum fructibus erumpit, & qui iacuit in morte, surrexit in gloria. ⌊ Non est hic⌋ s. in monumento præ sentia carnis qui nusquam deest præsentia deitatis. Ideo nolite hic quærere & vt probetis ita esse. ⌊ Ecce locus ⌋ vacuus. s. ⌊ vbi posuerunt eum⌋ si meis non creditis ver bis vel vacuo credite sepulchro.

¶ Quo ad tertium. Celerem & superabundantem diui næ consolationis in se sperantium magnitudinem aduer tens Psalmista, ait; Secundum multitudinem dolorũ meo rum in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt ani mam meam. Volens ergo angelus discipulorum animos ad dominicæ resurrectionis cleuare considerationẽ mu lieribus legationem iniunxit, Hieronymus. Mulieribus dicitur vt annuncient apostolis, quia per mulierem mors annunciata est, per mulierem vita resurgens. ⌊ Sed ite ve lociter. ⌋ Matthæi. 28. Et cito euntes dicite discipulis ei⁹, generaliter & Petro specialiter, vt ex hoc Petrus qui plu rimum mœroris imbiberat, non solum ex passione domi ni sed & ex negationis reatu specialem reciperet consola tionem, & intelligeret dominum nequaquam sibi obira tum, sed propitium sed clementem & misericordem. Pec cata præterita non nocent si non placent ⌊ quia præce det vos in Galilæam ibi eum videbitis sicut dixit vo bis ⌋ præmonet verborum domini vt recordentur & cre dant. Matth. 26. Postquam autem surrexero præcedam vos in Galilæam. Hierony. Breuis sententia in syllabis, sed ingens in quantitate promissio, ibi est gaudij nri fons & salutis æternæ origo præparata, ibi congregantur di spersiones, ibi videbitis, sed non sicut vidistis, Greg. Ga lilæa transmigratio facta interpretatur. Iam quippe re demptor noster a passione ad resurrectionem, a morte ad vitam, a pœna ad gloriam, a corruptione ad incorru ptionem transmigrauerat. Et prius bene a discipulis post resurrectionem in Galilæa videtur, quia resurrecti onis eius gloriam post læti videbimus, si modo a vi tijs ad virtutum celsitudinem transmigramus. Duæ vi-

tæ erant, quarum vnam nouimus alteram nesciebamus, vna mortalis, altera immortalis, vna corruptionis, altera incorruptionis, vna mortis, altera vitæ. Venit ergo mediator dei & hominum, homo Christus Iesus, suscepit vnam & ostendit alteram. Vnam pertulit moriendo, alteram ostendit resurgendo. Si igitur nobis mortalem vitam scientibus resurrectionem promitteret carnis, & tamen hanc visibiliter non exhiberet, quis eius promissionibus crederet? Factus itaq; homo apparuit in carne mori dignatus est ex voluntate, sed resurrexit a potestate & ostendit exemplo quod promisit in præmio. Sed forte quis dicat iure resurrexit, q cum deus esset teneri a morte non potuit. Ad instruendam ergo ignorantiam nostram ad roborandum infirmitatem nostram suæ tantum exemplum resurrectionis nobis sufficere noluit; solus illo tempore mortuus, minime tamen solus resurrexit, scriptum quippe est: Multa corpora sanctorum quæ dormierant surrexerunt & venerunt in sanctam ciuitatem & apparuerunt multis. Matth. 27. Ablata sunt ergo omnia argumenta perfidiæ. Hæc ille. Beda: Quia ergo de resurrectionis dominicæ simul & ereptionis nostræ mysteriis annua solennitate lætamur, studeamus hæc eadem mysteria interno mentis amore complecti, hæc viuendo semper tenere, hæc quasi munda animalia nunc oris locutione ruminanda, nunc cordis penetralibus retractanda seruemus, & ante omnia talibus vitam ducere curemus actibus, quibus nostræ quoq; resurrectionis euentum lætantes mereamur aspicere, vt cum tuba nouissima totum genus humanum excitans ad tribunal iusti iudicis aduocauerit, nos a sorte reproborum secernat, signum eiusdē iudicis nr̄i q̄ sacramur: a pœna negligentiū secernāt vigiliæ, quibus aduentum eius expectamus; eisq; digna vltione mulctatis ipse nos ad mansionem supernę pacis, quam ante sæcula promisit inducat. Hæc ille. Col. 3. Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera dei sedens, quæ sursum sunt sapite, nō quæ super terram.

¶ Feria secunda Paschæ.

Ecce duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in castellum, quod erat in spacio stadiorum sexagin-

ta ab Hierusalem nomine Emaus, ⁊ ipsi loquebantur ad inuicem de omnibus his que acciderāt ⌋ Luc.24. Saluator noster sicut diuersis temporibus, ita & modis varijs, post resurrectionem suam discipulis apparuit, quo firmius animo hærerent, ac eo certius fideliusq; ea quæ vidissent, audissentq; cæteris annunciarent. Vnde Petrus Act.10.ait: ⌊ Stans in medio plæbis. Viri fres vos scitis quod factum est verbum per vniuersam Iudæam ⌋ .i. prædicationem euangelicam. ⌊ Incipiens enim a Galilæa post baptismum quod prædicauit Iohannes Iesum a Nazareth ⌋ venisse & prædicasse. Mat.4. Exinde cœpit Iesus prædicare & dicere: Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cælorum. Ante autem baptismum non legitur prædicasse ⌊ quomodo vnxerit eum Deus spiritu sancto ⌋ (alia litera habet sicut vnxit) Beda: Non oleo visibili sed dono gratiæ quod significat oleum visibile q̊ vnguntur baptizati. Esa.61. Spiritus domini super me eo quod vnxerit me, euangelizare pauperibus misit me ⌊ & virtute ⌋ in operatione miraculorum. ⌊ Qui pertransiuit benefaciendo ⌋ quantum ad informationem morum verbo & exemplo ⌊ & sanando omnes oppressos a diabolo ⌋ mente & corpore ⌊ quoniam deus erat cum illo ⌋ per plenitudinem gratiæ, & vnionem personalem in supposito. ⌊ Et nos testes sumus omnium quæ fecit in regione Iudæorum & Hierusalem ⌋ quia vidimus & audiuimus ⌊ quem occiderunt suspendentes in ligno ⌋ vt maledictū & reum. Deut.21. Maledictus omnis qui pendet in ligno. ⌊ Hunc deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestum fieri non omni populo: sed testibus præordinatis a deo ⌋ quos elegerat & in multis præfigurauit ⌊ nobis q̄ manducauimus & bibimus cum illo postquam surrexit a mortuis. ⌋ In græco additur per quadraginta dies, sed non assidue sed intercise, quæ sunt vere signa resurrectionis. ⌊ Et præcepit nobis prædicare populo & testificari. ⌋ Act.1. Eritis mihi testes in Hierusalem & Samaria & vsque ad vltimum terræ. Marc.16. Euntes in vniuersum mundum, prædicate euangelium omni creaturæ ⌊ Quia ipse est qui constitutus est a deo patre iudex. ⌋ Iohan.5. Pater omne iudicium dedit filio ⌊ viuorum ⌋ .i. iustorū vel qui tunc viui reperientur ⌊ & mortuorum ⌋ .i. peccato

rum. Mat.8. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Vel qui tunc mortui. ⌊Huic omnes prophetæ testimonium perhibent ⌋quasi diceret. Nos non sumus soli testes, sed & antiqui spiritu sancto inspirati prophetæ ⌊remissionem peccatorum accipere per nomen eius. ⌋Iohelis.2. Omnis qui inuocauerit nomen domini saluus erit, omnes tam Iudæi quam gentiles, qui credunt in eum fide per dilectionem operante.

¶Audientes apostoli mulierum de monumento reuertentium verba nō crediderunt illis, sed visa sunt eis quasi deliramenta verba ista, veruntamen Petrus & Iohānes currentes ad sepulchrum, non inuento corpore reuersi sunt, & Petrus secum admirans quod fuerat factum abiit In illo temp. Duo ex discipulis eius.

¶Hesterna die audiuimus quomodo Saluator ipsa resurrectionis die mane mulieribus per angelum ipsam resurrectionem annunciauit, & per ipsas discipulis. In hodierno ostenditur euangelio, quomodo discipulis apparuit in via.

¶Primum. Grata ambulantium cōfabulatio, in principio.

¶Secundum. Abunda dubitantium illuminatio. Ibi: Nos autem sperabamus.

¶Tertium. Ingenua conuenientium cōsolatio. Ibi; Et dixerunt ad inuicem.

¶Quo ad primum. Spiritu sctō illustratus veteris imperfectionem aduertens. Psalm. legis nouæ diuulgationē desiderabat, d. Legem pone mihi domine, & quod non de ea sub cuius tūc onere pressus iacebat diceret declarauit. Viam iustificationum tuarum. Finis enim legis Christus ad iusticiam omni credenti. Rom.10. Qui est autor nouæ Et quod perfectum est adiungit, & exquiram eam semp, corde, ore, opere. Felix cui lex dei in corde est, quia nimirum erit & in ore, bonus enim homo de bono thesauro cordis sui profert bona, malus autem mala. Luc.6. Et quia
EVANG. iti bona in cordibus habuerunt seminaria, & si imperfecta ideo de domino & eius loquebantur actis. ¶Duo ex discipulis Iesu ⌋seruabant ordinationem vt bini incederent, ad solatium, & testimonium integritatis vitæ & doctrinæ. Eccl.4. Melius est duos esse simul quam vnum, ha

bent enim emolimentū societatis, si vnus ceciderit, ab alte
ro fulcietur. Non fuerunt de vndecim, qa reuertētes ipsos
inuenerunt simul. ¶ Ibant ipsa die in castellum q̄d erant
spacio stadioꝝ sexaginta ab hierusalem noīe Emaus, &
ipsi loquebantur ad inuicem de oībus q̄ acciderant ¶ non
sicut credentes, sed stupentes de Christi traditione, passi
one, angeloꝝ apparitione. ¶ Et factum est dum fabula-
rent ¶. s. de dño, de q̄ omnis eoꝝ sermo erat ¶ & ipe cū que-
rerent ¶ de Iudæoꝝ malitia Christi patientia, resurrectio
nis euidentia, & sic magis magisq; amoris accendebant
facibus. ¶ Et ipse Iesus ¶ de q̄ loquebantur ¶ appropin-
quans ibat cum illis. ¶ Attende benignitatem saluatoris,
qa dilectis suis de se loquentibus, & si non vt oportuit
credentibus, suam non denegat p̄sentiam, sed viæ comitē
præbuit, vt resurrectionem suam eis intimaret, & vt im
pleret quod dixerat: Vbi duo vel tres congregati sunt in
nomine meo, ibi sum in medio eoꝝ. Mat. 18. Felices cum
quibus ambulabat Iesus, quia nihil habent timere cū salu
tem secum habeāt. Si quis ergo loquitur quasi sermones
dei, 1. Pet. 4. ¶ Oculi autem eorum tenebantur ne eū a-
gnoscerent ¶ interiores. s. & exteriores. Sicut enim ipsi in
tus amabant & dubitabant, sic ipse foris & præsens erat,
& quis esset non ostendebat. Marcus dicit, quod in alia ef
figie apparuit, quia alium ipsum exīstimabant. ¶ Et ait
ad illos. ¶ Nam adeo intenti erant collocutioni vt de ipo
non aduerterent, nec ei aliquid dicerent, ideo ipse eos in-
terrogauit, vt ex responsione illos illuminaret, & tristiti
am in lætiam commutaret. ¶ Qui sunt hi sermones q̄s
confertis ad inuicem ambulantes & estis tristes. ¶ quasi
diceret: Quæ est causa tristitiæ, vt eo fiducius & rectius
dicerent, scientes tristitiam suam a foris notam. ¶ Et re-
spondens vnus cui nomen Cleophas dixit ei ¶ Si alter Lu
cas fuit vt quidam opinantur, clarum est ipsum non so-
lum audita sed & visa scripsisse, cum dominū vidisset &
audisset, cuius contrarium videtur ex prooemio sui euan
gelij. ¶ Tu solus peregrinus es in hierusalem, & non co
gnouisti ea quæ facta sunt in illa his diebus ¶ q. d. Tu so-
lus ignoras quod omnes sciunt, & tam recenter est ictū.
Cum vultum non agnoscerent peregrinum aliquem pu
tabant e longinqua regione in hierusalem venisse. Erat

vere peregrinus, quia a fide ipsorum extraneus, & quia per resurrectionis gloriam longe a fragilitate humanæ distabat naturæ conuersationem habens cælestem ⌊ Quibus ille dixit ⌋ quasi extraneis ⌊ Quæ? ⌋ quæsiuit vt ex responsione iustius arguat, & clarius instruat. ⌊ Et dixerunt: De Iesu Nazareno. ⌋ Curiales fuerunt causam tristiciæ itineris comiti insinuando. Videbatur enim ipsis Christus licet peregrinus bonæ conuersationis & affabilitatis. Vnde & Iesum primo commendant & post de eius morte dicunt ⌊ qui fuit vir propheta ⌋ non qualiscunque aut simplex, sed insignis ⌊ potens in opere & sermone. ⌋ Luc. 4. Et stupebant de doctrina eius, quia in potestate erat sermo ipsius. Matth. 7. Admiratæ sunt turbæ super doctrina eius: erat enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut scribæ eorum & pharisæi. Luc. 6. Et omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat & sanabat omnes. ⌊ Coram deo. ⌋ Iohan. 17. Et clarificaui & iterum clarificabo ⌊ & omni populo ⌋ Luc. 13. Omnis populus gaudebat in vniuersis quæ gloriose fiebant ab eo. Coram deo per rectam intentionem & o. p. per bonam operationem. Magnifice ipsum commendant: sic tamen vt de dei filio taceant vel quia dubitabãt, vel quia suspectum comitem habebant, vnde sic cõmendationem temperant, vt calumniam excludant. Nunc causam suæ addunt tristitiæ. ⌊ Et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes & principes nostri. ⌋ Ioh. 18. Gẽs tua & pontifices tui tradiderunt te mihi ⌊ in damnationem mortis ⌋ & genus mortis insinuant ⌊ & crucifixerũt eum. ⌋ Et sic tam spirituales quam sæculares in condemnationem Christi conuenerunt. Psalmista. Conuenerunt principes in vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Heu & hodie.

¶ Quo ad secundum. Ignorantiam omnium errorum matrem abhorrens Psal. ait: Da mihi intellectum & scrutabor legem tuam, & custodiam illam in toto corde meo perspecta eius scilicet vtilitate & dulcedine. Nam ex ignorantia scripturarum discipuli de Christi diuinitate dubitabant, quare per ipsarum dilucidationem Christus ipsos in fide roborauit, vnde ipsi adiecerunt, dicentes: ⌊ Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel. ⌋

Claret ipſos quaſi a fide & ſpe excidiſſe, forte enim carnaliter intelligebant ſecundum quod adhuc carnales erant, quemadmodū & aſcendenti dixerunt diſcipuli. Domine ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael. Act. 1. Iudæi enim pro maiori parte per Meſſiam temporalem expectabant redemptionem, ſicut & modo oēs, cum tamē de ſpirituali intelligatur prout ſpiritu ſancto illuminati ſanctiſintelligebant. ⌊ Et nunc ſuper hæc omnia tertia dies eſt hodie quod hæc facta ſunt ⌋loquuntur ſicut homines amore, vel triſtitia pleni, qui omnibus notum credūt q̄d ipſi in cordibus verſant. Quia enim ſe tertia die reſurrecturum prædixerat, ideo dixerunt quaſi dicerent: Deſperamus nunc quia tertia dies iam verget ad finem, qua ſe dixit reſurrecturum. ⌊ Sed & mulieres quædam exnoſtris ⌋i. de conſortio noſtro, vbi ſe fatentur diſcipulos Chriſti ⌊ terruerunt nos quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius, venerunt dicentes ſe etiam viſionem angelorum vidiſſe, qui dicunt eum viuere. ⌋Luc. 24. Quid quæritis viuentem cum mortuis. Beda. Merito dicuntur terruiſſe os, quibus de non inuēto corpore pius mœſticiam addiderunt, quam de denunciata reſurrectione gaudium quo recrearentur afferunt. ⌊ Et abierunt quidam ex noſtris ad monumentū. ⌋ſ. Petrus & Iohannes. Ioh. 20. ⌊ & ita inuenerunt ſicut mulieres dixerunt ⌋ſ. monumentum apertum & vacuum & lintеamina ſepoſita. ⌊ Ipſum vero non inuenerunt ⌋ & ideo ablatum crediderunt, ſicut Maria Magdalene dixerat. Iohan. 20. Tulerunt dominum meum, & neſcimus vbi poſuerunt eum. ⌊ Et ipſe dixit ad eos ⌋nacta occaſione ex verbis ipſorum. ⌊O ſtulti ⌋ ob cæcitatem intellectus, quia ſpiritualem intelligentiam non habebant, ſperantes temporalem liberationem ⌊ & tardi corde ⌋ob tarditatem affectus ⌊ ad credendum in omnibus ⌋non enim ſufficit in vno credere tantum ⌊ quæ loquuti ſunt, prophetæ ⌋qui non proprio ſpiritu, ſed dei loquuti ſunt, 2. Pet. 1. Non enim ſpiritu humano allata eſt aliquando prophetia, ſed ſpiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti dei homines. Actu. 3. Deus qui prænunciauit per os omnium prophetarum ſuorum pati Chriſtum ſuum impleuit ſic. ⌊ Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in

gloriam suam. Tum propter patris ordinationem. Et filius quidem hominis secundum quod diffinitum est vadit. Luc. 22. Tum ob humani generis liberationem, quia licet alius diuinæ virtuti fuerit modus liberando homini possibilis, nullus tamen congruentior, vt dicit August. tum propter Christi exaltationem. Phil. 2. Propter quod & deus exaltauit illum. Si ipsum oportuit pati, & ita intrare in gloriam suam, quam stulti, qui credunt sine passione intrare in gloriam alienam, quasi dicat: Non putetis ob id ipsum Christum non esse quia talia passus est, imo quia passus est eo magis, sicut pphetæ prædixerunt. Esa. 53. Oblatus est quia ipse voluit. Adiungit ergo scripturæ testimonium. ℒ Et incipiens a Mose ℒ. i. lege ℒ & omnibus prophetis, interpretabatur illis ī omnibus scripturis quæ de ipso erant ℒ scilicet ad propositum, 2. Pet. 1 Hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia scripturæ propria intelligentia non fit. Ideo sibi confidentes in errores labuntur varios. Sicut eñ spiritusancto allata est sacrascriptura, ita & ipso illuminante interpretatur, quemadmodum saluator suis dixit. Iohannis decimosexto: *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem*. Et decimoquarto: Paracletus autem spiritussanctus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit oñia, & surggeret oĩa, quæcunq; dixi vobis. Item: Ego rogabo patrem & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum inæternũ spiritũ veritatis quem mũdus non potest accipere. Nota quod dicitur spiritus veritatis, omnem docens veritatẽ. Secundo, quod inæternum mansurus sit in ecclesia. sed non ociosus certe, sed docturus omnem contra errores omnes, veritatem. Tertio, quod mundani ipsum accipere non possunt, quid ergo mirum cum sine spiritu sint, si non solum ipsi errent, sed & sibi similes errare faciant? iuxta illud secund. Timothe. tertio: Mali autem homines & seductores proficient in peius errantes, & in errorem mittentes, quare prima Iohannis quarto: Ipsi de mundo sunt, ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit De interpretatione a spiritusancto proficiscente, ait Psalmista. Declaratio sermonum tuorum illuminat, &

intellectum dat paruulis. Ideo Philippus Eunucho Candacis reginæ Aethiopum legenti Esaiam, ait: Putas intelligis ne quæ legis? At ille respondit: Et quomodo possum si non aliquis ostenderit mihi? Actuum octauo: Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus, stultitia enim est illi, & non potest intelligere: quia spiritualiter examinatur, 1. Corint. 2. ⌊Et appropinquauerunt castello quo ibant⌋ Nam ob dulcedinem verborum, breuis eis erat nimis via: quibus adeo attoniti reddebantur, vt ne quidem considerare possent ex ipsa scripturarum tam lucida explanatione ipsum esse. ⌊Et ipse finxit se longius ire⌋ eo modo se habendo, ac si longius iturus foret. Fictio per se mendatio proxima est, sed cum fit ad aliqd signandum, figura est veritatis. Vnde ipse per hoc significauit longe & peregre a fide illorum se distare. Moti ergo dulcedine verborum ipsius, rogauerunt ⌊ & coegerunt eum ⌋ precibus scilicet sedulis ⌊ dicentes: Mane nobiscum quoniam adueſperascit: & inclinata est iam dies ⌋ scilicet ad occasum. Claret quod non ratione temporis, sed dulcis conuersationis ipsum coegerunt cũ tantum esset vt regrederentur in Hierusalem. ⌊Et intrauit cum illis ⌋ in hospitium curialiter acquiescens. ⌊Et factum est dum recumberet cum illis, accepit panem & benedixit ac fregit ⌋ more suo solito ⌊ & porrigebat illis. ⌋ Cibum accepturus cum illis corporalem spiritualem illis dedit, quo illuminati sunt. ⌊Et statim aperti sunt oculi eorum ⌋ ablato impedimento cognoscendi eum, & sic corpore illuminati & mente per fidem ⌊ Et ipse euanuit ab oculis eorum ⌋ corporis scilicet, sed non mentis. Mirum quod non eos suæ (quos tristes nouit & timidos) præsentiæ lætificauit mora, sed ne eum adhuc mortalis vitæ necessitatibus crederent subiectum & gloriam non agnoscerent resurgentis, & vt mentes eorum a terrenis ad cælestia considerauda eleuaret, & amorem inflammaret, cito euanuit.

¶Quo ad tertium, Humanæ conditionis, quo ad vitationem mali, boni q̃ operationem, fragilitatem expertus Psalmista ait: Deduc me in semita mandatorum tuorum, quia ipsam volui, quasi dicat: Velle mihi adiacet, perficere autem non inuenio. Romanorum septimos

Tu enim es qui operaris velle & perficere. Philip. 2. Illumina ergo intellectum ne errem, vt sciam quid & qualiter agam. Inflamma affectum, vt bonum cognitum concupiscam. Fortifica effectum vt perficiam. ⌊ Et dixerũt adinuicem ⌋ attoniti & stupefacti de repentina dispariti one eius quem tantum desideraverant. ⌊ Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via ⌋ tam dulciter & amicabiliter ⌊ & aperiret nobis scripturas ⌋ tam clare exponendo. Seipsos reprehendunt, quod ex tot signis ipsum non cognouerunt. Beda: Ex audito sermone cor prius torpore incredulitatis & timoris frigidum igne spiritussancti est accensum, vt iam superno desiderio ardeat, & ad credendam veritatem se extendat. ⌊ Et surgentes eadem hora ⌋ cum magno gaudio nunciare cupiẽtes alijs quæ acciderant ⌊ regressi sunt in Hierusalem, & inuenerunt congregatos vndecim ⌋ quia Iudas suspendio interijt ⌊ & eos qui cum ipsis erant ⌋ .i. alios discipulos & mulieres ⌊ dicentes quod surrexit dominus vere, & apparuit Symoni ⌋ quasi dicant, non phantastice sed vere surrexit. Beda: Omnium virorum primo dominus intelligitur apparuisse Petro, ne de sua negatione diffisus coniungere se his, quibus (se neglecto) Christus apparuisset non auderet, sed ipse iuxta domini verbum, Lucæ 22: conuersus alios confirmaret. Apostolis ergo cum gaudio istud narrantibus. ⌊ Et ipsi narrabant ⌋ secundum ordinem ⌊ quæ gesta erant in in via, & quomodo cognouissent eum in fractione panis ⌋ quia singularem modum habuit frangendi. Magnum ergo gaudium erat eis ex diuersis testimonium habere resurrectiõis Iesu Christi domini nostri. Ergo sit ipse initium, medium, & finis itineris nostri & operis, & erit nobiscum hic & in æternum.

¶Feria tertia Pasche.

Stetit Jesus in medio discipulorum suorum, & dixit eis: Pax vobis. ⌋ Lucæ. 24. Discipulorum animos per singulares dominus apparitiones ad de siderium se visendi accensos, communi apparitione, allocutione, & comestione, de sua certificare dignatus est resurrectione, vt veritatis tam certitudinaliter agnitæ, eo fidentius testes essent. Vnde Actuum. 13. ⌊ Surgens Pau-

lus ⌋in ſynagoga ſcilicet ⌊ & manu ſilentium indicens, ait: Viri fratres generis Abraham, & qui in vobis timent deum, vobis verbum ſalutis huius miſſum eſt ⌋ id eſt, euangelium vel Chriſtus verbum patris principaliter. Matthæi .15. Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. ⌊ Qui enim habitant Hieruſalem ⌋ quantum ad vulgares ⌊ & principes eius ⌋ quantum ad maiores ⌊ ignorantes Ieſum ⌋ ſcilicet ipſum eſſe Chriſtum ſaluatorem ⌊ & voces prophetarum quæ per omne ſabbatum leguntur, iudicantes impleuerunt. ⌋ Nam ſacerdotes & ſcribæ ſcripturas de Chriſto per inuidiam excæcati male interpretabantur iudicantes ipſum dignum morte, quia iudices populi. Impleuerunt, ſcilicet prophetias de eius paſſione, & ſi manus inermis, os tamen armatum Modum addit. ⌊ Et nullam cauſam mortis inuenientes in eo ⌋ quamuis diligenter inquirerent. ⌊ Petierunt a Pilato, vt interficerent eum ⌋ per manus militum. Lucæ .23. Inſtabant vocibus magnis poſtulantes vt crucifigeretur. ⌊ Cumque conſummaſſent omnia quæ de illo ſcripta erant ⌋ id eſt, de paſſione prophetata. Iohannis .19. Et cū accepiſſet acetum dixit: Conſummatum eſt. ⌊ Deponentes eum de ligno ⌋ non infideles qui crucifixerunt, ſed fideles, quia Ioſephh Nicodemus. Iohannes .19 ⌊ Poſuerunt eum in monumento. Deus vero ⌋ diuinitas ſua quæ cum patre & ſpiritu ſancto vna eſt ⌊ ſuſcitauit eum a mortuis ⌋ ſecundum hominem ⌊ tertia die, qui viſus eſt ⌋ viuens ſcilicet ⌊ per dies multos ⌋ id eſt, quadraginta. Act. 1. ⌊ his qui ſimul aſcenderant cum eo de Galilæa in Hieruſalem ⌋ id eſt, certis & notis cognitoribus ⌊ qui vſque nunc ſunt teſtes eius ad plebem ⌋ idonei qui perviſum, auditum, & operationem. ⌊ Et nos vobis annunciamus eā quæ ad patres noſtros repromiſſio facta eſt ⌋ de Chriſti incarnatione, paſſione, reſurrectione ⌊ quoniam hanc deus impleuit filijs veſtris ſuſcitans Ieſum Chriſtū ⌋ domi numnoſtrum.

¶Diſcipulis cum gaudio inuicem ſibi factas apparitiones referentibus, quod ſcilicet vere ſurrexerit Symōi apparendo, & quomodo Aemaus oppidum contendentes ipſm in fractione panis cognouerint, dum hæc loquuntur. In illo temp. Stetit Ieſus in medio.

¶Hesterna die audiuimus quomodo saluator noster duobus discipulis, per scripturarum declarationem ostendit passionis, resurrectionis, & ascensionis rationem Nunc in hoc euangelio idem tam intellectus quam sensus probat cognitione.

¶Primum, Lucida vacillantium certificatio, in principio.

¶Secundum, Mira prænunciantium verificatio. Ibi: Hæc sunt verba.

¶Tertium, Necessaria periclitantium saluatio. Ibi: Tunc aperuit.

¶Quo ad primum, Humani affectus instabilitatem in se & alijs expertus Psal. ait: Statue seruo tuo eloquiũ tuũ .i. firma me in fide, eloquiorum tuorum, vt ea firmiter credens, opere compleam, & hoc in timore tuo casto scilicet qui cauet offensam, qui enim hæsitat similis est fluctui maris, qui a vento circumfertur. Iac. 1. Vt ergo suos in fide solidaret dominus erectos ad fidendum animos

EVANG. discipulorum sciens. ¶ Stetit Iesus in medio discipulorum suorum ⌊vt omnes de sua præsentia æque consolarentur. Iohannes. 16. Iterum videbo vos & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet a vobis Hoc claruit. Act. 5. Ibant apostoli gaudentes a cõspectu cõcilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Beda. De se loquentibus discipulis dominꝰ in medio stans suæ præsentiam visionis exhibuit faciẽs quod promisit. Matthæi. 18. Vbi duo vel tres congregati sunt in nomine meo, ibi in medio eorum sum. Ad confirmandum ergo fidei nostræ constantiam quod semper agit præsentia deitatis aliquando etiam præsentia voluit corporalis ostendere visionis. Cum ergo de acquisitione perpetuæ salutis loquuturi conuenimus in nomine Iesu qui saluator dicitur congregamur, nec dubitare phas est de his quæ ipse amat conferentibus nobis: nobis eum esse præsentem, & tanto vtique verius quanto eaꝫ ore proferimus perfectiori corde retinemus. ⌊ Et dixit eis pax vobis. ⌋ Beda. Pacem offert quam quasi pignus eis speciale salutis ac vitæ commendauerat dicens. Ioh. 14. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Et angeli ipso nato cecinerunt. Lucæ. 2. Gloria in altissimis

deo & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, quia nimirum tota redemptoris nostri in carne dispensatio mũdi est reconciliatio. Vnde a propheta princeps pacis dicitur. Esa. 9. Et Apostolus ad Ephesios. 2. Veniens euangelizauit vobis pacem qui longe fuistis, & pacem iis qui prope: quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrem, quasi dicat: Pacem sanctam vobis denuncio. Pacem opto. Præmissa salutatione dicit: ⌊ Ego sum ⌋ vox eis nota fuit, sic enim & super aquas ambulans (cum exclamarent credentes phantasma) dixit eis: Habete fiduciam, ego sum, nolite timere. Matthæi. 14. Iohannis. 8. Antequam Abraham fieret ego sum. ⌊ Nolite timere ⌋ sed magis gaudete. ⌊ Conturbati vero & cõterriti existimabant se spiritum videre. ⌋ Beda. Licet Christum ante passionem veram scirent habuisse carnẽ, non tamen credebant illam surrexisse, sed spiritum in passione emissum putabant se videre: & maxime quia clauso ingressus fuit cœnaculo, vnde ad tam subitam apparitionem primo fuerunt conturbati & conterriti, vt hic dicit Lucas, sed visis manibus & pedibus gauisi, vt dicitur Iohannis vicesimo. Ambrosius: Lucas historice singula prosecutus est, Iohannes finem expectauit, hic seriem. Licet Petro ante apparuerit, & duobus euntibus in Emaus, nihilominus tamen conturbari poterant (nescientes virtutem corporis glorioſi) ad tam subitam, clausis ianuis apparitionem. Errorem ergo & pauorem benigna consolatione abstergit testimoniis comprobans se esse. Primo, cogitationes eorum reprehendendo. ⌊ Et dixit eis: Quid turbati estis ⌋ cum gaudere deberetis ⌊ & cogitationes ascendunt in corda vestra. ⌋ Vanæ scilicet & falsæ quibus me opinami ni spiritum esse. Et bene dicit ascendunt, quia malæ cogitationes ex corde ascendunt. Matthæi nono: Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris. Bonæ desursum descendunt a patre luminum, a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum est. Iacobi primo. Secundo, sensibus eorum se offerendo. ⌊ Videte manus meas & pedes meos quia ego ipse sum ⌋ scilicet qui pependi in cruce. Beda: Non vultum, sed manus & pedes ad videndum offert, vt idem quod in cruce pepen-

derat ad veritatem resurrectionis ostenderet corpus, & ad maiorem certitudinem etiam palpandum ⌊ palpate & videte⌋ i. certitudinaliter cognoscite me esse & idem corpus non fantasticum ⌊ quia spiritus carnem & ossa nō habet, sicut me videtis habere. Greg. ⌋ Post resurrectionē in corpore suo dominus duo contraria ostendit, & corpus palpabile eiusdem naturæ: vt informaret ad fidem, & incorruptibile alterius gloriæ vt inuitaret ad præmium. Reseruauit vulnera non ex impotentia, vt dicit Beda, sanandi, sed vt fidem resurrectionis astrueret, & redemptis misericordiæ & redemptionis signa ostenderet, & tertio vt malis iustæ damnationis causam aperiret. ⌊ Et cum hæc dixisset ostendit eis manus & pedes ⌋ offerens ad tangendum, apparet tamen ex verbis Thomæ, q̄ ex reuerentia discipuli non tetigerint. Beda. Igitur ad cō firmandam resurrectionis fidem, seipsum dominus viuū discipulis p̄buit verba exhortationis attulit, vestigia passionis non solum intuenda sed & palpanda demonstrauit sed infirma adhuc eoꝝ præcordia, nouitatem tantæ potentiæ capere nequeunt, magisq; mirari præ gaudio q̄d videbant, quam credere q̄d docebantur incipiunt, sed ne quid ambiguitatis in eorum remaneret cordibus, sumptis epulis comedit coram eis. ⌊ Adhuc autem illis non credentibus & mirātibus præ gaudio, dixit; Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi & fauum mellis ⌋ i. mel necdum de cera expressum. ⌊ Et cum manducasset coram eis ⌋ vt scilicet omnes viderent, & ne crederent delusionem ⌊ sumens reliquias dedit eis. ⌋ Beda: Cauenda hæresis Cherinthianorum, ne quis dominum post resurrectionem credat eguisse sustentaculo cibariorum, sed corpus ipsius immortale factum, nullam quidem necessitatem, attamen facultatem habuisse manducandi, ideoque vbi opportunitas probandę substantiæ naturalis exigebat, cibis esse refectum. Augustin. Nō potestas, sed egestas, edendi & bibendi glorioſis corporibus aufertur.

¶ Quantum ad secundum, Sempiternum ex ignorantia dei & peccatis Psalm. formidans obprobrium, ait: Amputa obprobrium, quod suspicatus sum, id est, timeo mihi. Et merito, quia iudicia tua iucunda, quasi dicat. Cum

iucunda ſint iudicia tua, ſempiternam ſcilicet lætitiã bonis conferentia, merito ſempiterno deputantur opprobrio, qui malicia excæcati, ipſis neglectis ſenſualitatẽ, ſicut equus & mulus in quibus nõ eſt intellectus, ſequuntur. Vani enim ſunt omnes homines, quibus non ſubẽ ſcientia dei. Sapien. 13. Quia ignorans ignorabitur. 1. Cor. 14. Hinc de mundi ſapientia inflatis dicitur. Rom. 1. Cũ cognouiſſent deum, non ſicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Ideo Pſalmiſta orat; Intellectum da mihi & viuam. Cum enim verbo dei viuat anima. Matt. 4. Iohan. 5. Venit hora & nunc eſt, quãdo mortui audient vocem filij dei, & qui audierit viuent: & litera, ſicut Apoſt. 2. Cor. 3. dicit: occidit, ſpiritus autẽ eſt qui viuificat: neceſſarius eſt verus ſacræ ſcripturæ, quem ſpirituſſanctus docet intellectus, & non is qui in verbis tantum ſonat, ſed qui intus latet, qui præſtat vitam. Ioh. 6. Verba quæ ego locutus ſum vobis ſpiritus & vita ſunt. Vnde ſaluator noſter poſt viſum, poſt contactum, poſt commemoratam legem, mittit manũ ad ſcripturas, ⌊ & dixit ad eos. Hæc ſunt verba ⌋ i. res de qbus fuerunt verba ⌊ quæ locutus ſum. ⌋ Luc. 18. Ecce aſcendimus Hieroſolymam & conſummabuntur omnia quæ ſcripta ſunt de filio hominis per prophetas. Tradetur enim gentib⁹, & illudetur, & flagellabitur, & conſpuetur, & poſtquam flagellauerint occident eum, & die tertia reſurget ⌊ eum adhuc eſſem vobiſcum ⌋ id eſt in eadem carne mortali, nã & modo cum eis erat præſentia corporali ⌊ quoniam neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moſi & prophetis & pſalmis de me, ⌋ q. d. Sicut vidiſtis per paſſionem impleta, ita & per reſurrectionem. Matth. 5. Iota vnum, aut vnus apex non præteribit a lege donec omnia fiant. Act. 3. Deus qui prænunciauit per os omnium prophetarum pati Chriſtum ſuum impleuit ſic. Beda. Exſta refectione dominus exhortationis monita ſubiunxit, omnem tollens ſcrupulum ſimulationis, vndiq; veritatis iura confirmat, videtur, palpatur, reficitur, ſermo exhortationis per ſingula præbetur, & ne ſolum eius teſtimonium ſufficere putaretur, Moſi & prophetarum auto

ritas, qui eius incarnationem, passionem, resurrectionē, suis præsignauerunt scriptis ad medium producitur. Ne uero ad intelligenda horum mystica dicta tardi forte remanerent, sensum quoque illis quo hæc intelligere possent aperuit, quo facto nil vltra priscæ dubietatis in eorum mente residere permisit.

¶Quantum ad tertium. Vtilitatem veræ cognitionis scripturarum designans Psal. ait: Ecce concupiui mandata tua, scire scilicet & operari. in æquitate .i. iustitia tua viuifica me. Hic vita gratiæ & post glorię. Quis enim aduertens gratiæ vitam animæ præstantis nobilitatem, q̄ arra est gloriæ, non toto corde ad mandatorum anhelabit obseruationem; quo contra mali vt cæci sine timoris freno peccatis se inuoluunt sicut dicitur Sapien. 5. Errauimus a via veritatis, & iustitiæ lumen nō luxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis. Non fuit ex pte dei impedimentum, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Iohan. 1. Sed ipsorum peccatorum, qui non recipiunt, quia intellectum dat paruulis, non superbis, de suo sensu præsumentibus. Matt. 11. Confiteor tibi pater domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater quoniam sic fuit placitum ante te. Cū ergo discipuli vt dicitur Lucæ. 18. non intelligerent quum dñs passionis resurrectionisq; mysterium prædicaret, & vt dicitur Ioh. 20. Nondum sciebant scripturas, quia oportuit eum a mortuis resurgere, ideo dñs dupliciter eos instruxit. Primo .intus illuminando quod solius dei est. Iob. 32. Inspiratio omnipotentis dat intelligentiā. ⌊ Tūc aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas. ⌋ Iohā 5. Scimus quoniam filius dei venit, & dedit nobis sensum vt cognoscamus verum deum. Vnde Actu. 4. dicitur. Videntes Petri constantiam & Iohannis, compto quod homines essent sine literis & idiotæ, admirabant & cognoscebant quoniam cum Iesu fuerant. Aperuit ergo illis sensum contra gentilium errores & præsumentes de suo sensu. ⌊ Et dixit eis: Quoniam sic scriptum est. ⌋ Bedas: Omnes ambages aufert visus est, tactus est, manducauit & ne in aliquo sensus humanos ludificasse videretur, mittit manum ad scripturas, vt & si magicis artibus videat

potuisse quod voluit sicut dicunt pagani, saltem eum videant prophetare non potuisse antequam natus fuetit. Secũdo. Exterius verbo. ⌊ Et sic oportebat pati Christum. ⌋ Quia per lignum interitus ideo necessarium fuit per lignum corruptionem tolli & aboleri voluptates q̃ in ligno per dolores quos in ligno pertulit inuictus dominus. Lucæ. 22. Et filius hominis secundum quod diffinitum est vadit, ⌊ & resurgere a mortuis dicit tertia. ⌋ Nam perditus fuisset fructus passionis, si non esset veritas resurrectionis, vt dicit Beda: Et vlterius tertio. ⌊ Prę dicari in nomine eius pœnitentiam in remissionem peccatorum. ⌋ Nam sic ipse & eius præcursor exorsi sunt. Pœnitentiam agite appropinquabit regnum cælorum. Mathæi 3 & 4. ⌊ In omnes gentes. ⌋ Non in vna gente tantum Iudæorum, vel vna parte terrarum. i. Iohan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantum sed etiam pro totius mundi. Non enim est aliud nomen sub cælo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. Actu. 4. & 13. Notum sit vobis viri fatres, quia per hunc vobis remissio peccatorum annunciatur ab omnibus quibus non potuistis in lege Mosi iustificari. In hoc omnis qui credit iustificatur, & ideo huic omnes prophetæ testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum. Beda: Hic nimirum ordo erat necessarius vt prius pro salute mundi sanguis funderetur, postque per eius resurrectionem & ascensionem patefieret hominibus cælestis ianua regni, & sic demum mitterentur qui cunctis per orbem nationibus verbum vitæ prædicarent, ac sacramenta fidei, quibus saluari atque ad gaudia supernæ patriæ possent attingere ministrarent. Quo enim aptius exemplo poterant homines ad fidem participandæ glorię immortalis erigi quam cum ipsum deum cognoscerent humanitatis, ac mortalitatis suæ factum fuisse participem. Quo efficatius ordine ad toleranda pro sua salute aduersa quæque prouocarentur, quam cum autorem suum diuisse, pro eorum salute innumera ab impijs genera probrorum, & ipsam mortis subisse sententiam. Qua ratione congruentius spem resurrectionis acciperent, quã cum eius sc sacramentis abluto[r] & sanctificatos, eius cor

pori adunatos esse meminissent, qui pro ipsis morte gustata, citius exemplum resurgendi a morte præberet. Hæc illæ.

¶ Dominica prima post Pascha.

CUm esset sero die illa vna Sabbatorum, & fores essent clause vbierant discipuli cõgregati propter metum Judeorum, venit Jesus & stetit in medio eorum & dixit eis, pax vobis. ⌋ Ioha. 20. Saluator noster veram in cordibus suorũ firmare volens discipulorum fidem, qui ipsam in alios p prædicationis verbum transfunderent, plurimis & scripturarum & verborum est vsus testimoniis, quam & pater & spiritussanctus, prout clare sanctus ostendit Iohãnes.

EPIST 1. Ioha. 5. confirmarunt. ¶ Omne quod natum est ex deo vincit mundum ⌋ sed quibus præfidiis? ⌊ Et hæc est victoria quæ vincit mũdum ⌋ 1. facit vincere ⌊ fides nostra ⌋ sed quæ fides? ⌊ Quis est autem qui vincit mundum nisi qui credit, quoniam Iesus est filius dei ⌋ quis potest mundi contẽptum habere, nisi qui credit Iesum esse eum qui prophetatus est Christus, & qui iũgit digna opera fidei. Filius dei scilicet naturalis & per consequens eiusdẽ naturæ cum eo, non identitate specifica, quia natura diuina non est diuisibilis sicut humana, sed numerali, distincta tamen in personis, quia natura non patitur nec ratio ꝗd gignens & genitus ab eo, sit vnum in suppposito. Crede ergo quod ille pollicitus est, & nihil te mouebit quicqd intentarit mũdus. Vicit ille prior mundum, & assecutus est immortalitatem; venit in hunc mundum assumpto hoc mortali corpore, vt pro nobis vinceret, vt vincendi rationem ostenderet, vt præmiorum fidem faceret. ⌊ Hic ẽ qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus. ⌋ Nã tactu suæ sanctissimæ carnis ad regenerandum aqs sanctificauit & sanguinem in cruce in precium nostræ salutis effudit. ⌊ Non in aqua solum ⌋ sicut Iohannes qui tãtum corpora lauabat, sed non animam a peccatis, vt baptismus Christi ⌊ sed in aqua & sanguine. ⌋ Non em̃ solum dignatus est baptizari propter nostram ablutiõem, & vt baptismi sacramentum nobis cõsecraret, sed & sanguinem pro nostra redemptione dedit. Non solũ autem his duobus indicijs testatus est fuisse sese Christum mun

di ſaluatorem. ⌊ Et ſpiritus eſt q teſtificatur ⌋ in colum bæ ſpecie veniens ſuper eum. Iohã. 1. Quoniam Chriſtus eſt veritas. i. verus homo, Humana anima quã emiſit in paſſione, aqua & ſanguis, qui effluxerunt de latere, verã probant humanitatem. Et Chriſtus veritas eſt verus deꝰ & verus homo, quia de vtroq; habemus certum teſtimõ nium. ⌊ Quoniam tres ſunt qui teſtimonium dant in cæ lo ⌋ ſcilicet de Chriſto. ⌊ Pater ⌋ qui ſemel atq; iterũ vo ce cælitus emiſſa palam teſtatus eſt hunc eſſe filium ſuũ, egregie charum in quo nihil offenderet. Matth. 3. & 17. ⌊ Verbum ⌋ qui tot miraculis editis, qui moriens & re ſurgens, declarauit ſe verum eſſe Chriſtum: deum pari ter & hominem, dei & hominum conciliatorem. Ioha. 5. Opera quę dedit mihi pater vt faciam, ipſa teſtimonium perhibent de me. ⌊ Et ſpiritus ſanctus ⌋ qui in baptizati caput ſedit, qui poſt reſurrectionem delapſus eſt in diſci pulos, ⌊ & hi tres vnum ſunt ⌋ in eſſentia, ſicut vnus de us glorioſus, & de eadem re teſtantes. ⌊ Et tres ſunt qui teſtimonium dant in terra. Spiritus ⌋ humanus quem po ſuit in cruce. ⌊ Aqua & ſanguis ⌋ qui fluxit e latere mor tui. ⌊ Et hi tres vnum ſunt ⌋. Et hi tres teſtes conſentiũt. Illi declarant deum, hi teſtantur hominem fuiſſe. ⌊ Si te ſtimonium hominum accipimus ⌋ ſi pro quia recipimus tanquam ſufficiens in rebus humanis. ⌊ Teſtimoniũ dei maius ⌋ id eſt certius, quia non poteſt ei ſubeſſe falſum, ideo recipiendum teſtatus eſt Iohãnes, ſed teſtimonium dei maiꝰ eſt. ⌊ Quoniam hoc eſt teſtimonium dei quod maius eſt, quia teſtificatus eſt de filio ſuo ⌋ in baptiſmo & transfiguratione. ⌊ Qui credit in filium dei habet te ſtimonium dei in ſe ⌋. i. effectum illius teſtimoniũ, & in telligit patrem veracem in teſtimonio filij. Qui cũ fre tus Chriſti promiſſis, mundi contemnit proſpera & ad uerſa, non leue teſtimonium edit apud homines, non eẽ vana quæ docuit & promiſit Chriſtus.

¶ Cum duo diſcipuli dominum in fractione panis co gnoſcentes Hieruſalem reuerſi narrarent q̃ geſta fuiſſent & audirent quod dominus ſurrexit vere & apparuit Si moni, dum hæc loquuntur ſtetit Ieſus in medio eorum & dixit pax vobis. Luc. 24. De quo hic Iohannes. In illo t. Vna ſabbatorum.

¶ Postquam ecclesia terminauit tempus deuiationis a Septuagesima vsq; Pascha, nunc incipit tempus regressionis siue reconciliationis, durans vsq; ad octauam Pentecostes, & sunt septem hebdomadæ & quinquaginta dies a festo Paschæ vsq; Pentecosten, vel ab octaua paschæ vsque octauam Pentecostes, in qua Pentecostes die spiritus sanctus datus fuit. Ideo in hac dominica agitur de eius effectu qui est peccatorum remissio. De effectu qui est ecclesiæ congregatio agitur dominica secunda. De effectu qui est mundi arguitio virtutis institutio fidei publicatio, & Christi clarificatio dominica tertia. De effectu qui est petitionum regulatio, & spiritalis dei directio dominica quinta. De effectu qui est testimonii perhibitio & passionum toleratio, dominica sexta. Quia ergo dominica præcedenti q̃ est caput omnium dominicarum, audiuimus q̃ glorioſe dominus resurrexit, ideo hodie ostenditur quomodo illam coram discipulis certis probauit indicijs.

¶ Primum. Aperta resurrectionis demonstratio, in principio.

¶ Secundum. *Benigna dubitationis* ablatio. Ibi: *Thomas autem.*

¶ Tertium. Certa *annotationis ratio.* Ibi: *Multa quidem alia.*

¶ Quantum ad primum. Spiritussancti igne inflammatus. Psal. ait: Defecit i salutare tuum anima mea. q.d. Amore langueo desiderans salutare tuum, quo consolatꝰ saluer, & quid sit subdit, & in verbo tuo. i. filio vel promisso tuo supersperaui. i. firmiter speraui, Defecerũt inquit, oculi mei in eloquium tuum, scilicet mentis, intellectus scilicet & affectus secundum promissum tuũ inflammati, nimio desiderio defecerunt, nõ desperãdo, sed plus desiderando, dicentes quando consolaberis me: Et merito quia factus sum sicut vter in pruina, periculis ob carnis infirmitatem expositus, sed tamen iustificatiões tuas non sum oblitus, quasi diceret: Merito consolaris tanto te amore desiderantem, & ob carnis pondus, licet nõ opere tamen corde iustificationes tuas retinentem. Discipulis ergo verbis mulierum, Petri & duorum de Emaus castello redeuntium inflammatis desiderio videndi Ie-

sum. ¶ Cum esset sero die illa] resurrectionis scilicet, ut EVI
Lucæ. 24. [vna] id est, prima sabbatorum [& fores es-
sent clausæ vbi erant discipuli cogregati propter metũ
Iudæorum,] iam enim fama exierat corpus domini a di-
scipulis furatum. Matthæi. 28. [Venit IESVS &
stetit in medio eorum] decem scilicet apostolorum, &
qui cum ipsis erant, dotem subtilitatis ostendens, cui ni-
hil obest, vt omnem ab eis pauorem adimeret blanda no
taque voce eos salutauit [& dixit eis pax vobis.]
Glosa. Qui pacem dedit vno verbo omnia bona dedit.
Necessaria eis erat pax, quibus cum Iudæis & gentibus
inextricrabile instabat bellum. Quibus autem Christus
adest hi certe spiritu conseruantur quod & Palus opta-
bat Philippen. 4. Et pax dei quæ exuperat omnem sen-
sum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras.
[Et cum hoc dixisset ostendit eis manus & latus.] Nã
conturbati & conterriti, ob tam subitam clausis ianuis
apparitionem existimabant se spiritum videre, quibus
dominus ait: Quid turbati estis, & cogitationes ascen-
dunt in corda vestra. Videte manus meas & pedes meos,
quia ego ipse sum. Palpate & videte, quia spiritus car-
nem & ossa non habet sicut me videtis habere, & cũ hoc
dixisset ostendit eis manus & pedes. Lucæ. 24. Non so-
lum auditum sed & visum certificat. Vulnerum enim ve
stigia non impotentia sanandi, sed ad sananda cordium
vulnera in fide reseruata sunt ad resurrectionis proba-
tionem. Secundo, ad dilectionis commendationem. Apo
ca. 1. Dilexit nos & lauit nos a peccatis nostris in sangui
ne suo. Ideo Galat. 6. Mihi absit gloriari, nisi in cruce do
mini nostri IESV CHRISTI. Tertio. Electorum exulta-
tionem, magnum enim (vt Beda ait) erit sanctis gau
dium, videre vulnera in carne Christi fulgida, per quæ
victor triumphauit de morte, & saluauit electos: sicut &
in martyribus, ad gaudij & gloriæ cumulum cicatrices
(vt dicit Augustinus) remanebunt. Quarto. Ad repro-
borum cõfusionem. Apocalypsis primo. Et videbit eum
omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Iohannis. 19. Vi-
debunt in quem transfixerunt. [Gauisi sunt ergo disci
puli viso domino.] Complet quod prædixerat. Ite-
rum videbo vos & gaudebit cor vestrum. Iohannis. 16.

Cum ergo Christus viuat semper, sempiternam speran-
tibus in se præbet læticiam. Commonefaciens ergo eos
eius quod prædixerat, in mũdo pressuram in me pacem
habebitis. Ioha. 16. ⌊ Dixit ergo eis iterum: Pax vobis ⌋
Augustin. Iteratio pacis confirmatio est, vnde bis dicit
pax, ad pacem pectoris & pacem æternitatis in futuro.
Dat enim deus pacem super pacem. Pacem ad nos & deũ
habere fons & origo est omnium bonorum. Vnde apost.
Rom. 1. Gratia vobis & pax a deo patre & domino no-
stro Iesu Christo. Exhortans quoque ad pacem dei eos q
nondum crediderunt, ait. 2. Cor. 5. Pro Christi legatiõe
fungimur tanquam deo exhortante per nos, obsecramus
pro Christo, reconciliamini deo. Et. 13. Pacem habete &
deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Iohannis. 14. Pa
cem relinquo vobis, pacem meam do vobis, non quomo
do mundus dat ego do vobis, qui malam dat pacem.
Psal. Zelaui sup iniquos pacem peccatorum videns, hãc
saluator uenit destruere. Mat. 10. Nolite putare quoniam
veni pacem mittere in terram, non veni pacẽ mittere sed
gladium. Est ergo pax Christi bona triplex. Prima. Cum
deo, hanc ipse nobis fecit. Ephe. 2. Ipse est pax nostra, qui
fecit vtraq; vnum. Secunda. Cum seipso, & ista est tran-
quillitas mentis, sed imperfecta est hic, quia Gal. 5. Caro
concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus car-
nem. Ideo Rom. 7. Infelix ego homo quis me liberabit
de corpore mortis huius gratia dei per Iesum Christum
& tunc erit pax perfecta. Vnde hic quidam habent pacẽ
mente & non corpore sicut boni; qui enim pie volunt vi
uere persecutionem patiuntur. 2. Tim. 3. Alĩ corpore sed
non mente, sicut ille Luc. 12. Anima mea habes multa bo
na reposita in annos plurimos, bibe, epulare, quiesce, sed
quid sequitur? Stulte hac nocte repetent a te animam tu-
am, & quæ congregasti cuius erunt. Esa. 48. Non ẽ pax
impĩs dicit dominus. Item. 57. Impĩ quasi mare feruens
quod quiscere non potest. Aliqui corpore & mente, &
ista est perfecta. Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchri
tudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta
quia Apoc. 21. Absterget deus omnem lachrymam ab ocu
lis eorum, & mors vltra non erit, neque luctus, neq; cla
mor, neq; dolor erit vltra, quia prima abierunt. Q feli

ces qui hac frui merentur, sicut econtra de malis dicitur Hiere.19. Seruietis dijs alienis qui non dabunt vobis requiem die ac nocte. Tertia. Cum proximo. Rom.12. Si fieri potest quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Cum ergo nobis in testamento suo pacem reliquerit, non habebit hæreditatem qui non seruat testamentum, sed beati pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Mat.5. Si filij & hæredes. Rom.8. Ideo toties pacem replicauit. Pace ergo denunciata imponit officium. ⌊Sicut misit me pater & ego mitto vos.⌋ Meum opus suscipite. Ego bona fide glorificaui nomen patris, simili fide consentientes inter vos, patris meum; nomen prædicate. Greg. Paer misit filium, quando hunc pro redemptione humani generis incarnari constitut, quem in mũdum ad passionem venire voluit, sed tamen amauit filium quem ad passionẽ misit. Electos vero discipulos dominus non ad mundi gaudia, sed sicut ipse missus est ad passiones in mundum mittit. Matth.10. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. quia ergo filius amatur a patre, & tamen ad passionem mittitur, ita & discipuli amantur a domino, qui tamen ad passionem mittũtur in mundo. Vnde Iohannis 15. ait: Si me persecuti sunt & vos persequentur, si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt. Ideo se ponit in exemplum. Sicut, inquit, misit me pater & ego mitto vos. Ad hanc functionem enangelicæ prædicationis ꝑparate animos vestros, quandoquidẽ ego perfunctus mea legatione, repeto patrem inde vobis missurus largiorem spiritusſancti copiam. Interim vobis & ipse pro captu vestro spiritũsanctum impartio. ⌊Hæc cum dixisset insufflauit, & dixit eis: Accipite spiritum sanctum.⌋ Hæc insufflatio quæ est spiritus emissio, indicium est quod spirituſſanctus ab eo ad nos procedit, progreditur, & aduenit significãs spiritumſanctum non patris solius, sed & suum esse spiritum. Sed ad quid spiritumſanctum dederit subiungit. ⌊Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt.⌋ Greg. Libet intueri discipuli ad ad tanta onera humilitatis vocati, ad quãtum culmẽ gloriæ sint producti. Ecce non solum de semetipsis securi fiunt, sed etiam alienæ obligatiõis potestatem relaxandæ

aceſpiunt, principatum ſuperni iudicis ſortiuntur, vt vi
ce dei quibuſdam peccata detineant, quibuſdam relaxẽt.
Solius dei eſt remittere peccata, quia igitur ratione diui
næ naturæ dignitatem ac poteſtatẽ diſcipulis tradidit,
quia certe abſurdum nõ eſt peccata remitti poſſe ab illis
qui ſpiritum ſanctum receperunt, in conſecratione ſacer
dotis per manus ep̃i impoſitionem. Aliter ergo dñs de-
dit diſcipulis ſpiritum ſanctum hic, aliter in die Pente-
coſtes. Spiritus Chriſti in ſe vnus eſt & in donis multi-
plex, vnde aliter dedit eis ſpiritum intelligentiæ ſcriptu
rarum, aliter ſpiritum remiſſionis peccatorum, & tertio
modo in die pentecoſtes paracletum. i. cõſolatorem. Sed
quomodo remittentur niſi cognoſcant? quomodo cogno
ſcentur niſi homines peccata ſua confiteantur? Ergo hæc
dicens dominus, peccatorum confeſſionem inſtituit & fa
ciendam inſinuat. Eſt ergo peccatorum confeſſio iuris di
uini. Sed quibus fieri debet? certe quibus ait: Accipite ſpi
ritum ſanctum & continuo ſubiunxit, quorum remiſeri-
tis peccata remittentur eis, dando eis auctoritatem remit
tendi peccata cunctis hominibus, qui per euangelicam p̃
feſſionem, ac baptiſmum ſibi iungerẽtur, perq; vitæ prio
ris pœnitudinem vere reſipiſcerent. Vide ſacerdotum di
gnitatem quod diuina ſit, dei enim eſt remittere peccata.
Sic igitur honorandi ſunt. Nam q̃uis indigni ſunt quid
hoc? diuinorum donorum miniſtri ſunt, & gratia opera
tur per eos. Nonne per aſinam corripuit inſipientiam Ba
laam? & Cayphas cum eſſet pontifex anni illius prophe-
tauit, q̃ Ieſus moriturus eſſet pro gente. Ioh. 11. Non eñ
indignitas noſtra gratiam dei prohibet, atq; ita quia p̃
ſacerdotes gratia ſuppeditatur, honorandi ſunt. Greg.
Grandis eſt honor miniſtrorum eccleſiæ, ſed graue pon
dus ipſius eſt honoris. Durum quippe eſt, vt qui neſcit te
nere moderamina vitæ ſuæ iudex fiat vitæ alienæ.

¶ Quo ad ſecundum dicit Pſal. Confitebuntur cœli mi
rabilia tua domine. i. apoſtoli. Vnde ſeq. etenim veritatẽ
.i. figurarum implerionem & promiſſionum p̃ Chriſtũ
in eccleſia. i. congregatione ſanctorum. Ad hoc enim iue
runt electi Iohan. 15. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi
vos. vt eatis & fructum afferatis, & fructus veſter ma-
neat. Et ideo plene ipſos de ſua reſurrectione certificans

propter vnius etiam dubitationem palpabilem se exhibuit. Vnde sequitur. ⌊ Thomas autem vnus de duodecim qui dicitur Didymus nō erat cum eis quando venit Iesus.⌋ Stultā enim & friuolam Petri & mulierū ac duorum de Emaus redeuntium reputans de domino viso relationem, abiuit, nolēs talia audire, & sicipso egresso statim dominus apparuit alijs. ⌊ Dixerunt ergo ei alij discipuli⌋ postquam fuit reuersus, dolentes de eius absentia, & gaudentes de Christi visione. ⌊ Vidimus dominum Ille autem dixit eis ⌋ suspicans illos ludificatos alio phantasmate. ⌊Nisi videro in manibus eius fixurā clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam. Et post dies octo, iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. Deinde dicit Thomæ. Infer digitum tuum huc, & vide manus meas: & affer manum tuam & mitte in latus meus, & noli esse incredulus sed fidelis. Respondit Thomas & dixit ei: Dominus meus, & deus meus.⌋ Quemadmodum fuit ad credendū difficilior, ita uemo clarius deum & hominem professus est. ⌊ Dixit ei Iesus,⌋ amplexus eius professionem, sed taxans credendi difficultatem. ⌊ Quia vidisti me⌋ exteriori sensu perscrutando. ⌊ Thoma credidisti, beati qui non viderunt & crediderunt⌋ me scilicet deum & hominem.

¶ Quo ad tertium: Magnitudinem diuinorum contemplans operum Psalmista ait: Quis in nubibus æquabitur domino, similis erit domino in filijs dei? quasi dicat nullus, nec in cœlo nec in terra, quia deus qui glorificatur in concilio sanctorum, magnus & terribilis, super omnes qui in circuitu eius sunt. Vere enim glorificatur ab omnibus sanctis, ob immensa erga se ostensa beneficia, quibus inexhaustam erga nos ostendit benignitatem. Sequitur. ⌊ Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, ⌋ præter ea quæ scripserunt euangelistæ, ⌊ quæ non sunt scripta in libro hoc⌋ id est, euangelio Iohannis, sed nec in alijs Vnde vicesimoprimo. Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus, q̄ si scribantur per singula, nec ipsum mundum

arbitror capere posse eos qui scribendi sunt libros ⌊Hęc autem scripta sunt⌋ spiritus. instigante, docente & mouente ⌊vt credatis⌋ Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam. Sed quid credendum, ⌊quia Iesus est Christus filius dei⌋ & sic verus deus & homo in lege & prophetis promissus. Fructum fidei ponit. ⌊Et vt credentes vitam habeatis in nomine eius⌋ Fides enim principium est vitæ spiritualis. Abac. 2. Iustus autem ex fide viuet. Sic & malis mortificatur operibus. Tit. 1. Confitentur se nosse deum, factis autem negant. In nomine .i. virtute nominis, quod est Iesus. Mat. 1. Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum.

¶ Dominica secunda post Pascha.

EPIST.

Ego sum pastor bonus. bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis ⌋ Iohan. 10. Saluator noster qui pro omnium salute pati venerat, omnibus se virtutis exemplar præbuit, tam prælatis quã subditis, hinc Petrus. 1. Petri. 2. ¶Christus⌋ talis ac tantus ⌊passus est pro nobis⌋ non pro se, pœnã nobis debitam exoluendo⌊ vobis relinquens exemplum⌋ patientiæ & tolerantiæ, quod semper attendere debetis ⌊ vt sequmini vestigia eius. ⌋ Hæc enim vestra professio, hac lege ascita estis in corpus illius, vt exemplum tolerãtiæ, quod ille vobis reliquit sequamini, & iisdem vestigiis ingressi, grassemini ad æternam gloriam, qua ille peruenit⌊ Qui peccatum non fecit⌋ licet pateretur imo ⌊ nec inuentus est dolus in ore eius⌋ quia veritas. Esa. 53. Eo q̃ iniquitatem non fecerit, nec̃ dolus fuerit in ore eius. Quod probat ⌊ Qui cum malediceretur⌋ .i. conuitijs irritaretur. Iohan. 8. Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Mat. 27. Vach qui destruis templum dei, & in tribus diebus illud reædificas. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. ⌊ Non maledicebat⌋ quin potius patrem obsecrauit, vt illis ignosceret. Luc. 23. ⌊Cum pateretur⌋ tam grauiter & ignominiose. ⌊ Non comminabatur⌋ vindictam, Psalm. Et sicut mutus non aperiens os suum. ⌊ Tradebat autem iudicanti se iniuste⌋ Pilato qui fauore Iudæorum, & timore Cæsaris ipsum morti adiudicauit. Iohan. 18. Tradidit se Pilato cum Iudæis eum quærentibus ad mortem obtula-

nit,d.Ego sum,si ergo me quæritis sinite hos abire,sciēs quod ipsum traditurі essent Pilato,sicut prædixit Lu.18. Mat.17. Hæc autem traditio processit ex obedientia ad patrem,& maxima charitate ad nos. Ex parte autem Iudæ ex maxima cupiditate, & ex parte Iudæorum ex maxima malignitate. Propter quod in Christo commendat, & est meritoria,in alijs damnabilis est & iniqua. ¶Nos ꝑ malis nostris patimur,ille innocens pro nobis⌊ q̄ peccata nostra ipe pertulit in corpore suo super lignum⌋ in ligno crucis,velut holocaustum pro nostris scelerib⁹ immolatus,sua morte immerita,nobis debitam mortē depulit,vt peccatis mortui & pristinis cupiditatibus,iusticiæ viuamus,exhibendo membra seruire iusticiæ.Rom. 6.In nouitate vitæ ambulemus & innocentiæ,cui nos ille consecrauit omnis innocentiæ fons,qui nostram in se impietatem transtulit,vt nobis suam cōferret iusticiam, cuius liuore, iuxta Esaiæ. 53. vaticinium sanati sumus a peccatorum infirmitatibus. ⌊Eratis enim⌋ ante conuersionem⌊ sicut oues errantes⌋quo quemq; sua ducebat cupiditas,existimātes licere quicquid liberet⌊ sed conuersi estis nunc⌋ ab errore pristino⌊ ad pastorem⌋q̄ pascit verbo veritatis,& sacramento corporis & sanguinis ⌊& episcopum curatorem animarum vestrarum.⌋ Psalm. Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum.

¶Cum dominus quo intrandum esset in ouile ecclesiæ ostio(quod ipe est)ostendisset, consequēter formam boni depingit pastoris. In illo tempore:Dixit Iesus discipulis suis.Ego.

¶ Quia in præcedentibus Saluator suam comprobauit resurrectionem, per quam in ecclesiæ vnitatem fideles alliceret.Hodie formam boni pastoris ac ouium suarum in hoc ostendit euangelio.

¶Primum,Digna pastoris exemplatio. In principio.

¶Secundum,Acqua gregis cognitio, ibi: Ego sum pastor bonus.

¶Tertium,Fructifera errantis reductio, ibi: Et alias oues habeo.

¶Quantum ad primum Psalm.plurimis illustratus oraculis anxie orabat,d.Qui regis Israel,id est, ecclesiam ꝑ

fidem deum videntem, intende, oculis clementiæ miseriam & necessitatem nostram, qui deducis (per viam morũ & iusticiæ) velut ouem Ioseph (qui accrescens dicitur) de virtute scilicet in virtutem, iustum, Et quis sit insinuat, dicens: Qui sedes super cherubin, manifestare per incarnationis mysteriũ, coram Ephraim, Beniamin, & Manasse. Excita potentiam tuam, per resurrectionem quam in passione visus es amisisse, & veni, vt saluos facias nos: quia sine te salus non est. Vnde ¶Dixit Iesus discipulis suis: Ego sum pastor bonus⌋ vbi duo de se insinuat. Primum, quia pastor. Ideo nos populus eius & oues pascuę eius. Esaiæ quadragesimo: Ecce dominus deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo, sicut pastor gregem suum pascet. Ezech. 34. Et scient quia ego dominus deus eorum cum eis, & ipsi populus meus domus Israel, ait dominus deus. Vos autem greges mei, greges pascuæ meæ homines estis, & ego dominus deus vester. Nam pascit nos cibo corporali, Psalmista: qui dat escam omni carni. Spirituali. Matthæi 4. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Et quia Christus in cœlum ascendit, pastores in ecclesia instituit qui gregem suum pascerent. Ephe. 4. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero euangelistas alios autem pastores & doctores, ad consummationem sanctorum, vt cœtus sanctorum consummaretur, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. Non est ergo bonus pastor, qui non per ipsum, & propter ipsum, onus suscipit pastoris, vnde Petro ter ait Iohann. 21. pasce oues meas, vnde 1. Pet. 5. cæteros admonet, d. Pascite q̃ in vobis est gregẽ dei, prouidentes non coacte sed sponte secundum deum, neq; turpis lucri gratia, sed voluntarie, neque vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit princeps pastorum, pcipietis immarcessibilem gloriæ coronam. Debemus quidem, saget die iude begyne. Secundo, quia bonus vnde formã boni pastoris adiungit. ⌊ Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis, ⌋ id est, vitam. Non potest esse verus pastor, nisi purus ab omni cupiditate commodi priuati, nisi vitæ quo

EVANG.

que suæ contemptor, si quando periculum imminet gregi. Multa enim sunt quæ salutem gregis infestant. Itaque qui verus est pastor, & cui grex est ex animo curæ, non ob aliud nisi quia amat gregem, obtemperans illi q seruandam dedit, non spoliandum aut mactãdum, is suæ quoque vitæ dispẽdio, salutem defendit ouium. Sic ipse hoc quod amicus non præstat amico, præstitit ouibus suis, vitæ suæ non parcens, sed pro totius mũdi ouibus tradidit, moriq; voluit, vt illis vitam repararet, & lupi (qui est diabolus) omne robur infringeret, & sua morte vires illius comminueret; id quod ipse solus poterat & volebat, quæ sua est in oues ineffabilis benignitas atq; dilectio, quam pro virili omnes imitari debent particulares pastores. Gregorius: Audistis fratres ex lectione euangelica eruditionem vestram, audistis & periculum nostrum. Ecce qui non ex accidenti dono bonus est, sed essentialiter, dicit: Ego sum pastor bonus, atque eusdem bonitatis formam quam nos imitemur adiungit dicens: Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Fecit quod docuit, ostendit quod iussit. Primum nobis est exteriora nostra misericorditer pro ouibus impendere, posteremum necesse est etiam mortem pro eis ministrare. Sed qui non dat substantiam, quando daturus esset vitam? Ideo Ezechielis tricesimoquarto: Væ pastoribus Israel quia gregem meum non pascebatis, quod infirmum fuit non cõsolidastis, & quod ægrotum non sanastis, quod fractum non alligastis, & quod abiectum erat non reduxistis, & quod perierat non quæsistis. sed cũ austeritate imperabatis eis & potentia. Ecce ego ipse super pastores, requiram gregem meum de manu eorum ⌊Mercenarius autem, & qui non est pastor⌋ Qui enim plus terrenam substantiam, quam oues diligunt, hi mercenario nomen pastoris perdunt. Qui enim non est verus pastor, aut veri pastoris imitator, ita vt non ob bonitatem & dilectionem, tum summi pastoris, tum gregis pascat oues, sed ob aliam mercedem, vt ob opes, voluptates, honores, mercenarius est, quia non pro amore intimo, sed ad tẽporales mercedes pascit, locum quidem pastoris tenet, sed lucra animarum non quærit, terrenis cõmodis inhiat, honore prælationis gaudet, temporalibus

lucris pascitur, impensa sibi reuerentia ab hominibus lætatur. ⌊Cuius non sunt oues propriæ⌋ per curam & solicitudinem atque amorem, quia non earum salutem, sed suum quærit lucrum ⌊vidit lupum venientem, & dimittit oues⌋ luporum morsibus lacerandas ⌊ & fugit⌋ suæ vitæ fuga consulendo gregem lupo dissipandū ac dilaniandum relinquens ⌊& lupus rapit ac dispergit oues⌋ Lupus diabolus, qui per se fideles tentat. Gregorius: Lupus rapit & dispergit, quia diabolus mentes fidelium in tentatione dilaniat & necat. Augustinus: Ecce lupus guttur apphendit, cum diabolus fideli adulterium persuasit. Item per alios sicut hæreticos. Mat. 7. Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autē sunt lupi rapaces. Item p malos tyrannos. Ezec. 22. Principes eius in medio eiº q̄si lupi rapientes p̄dā. Diabolus ergo serpēs antiquus rapit & dispgit. Collectæ enim erāt ad vnū deū solum, & dispergūtur ad multa. Ezech. 24. Ecce dispersæ sunt oues meæ, eo quod non esset pastor. ⌊Mercenarius autem fugit quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus⌋ qa solum lucrum quærit, & si bona fide rebus trāquillis gregem procuret, tranquillitatis enim tempore, plerunque ad gregis custodiam, sicut verus pastor, sic & mercenarius stat, sed lupus veniens indicat, quo quisque animo super gregis custodiam stabat. Fugit, quia curam solicitudinis non habet & animæ percunt, & ipse de terrenis lucris lætatur, nullo contra hæc zelo accenditur, nullo feruore dilectionis excitatur, quia dum sola commoda exteriora requirit, interiora damna gregis negligenter patitur, non enim curat de morte vel damno ouium, quia quæ sua sunt quærit, non quæ Iesu Christi. Phulippe. 2.1. Tim. 6. Aestimantes quæstum pietatem. Non sic apost. 2. Corinth. 12. Non quæro vestra sed vos, & 1. Corinth. 10. Non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis vt salui fiant.

¶Quantum ad secundum. Omnem in deum iaciens fiduciam Psal. ait. Dominus regit me, & ideo nihil mihi deerit. quia in loco pascuæ spiritualium charismatū, me collocauit: Super aquam refectionis educauit. Iohan. 7. Si qs sitit veniat & bibat, & fluent de ventre eius aquæ viuæ.

Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Animam meā conuertit, ad se cognoscendum & sequendum, vnde deduxit me super semitam iustitiæ propter nomen suum. Ideo vt dicit Chrysost. Maneamus sub isto pastore, & securi a lupo erimus. Pastorem enim habemus ita amantem nos, vt animā pro nobis det. Cum igitur & potens sit, & nos tantum diligat, quid prohibet nos saluari? nihil nisi nos ipsi destiterimus. ⌊ Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas ⌋ .1. diligo notitia approbationis. Rom. 11. Non repulit deus plebem suam quam præscivit. Nouit enim dominus qui sunt eius. 2. Timo. 2. Sed qui sunt oues eius nisi de quibus sequitur ⌊ & cognoscunt me meæ ⌋ .1. diligentes obsequuntur. Qui em veritatem non diligit, adhuc minime cognouit. Cognoscunt non tantum ex credulitate sed operatione. 1. Ioh. 2 Qui dicit se nosse deum, & mandata eius nō custodit mendax est. Nam attractæ patris afflatu, pastorem suum agnoscunt diligunt & sequuntur, nimirum intelligentes sibi non esse spem salutis nisi per ipsum: vnde seq. ⌊ Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem ⌋ & hoc probat ⌊ & animam meam pono pro ouibus meis ⌋ vnde Iohan. 8. Scio eum & sermonem eius seruo. Vere bonus & superbonus, quia de⁹ absolute bonus, qa, p nobis omnibus ouibus suis, vitam suā in mortem dedit, vt daret nobis vitam, qui mortui eramus. Pono dicit, s. voluntarie. Iohan. 10. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Licet pro omnibus posuerit animam suam in morte quantum ad sufficientiam, solum tamen in electis habet efficaciam. Mat. 20. Venit filius hominis non ministrari sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis.

Quantum ad tertium veræ conuersionis modum ad deum (quo de ouibus Christi esse valent homines) depingēs p̄s ait: Faciem tuam illumina super seruum tuum, & doce me iustificationes tuas. Nisi enim diuina super se illustratus fuerit irradiante gratia, quomodo posset peccatis obnubilatus ad deum conuerti, Iohan. 6. Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum, & 14. Nemo venit ad patrem nisi per me. Est ergo imploranda diuina illustratio, ac deploranda peracta malitia. Vnde seq.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. ⌊Et alias oues habeo⌋ prædestinatas de gentibus ⌊quæ non sunt ex hoc ouili⌋ .1. cultu ritu legali ⌊& illas oportet me adducere,⌋ per passiõem enim domini secuta est vocatio gentium per apostolos. Iohan. 11. Hoc a semetipso non dixit, s. Cayphas, sed cum esset pontifex anni illius prophetauit, quia Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed vt filios dei qui erant dispersi congregaret in vnum. ⌊Et vocem meam audient.⌋ Hoc enim modo reductæ sunt errantes, quia vocem Christi audierunt & ei obedierunt. Actu. 13. Audientes gentes gauisæ sunt & glorificauerũt verbum domini, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam. Iohan. 10. Oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius. Iohan. 6. Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. Ideo refugientes audire vocem eius, vitam fugiunt & mortem incurrunt. Matthæi. 17. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cõplacui, ipsum audite. Ideo Hebræorum duodecimo. Videte ne recusetis loquentem. Si enim illi non effugerunt, recusantes eum qui super terram loquebatur (Moisen hominem) multo magis nos (grauiores pœnas dabimus) qui de cœlo nobis loquentem Christũ auertimus, cuius vox mouit terram tunc, vt sensibili terrore deterreret a peccando, nunc autem repromittit, dicens, Aggæi secundo. Adhuc semel & mouebo non solum terram sed & cœlũ, vt expauescant non solum homines terreni, verum etiam cœlestia. Non autem sufficit simplex auditio, quia Lucæ. 11. Beati qui audiunt verbum dei, & custodiunt illud. Vnde dominus iustos qui operibus fidem ostenderũt oues nominans, ad dexteram collocandos in iudicio præ dixit, Mat. 25. Quibus benedictione sua vitæ æternæ dabit ingressum. Ideo Iohan. 10. Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas & sequuntur me, & ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum (licet hic videantur perire: qui autem non sunt de ouibus eius, quia non audiunt vocem eius, peribunt in æternum licet videantur hic non perire) & non rapiet eas quisquam de manu mea. ⌊Et fiet vnum ouile, & vnus pastor⌋ id est, Christus. Sub vno pastore erit vnus grex, ex Iudæis &

gentibus in vnitatem fidei collectus. Ephe. 4. Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma. Nolens ergo perire in hoc ouili maneat, non sequens illos qui segregant semetipsos dissidia mouentes, eo quod sint animales obseruientes mundanis affectibus, spiritum non habentes, vt nantur voluptates, ambiunt honores, captant lucrum. Iudæ. primo, & audiat vocem pastoris qua dicit: Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Mat. 11. Nam sicut ouis ad occisionem ductus obmutuit. Esa. 53.

¶Dominica tertia post Pascha

MOdicum & iam non videbitis me, & iterũ modicum & videbitis me, quia ad patrem vado ⌊ Iohan. 16. Volens Saluator suos a nios, ab omni mundana affectione alienos, ad superna esse eleuatos, plurimis tam parabolis quam exemplis, voluptatis ac diuersitatis temporalis breuitatẽ, ac ediuerso gaudiũ & supplicij futuri immensitatem ostendit, quo firmius futura desiderantes, præsentia contemnerent. Hinc Petrus. 1. Pet. 2. ¶Obsecro (inquit) vos tanquam aduenas & peregrinos, abstinere vos a carnalibus desideriis quæ militant aduersus animam. ⌊ *Aduenæ sunt, qui in loco alieno commanent, peregrini vero semper de loco ad locum transeunt, non quærentes in delitijs manere, sed festinant ad patriam.* Hebr. 13. Non habemus hic manẽtem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Reprobi hic habent patriam suam, cuius desideriis inhiant, ideo relegabũtur in perpetuum exilium, carentes voluptatibus. A carnalibus desideriis abstinere admonet, quia dum concupiscentijs blandientibus caro eneruiter subiugatur, inde vitiorum exercitus aduersus aiam armatur. Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritũ. Ro. 7. Video aliam legẽ in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Congruat vita professioni, vt vestri mores & alios allictant ad Christum. ⌊ Conuersationem vestram inter gentes habentes bonam, vt in eo quod detrectant de vobis tanquam de malefactoribus ⌋ odio Christi quem ignorant, & odio religionis quam existimant esse maleficam superstitionem, ⌊ ex bonis operibus vos considerantes, glorificent deum in die visitationis. ⌋ Matthæi. 5. Luceat lux

EPIST

vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Refellat integritas morum vestrorum & in omnes beneficentia, quibus rebus compertis resipiscent illi agnoscentes errorem suum, affiati misericordia dei, cum illi visum fuerit & illos attrahere qui vos delegit, iamq; glorificent eum ex vestris pijs operibus, quem ante ignorum detestabantur. Habet hic mundus ordinem suum, qui per occasionē religionis turbandus non est, quatenus id licet incolumi Christi gloria. Ita enim Christus vos voluit esse liberos a peccatis, vt tamen vltro nihil non feratis ob euangelij negocium obtemperantes ac submittentes vos, non mō Christianis, verum etiam ethnicis magistratibus. ⌊ Subiecti estote omni humanæ creaturæ ⌋ siue fidelibus aut infidelibus ⌊ propter deum ⌋ inquantum relucet in eis imago dei, & potissime superioribus personam dei repsentantibus. Hortatur ad humilitatem quæ fundamentum est cuiusq; virtutum. Vt omnibus vestra conuersatio placeat, non resistatis alicui dignitati hominum, sed obedite ⌊ Sive regi quasi præcellenti ⌋ autoritate publica ⌊ siue ducibus ⌋ .i. præsidibus ⌊ tanquam ab eo missis ⌋ quia mittuntur ad respub. administrandas per prouincias ⌊ ad vindictam malorꝫ ⌋ Rom. 13. Non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram ei qui male agit. ⌊ Laudem vero bonorum ⌋ Rom. 13. Vis nō timere potestatem, benefac & habebis laudem ex ea. Non quod semper sic fiat sed quid esse debeat actio ducis, simpliciter narrat. Præsident enim isti cum autoritate, vt nocentes ac sceleratos supplitiorum metu coerceant, ac pbos præmijs inuitent ad officium ⌊ Sic enim est volūtas dei, vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. ⌋ Nullam eis ansam obloqndi detis, qua possint probabiliter in crimen vocare euangelicam professionem, si senserint suam autoritatem a vobis negligi. Vere quicquid agunt duces, boni laudem inde cōsequuntur, quia hoc vult deus (qui etiam malis vtitur in bonum) vt vos vtentes illis etiam in bonum, siue boni siue mali sint ob f.im.h.ig. Vt illi duces ignorantes quomodo eis in bonum vtamini, & per eos laudem mereamini, non inueniant quod in vobis vituperent, dū etiam

ipsos honoratis & patimini quamuis sint mali. Ignorantiam dicit, quia gẽtes non per malitiam sicut Iudæi Christianos persequebantur, sed ignorantiam, vnde & frequenter ex bona eorum conuersatione conuertebantur. ⌊Quasi liberi⌋ secundum veritatem quæ est liberras a vitiis. Quod alii præstant metu legum, id vos vtro ex animo præstate cumulatius, etiam quam alii quo vosvere liberos declaretis. Nam liber est is, qui sponte ac volẽs recte facit ⌊& non quasi velamen habentes malitiæ libertatem.⌋ Absit enim vt euangelicæ libertatis prextu aburamini ad licentius peccandum ⌊sed sicut serui dei.⌋ reddentes vnicuique quod suum est. Rom. 13. Reddite singulis debita. Vult ergo liberos esse a seruitio culparum, vt permanent serui creatoris boni & fideles. Seruitus autem dei humilitatem requirit. ⌊Omnes honorate.⌋ Rom. 12. Honore inuicem præuenientes. Phil. 2. In humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes, non quæ sua sunt singuli considerantes, sed quæ aliorum. ⌊Fraternitatem diligite⌋ Peculiari enim charitate par est prosequi, quos communis professio fratres nobis reddidit, etiamsi ipsis simus maiores. ⌊Deum timete⌋ cuius oculos nemo fallit, ideo in omni opere timor eius præcedat. ⌊Regẽ honorificate⌋ non timete, quia nõ formidabilis nisi malefactis, sed autoritatem agnoscite illius in iis quæ citra iacturam pietatis exigit a vobis. ⌊Serui subditi estote in omni timore dominis⌋ .i. perfecte, vt nec deum offendatis nec dominis obedire recusetis ⌊nõ tantũ bonis⌋ .i. morigeris vita, fide, & moribus ⌊& modestis⌋ secundum rationem imperantibus & condonantibus ⌊sed etiam discolis⌋ .i. difficilibus & asperis & a disciplina alienis. Ne forte offensi moribus vestris incommodioribus, incusent professionem, & ab ea reddantur alienores, ad quam oportebat illos vestra probitate pellici magis & inuitari. Dicet aliquis. Durum est ferre principum tyrannidem, durum est perpeti sæuitiam dominorum, illi spoliant, exigunt, affligunt, hi flagris & colaphis conscindunt innoxios. Recte hæc dicerentur non ferenda, si hoc illis tribueretur & non potius deo. Non meretur hoc illorum pietas vt tollerentur, sed ira est dei voluntas, vt vestra bonitas illorum malitiam vtat in gloriam Christi-

sti. ⌊Hæc est enim gratia in Christo Iesu domino nostro.⌋Per hoc efficitur homo gratus deo, quia hoc exigit gratia fidei & per hoc gratia conseruatur

¶Cum dominus in vltima cœna discipulos ad dilectiõē dei & proximi adhortans, mundi in ipsos grassaturam dixisset propter ipsum persecutionem, quo melius sustinere valerent, paracletum se missurum promisit, qui mundum argueret, & ipsos omnia necessaria & vtilia doceret. Ne ergo nimium de suo per mortem turbarentur recessu, breui ostendit ipsos ex hinc, ineffabili complendos gaudio. In l.r.d.i.d.s. Modicum &

¶Dominica præcedenti ostendit saluator boni formã in se pastoris, annectens ouium suarum obedientiam, ꝙs lupus rapere quærit & dispergere. Ideo hodie in euãgelio ostendit breuem fore tribulationem, ac lætitiam consequendam magnam & æternam.

¶Primum. Gemebunda dubitationis insinuatio, in principio.

¶Secundum. Abunda desolatiõis immutatio. Ibi. Cognouit autem Iesus.

¶Tertium: Iucunda consolationis firmatio. ibi: Mulier cum parit.

¶Quo ad primum. Considerans ꝑs miseram generis humani propter peccatum, sub diabolo captiuitatem ꝑ Christum infinita dei bonitate tollendam, lætabũdus dicit. In conuertendo dominus captiuitatem syon. 1. cum cõuerterit. Aug. Quasi de præterito loquens, futura ꝓnunciat. Facti sumus sicut consolati. Idem. Consolatio nõ est nisi miserorum. Gemimus in re, consolamur in spe, vnde dicit sicut q.d. Et si nondum securi, tamen in resurrectione Christi consolationem accipiemus, qui præcessit vt sequamur. Tunc repletum est gaudio os nostrum, nõ mundi gaudio sed redemptionis. Os cordis inde enim procedunt bona & mala, quæ inquinant vel mundant. Et lingua corporis nostra exultatione. Tunc dicent inter gentes (quia non omnes) magnificauit dominus facere cum eis. Et vere magnificauit dominus facere nobiscum. Nos enim nobis male fecimus, qui sub peccato nos vẽdidimus, facti sumus lætãtes, qui prius captiui. Conuertere domine captiuitatem nostram, misso redemptore, qui sub dia

bolo captiui tenemur. Ad literam, nulla in diebus Dauid captiuitas erat, sed sub diabolo mũdus erat captiuus quã conuerti desiderabat, sicut torrens in austro. Augu Scriptura monens de bonis dicit: Sicut glacies in sole, ita soluentur peccata tua. Peccata enim ligant nos, vt frigus aquam ne currat; flante autem calido vento austro, liquescit glacies & implentur torrentes, sic stante spũ s. soluimur a peccatis, & currimus ad patriam, in quo cursu labor sed breuis, & merces magna & perennis. Volens ergo dominus armare discipulos ne nimia ob mortem suam deficerentur tristitia, sæpe illam prædixit, & resurrectionis inde gloriam breui sequuturam, ascensionisque ad patrem sublimitatem glorificationis & redemptionis humanæ consummationem, quare plus gaudere debuissent quam tristari, sicut ait dominus. Iohannis. 14. Non turbetur cor vestrum neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis. Vado & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique quia ad patrem vado, quia pater maior me est. Claret discipulos nimis carnis affectu ipsum dilexisse non propter ipsum, sed nolentes ipsius dulci priuari præsentia ¶Dixit ergo Iesus discipulis suis ⌊ad eorum EVANG.
scilicet consolationem. ⌊ Modicum & iam non videbitis me ⌋ dupliciter potest intelligi. Primo, id est, parum restat temporis vsq; ad hoc quo patiar & a vestris aspectibus in monumenti claustris abscondar. Et ne credatis me ibi diu manere ⌊ & iterũ modicũ & videbitis me ⌋ .i. post triduum mortis resuscitatum videbitis. Alio modo. Modicum. i. modico tempore per triduum mortis abscondar ab oculis vestris, & iterum modicum. i. modico tempore apparebo vobis, s. per quadraginta dies post resurrectionem vsq; ascensionem, prout dicitur Actu. 1. & hoc interpolatim non continue, & breuiter cum eis stando. Causam huius subnectit ⌊ qa vado ad patrem ⌋ Beda: Ideo me modico tempore a mortuis resuscitatum videbitis, quia non semper in terra corporaliter mansurus, sed expleta dispensatione assumptæ mortalitatis cum resurrectionis triumpho, iam per humanitatem quam assumpsi sum ascensurus ad patrem. Iohannis decimotertio. Sciens Iesus quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad patrem. Et. 16. Nunc vado ad eum qui mi-

sit me, Non intelligentes autem discipuli, quid sibi vellet per illa duo modicum quærebant inter se. Illis enim (vt dicit Augusti.) antequam impleretur hoc obscurum fuit, quod nobis manifestum est, postquam impletum est ⌊ Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem. Quid est hoc quod dicit nobis modicum & nõ videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, & quia ad patrem vado ⌋ Obscura videbantur eis, quia secundum Chrysosto. tristitia mortis intelligentiam obnubilabat. & quia videbantur implicare contradictionem. Si enim ad patrẽ iturus quomodo visuri, & quomodo modicum visuri & non visuri. ⌊ Dixerunt ergo. Quid est hoc quod dicit nobis modicum ⌋ id est, quid vult per modicum. ⌊ Nescimus quid loquitur. ⌋ Confitentur imperitiam, ideo meruerunt intelligentiam. Audierant antea. Iohannis. 13. Filioli adhuc modicum vobiscum sum, Et. 14. Adhuc modicum, & iam mundus me non videt: vos autẽ videtis me, sed nihil dubitabant sicut modo, quia interea de eorum persecutione habuerat verba quæ contristabant.

¶ Quo ad secundum, Maximam bonorum, ob mundi ꝑsecutiones patienter toleratas, exaltationem & exultatationem ostendit Psal. dicens: Qui seminant in lachrymis. Opera s. misericordiæ ad quæ sufficit voluntas, si desit facultas, inde metitur pax. Num ergo dicitur pax in terra diuitibus? Non, sed hominibus bonæ volũtatis. In lachrymis, in hac valle lachrymarum. In exultatione metent, fructum æternæ beatitudinis, Augustin. Spiritalis seminatio sem per in lachrymis, vnde beati qui lugẽt, quoniam ipsi consolabuntur, qui seminant autem in carne, cum lætitia seminant, sed post metunt fletus, quia extrema gaudij luctus occupat. Prou. 14. Euntes ergo ibãt & flebant mittentes semina sua, ibant profectu melioris vitæ, sua (non rapta) semina mittentes, & hoc flentes qa miseri inter miseros. Venientes autem (a domino vocati) venient cum exultatione. Augu. Tũc erit triumphus lætantium, & ipsi morti insultantium, in qua hic gemebatur. Portantes manipulos suos, id est, fructum seminis, coronam gaudiorũ & exultationis. Hinc Beda: Læta domini & saluaroris nostri promissa læto cordis auditu percipere debemus, sedulaq; intentione persistere, quate

hus ad hæc pertingere mereamur. Sequitur. ⌊ Cognouit autem Iesus quia volebant eũ interrogare, & dixit eis. ⌋ Auguſt. In hoc oſtendit ſe deum, cum ſine verbis intelle xit cogitationes eorꝫ. Solius enim dei eſt cognoſcere uo luntates, qd cogitet intellectus, & quid velit affectus. Hiere. 17. Ego ſum deus ſcrutans corda & renes. i. Re. 16. Homo videt ea q̃ patent, deus aũt intuetur cor. ⌊ De hoc quæritis inter vos, quia dixi modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me. ⌋ Non declarat ex ipſis verbis qd velit, ſed ex ipſis effectibus per ſui ab ſentiam & præſentiam futuris. ⌊ Amen amen dico vobis ⌋ repetitio iuramenti, ſignum ẽ infallibilitatis ⌊ quia plorabitis & flebitis vos ⌋ in illo modico qñ me non videbitis, in triduo mortis, vnde Mar. 16. dicitur qꝫ Maria Magdalene nunciauit reſurrectionem diſcipulis lugenti bus & flentibus, ⌊ Mundus ſaũt gaudebit ⌋ .i. mundani q lætantur cum malefecerint & exultant in rebis peſſimis. Prouer. 2. Beda: Plorabãt amatores Chriſti videntes illũ ligari, crucifigi & ſepeliri. Mundus autem .i. mũdani (q̃s ob infimas cogitationes mundum vocat) cum morte tur piſſima condemnaſſet illum, quia grauis ei erat ad viden dum. Sapientiæ 2. gauiſus eſt. ⌊ Vos vero contriſtabi mini ⌋ non ſolum de mea morte, ſed etiam de eorũ exultatione. Iohannis 16. Sed quia hæc locutus ſum vobis triſtitia implcuit cor veſtrum, ſcilicet me moriturum. ⌊ Sed triſtitia veſtra vertetur in gaudium, ⌋ Beda: Contriſtabantur diſcipuli poſito in morte domino, ſed agnita eius reſurrectione triſtitia verſa eſt in gaudium viſa eius aſcenſionis potentia, iam maiori gaudio ſub leuati, laudabant dominum. Lucæ. 24. Eduxit autem eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus ſuis benedixit eis, & factum eſt dum benediceret illis, receſſit ab eis & ferebatur in cælum, & ipſi adorantes regreſſi ſunt in Hie ruſalem cum gaudio magno, & erant ſp in tẽplo laudan tes & benedicentes deum. Beda: Hic ſermo cunctis fideli bus conuenit, qui per lachrymas preſſuraſque ad gaudia æterna peruenire contendũt, qui merito in præſenti plo rant & triſtes ſunt, quia necdum valent videre quem di ligunt, quia quamdiu ſunt in corpore a domino & a ſua patria & regno peregrinari cognoſcunt, quia per labo-

res & certamina ad coronam sibi peruenien dum esse non dubitant. Quorum tristitia vertitur in gaudium, cū fini to agone huius vitæ brauium vitæ perennis accipiunt. Flentibus autem & contristatis fidelibus, mundus gaudet, quia iure in præsentibus qualecunque gaudium habent, qui alterius vitæ vel nulla esse gaudia sperant, vel se ad hæc pertingere posse desperant. Lucæ. 6. Væ vobis qui ridetis nunc, quia flebitis. Vnde Esai. 65. Ecce serui mei comedent, & vos esurietis, ecce serui mei bibent & vos sitietis. Ecce serui mei lætabuntur & vos confundemini. Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus vlulabitis.

¶ Quantum ad tertium, Breuem ac vanam in mundanis, iugem ac veram in diuinis Psalmista expertus lætitiam, plenam ipsius optans consummationem, ait: Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus meus. Hieronymus: Christ⁹ fons aquarum vnde omnia fluunt. Ceruus senio grauat⁹ excrescentibus pilis & cornibus, serpentem naribus hausit, vnde veneno æstuans fontem ad bibendum ardentissime desiderat, quo haustu cornua & pilos deponit. Consumptis ergo vicijs, amplius desiderat perfectus. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum, non mortua simulachra, non carnis delitias, mundi diuitias, quid desiderat indicat, dicens: quando veniam & apparebo. Cupit dissolui, venire apparere ante faciem domini, quia tunc videbitur sicuti est, in qua visione tota consistit beatitudo. Iohan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscāt te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. Hic in spe p fidem illic in re per apertam visionem. Volens ergo dominus ostendere quoniam tristitia parit gaudium, & q̄niam hæc breuis est, lætitia vero infinita, ad exemplum venit mundanum, quod adhuc competebat illis rudibus dicens: ⌊ Mulier cum parit tristitiam habet, quia venit hora eius ⌋ partus & doloris. Genesis. 3. In dolore paries filios. ⌊ Cum autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium quia natus est homo in mundum. ⌋ Cōparat doloꝝ apostolo⁹ dolori parturientis, propter breuitatem & acerbitatem, & propter lætitiam

tinuam sequentem, vnde non dicit, q̄ non erit dolor & tribulatio ei, sed nec meminit eius, tantum gaudiū erit quod succedet, vnde aptat similitudinem. ¶ Et vos igit nunc quidem ¶ in p̄senti & imminente mea morte ¶ tristitiam habetis ¶ magnam sicut parturiens, sed breuem & fructuosam ¶ iterum autem videbo vos ¶ resuscitat' ap parebo vobis ¶ & gaudebit cor vestrum. ¶ Iohannis. 20. Gauisi sunt discipuli viso dño. Cor vestrum dicit, ga nō carnale & lasciuum, sed spirituale & internum, quale est angelorum, & ideo stabile. ¶ Et gaudium vestrum nemo tollet a vobis ¶ etiam persequendo. Actu. 5. Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Hierem. 31. Conuertam luctum eorum in gaudium. Beda: Sed & vniuersa ecclesia p hmuus vitæ labores & angustias ad æterna cælestium tendit p̄mia gaudiorum. Apost. attestante. Act. 14. Quoniam per multas tribulationes oportet nos introire in regnū cælorū. Si ergo nunc salubri tristitia afficimur, si iuxta hortamenta apostoli, spe gaudentes, in tribulatione existimus patientes, si nostra errata, si miserias proximorū, debita lamentatione defiemus, videbit nos iterum dñs. 1. ad videndum se nobis ostendet in futuro, qui quondam nos videre, fidei suæ agnitionem nobis largiendo, dignatus est. Videbit vt coronet, q̄ quondam vidit vt vocaret. Videbit & gaudebit cor nostrum, & gaudium nostrum nemo tollet a nobis, qa hæc est vera & vnica merces eorū qui secundum deum contristantur, de perpetua eius visione gaudere, quā promisit ipse sub limiter cum ait Mat. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt, quam se Apost. cum suis similibus accepturum esse gratulatur, qui certaminum suorum conscius, confidenter protestatur, dicens: Videmus nunc p speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. prima Corint, 13.

¶ Dominica quarta post Pascha.

VAdo ad eum qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me. quo vadis ¶ Iohann 16. Saluator noster suos volens esse ab omni affectione mūdanorum alienos, quo omnem in ipsum iacerent fiduciam, ostendit & promisit ipsis se spiritum sanctum mis-

EPIST surum, quo confortati & illuminati, ipsum mundum simul cum suo vincerēt principe. Hinc Iac. 1. ¶ Omne datum optimum, & omne donum perfectū desursum est. ⌋ Si quid in nobis est viciorum non deo, sed nobis ferā acceptum: si quid bonæ rei, si quid verę lucis, si quid illibatæ sapientiæ, id totū autori deo ascribamus, ideo quic quid boni agimus, non a nobis sed a deo est. In primo gradu sunt dona temporalia, in secundo naturalia, in tertio gratuita virtutes & gratia, quæ optima. Omne ergo donum gratiæ meritorium, & donum perfectum gloriæ desursum est ⌊ a patre luminum ⌋. 1. Tim. 6. Lucem habitat inaccessibilem, sicut radius solis a sole. ⌊ Apud quem non est transmutatio ⌋ quia idem semper manet in essentia ⌊ nec vicissitudinis obumbratio ⌋ vt enim natura sua optimus est, ita non potest dare nisi q̄ sunt optima. Nostrum hunc diem nox succedens excipit, nubes intercedētes obducunt, humanam sapientiam obnubilant errores opinionum, humanam probitatem inficiunt malæ cupiditates. Apud illum nulla malorum mixtura, nec vllę caliginis vices ⌊ voluntarie enim nos genuit ⌋ (non meritis nostris) per aquam regñationis & renouationis spiritussancti quem effudit in nos abunde. Titum. 3. Filios lucis, qui prius filij tenebrarum, faciens ⌊ verbo veritatis ⌋ doctrina euangelica. 1. Cor. 4. In Christo Iesu per euangelium ego vos genui ⌊ vt simus initium aliquod creaturæ eius ⌋ quantum ad esse gratiæ quod hic inchoatur & in cælo perficitur. Gratuita enim sua bonitate sic illi visum est ab æterno, vt inaudita ratione cōderet in terris nouam creaturam, nos q̄ huius nouæ conditionis velut primitias quasdā esse voluit, qui inter primos ad euangelicam sumus vocati doctrinam. ⌊ Scitis fratres mei dilectissimi ⌋ s. quod a deo illuminati & vocati ad sanctimoniā vitæ, sed a vobis ad vicia procliui. Osee. 13. Perditio tua Israel ex te, tantum in me auxilium tuū. Quisquis ergo vult haberi nouus homo, non ḡrat videri magister quod suadet ambitio, quo doctior habeatur vulgo qui loquacissimus sit, nec irascatur recte monēti, sed culpam agnoscat, fugiat libidinem pernicioſam, sectetur autem quæ adferunt salutem. ⌊ Sit autem omnis homo velox ad audiendum ⌋ veritatis verbum. Prou. 1. Audiēt

sapiens sapientior erit. tardus autem ad loquendum quia se ingerere ad docendum præsumptuosum, Ecc. 20. Est tacens sciens tēpus apti temporis. & tardus ad irā. Maturitas sapientiæ non nisi in tranquillitate mentis percipitur. Ira per vicium, quæ procedit ex libidine vindictæ, mentis oculum excæcat, sed per zelum ipsum quandoque perturbat. Ira enim viri iusticiam dei non operatur. Oportet autem homines pios, procul esse ab omni, non solum vindicta, sed & maledicentia. Tutior autem erit a conuitio qui nihil respondet, nulli faciet iniuriam qui nec lacessitus irascitur. Apud homines fortasis iustus videtur qui cōuitium conuitio, qui maleficium maleficio retaliat: sed idem multum aberit a iusticia dei qui per filium suum docuit nos bene loqui de nobis obtrectantibus, bene velle nobis maleuolentibus, bene mereri de male merentibus. Hæc non facit qui linguæ laxat habenas, qui iram habet in consilio, huiusmodi cupiditates vt obruunt ac suffocant semen diuini sermonis, quo minus suboleſcens fructificet in vobis, ita obstāt ne possit in animi segetem inseri. Propter quod abiicientes omnem immundiciam. Qui enim non declinat a malo non potest facere bonum, omnem dicit malitiam & abundantiam maliciæ. id est, cordis immundiciam, simulata enim sanctitas duplex est iniquitas in mansuetudine suscipite insitum verbum fidei quod debet inseri mentibus humanis, sed oportet quod terra primo purgetur a spinis auaritiæ, petris superbiæ, & duritia emolliatur per mansuetudinem, quæ est quædam tractabilitas mentis. Oportet enim captiuare intellectum in obsequium Christi, secunda Corinthiorum decimo: Eccleſi. 5. Esto mansuetus ad audiendum verbum dei, vt intelligas quod potest saluare animas vestras. Iohannis 8. Amen amen dico vobis, si quis sermonem meū seruauerit mortem non videbit in æternum. Iohannis 6. Domine ad quem ibimus verba vitæ æternæ habes. Notanter dicit insitum, frustra enim pulsat tympanum aurium, nisi alte subsidat in cordis penetralia, si autem semel insederit, haud sterilis erit, sed emerget ac proferet seſe pīs factis.

¶ Cum dominus præmonuisset suos ꝺ̊d propter ipm

absque synagoga habendi forent, ita vt deo obsequium se præstare crederent ipsos persequentes, & hoc quia persequutores nec patrem cognoscerent nec ipsum, consolationem per spiritumsanctum affuturam promisit. In illo tempore. Dixit IESVS discipulis suis: Vado ad eum.

¶ Dominica præcedenti ostẽdit saluator breui tristitia præsentis temporis, æternam mercari lætitiam. Hodierno ostendit in euangelio, nec præsentẽ fore sine consolatione tribulationem, sed per spiritumsctm (ab ipso ad patrem ascenso, misso) & bonos cõsolari & malos corripi, & ignaros illuminari.

¶ Primum, Lucida ascensionis præmunciatio, In principio.

¶ Secundum, Manifesta obstinationis increpatio, ibi. Et cum venerit.

¶ Tertium, Necessaria rationis illuminatio, ibi. Adhuc multa.

¶ Quo ad primum Psalmista statum ecclesiæ (maxime primitiuum) contemplans, quo ab infidelibus multipliciter impugnaretur, sed a domino semper adiuuaret, ait; Ad dominum cum tribularer clamaui, pro auxilio, & exaudiuit me, prout promisit, se missurum spiritũsanctum consolatorem. Vnde Beda: Dominus ac redemptor noster, imminente suæ passiõis articulo, discipulis & gloriam resurrectionis, & ascensionis qua ipse post mortem erat clarificandus, & aduentum spiritussancti quo illi erant illustrandi, patefecit; quatenus instante hora passionis eiusdem, minus pro illius morte dolerent, quem post mortem ad cælos subleuandum non dubitarent, minus de sua desolatione trepidarent, quos abeunte licet domino, spiritussancti gratia consolandos esse sperarent.

EVNAG. ¶ Vado ad eum qui misit me. ⌊ Vado dicit in præsenti, quia iam agebatur de sua passione. Exierat enim Iudas de cœnaculo ad Iudæos tractans de ipsius traditione, sed ad quem? Ad eum, inquit, qui misit me, id est, patrem qui me incarnari instituit. Galatas. 4. At vbi venit plenitudo temporis misit deus filium suum. Nam secundum diuinitatem semper fuit cum patre. Iohannis. 8. Qui misit me mecũ est, decimoquarto, Non credis quia ego (in-

quit Philippo) in patre & pater in me est. ¶ Et nemo ex vobis interrogat me quo vadis ¶quia tanta & tam manifesta erit ascensionis claritas, vt nemini vestrum sit opus interrogare, videntibus cunctis, quia ad cælos pergam. Sciebat dominꝰ ipse quid verba sua in cordibus discipulorum agerent, quia videlicet tristitiam magis de abscessu quo eos desereret, quam de ascensu quo patrem peteret lætitiam generarent, vnde benigne eos consolat. ¶ Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. ¶Nec mirum quia dixerat persequutores ipsorum se æstimare obsequium præstare deo, & quam maxime quod ipse in tãtis ipsorum angustijs abesset. ¶ Sed ego veritatem dico vobis ¶quia ipsa sum veritas. Iohannis 14. ¶ Expedit vobis vt ego vadam ¶quasi dicat, secundũ Chrysost. Sustinete modicum, & non contristemini quia vado, ire cm̃ meum vobis confert, & manere vobiscum non erit vtile. ¶ Si enim non abiero paracletus non veniet ad vos. ¶Beda: Non quod in terra positus spiritum sanctum dare non possit (quia dicit Iohan. 20. Accipite spiritum sanctum) sed quia ipso in terra posito, illi mentes erigere ad superna non valebant, tantum enim afficiebantur ipsi, alloquio eius allecti, & consilio ac conuersatione, sensibili dilectiõe, vt non iungerent animum ad diuinitatẽ ipsius. Ascendente aũt illo cælum, & ipi pariter omne desiderium suum illo transferebant. Matt. 6. Vbi thesaurus tuus, ibi & cor tuum erit, ideoque capaces spiritus iam facti, non vltra de morte eius contristati, sed de munere promissionis eius lætati sunt, Luca testante vicesimoquarto. Et factum est dum benediceret, & cæ. in proximo sermone. Expedit ergo vt forma serui vestris subtrahatur aspectibus, nolo enim me semper carnaliter diligatis, & isto lacte contenti semper infantes fitis sed vt amor diuinitatis arctius vestris figatur in mentibus. Expedit notam vobis formam cælo inferam, quatenus maiori per hoc desiderio illuc suspiretis, sicq; suspensis ad superna cordibus vestris, ad accipienda iam spiritussancti dona capaces fiatis, alias non veniet ad vos, quia non estis capaces. ¶ Si autem abiero mittam eum ad vos ¶vt consoletur in tristitijs vos. Erat siquidem diuinum secretum, arcanumque consilium, vt filio dei mun-

do præsente, spiritus se non manifestaret, & filio dei absente, se spiritus mũdo insinuaret.

¶ Quo ad secundum, Operationem spiritussancti ad arguẽdum malitiam prauorum infidelium, necessariam indicans Psal. ait: Domine libera animam meam a labiis iniquis, & a lingua dolosa. Nam de fidelibus tãquam maleficis loquebantur: & omnes Hæretici dolosa agunt cõtra ecclesiam lingua. Ideo quasi q̃rendo remedium, cõtra tam pestiferum malum ait: Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Respondet: Sagittæ potentis acutæ, id est, verbum dei quod acuta est sagitta potentis spiritussancti. Heb. 4. Viuus sermo dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vsq; ad diuisionem animæ & spiritus. Ephe. 6. Et gladiũ spiritus, quod est uerbum dei, cum carbonibus desolatorijs. i. ignitis, vnde super apostolos in linguis apparuit igneis. Act. 2. Menti enim quam replet, non solum vim diuinæ charitatis infundit interius, verumetiam carnali timore depulso, ad increpandum prauitatem malorum foris fiduciam præstat, vnde dominus quæ circa ipsos spiritussf. facturus esset docuit & mundum. ⌊ Et cum venerit ille ⌋ scilicet spiritus paracletus qui benignus est amicis, inimicis austerus, vnde ⌊ Arguet ⌋ per linguam suorum. Mat. 10. Non enim vos estis qui loquimini sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis ⌊ mundum, ⌋ id est, mundi amatores, sed de quibus? ⌊ de peccato, & de iustitia, & de iudicio. ⌊ De peccato quidem ⌋ scilcet infidelitatis, ⌊ qa non crediderunt in me. ⌋ Beda: Peccatũ incredulitatis quasi speciale ponit, quia sicut fides origo virtutum, ita solidamentum viciorum in incredulitate persistere domino terribiliter attestante cognouimus, Ioh. 3. Qui autem non credit iam iudicatus est. At contra iustus ex fide viuit. Abac. 2. Auguſt. Aliud est credere Christum aliud in Christum. Dæmones ipsum credunt Christũ sed non in ipsum. Ille autem credit in Christũ qui sperat in ipsum, & ipsum diligit, & hoc solum præ cæteris peccatũ posuit, qa ipso manente, cætera manent peccata, qa sine fide impossibile est placere deo. Heb. 11. Iohan. 1. In mũdo erat & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. Ecce magna cæcitas, mundus suum non

agnoscit opificem. Iohan. 15. Si opera nõ fecissem in eis q̃ alius nemo fecit, peccatum non haberent, nunc autem ex cusationem non habent de peccato suo. ⌊ De iustitia vero ⌋ quia cum verbum vitæ audierint noluerunt credere ad iustitiam. August. Iustitia credentium est credere in Christum. Arbitramur enim hominem iustificari per fidem Rom. 3. Credidit Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Roma. 4. Item quia mundani dixerunt ipsum iniustum & deo contrarium. Iohan. 9. Non est hic homo a deo, ideo subinfert ⌊ quia ad patrem vado. ⌋ Chryso. Quia dei filium ad patrem ire, argumentum fuit irreprehensibilis vitæ, & inculpatæ iustitiæ, secundum illud. Matth. 3. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Nec solum ad horã vado, sed manebo ⌊ & iam nõ videbitis me ⌋ qualem scilicet nunc soletis mortalem, sed in maiestate ad iudicium venientem. Matth. 25. Et pacto iudicio in maiori gloria sanctis apparentem. Merito ergo arguuntur mundani, non cælestia sed terrena quærentes contra consilium apostoli. Colo. 3. Quæ sursum sunt quærite vbi Christus est in dextera dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. ⌊ De iudicio autem quia princeps huius mundi iam iudicatus est ⌋ .i. diabol⁹ qui principatur eis, qui ordine peruerso mundum potius quam mundi conditorem diligunt, qui iudicatus est. Iohan. 12. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Luc. 10. Videbam sathanam tanquam fulgur de cælo cadentem. Merito ergo arguentur qui terribili dei in primo angelo non terrentur iudicio sed vel per infidelitatem sub eius remanent imperio, vel denuo ipsi se per peccatum subiiciunt. Stultissimũ em̃ est manere sub eo qui iam iudicatus est & victus.

¶Quo ad tertium. Habitudinem fidelium inter malos indicans Psalm. ait: Heu mihi quia incolatus meus, prolongatus est. Desiderium habens dissolui & esse cum Christo Phil. 1. Sed vbi? Habitaui (inquit) cum habitantibus cedar multum incola fuit anima mea. Sed quomodo? Cum his qui oderunt pacem eram pacificus, cum loquebar illis (bona scilicet & ad salutem necessaria) impugnabãt me gratis, sine causa scilicet. Ideo necessarius spiritussanctus qui & pacientiam in conuersatione, & scientiam daret in ar-

tione & loquutione. Vnde dominus. ⌊ Adhuc (inquit) multa habeo vobis dicere ⌋ vobis scilicet & alijs necessaria ⌊ sed non potestis portare modo ⌋ quia non estis idonei & capaces propter tristiciam de meo recessu. ⌊ Cum autem venerit ille spiritus veritatis ⌋ a quo omnis veritas. Ambro. Veritas a quocunq; dicatur a spiritu sancto est. ⌊ Docebit vos omnem veritatem ⌋ necessariam scilicet ad salutem. Non enim simpliciter omnem, quum futura reseruata sit vitæ, 1. Corinth. 13. Ex parte cognoscimus. Et tamen in tertium raptus cælum audiuit arcana quæ non licet homini loqui, 2 Cor. 12. Omnem ergo & q̄ modo loquutus sum, & quam portare modo nō potestis. Ecce vnde sanctorum doctorum veritas, 1. Iohan. 2. Vnctio eius docebit vos de omnibus. Ideo ecclesia quæ spiritu sancto regitur columna dicitur & firmamentum veritatis, 1. Timot. 3. Præmissa probat dominus. ⌊ non enim loquetur a semetipso ⌋ quia non est a semetipso, sed a patre & filio, ideo non finget nouam doctrinam & meę contrariam, vnde de diabolo. Iohan. 8. cum loquitur mendacium, ex propr̄ijs loquitur. Ideo Iohan. 14. ait dominus: *A meipso non loquor.* 1. nihil nouum nihil separatum, nihil alienum a patre loquor. ⌊ *Sed quæcunq; audiet loquetur.* ⌋ *Nihil vult dominus aliud nisi quod eadem sit doctrina patris & filij & spiritussancti, & ideo infallibilis, certa, & vera, sicut Iohan. 1. de filio dicitur. Quod vidit & audiuit hoc testatur, id est, quod certissime nouit, &. 8. Quod vidi apud patrem meum, hoc loquor* ⌊ . *Et quæ ventura sunt annunciabit vobis* ⌋ In quo secundum Chrysost. eleuauit mentem discipulorum, quia nihil auidius humano generi quam scire futura. Constat innumeros per donum spiritussancti prænouisse & p̄dixisse futura. Per hoc patet, quia deus, cuius est solius futuræ prædicere, quasi dicat præmuniet vos contra futura pericula vt cauere possitis. Annunciat nobis ventura, cum gaudia nobis patriæ cælestis ad memoriam reducit. Cum nos a delectatione p̄sentium abstrahens, p̄missi in cœlis regni desiderijs inflammat. Sed ad quid hæc oīa. ⌊ Ille (inquit) me clarificabit ⌋ gloriam meam q̄rendo, quia sua inspiratione ad diligendā Christi visionem accendit, cum illū patri in diuinitate æqualem esse credendum, fideliū cor-

dibus intimat, ac per ora, miracula, passiones, apostolorum, martyrum, qui prius ipsum hominem fateri timebant, postea deum constanter proclamabant. Clarificauit pater filium. Iohan 12. Pater clarifica nomen tuum, Venit vox de cælo dicens: Et clarificaui & iterum clarificabo. Mar. 3. & 17. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Sic & spūs s. per ora apostolorū ipsum dei ostendit filium. Et bene dico quia me clarificabit, veritatem de me docendo & doctrinam meam confirmando. ⌊ Quia de meo accipiet ⌋ non aliquod temporale vel accidentale sed essentiale & æternum esse, nō vt indigens vel discens, sed vt vna eademq; existente cognitione, ipm tamen ꝺd accepit ab æterno temporaliter nunciauit apostolis. Vnde sequitur ⌊ & annunciabit vobis ⌋ Nisi enim reuelante spiritu s. diuinitatis secreta sciri non possunt. Sed quis spiritus habitat in eis per quos nomen dei blasphematur? Rom. 2.

¶Dominica quinta.

AMen amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. ⌋ Iohan. 16. Saluator noster docens mundi contemptum, ac patriæ cælestis desiderium, quæ sine singulari diuinæ gratiæ munere in nobis esse non possunt, ostendit facilem ad consequendum id muneris viam, petitionem scilicet, sic tamen vt in nomine fiat ipsius Matthæi. 1. Vocabis nomen eius Iesum ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum (suum inquit) non verbo sed opere & veritate. Ideo Iacob. 1. ¶ Estote factores verbi & non auditores tantum, fallentes vosmetipsos. ⌋ Quod Christus docuit moribus est exprimendum, quod ille gessit nobis est pro viribus imitandum Præcepta diuina pro maiori parte sunt de operabilibus, ideo non sufficit auditus, sed necessarium est opus ⌊ fallentes, inquit, vosmetipsos ⌋ credendo sine opere satis esse audire, cum non in lingua sed in vita, sita sit hominis felicitas ⌊ quia si quis auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis suæ in speculo ⌋ id est, naturalem in qua natus est, in speculo in quo vmbratice & imperfecte videtur, & ideo paruam aut nullam facit impressionem, sic de præceptis qui

EPISTO.

habet verborum vmbram non corpus operis. Considerauit enim se & abijt, & statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit in lege perfectæ libertatis .i. euangelij quæ lex amoris, vetus autem fuit timoris. Vnde fuit imperfecta, quia magis metu deterrebat a malis, q̃ efficiebat quod homines sponte recta sequerentur. At lex euangelica per charitatem a volentibus ac liberis pl⁹ impetrat, quam extorqueat illa, & quod incipit perficit, quum illa nihil ad perfectum duxerit & permanserit in ea non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Quisquis enim sacrum sermonem non sic leuiter audierit, vt mox ad curas mundi huius versus, videatur oblitus quod audijt, sed ad eius normam vitam omnem componat, pijs operibus exprimens quod animi medullis penitus infixit, hic demum beatus erit, non quod audierit sed quod affectibus & moribus præstiterit. Audis a Christo supplicium gehennæ manere illum quisquis dixerit fratri suo fatue, ac mox oblitus quod audieras, ad leue conuitium moues arma. Audis negligendas opes, timeis ac furibus obnoxias, sed veras esse recondendas in cælo. Verum digressus a prædicatore sic omnibus studijs pergis per phas nephasq; congerere diuitias, quasi credderes post hanc vitam præmia non eē pietatis. Si quis aũt putat se religiosum esse .i. verum Christianum per fidem & opera fidei quæ habet, & non refrenans linguam suam ab obtrectationibus, a conuitijs, a turpiloquijs sed seducens cor suum per falsam opinionem & immundas turpesq; cogitationes, & si manus cõtineat a furto & pugnis, cæterisq; vitijs huius vana est religio quia non deducit ad finem debitũ. Apud homines non punitur loquens tantum adulteria nisi etiã patrans, apũ deum adulter est, qui animo patrauit Apud deum furti reus est, qui furtum concepit in animo & si non apud homines. Ex actis manifestis æstimamur apud homines, quibus animus non est conspicuus. Cæterum deus intimos animi affectus intuetur, & ex ijs nos æstimat. Neq; vero sufficit ad Christianam religionẽ abstinuisse a peccando, oportet & bonis operibus abundare Ostendit quæ opa maxime placent. Religio Christiana munda & imma culata .i. accepta apud deum &

patrem hæc est, visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum ⌊quia carent præsidio patrum & maritorum de quibus dicitur. Quamdiu vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Mat. 25. ⌊& immaculatum se custodire ab hoc seculo⌋ qui enim mundum diligit immaculatum se ab eo non custodit, debet ergo se exercere in operibus misericordiæ erga proximum, & mundiciæ erga seipsum.

¶Cum dominus desolatos discipulos, eo q̃d se p mortem ab eis recessurum p̃dixit, consolatus fuisset dicens. Iterum videbo vos & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet a vobis, subiecit. In illo die me non interrogabitis quicquam, & consequenter. In il. temp. d. Iesus discipuis suis. Amen amen dico.

¶Dominica p̃cedenti audiuimus quõ saluator discipulis suam p̃dixit ascensionem ad patrem & q̃d spiritum sanctum missurus esset, qui ipsos omnem doceret veritatẽ, eo quod multa haberet ipsis dicere quæ ipsi tunc portare non poterant. Ideo in hodierno ostendit euangelio ascensionis vtilitatem, quia ad inuocationem nominis ipsius, pater omne petitum largiretur.

¶Primum, Ordinata orationis institutio. In principio.

¶Secundum, Pura institutionis promissio ibi. Hæc in prouerbijs.

¶Tertium, Qualificata cognitionis professio. ibi, Exiui a patre.

¶Quo ad primum. Psalm. omnem in deum spem (eo quod omnes clamantes ad se exaudiat) faciendam ostendens, ait: Leuaui oculos meos, quos male ad terrena inclinaueram, interiores scilicet, in mõtes (ad quid?) vnde veniet auxilium mihi. Sed qui & vbi sunt isti montes? Auxilium meum a domino (non quidem terreno) sed qui fecit cælum & terram. Vnde dominus Iesus hic ostendit nominis sui virtutem, quia non visus, non rogatus, sed nominatus apud patrem, facit vt statim exaudiantur ab eo, vt dicit Chrysost. Vnde quatuor hic ponit nos inducentia ad petendum. Primum. Infallibilitas pollicentis qua certificemur consequi postulata. ¶Amen amen dico vobis⌋ EVANG.
vere inquit vere dico, ego qui sum veritas. Ioh. 14. Ecce iuramento confirmat, nos accepturos quicquid patrem

in nomine ipsius petierimus ⌊ si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis.⌋ In nomine, inquit, meo q̃d Iesus, ideo petens contra salutem non petit in nomine eius. Beda: Quotienscunque petentes non exaudimur, ideo fit vel quia contra auxilium nostræ petimus salutis, & propterea a misericordiæ patre beneficij gratia quod inepte petimus negatur, sicut Paulo ter rogante responsum fuit sufficit tibi gratia mea, 2. Cor. 12. vel vtilia quidem quæ ad salutem veram respiciunt petimus, sed ipsi male viuendo auditum a nobis iusti iudicis auertimus, incidentes in illud. Proue. 28. Qui auertit aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Vel dum pro peccantibus vt resipiscant oramus, & si salubriter petimus, atq; ex nostra parte audiri mereamur, ipsorum tamen peruersitas, ne impetremus obsistit. Veruntamen fructu orationis non priuabimur, quia si illi digni non sint saluari, nos tamen amoris, quem illis impendimus, mercede donabimur. Fit etiam aliquando vt salutaria prorsus precibus solicitis, ac deuotis quæramus actionibus, nec tamen statim obtineamus quæ petimus, sed in futurum petitionis nostræ differatur effectus, sic quotidie rogamus adueniat regnum tuum. Mat. 6. idem tamẽ regnum non mox finita oratione, sed congruo tempore sumus accepturi, quod pia dispensatione conditoris nostri constat actitari, vt desideria nostræ deuotionis dilatione crescant. & incremento quotidiano magis magisque prouecta tandem ꝑfectius capiant gaudia q̃ req̃rũt. Hæc Beda. Signanter dicit dabit non retribuet. Rom. 11. Quis prior dedit illi & retribuetur ei. Bonorꝫ etiã nr̃orꝫ non eget. Vobis dicit, quia non semper pro alijs sancti exaudiuntur, 1. Regum. 16. Vsquequo, ait dominus Samueli, tu luges Saul cum ego proiecerim eum. Secundum. Necessitas petentis, ⌊ Vsque modo ⌋ dum corporali præsentia sum vobiscum ⌊ non petistis quicquam in nomine meo ⌋ petierant filij Zebædei confessum regni, sed non in nomine eius. Non enim in nomine Iesu. 1. saluatoris petit, qui contra rationem petit salutis. In hanc vsq; horã nihil a summo patre in nomine filij petierant, quia nihil eis ipso præsente defuit. Luc. 22. Quãdo misi vos sine sacculo & per a nũquid aliqd defuit vobis? At illi dixerunt:

Nihil. Nunc ingerit eis fiduciam, quia recessurus ab eis, si petant in nomine suo accipiendi quod petierint, vt animo non deijciantur, sed sint hic in sancta spe, & in altero sæculo in gloriosa fruitione, abundantia gaudij pleni.

⌊Petite & accipietis.⌋ Chryso. Hinc oñdit rursus qm̃ expedit eum abire, si demum hucusq; nihil petierunt, sed de cætero accipient q̃cunq; petierint. Tertium. Largitas dãtis, q̃ tanta est vt nos hortet. Chrysost. Merito petentis negligentia rep̃henditur, vbi de dantis misericordia non dubitatur, q̃ta dei sit misericordia oñdit, q non solum q̃ petimus paratus est dare, sed & hortat vt petamus. Quartum. Vtilitas muneris ⌊vt gaudium vr̃m sit plenum⌋ qa obtinebitis q̃d petetis. Ipse namq; solus nr̃a implere põt desideria. Iohan. 15. Hæc locutus sum vobis, vt gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleat. Impleatur quia hic perfectum esse nõ potest. Dicit. Gaudiũ vestrum non mundanorum. qui sibi luctum ipso mercãtur æternum. Iob. 21. Tenent tympanum & Cytharam, & gaudent ad sonitum organi, ducunt in bonis dies, & in puncto ad inferna descendunt, sed qui? Qui dicunt deo recede a nobis scientiam viarum tuarum nolumus. Quid est omnipotens vt seruiamus ei, & q̃d proderit nobis si orauerimus eum, veruntamen quia non sunt in manu eorum bona, consilium ipsorum longe sit a me. Beda: Habẽt sancti in præsenti gaudium de spe cælestium bonorum. Roma. 12. Spe gaudentes. Galat. 5. Fructus spiritus gaudium pax, cum pro domino terrenis exercentur aduersis, cum suadente amore fraternitatis discunt gaudere cum gaudentibus flere cum flentibus. Roma. 12. sed non est plenũ quod fletu variante miscetur. Prouerb. 14. Risus dolore miscebitur, sed in futurum erit plenum, vbi nemine flente, cum solis datur gaudere gaudentibus. De quo 1. Petr. primo: In quem nunc quoque non videntes creditis, credentes autem exultabitis læticia inenarrabili & glorificata, reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum vestrarum. O quam felix qui audire merebitur: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis. intra in gaudium domini tui. Matthæi. 25. Petere huiusmodi gaudium, nõ est verbis tantummõ introitum patriæ cęlestis flagitare, sed & digna pro eius perceptione opera-

tione certare. Neq; enim qppiam vtilitatis affert bñ orando supna quærere, q non desistit puerse viuendo infimis implicari. Ad huius ergo gaudij consecutionem omnes ordinari & preces debent & operationes.

¶Quo ad secundum, Diuinæ protectionis & illustrationis assistentiam. Psalm. expertus ait: Non det in cõmotionem pedem tuum, siue corporalem in infortunium, seu spiritualem affectum scilicet (nam anima affectibus graditur) in casum peccati, neq; dormitet qui custodit te. Nunquam enim sua deest nobis custodia. Vnde quod optando dixerat propter certitudinem indicando subnectit. Ecce non dormitabit neq; dormiet, qui custodit Israel. Licet vigil non dormiat periculose tamen dormitat. Sed qui custodit Israel. i. Christus qui custodit videntes per fidem & post per speciem. August: Dormit in te Christus quando dormit fides, dormitat, quando in fide tepescimus. Ad proficiendum non mouet pedem nisi charitas, ad cadendum non nisi superbia. Vnde dominus discipulos plene promisit illuminandos in fide & inflammãdos dilectione, dicens: ⌊ Hæc in prouerbijs locutus sum vobis ⌋. i. obscure & sub similitudinibus, quæ non intellexistis. Et loquitur de omnibus quæ obscure eis dixerat vel de illis specialiter in hoc sermone. Vnde Iohannis. 10. Hoc prouerbium dixit eis Iesus. Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis. Sed quia ipsis datum fuit nosse mysterium regni, ideo sequitur. ⌊ Venit hora cum iã non in prouerbijs loquar vobis: sed palam annunciabo vobis de patre meo. ⌋ Potest accipi vel pro præsenti, qa statim clarius de patre dixit, vt hic patet. Et. 17. Pater manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi. Vel 2. de tempore resurrectionis secundum Chrysost. Quia p dies quadraginta apparens loquutus est eis de regno dei Act. 1. quasi dicat: Modo timori concussi non attenditis, quæ dicuntur, sed sunt vobis obscura, tunc autem resuscitatum videntes palam clarius omnia discetis, vnde & aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Luc. vl. Vel. 3 secundum Bedam: de promissione spiritussancti, q corda ipsorum plenissime edocuit quæ & quomodo petenda. Vel 4. De futura vita, vbi videbimus facie ad faciem, 1. Cor. 13. De qua visione, 1. Iohan. 3. Charissimi nunc

filij dei sumus, & nondum apparuit quid erimus, scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. ⌊ In illo die in nomine meo petetis. ⌋ Veraciter enim electi in nomine Iesu petunt, dum pro nostra fragilitate intercedunt, quatenus ad suæ salvationis sortem pertingamus, a qua adhuc inter infidias hostium peregrinatur in terris. Petunt & pro se in nomine salvatoris, quia tempus iudicij, & resurrectionis corporum suorum, in quibus pro domino certauerūt venire desiderant, vnde Iohan. Apocalyp. 6. Vidi sub altari animas interfectorum propter verbum dei & propter testimonium quod habebāt, vel testimonij, & clamabant voce magna dicentes. Vsquequo domine sanctus & verus, non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra. Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, & dictum est illis vt requiescerent adhuc temp⁹ modicum, donec compleantur conserui eorum. Singulas quippe stolas albas nunc habent animæ cum sola felicitate fruuntur. Binas tunc accipient, cum impleto in fine numero fratrum, corporum quoq; immortalium receptione lætantur. Item dato spiritu sancto ad illuminationē patri æqualem credentes in nomine ipsius petiuerunt. Vnde & omnes ecclesiæ preces in nomine Christi terminantur. Vt ergo fiduciam habeant petendi, subdit. ⌊ Et non dico vobis quia ego rogabo de vobis patrem. ⌋ quasi dicat, tanta ipsi familiaritate coniungemini, vt non sit necesse rogari pro vobis tanquam inimicis: quia iuxta vulgare, non oportet multum rogari amicum pro amico. Non tamen per hoc excludit suum adiutorium, sed ex primit cum quanta securitate poterunt orare. Vnde Luc. 22. Ego rogaui pro te patrem vt non deficiat fides tua. Et 1. Iohan. 2. Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum. Hebræor. 9. Introiuit in ipsum cælum vt appareat vultui dei pro nobis. Probationem adducit, d. ⌊ Ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis quia a deo exiui. ⌋ Beda: Non ita intelligendum, quasi amor & credulitas discipulorum præcesserit amorem quo pater illos amat, meritumq; humanum prius sit muneribus gratiæ cælestis, cum apertissime Paulus dicat Romanos vndecimo; Quis prior dedit

illi & retribuetur ei: quoniam ex ipso & in ipso & per ipsum sunt omnia: sed ita potius quia pater illos gratuito amore præuenerit, atque ad amandum credendumq; filium, amando sustulerit, & quia ipsi agnitam filii dilectionem atque fidem, pio & solicito corde seruauerint, maioribus eos donis paternæ dilectionis esse remuneratos. Nec rursus æstimandum quod filius sine patre & spiritusancto valeat amari vel credi, quia quorum inseparabilis est natura diuinitatis, horum vna eademq; sunt dona virtutis. Certissimum ergo est argumentum paternæ dilectionis, intellectus illuminatio per fidem. (Matth. 11. Confitebor tibi pater domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea parvulis) & affectus inflammatio per charitatem. Ro. 5. Charitas diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, quia a deo exiui. i. missus tanquã coæternus & coæqualis.

¶Quantum ad tertium, Diuinæ bonitatis super fideles suos custodiam insinuans Psalmista ait: Dominus custodit te. Quomõ? Dominus protectio tua, super manum dexteram tuam, id est, fidem qua pugnamus aduersus diabolum, 1. Petri. 5. Cui resistite fortes in fide, & facti sumus filij dexteræ, quia dei, Iohannis. 1 Dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius. Custodit, non sinens tentari vltra quam possumus, 1. Corinth. 10. Vnde sequitur: Per diem sol non vret te, neque luna per noctem. Hieronymus: Non vreris elatione prosperitatis, neq; depressione aduersitatis succumbes. Dominus custodit te ab omni malo, custodiat animam tuam dominus. Augustinus: Etiam si corpus occidatur, quia martyres occidi possunt, flecti nequeunt. Dominus custodiat introitum tuum, id est, intentionem quę initium operis boni, & exitum tuum, id est, perfectionem operis, ex hoc nunc & vsque in seculum. Vel secundum Augustinum, intrantes custodit, vt sana fide intremus & humiles, ne vento superbiæ crepemus. Exitum, quia cum exierimus ab omni tentatione, iam in æternum nihil nocebit. Vnde clare de sua hic disseruit diuinitate & humanitate, dicens: ⌊Exiui a patre⌋ non per loci mutationem, sed æternam generationem, & personalem distinctionem, sine tempo-

ris mutatione, absque separatione. Iohan. 14. Non credis quia ego in patre, & pater in me est. Beda: Exiuit, quia nō in ea forma qua æqualis est patri, sed in assumpta humanitate apparuit. Vnde sequitur. ⌊ Et veni in mundum ⌋ per incarnationem. Iohan. 1. In propria venit, & sui eum non receperunt, quia in forma serui q̄ accepit, etiam mū di huius amatoribus se videndum præbuit. ⌊ Iterꝫ relin quo mundum ⌋ per mortem & crucem resurgendo ad vi tam immortalem ⌊ & vado ad patrem ⌋ quia assumptus in cælum sedet a dextris dei. Marc. 16. Beda, Ab aspectu mundi amatorum quod viderant abstulit, & se amatoribus suis æqualem patri esse credendum docuit, quia humanitatem quam induit, per ascensionem ad inuisibilia perduxit. ⌊ Dicunt ei discipuli eius, Ecce nunc palam loqueris & prouerbium nullum dicis. ⌋ Nullum protunc prouerbium dixit: Nam tria dixit ex quibus valde exhilarati fuerunt. s. quod pater eos amabat, & q̄d a deo erat, & q̄d ad patrem ibat. Hoc aūt maxime inter alia respirare fecit. s. q̄d erant amici patris; & ideo q̄ p hoc tñdit ad id quod erat in mente eorum, ideo dicunt quod palam loquitur. Facile enim intelligit homo id quod diligit audire, ideo commendando eum dicunt. ⌊ Nūc scimus quia scis omnia, & non opus est tibi, vt quis te interroget ⌋ Nam pauloante volentes eum interrogare prꝫenti sunt Ex quo concludunt. ⌊ In hoc credimus quia a deo existi ⌋ Solus enim dei est cordis nosse secreta. Beda: Aperte ostendunt, quia loquens dominus ad eos de his maxime disputabant quæ illos delectabat audire, & quæ illi interrogare volebant. Hæc ille (prævenientes eos) vltro p terebat, vnde merito illum scire omnia quasi deum, & quasi dei filium a deo venisse confitentur. Apertum nanque diuinitatis indicium cogitationum nosse secreta, ter tio Regum 8. Tu enim solus nosti (ait Salomon) corda omnium filiorum hominum. Hieremiæ 11. Tu aūtem domine sabaoth qui iudicas iuste, & probas renes & corda Non transeunter hæc cōmemoranda sunt, sed solerter in uigilandum est, vt non verba tantum & opera, sed & ipsa quoque cordium secreta diuinis digna reddamus aspectibus. Petamus supernam clementiam (quod est vere in nomine saluatoris petere) vt & cordis munditiam,

& boni operis præstet efficatiam, & ante omnia illam sedulo recolamus horam, & citius venire optemus, in qua facie ad faciem clare videre mereamur.

¶ In diebus rogationum

PEtite & dabitur vobis, querite & inuenietis pulsate & aperietur vobis. Luc. 11. Exuberantē in fideles, saluator noster ostendere volens clementiam, ad petendum (quo occasionem habeat largiendi) hortatur, quare non solum pro se quisque, sed & pro aliis orare debet. Cum enim vita humana non constet sine leuibus & quotidianis offensis, conueniet (vti quotidiano remedio) vt nos vicissim quotidianis precibus subleuemus, suum quisq; delictum agnoscentes, ita enim valebit remedium, si morbum agnoscas, & opem implores. Hinc Iacobi. 5. ¶ Confitemini alterutrum peccata vestra. Gloſa, Coæqualibus quotidiana & leuia, grauioris lepræ immundiciam sacerdoti pandamus, & quanto iusserit tempore mundare curemus. Et orate pro inuicem vt saluemini. ecce quare orandum. Ostendit efficatiam orationis. *Multum enim valet deprecatio iusti assidua. Iusti dicit, quia non est speciosa laus in ore peccatoris. Eccleſiast. 15. Si iusti quid iustorum. Matth. 18: Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quācunq; petierint, fiet illis a patre meo qui in cælis est.* Addit, & assidua. Hæc enim vna est conditionum orationis, vt sit perseuerans, aliæ duæ, vt sit pia, & pro se. Probat exemplo. Helias homo erat similis nobis origine carnis mortalis passibilis mentis & carnis fragilitate, vnde vnius mulieris metu fugit, 3. Reg. 19. & oratione orauit 3. Regum. 17. vt non plueret super terram, & nō pluit annos tres & menses sex Ad conuincendam regis Achab superbiam, & idolatræ gentis duriciam. Et rursum orauit, & cælum dedit pluuiam: & terta dedit fructum suum. Si ergo cælum vnius pij viri precibus volut incantatum obtemperat, non mirum si deus ad ignoscendum facillimus placatur precibus multorum. Ostensa efficatia orationis, ostendit quanti sit meriti pro fratribus orare, & ad sospitatem reuocare. Si enim magni est meriti a morte eripere corpus quandoque morituEPISTO.

rum, quanti meriti est a morte animam liberare in cælesti patria sine fine victuram. ⌊ Si quis (inquit) ex vobis errauerit ⌋ a veritate fidei vel morum, ne quis hunc existimet conuicijs exagitandum, sed huc potius oportet omnibus studijs adniti, vt conuersus resipiscat ab errore suo ⌊ & conuerterit quis eum ⌋ ad fidem vel virtutes, bene monendo, aut tacente lingua, exempla bonæ actionis ostendendo ⌊ scire debet quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius a morte ⌋ culpæ & gehennæ. Rem enim gratam deo facit (qui non vult mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat) animam fratris a peccatis (per quæ morti tenebatur obnoxius) liberans. ⌊ Nec interim is carebit suo præmio, siquidem vicissim Christus huic sua condonabit peccata, etiam quamlibet multa, qui fratrem ab exitio reuocauerit. Vnde sequitur ⌊ & operit multitudinem peccatorum ⌋ vt non videantur ad puniendum. Prouerbiorum. 10. Vniuersa delicta operit charitas.

¶Cum saluator rogatus a discipulis, formam præstitisset orandi, dicens: Cum oratis, dicite: Pater noster qui es in cælis, & cæt. Instantiam consequenter & fiduciã docuit orandi. In illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis: Quis vestrum.

¶Dominica die ostendit dominus orationis in nomine suo factæ exauditionem. Hoc in euangelio indicat eius instantiam & vtilitatem.

¶Primum. Recta intentionis directio, In principio.

¶Secundum, Secura petitionis exauditio, Ibi. Et ego dico vobis

¶Tertium, Tota exauditionis propositio, Ibi. Quis ex vobis.

¶Quo ad primum, De domino inter angustias præsumendum Psalmista ostendit, donec exaudiat, dicens: Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. Augustinus: Oculos fidei & claritatis, vnde se mundat vt cælum fiat, desiderio enim bono leuamur ad cælum, sicut malo ad ima præcipitamur. Modum subnectit. Ecce sicut oculi seruorum, in manibus dominorum suorum, qui leuant oculos suos, quando egent vel vapulant. Augustinus: Et

si iam filij amici per gratiam, tamen serui per creationē Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri omnium. in prosperis & aduersis, ad dominum deum nostrum, donec misereatur nostri, quia tota vita nostra super terram tentatio, tota plagæ. Ideo clamandum donec misereatur. Vnde dominus hic ad instantiam frequētiamque inducit orandi, dicens: ⌊ Quis vestrum habebit amicum ⌋ verum scilicet non fictum, licet non perfectum vt Christus, qui primus est in aduentu vltimus in recessu. Ineffabili enim modo deus creaturis rationabilibus præueniendo factus est amicus, omnia enim diligit, & nihil odit eorum quæ fecit, ideo rependendo velimus esse fidi amici eius, veluti a quo vtriusque vitæ necessaria poterimus emolumenta sortiri nec non nostris prouidere amicis, quos denegare non possumus qui ad nos nocte veniunt, & de via lassi, labore cassi refici cupientes, vnde sequitur ⌊ & ibit ad illum media nocte ⌋ .i. tribulatione. Oseæ. 6. In tribulatione sua mane consurgent ad me. Psalmus: Cum occideret eos quærebant eum, vnde ait. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum domine. Ibit mente scilicet & desiderio. Esa. 26. Anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritu meo in præcordijs meis de mane vigilabo ad te. ⌊ Et dicet illi: Amice ⌋ qui amas antequam ameris, ⌋. Iohan. 4. In hoc est charitas dei, non quasi nos dilexerimus deum, sed quia ipse prior dilexit nos ⌊ Accommoda mihi tres panes ⌋ nō materiales, quibus corpus. sed spirituales quibus anima aliturt. i. intelligentiam trinitatis, qua præsentis vitæ consolentur labores, vel fidem spem. 1. plenam in deum fiduciam, & charitatem, quibus pascitur anima tota, fide rationalis, spe irascibilis, charitate concupiscibilis. Necessitatem insinuat dicens ⌊ quoniam amicus meus venit de via ad me ⌋ .i. animi affectus qui toties a nobis recedit, quoties ad appetenda terrena & temporalia foris vagatur. Matth. 6. Vbi thesaurus tuus est, ibi & cor tuum erit. Venit ergo de via, vel tribulatione coactus. Oseæ. 2. Sepiam vias tuas spinis. Sequitur: Reuertar ad virum meum priorem, quoniam melius mihi tunc erat quam nunc. Aut in media. Luc. 15. Et cum cœpisset egere, in se reuersus dixit. Quanti mercenarij in domo patris mei abundant pani-

bus,& ego hic fame pereo. Surgam & ibo ad patrem meum,&c.Sic animus viam viciorum secutus,atque propriæ voluntatis non saciatus volitis,neque refectus obtentis, ad animi tanuam & rationis conuertitur cælesti alimonia refici desiderans, cum in se reuersus superna cœperit atque cælestia meditari, ac spiritalia. Venit de via,non quæ Christus est,direxisset enim eum in superna fiuenta in locum pastus æterni,sed quæ ducit ad inferos, de via perditionis.Sapientiæ.5. Errauimus a via veritatis .Sed cum animus sit inops,& egenus, nec habet quod apponat,nisi amicus omnibus sufficiens deus dederit,sequitur ⌊& non habeo quod ponam ante illum⌋Omne enim datum optimum,& omne donum perfectum, de sursum est descendens a patre luminum.Iacobi.1.Epulæ ergo spiritualium consolationum & virtutum.Iohannis. 4. Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me,ait saluator.Hinc Psalmista. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo. ⌊Et ille deintus respondens dicat.Noli mihi molestus esse, iam ostiũ meum clausum est,& pueri mei mecum sunt in cubili: non possum surgere & dare tibi.⌋ Christus intus nos deforis,sed exibit vt introducat nos ad nuptias,pueri eius humiles, vitæ puritatem sectantes cum ipso.Philippenses.1. Desidertum habens dissolui & esse cum Christo.Ostium gratiæ & gloriæ per peccatum clausum, per pœnitentiam aperitur. Vnde dicit non possum.Ideo orando efficit, vt mereatur accipere. ⌊Et ille si perseuerauerit pulsans⌋ precibus deuotis non pudore territus,nec tædio fatigatus. ⌊Dico vobis & si non dabit illi surgens eo quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi⌋ id est,instantiam,& ardorem,surget de misericordia ad miserationẽ,⌊quotquot habet necessarios⌋nõ solũ tres, sed omnia ad salutem necessaria dabit. Item necessarios dicit,non enim ad vsum voluptatis sed necessitatis dat. Per omnia prædicta ostendit dominus quod tantum debet homo instare orationi,vt impetret apud deum quod petit & quod impetrabit si instet . Non enim dicet noli mihi molestus esse qui ait,petite & dabitur vobis. Neque dicet,non possum surgere, &cæte.qui ait quæritę & inuenietis.

¶Quo ad ſecundum, Multiplicem humanæ fragilitatis miſeriam Pſalmiſta diuinæq; benignitatis promptitudinem inſinuans ait, Miſerere noſtri domine miſerere noſtri, quaſi dicat in nullo alio ſperamus. Cauſam annectit, quia multum repleti ſumus deſpectione. Auguſt. Hæ ſunt voces vapulantis: geminat, quia corpus paſſionibus, anima obprobriis laborat. Quia multum repleta eſt anima mea, obprobriis ſcilicet. Auguſt. Irridetur a tenente qđ amat, qui ſperat non viſa. Nam dicit: Reuerſus eſt ne quiſquam ab inferis, & retulit tibi quid ibi agatur; ecce quod ego amo video & fruor. Nulla ergo pars ĩmunis a preſſuris, quia opprobrium abundantibus, pauperes diuitibus, & deſpectio ſuperbis, humiles ſuperbis. Ideo orandũ neceſſario. Si enim amicus homo ſurgit de lecto, & dat non amicitia ſed rædio compulſus, quanto magis dat deus, qui ſine tædio largiſſime donat quod petitur. Dominus enim & ſaluator noſter ad cæleſtis regni gaudia nos peruenire, & nos eadẽ petere a ſe docuit, & nobis petentibus ſe hæc daturum promiſit. ⊥ Et dico ego vobis, petite & dabitur vobis, quærite & iuenietis, pulſate & aperietur vobis. ⊥ Beda. Penſandum quia regnũ cælorũ non ociosis & vacantibus, ſed quærentibus, petentibus, & pulſantibus, dandum, inueniendum, & aperiendũ eſſe teſtatur. Petenda ergo eſt regni ianua orando, q̃renda viuendo, pulſanda perſeuerando. Non enim ſufficit verbis tantummodo rogare dominum, ſi non etiam quærimus diligentius qualiter nobis ſit viuendum, vt digniſimus impetrare q̃ poſcimus. Mat. 7. Nõ oĩs q dicit mihi dñe domine intrabit in regnum cælorum, ſed qui facit voluntatem patris mei qui in cælis eſt. Neque aliquid prodeſt bona inchoaſſe, ſi non quiſque ſtudeat ea quæ bene inchoauerat vſque ad finem firmum perducere, quinimo melius erat non cognoſcere viam iuſtitiæ, quam poſt agnitionem retrorſum conuerti. Nemo ſibi blandiatur de innocentia, nullus fidens ſuis meritis & actionibus, quaſi qui miſericordia iuſti iudicis nõ egeat, a pcibus ceſſet, gn potius cũ ſe aliqd boni egiſſe cognouerit (quia q̃ hoc diſtrictione iudicetur ignorat) tremens cum propheta clamet. Non intres in iudicium cum ſeruo tuo domine, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Memoriſem

per illius apostolici sermonis.1.Iohan.1.Si confiteamur peccata nostra, fidelis est deus & iustus,vt remittat nobis peccata nostra,& emundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus quoniam non peccauimus, mendacem faci mus eum.Ipse ergo rogari,vt præstet amat,qui animos inopum ad se rogandum largus donator erigit. Petite, inquit:Sed quid petendum,Psalm.1.ostendit. Vnam petij a domino hanc requiram, vt inhabitem in domo domini,in longitudine dierum.Beati enim qui habitãt in domo tua domine,in seculum seculi laudabũt te. Ad hoc ergo omnis nostra tendere debet finaliter petitio.Tob.4. Pete a domino,vt vias tuas dirigat, quia Hiere.10.Non est hominis via eius nec̃ est viri vt ambulet & dirigat gressus suos.Ideo Psalm. Vtinam dirigantur viæ meæ, ad custodiendas iustificationes tuas.Qualiter petendum attende Iaco.1.Postulet aũt in fide nihil hæsitans: Psal. Delectare in domino,& dabit tibi petitiones cordis tui. Desiderium enim suum iustis dabitur.Prou.10.Desideri um (vt ait Psalmista)peccatorum peribit.Quærite & inuenietis.Psalmist.Non dereliquisti q̃rentes te domine. Sed quid:Matth.6.Quærite primum regnum dei, & iusticiam eius,& hæc omnia adĩcientur vobis.Regnũ autem dei & iusticiam eius quærere, est & patriæ cælestis dona desiderare,& quibus iusticiæ meritis ad hæc peruenire debeat,indesinenter inquirere, ne si a via forte q̃ illo ducit aberremus,peruenire minime quo nitimur q̃amus.Hiere.29.Cum quæsieritis me in toto corde vestro, tunc inueniar a vobis.Psal.Quærite dominum & viuet anima vestra.Pulsate & aperietur vobis, ostium gratiæ & gloriæ.Iohan.10.Ego sum ostium. ⌊Omnis enim q petit accipit & qui quærit inuenit & pulsanti aperiet.⌋ Non ergo putandum quin petentes accipimus: quærentes inuenimus,pulsantibus nobis aperietur quia nimirũ fallere non potuit veritas quæ promisit.Hierony. Ergo cui non datur,qui non inuenit,apparet quia nõ bene petierit,& quæsierit.

¶ Quo ad tertium.Quare ac quid orando petendum Psal.insinuat,dicens:Notam fac mihi viam in qua ambulem:quia ad te animam meam leuaui.De terrenis: Ideo Eripe me de inimicis meis,tã visibilibus,q̃ inuisibilibus:

domine ad te confugi; non vt Adam a facie tua aufugi, doce me facere voluntatem tuam, quia meam male feci: quia deus meus es tu, cui obedire debeo. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, spiritus meus seduxit me per deuia: propter nomen tuum (non merita mea) viuificabis me in æquitate, id est iustitia tua, non mea, Ego me occidi peccando, tu viuificabis me. Educes de tribulatione animam meam, & in misericordia tua, non iustitia mea, disperdes omnes inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulãt animam meam: quoniam ego seruus tuus sum, non mundi, carnis, vel diaboli, licet fuerim. Vult enim deus longe plus petentibus se, spiritũ bonum dare quam pater terrenus bonum corporis alimentum petentibus a se filijs. ℒ Quis (inquit) ex vobis patrẽ petit panem, nunquid lapidem dabit illi? aut piscem. nunquid pro pisce dabit illi serpentem? Aut si petierit ouum, nunquid porriget illi scorpionem? ℐ quasi dicat nõ. ℒ Si ergo vos cum sitis mali. ℐ Beda: Quia in comparatiõe diuinæ bonitatis omnis creatura mala esse probatur, dicente domino; Nemo bonus nisi solus deus. Marc. 10. Est eñ in nobis malum pœnæ, est & culpæ. Hiero. Cuius ad cõparationem diuinæ clemẽtiæ, ab infantia cor ad malum pronum est. Gene. 8. ℒ nostris bona data ℐ ad vsum, ideo non proprie vestra quare vsura ide exigetur ℒ dare filijs vestris; quãto magis pater vester de cælo dabit spiritum bonum petentibus se ℐ qui est plenitudo & fons omnium bonorum. Beda; Spiritum bonum petentibus dandum a patre pollicet, quia siue fidem, spem charitatem, siue q̃libet bona cælestia desideramus adipisci, non aliter nobis hæc q̃ per spiritum sanctũ donum tribuuntur. Vñ propheta. Cor mundum crea in me deus, & spiritum rectum in noua in visceribus meis, qa si non interiora nostra spiritus domini rectus impleuerit, cor in nobis mundum vnde sit non habebit. Petamus ergo deum patrem vt spiritus sui gratia nos in viam rectæ fidei, q̃ per dilectionem operatur inducat, & vt optata mereamur obtinere, taliter viuere studeamus, ne tanto patre simus indigni, quin potius mysterium regenerationis quo in baptismate filij dei sumus effecti, illibato semper corpore & mente seruemus. Certi namq; sumus, quia si summi patris mandã

ta seruamus, remunerabit nos hæreditate sempiterne benedictionis, quam nobis parauit ante secula per dominũ nostrum Iesum Christum.

¶ In festo ascensionis domini.

RECumbentibus vndecim discipulis, apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem illorum, & duritiam cordis. ⌊ Marci. 16. Saluator noster quo vera fide illuminati, ad supna consequenda gaudia, fideles inflammarentur, plurimis post suã resurrectionem vsus est, vt Lucas. Actu. 1. testatur, argumentis dicens. ¶ Primum quidem sermonem feci de omnibus ⌊ (non omnia). Iohannis 21. Sunt & alia multa q̃ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros ⌊ quæ cœpit Iesus facere & docere ⌊ non vt pharisæi qui dicunt & non faciunt. Matthæi 23. Beda: Prius facere, postea docere, ne verbum opere destruatur. ⌊ Vsq; in diẽ ⌋ (ascensionis) ⌊ qua præcipiens apostolis per spiritum sanctum ⌋ prædicare scilicet euãgelium, nam spiritus sanctus verba inspirabat, & fiduciam præstabat ⌊ quos elegit ⌋ Iohãnis. 15. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos, vt eatis & fructum afferatis. Lucæ. 24. Vos estis testes horum, & ego mittam promissum patris mei in vos. ⌊ Assumptus est ⌋ in cælum a diuinitate vel nube. ⌊ Quibus & præbuit seipsum viuum ⌋ non amplius moriturum. Romanorum 6. Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur ⌊ post passionem suam in multis argumentis ⌋ id ẽ, ostẽsionibus de sua resurrectiõne factẽtibus fidem ⌊ per dies quadraginta apparens eis ⌋ non continue sed intercise & loquens de regno dei ⌋ ecclesia, euangelio, gloria cælesti. ⌊ Et conuescens ⌋ non vno tantum corporis sensu ipsos certificando ⌊ præcepit eis ab Hierosolymis ne discederent sed expectarent promissionem patris, quã audistis inquit per os meũ. ⌋ Ioha. 14. Paracletus aũt spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit oĩa, & suggeret vobis oĩa, quæcunq; dixero vobis. Luc. 24. Vos aut̃ sedete in ciuitate, quoadusq; induamini virtute ex alto. Promisit p̃ per Ioel. Act. 2. Stupebant autem omnes & mirabantur ad inuicem dicentes. Quid

EPIST

nam vult hoc esse? Alij autem irridentes dicebant, ga mu sto pleni sunt isti. Stans autem Petrus cum vndecim leuauit vocem suam, & locutus est eis. Viri Iudæi, & q ha bitatis Hierusalem vniuersi, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea. Non enim sicut vos æstimatis hi ebrij sunt, cum sit hora diei tertia: sed hoc est quod dictum est per propheram Ioel secundo. Et erit in nouissimis diebus dicit dominus: effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ iuuenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniabunt. ¶ Quia Iohannes quidem baptizabat aqua ¶ solum non spiritu, non enim conferebat gratiam eius baptismatis. ¶ Vos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. ¶ Noluit enim dominus eos prædicare nomen suum antequam spiritū sanctum reciperent, qui eos omnem doceret veritatem (Iohannis 16. Cū venerit spiritus ille veritatis docebit vos omnem veritatem) & eos contra aduersarios confirmaret. Raba: Baptizabimini, id est, vngemini quia ante baptizati erant. Iohan. 13. Qui lotus est non indiget, nisi vt pedes lauet. Vnde Paulus ad fidem vocatus, de mandato domini fuit baptizatus. Actu. 9. Quia Iohannis 3. nisi qs renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. ¶ Igitur qui conuenerant ¶ nam vt dicitur Lucæ. 24. eduxit eos foras in Bethaniam ¶ interrogabant eum dicentes, domine si in tempore hoc ¶ (misso scilicet spiritu sancto) ¶ restitues regnum Israel. ¶ Carnaliter enim de Christo & eius regno sentientes, regnū Israelis de manibus gentium liberandum sperabant temporaliter. Vnde Luc. 24. Nos autem sperabamus, quia ipse redempturus esset Israel. Ipse autem ad spiritualis regni contemplationem eos volens eleuare. ¶ Dixit autem eis: Non est vestrum nosse tempora vel momenta q̄ pater posuit in sua potestate ¶ quasi dicat ad vos non pertinet scire futura, quæ in sola dispositione dei sunt posita, sed ita viuendum quasi semper iudicandi. ¶ Sed accipietis virtutem superuenientis spiritus sancti in vos ¶ ad constanter & efficaciter prædicandum euangelium per orbem vniuersum, vt quod propter infirmitatem carnis non potestis, ipsius potestate possitis, vna enim est pa-

tris & filij, & spiritussancti, potestas. Sequitur. ⌊Et eritis mihi testes⌋ veridici. 1. Iohannis. 1. Quod vidimus, &c. ⌊in Hierusalem & in omni Iudæa & Samaria: & vsque ad vltimum terræ⌋ Psalmista. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. ⌊Et cum hoc dixisset videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum⌋ claritate nubis circūdatus. ⌊Cunq; intuerent in cælum euntē illum, ecce duo viri (.1. angeli) astiterunt iuxta illos in vestibus albis q̄ & dixerunt: Viri galileæ (natione) qd statis aspicientes in cælū⌋ admirando glorioſam ascensionē. ⌊Hic Iesus qui assumptus est a vobis in cælum, sic veniet⌋ in forma humanitatis glorioſa ⌊quemadmodū vidistis eū eūtem in cælum.⌋ Ex q̄ claret comitantibus angulis ipsum ascendisse qa Mat. 25. Cum venerit filius hominis in maiestate sua, & oēs angeli eius cum eo, &c.

¶ Cū discipuli ob magnitudinē, q̄si impossibilē Christi haberent resurrectionē, ita vt nec Marię Magdalene, nec duobus in Emaus euntibus crederent (vt dicitur. Marci vlt.) qui testabantur ipsum se vidisse. Nouissime, inquit, In illo tempore recumbentibus.

¶ Præcursis. 40. diebus, plurimis discipulorū suorum consolatus est mœstos animos, videlicet veritate resurrectionis, promissione consolationis, instructiōis, ac corroborationis per spiritumsan. certitudine exauditionis per suam ad patrē ascensionem, hodie ipsam præclare ostendens, officium imponit prædicationis.

Primum. Austera ambiguitatis increpatio, in principio.

¶ Secundum. Beata humanitatis Christi sublimatio, ibi: Et dominus quidem Iesus.

¶ Tertium. Certa veritatis diuulgatio, ibi. Illi autem profecti.

¶ Quo ad primum. Magnitudinem diuinæ bonitatis erga humanum genus. Psal. admiransait. Lætat' sum in his q̄ dicta sunt mihi, a spiritusancto prophetis, spem scilicet & gaudium habendo, & quæ sint adiungit, in domum domini ibimus; non manufactam sed æternā in cælis, vbi æternaliter erimus, sedatis passionibus & tribulationibus. Psalmi: Vt inhabitē in domo domini, in lon-

gitudine dierum. Et merito lætatus, quia. Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Hierusalē. Aug. Qui currit ita cogitet quasi iam ibi stet. Necesse enim est quo præcessit caput sequantur & membra. Sed quæ est illa Hierusalem (inquit) quæ ædificatur vt ciuitas. Augusti. Non est corporalis ciuitas, sed ei similis, quæ de viuis lapidibus, non saxorum molibus sed virtutum soliditate consurgit, & sanctorum societate nunq̄ dissoluenda extruitur. Cuius participatio eius in idipsum. Aug: Quod semper eodem modo est non potuit expressius dicere, stabilitatis ergo particeps est illa ciuitas, q̄d non est hic in aliqua creatura, habent hic homines bona diuersa, & deficientia, ibi bonum quod fuerit singulorum erit omnium. Erit enim deus idem & vnum obiectum omnium. plus tamen & min⁹ participatum secundum meritum. Merito ergo lętari nō dubitare aut contristari debuere apostoli. Vnde Ioh. 14. Vado parare vobis locū, & si abiero & præparauero vobis locum, iterum venio & accipiam vos ad meipsum, ut vbi sum ego, & vos sitis. Sed vbi? Iohan. 1. Nemo ascendit in cælum nisi qui descendit de cælo, filius hominis q̄ EVANG. est in cælo. ¶ Recumbentibus (ergo) vndecim discipulis, apparuit illis Iesus. Hilario. Vt omnes testes enarrent omnibus, quod communiter viderunt, & audierunt. Ad confirmandam resurrectionis fidem comedit cum eis, ut dicitur Actu. 1. Et conuescens præcepit eis. Gregorius. Comedit & ascendit, vt per effectum comestionis veritas pateſceret carnis. Quia ergo testes ordinati erant resurrectionis per vniuersum mundum, vt dicitur Luc. 14. Vos autem testes estis horum. Et Actu. 1. Oportet vnum ex his testem resurrectionis eius fieri, vnde. 4. Virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi, ideo sequitur ⌊& exprobrauit incredulitatem illorum⌋ quantum ad cæcitatem intellectus ⌊& duritiam cordis⌋ quantum ad tarditatem affectus, non quę tunc inerant, sed quæ fuerant. Causam adiungit ⌊qa his qui viderant eū resurrexisse a mortuis non crediderāt.⌋ Marci 16. Surgens Iesus mane prima sabbati, apparuit primo Mariæ Magdalene, de qua eiecerat septem dæmonia Illa vadens nunciauit his qui cum eo fuerant lugentibus & flentibus, & hoc ex mandato domini, vt lo-

Ioan.20 & illi audientes quia viueret, & visus esset ab ea, non crediderunt. Imo nec alijs mulieribus quæ præcepto domini ipsum resurrexisse nunciarunt. Lucæ.24. Et visa sunt ante illos sicut deliramenta verba ista, & non crediderunt illis. Marc.16. Post hæc autem duobus ex his ambulantibus ostensus est in alia effigie, euntibus in villam, & illi euntes nũciauerunt cæteris, nec illis crediderunt Itẽ de Thoma. Iohannis 20. Hiero: Increpat in credulitatem, vt succedat credulitas: exprobat duriciam cordis lapidei, vt succedat cor carneum charitate plenũ. Hieronymus: Hinc est quod martyrum cateruæ mortem huius seculi libenter affectant, quia nouerunt pro isto temporali interitu, perpetuo se esse victuros. Dubitatum est ab illis ne dubitaretur a nobis. Beda. Quadragesimo die quando iam erat ab eis recessurus in cælum, hoc eis maxime illo die exprobare voluit, quia nisi qui viderant eũ resurrexisse non crediderunt, nisi ipsum viderent, cum post ascensionem eius p̃dicantibus illis euangelium gentes quæ non viderunt credituræ essent, & vt verba q̃ recedens diceret in cordibus audientium arctius impressa remanerent. ℒ Et dixit eis: Euntes in mundum vniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ. ℐ Euangelium bona dicitur annunciatio. Sed quæ melior, quam quod per Christi mortem a morte liberati sumus æterna, facti lucis filij. Romano.1. Virtus dei est in salutem omni credenti. Sed quibus prædicandum? Omni, inquit, creaturæ. Non enim est distinctio Iudæi & Græci, nam idem dominus omnium diues in omnes qui inuocant illum. Rom.10. Dixerat ante: Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Matt.15. Et in viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne introieritis. Mat.10. Nunc aũt, Prædicate euangelium omni creaturæ, Vt prius a Iudæa apostolorum repulsa prædicatio, tunc nobis in adiutorium fieret credulitatis cũ hanc illa ad dãnationis suæ testimonium supba repulisset. Vñ Actu.13. Vobis oportebat primum loq verbum dei, sed q̃ niam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes, sic enim præcepit nobis dñs. Secundum Theo omni creaturę. i. credenti, & nõ credenti, vnde & in proparulo cantatur. Sequitur fructus

euangelij. ⌊ Qui crediderit ⌋ Beda: Fide per dilectionem operante. Per alios paruuli credunt, sicut ex alijs ea q̃ in baptismo eis remittuntur peccata contraxerunt ⌊ & baptizatus fuerit ⌋ per quem aliquis incorporatur Christo. Non em̃ sufficit credere, nisi adsit regeneratio. Ioh. 3. Nisi quis renatus fuerit denuo, nõ potest videre regnũ dei, si adsit facultas recipiendi baptismum, sin aũt sufficit baptismus sanguinis vt in martyribus, aut flaminis sicut in habentibus fidem & baptismum desiderãtibus, sed morte præuentis ⌊ saluus erit. ⌋ Præcedit ergo prædicatio, & prædicationem subsequitur fides, fidem regeneratio, quæ est q̃dam dei (vt ita dicam) filiatio: quã q̃ custodit (custodit aũt qui credit, credit vero qui dei fidẽ vita moribus q̃ comprobat) proculdubio saluabitur. ⌊ Qui vero non crediderit condemnabitur. ⌋ Salus filiorũ dei, gaudium designat æternũ, condẽnatio infidelium perenne supplicium. Iohan. 3. Qui credit in filium habet vitã æternam, qui autẽ incredulus est filio non videbit vitam sed ira dei manet sup eum. Hoc mandatum etiam tangit. Matth. 28. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra, euntes ergo docete oẽs gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia q̃cunq; mandaui vobis: & ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi. Hoc addit consolationem, ne pusillanimes ad tantum essent negociũ. Vnde hic sequit. ⌊ Signa aũt eos qui crediderint hæc sequentur. ⌋ In primitiua ecclesia fides erat nutrienda, & confirmanda miraculis, ideo gratia miraculorũ erat necessaria. q̃ non solum apostolis, sed & alijs dabatur simplicibus. Fide autem ecclesiæ confirmata iã nõ sunt necessaria ⌊ In noie meo dæmonia eiicient ⌋ Lu. 10. Reuersi sunt. 72. cum gaudio, dicentes: Domine in nomine tuo etiam dæmonia subijciuntur nobis. ⌊ Linguis loquẽtur nouis. ⌋ Actu. 2. ⌊ Serpentes tollent. ⌋ Actu. 28. Paulus viperam manu adhærentem excussit in ignem. ⌊ Et si mortiferum quid biberint non eis nocebit. ⌋ Claret in multis legendis. ⌊ Super ægros manus imponent & bene habebunt. ⌋ Petrus claudum ex vtero matris manu alleuans sanauit. Actu. 3. Talia signa quoniam ad confirmationem erãt doctrinæ fidei, ideo hoc donum

miraculorum quandoq; dabatur etiam non bonis, quia non faciebant nec ostendebant sanctum vt patet in Iuda qui cum cæte ris apostolis hoc donum accepit. Matth 10. Luc. 9. vnde & Lucæ. 9 dicitur, Domine vidimus quendam in nomine eiicientem dæmonia & prohibuimus eũ & Matthæi. 7. Multi dicent mihi in illa die domine domine, nonne in nomine tuo prophetauimus & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus, & tunc confitebor illis quia nunquam noui vos, discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Ideo dicit Gregori. Nolite fratres amare signa quæ possunt cum reprobis haberi communia, sed charitatis & pietatis miracula amate, quæ tanto securiora sunt, quanto & occulta, & de quibus apud dominum eo maior fiet retributio, quo apud homines minor est gloria. Beda: Dæmonia eiicient, bonis exhortationibus maliciam auferendo de aliorum cordibus. Matth. 17. Hoc genus dæmoniorum non eiicitur nisi in ieiunio & oratione. Bonorum verborum loquutio, 1. Pet. 4. Si quis loqtur quasi sermones dei, quia. Matt. 12. De omni verbo ocioso quod loquuti fuerint homines super terram, reddent rationem in die iudicij. Falsitatis & erroris reiectio. Suggestionis peccati reprssio. Misericordię opatio. Hæc ẏra sũt miracula, tãto maiora q̃to p ea nõ corpora sed animæ suscitant.

¶ Quo ad sec. Spei suæ, ad cælestis regni cõsecutionẽ Psal. certitudinẽ insinuãs ait. Illuc em̃ ascenderunt tribus sed q̃s tribus dñi, ad quid ad cõfitendũ nomini dñi, Psal. Beati qui habitant in domo tua dñe, in sæcula sæculorum laudabũt te: testimoniũ Israel, deus em̃ p miracula eorũ gl'iam testatur, quia ipi p opa se Israel testati sunt, sicut superbia de se præsumit, ita humilitas deo confitetur Et vere ibimus in domum domini. Quia illic sederunt sedes in iudicio. Iusti in quibus deus sedet & inde iudicat. Sap. 7. Anima iusti sedes est sapientiæ. Q sedes qui sedebitis vt iudicetis. Mat. 19. Sedebitis sup sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Vnde sequitur: Sedes super domum Dauid, id est familiam cui in militari Hieru salem dederunt cibum in tempore. Vnde angeli in ascensione Christi ad iudicium reuersuꝝ dixerũt sicut ascendit: de qua Ephe. 4. ascendens in altum captiuam duxit

captiuitatem: sicut prædixit Lucæ. 11. Cum fortis armatus. Vnde hic. ⌊ Et dominus quidem Iesus postquam locutus est eis assumptus est in cœlum ⌋ non virtute aliena sed propria: tum ratione diuinitatis qua potest omnia, tum ratione humanitatis gloriosæ, quia corpus gloriosum obedit animæ ad nutum, quantum ad motum localem per dotem agilitatis: quare nubes & angeli qui in ascensione apparuerunt non fuerunt ibi, nisi ad ostendendum gloriam ascendentis, & quod tam spiritualia quam corporalia Christo sunt subiecta. Luc. 24. Eleuatis manibus suis benedixit eis, & factum est dum benediceret illis recessit ab eis & ferebatur in cœlum. ⌊ Et sedet a dextris dei ⌋ Psalm. Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis. Non quod pater membris sit figuratus humanis, sed quia Christus exaltatus est super omnem creaturam. Heb. 1. Sedet ad dexteram maiestatis eius in excelsis. Ber. Dño meo datum est singulariter sedere a dextris patris in gloria, in essentia consubstantialis, generatiõe similis, maiestate non dispar, æternitate non posterior.

¶ Quo ad tertium, Psalm. ait: Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem, quia sine ea peruenire nõ possumus, vt Hierusalem quæ est in pugna, & abundantia bonorũ spiritualium detur appetentibus esse vobiscum in superna Hierusalem, vel abundantia pacis: sine qua peruenire nõ possumus. Non est autem pax impijs. Esa. 48. Ideo sequitur. Fiat pax in virtute tua & abundantia in turribus tuis. Iohan. 14. Pacem meam do vobis. Et. 16. In me pacem in mundo pressuram habebitis. De huius euangelicæ pacis annuntiatione sequitur. Propter fratres meos & proximos meos (multiplicandos & vniendos vinculo dilectionis, nõ propter me) loquebar pacem de te, quia euangelium pacis. Propter domum domini dei nostri (integrandam per electos) quæsiui bona tibi, prædicando de te bona vt illic ascendat. Vnde hic seq. ⌊ Illi autem profecti ⌋ post acceptam spiritus sancti gratiam, Nam cum suspensis vultibus & animis intuerentur in cœlum euntem, &c. Adorantes regressi sunt in Hierusalem cũ gaudio magno, & erant semper in templo laudantes & benedicentes deum. Luc. 24. ⌊ prædicauerũt vbiq; ⌋ secundum p̃ceptum domini ⌊ domino cooperante ⌋ fine quo

nihil possumus. Iohan.15. ⌊ & sermonem confirmante sequentibus signis ⌋ per opera miraculosa soli deo possibilia. Cum enim talia fiunt in testimonium veritatis ipsius doctrinæ, & deus non possit esse testis alicuius falsitatis, claret veritas doctrinæ, & hoc modo declarata est veritas Euangelica coram principibus & potestatibus, ac sapientibus huius mundi. Sed quomodo hæc scimus, nisi per veteres (q̃ tamen in canone non habentur) historias.

¶ Dominica infra Oct. Ascensionis

CUm venerit paracletus, quem ego mittam vobis a patre, spiritum veritatis qui a patre procedit, ꝛc. ⌋ Ioh.15. Saluator noster pusillanimitatem suorum confortans, consolationem ac assistentiam spiritus sancti promittit, vigilemq; occurrentium malorum indicit præuisionem. Iacula enim quæ p̃mittuntur minus feriunt. Hinc.1.Pet.1. dicitur: ¶ Omnium finis ⌋ tam bonorum quam malorum ⌊ appropinquabit ⌋ quia & si incertus aduẽtus extremi discriminis, certum tamen est omnibus q̃d in hac vita diu subsistere nequimus. Vnde malos voluptates cito relinquent, & bonorum afflictiones mox finientur. ⌊ Estote ergo prudentes ⌋ vt in fide permanentes sciatis præcauere futura mala, vt non nudi sed mundi inueniamini. Veniet enim inexpectatus dies ille ⌊ & vigilate in orationibus ⌋ vt diligenter attendatis quid, quomodo, & ad quid sit orandum, quia Iac.4. Petitis & non accipitis, eo q̃ male petatis. Petendum ergo vt deus dirigat in omnibus, sine cuius directione munde viuere non possumus. Sed vt intelligatis modum orandi & impetrare possitis quod oratis ⌊ ante omnia aũt mutuam in vobismetipsis ⌋ non in exterioribus tantum ⌊ charitatem continuam habentes ⌋ nõ horariam, mutuis officijs inuicem subleuãtes ⌊ quia charitas operit multitudinem peccatorum ⌋ ne videantur, tanquan diuino iudicio punienda. Cum per alias virtutes culpæ diluuntur maxime per charitatem, per quã proximis debita dimittimus, vt a deo nrã nobis debita dimittant. Pro.x. Vniuersa delicta operit charitas. Vt cuiq; fraternitas obtigit, ita hac studeat prodesse fratri. ⌊ Hospitales inuicem sine murmuratiõe ⌋ Hebr.13. Hospitalitatem nolite obliuisci, &c. Et hoc nõ grauate neq; cũ murmure,

EPIS

& ꝓphetæ, sed vt mitti decet a sapientia dei & virtute habentem eãdem sapiẽtiam & virtutem & naturã. A patre scilicet ꝓcedentem, vt ostendatur vnus patris & filij spiritus. Vnde dr̃ spiritus filij. Gal. 4. Misit deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem abba pater. Rom. 8. Si quis spm̃ Christi non habet, hic non est eius ⌊ spiritum veritatis qui a patre procedit ⌋ Iste processus non est extra dei patris essentiã, sed originalis consistentia, quia ꝓcedere non est mittere, sed ex patre naturalem habere rectitudinem, Dicitur spiritus veritatis, quia vera docet, & veraces facit, ideo fide dignus. Iohann. 14. Cum venerit spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Omnẽ dicit, scilicet vitæ, doctrinæ, & iusticiæ. Sed Esaiæ. 59 Conuersum est iudicium retrorsum, & iusticia longe stetit, quia corruit in plateis veritas, & æquitas non potuit ingredi, & facta est veritas in obliuionem, & qui recessit a malo prædæ patuit. Bed. Spiritus sanct⁹ mittitur quãdo dilectores facit nos dei, & proximi, quæ dilectio fit in nobis a tota trinitate, ideo enim deum diligimus, quia ipse prior dilexit nos Spũssanctus venit & a seipso, qa liberaliter vbi vult spirat, nõ tñ venit sine pr̃e & filio eũ mittẽtibus, qa tota trinitas ꝑ ss. inhabitat corda nr̃a. ⌊ Ille testimoniũ ꝑhibebit de me ⌋ nõ solũ apud vos sed & apud alios. Bed. Aduenies ss. testimoniũ ꝑhibuit de dño qa discipulorꝝ corda aspirans, oĩa q̃ de illo sciẽda erãt mortalibus, clara illis luce reuelauit, & oĩbus q secundũ corꝝ ꝟbũ credunt in dñm qcqd recte sapiũt eiusdẽ spiritus ẽ munere cõcessum ⌊ Et vos testimonium perhibebitis ⌋ Bed. qa quæ spiritu intus docente perceperunt hæc abiecto timore pristino. fortiter loquẽdo & alijs ministrabãt. Ipse nanq; spiritus corda eorũ & scientia veritatis illustrauit & ad docenda quæ nossent culmĩe veritatis erexit, vñ apud Esai. 11. spũs fortitudinis & scientiæ dicitur. Est em̃ spirtus scientiæ, quia per ipsum quæ recte agere vel etiã cogitare debeamus agnoscimus. Est & fortitudinis, quia etiam per ipsum, vt quæ bene nouimus viriliter operemur accipimus, ne aduersitate aliqua a bonis quæ cœpimus repellamur. Et bene potestis, ⌊ quia ab initio ⌋ scilicet prædicationis & miraculorum ⌊ mecum estis, ⌋ Beda Cum data spitussancti gratia hoc fiduciam apostolorum

fuit, quod ab initio fuerunt cum domino, ideoque quæ apud illum viderunt & audierunt absq; vlla ambiguitate prædicare valebant, vnde Petrus alium pro Iuda, ordinare volens apostolum, non hūc neophytum sed probatum ex tempore curabat eligere. Act. 1. Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt congregati in omni tempore quo intrauit & exiuit inter nos dominus Iesus incipiens a baptismate Iohannis, vsq; in diem qua assumptus est a nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis. Hinc ipse gentibus Christum euangelizans confidenter ait. Hūc deus suscitauit tertia die, & dedit eū manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis a deo, nobis qui manducauimus & bibimus cum illo, postquam surrexit a mortuis. Item. 4. Non enim possumus quæ audiuimus & vidimus non loqui. Vnde. Lu. 1. dicitur. Sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt & ministri fuerunt sermonis, Sed Mat. 26. Summi sacerdotes quærebant falsum testimonium aduersum Iesum. Sic omnes Hæretici contra fidem sed conuenientia non sunt ideo corruunt

¶Quantum ad secundum immanem malorum contra pios malitiā Psal expertus ait in persona eorū. Cum ira sceretur furor eorū in nos. Nā crescentibus electorū meritis, statim crescere solet antiqui hostis inuidia, quæ vel per se latēter. vel per hoēs suæ malignitati subditos patēter, inchoata pietatis germina conat obruere, Ira aūt & furor iudicio carent, forsitā aqua (scilicet tribulationis) absorbuisset nos, nisi quia dñs erat in nobis, torrēte pertransiuit anima nostra .i. magnum passionis & persecutionis impetum, forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem. Maxime cū in initio nascentis ecclesiæ diuino freti auxilio, intolerabiles humano iudicio superauere tentationes. Vñ dñs ꝓmissa discipulis prædicandi fiducia, persecutionem quoq; eorū qui eidem prædicationi resisterent pariter exorituram ostendit ⌊Hæc locquutus sum vobis⌋ scilicet de odio mei, quod est exemplum, & de spiritus sancti aduentu quod est firmamentū ⌊vt non scandalizemini⌋ Curauit pius magister futura discipulis prauorum bella prædicere, quo minus hæc eos venientia possent offendere, quia solent nimirum leuius ter

rī aduersa q̄æ possunt ante prænosci, vnde Eccle.2. Fili accedens ad seruitutem dei, sta in timore & præpara animam tuam ad tentationem, vt non scandalizemini .i. vt charitate diffusa in cordibus vestris, per spiritum sanctū sit vobis multa pax & non scandalum in his quæ patimini a Iudæis, & subdit q̄ ⌊Absq; synagogis facient vos⌋ .i. eiicient tanquam alienos, quæ omnium opinione grauissima erat ignominiæ & maledictionis nota, vnde plurimi Christum confiteri erubescebant, ne extra synagogam fierent. Conspirauerant autem Iudæi, vt quicunq; confiteretur ip̄m esse Christum, extra synagogam fieret Iohā.9. Sed bonum est extra synagogam malignantium fieri. Psalm. Non sedi cum consilio vanitatis & cum iniq̄ gerentibus non introibo. Odiui ecclesiam malignantiū, & cum impijs non sedebo, sed lauabo inter innocētes manus meas, & nō solum hoc ⌊Sed veniet hora (.i. temp⁹) vt omnis⌋ s. infidelis & carnali humanæq; legi addict⁹, nam ob dei ignorantiam hæc erant facturi ⌊qui interficit vos arbitretur se obsequium præstare deo⌋ .i. vestrā occisionem opinabuntur rem piam, ac deo gratam, vnde Iudæi persequendo ministros noui testamenti arbitrabantur se rem deo piam facere. Rom.10. Aemulatiōem q̄dem dei habent, sed non secundum scientiam, vnde de se ip̄o ait: Actu.16. Ego quidem æstimaueram me aduersus nomen Iesu Nazareni debere multa contraria agere, q̄d & feci Hierosolymis. Mat.10. Tradet autem frater fratrē in mortē, & pater filium, & insurgent filij in parentes, et morte eos afficient, & eritis odio omnibus hominibus, p̄pter nomen meum, vnde sequitur. ⌊Sed hæc facient vobis⌋ s. de synagoga eiiciendo, persequendo, interficiendo ⌊quia non nouerūt patrem neq; me⌋ q.d. sufficit ad vestram consolationem propter me & patrem hæc pati. Mat.5. Beati eritis cum maledixerint vobis homines, & dixerint omne malum aduersum vos, mentiētes propter me, gaudete & exultate in illa die, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Beda: Quia enim filius in patre & pater in filio. (Iohan.1) est & qui videt filium & patrem videt: patet quicūq; filij credulitati obstinata mente resistunt, nec patrem nosse probantur, vnde idem Iohannes ait. 1. Ioan. 2. Qmnis qui negat filium, nec patrē

habet, qui confitetur filium & patrem habet. Item: Ois q diligit eum qui genuit, diligit eum qui natus est ex eo.

¶Quo ad tertium: Omnem de malis euadendi laudē deo ascribens Psalm. ait; Benedictus dominus deus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum, quasi more ferarum sitientium sanguinem nostrum. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium, hoc dicunt respicientes quæ passi sunt, quot transierunt & quo perueuerunt. Venantes persequentes, esca in muscipula dulcedo vitæ præsentis, sed iustus non capitur dulcedine vitæ præsentis; vnde sequitur occisio. Laqueus cōtritus est & nos liberati sumus, qui ante hæseramus in muscipula Sed quare aut quō liberati? Adiutorium nostrum in noie domini, contra quem nullus prævalere potest, qui fecit cœlum & terram. Omnia cælestia & terrestria. Quia ergo discipuli nouerunt patrem & filium, ac pro eiusdem cognitionis defensione ac probatione passuri fuerant, p uida dominus admonitione subiunxit. ⌊Sed hæc locutus sum vobis, vt cum venerit hora eorum reminiscami mi⌋ ad memoriam reducendo ⌊quia ego dixi vobis.⌋ Hæc omnia futura. Primo secundum Auguſt. vt patienter sustinerent, ea præscientes & causam eorum, q.d. Secundum Bedam. Ego qui pro vestra vita ac salute morturus sum, qui vos meo sanguine redempturus, qui vos in tribulatione semper adiuturus; qui æterna vobis præmia post tribulationem daturus sum, d.v. Magnum qp pe certantibus leuamen, magnam cōsolationis gratiam præstat, quando ille certamina eadem futura p̄dixisse reminiscitur; qui & milites suos ne vinci possint adiuuare, & ne incassum vincant, immortalem post prælia promittit rependere palmam. Secundo, vt ostenderet se deum verum quem nihil latet, & hac recordatione fides eor corroboraretur, & hæc omnia cum gaudio spiritus in patientia susciperent, non tanquam de manu persecutorum; sed tanquam de manu dei; sine cuius nutu ac voluntate, nulla siue prospera siue aduersa contingere p̄nt: nisi enim annuisset, nec ipse, nec ipsi talia pati potuissent.

¶Dominica Pentecostes

SI quis diligit me sermonem meum seruabit⌋ Ioh. 14. Saluator noster fidelibus suis veræ cōnexio

nis vinculum ostendens, ad dilectionis hortat affectū pariter & effectum quum sic deum (qui non dissensiōis sed pacis est deus. 1. Cor. 14) mereantur habere inhabitatorē & viuificatorē, vnde & discipuli in vnum congregati, iuxta Saluatoris promissum spiritum recepere sanctum, vt dicitur Act. 2. ¶ Dum complerentur dies Pentecostes ⌋ in memoriam legis datæ in monte Synai. Exod. 20. quæ data fuit. 50. die exitus de Aegypto, quo conuenienter infusum fuit donum spiritus sancti, per quod lex euangelica impressa fuit, & firmiter radicata in cordibus discipulorum: lex in monte Syna, spiritus in monte Syon, lex in sublimi montis loco, spiritus in cœnaculo. ⌊ Erant oēs discipuli pariter, ⌋ & animo & corpore ⌊ in eodē loco ⌋ .i. cœnaculo q̊ ascenderāt reuersi in ciuitatem post Ascensionem domini. Act. 1. Nullus absens quia numerus erat completus. Act. 1. per Matthiam in locum Iudæ. ⌊ Et factus est repente de cœlo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis ⌋ .i. venti vel tonitrui, non tamen fuerunt territi, in signum quod erat eis consolator cordis. ⌊ Et repleuit totam domum ⌋ sono vel claritate, qa tanquam ignis, aut spiritus habitatores eius impleuit, diues enim est spiritus diuidens singulis prout vult, & quādo vult ⌊ vbi erant sedentes ⌋ .i. manentes iuxta præceptum domini. Luc. 24. Vos autem sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. Sessio indicium est humilitatis, & stabilitatis, quibus p̄paratur sedes spūi sancto, q super humiles requiescit. Esa. 66. Conseq̄nter insinuat modum. ⌊ Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ ⌋ visibiliter oculis corpalibus. Dispersio linguam in turre facta est. Ge. 11. Sed quod dispersit superbia, recollegit humilitas. In superbia dispersio, in humilitate fit concordia ⌊ tanq̄ ignis ⌋ Exterius igneo colore, interius spūali inspiratiōe. In igne apparuit spūs, sed per se ip̄m loquebatur interius, & neq; ignis deus, neq; ille sonus fuit, sed per hoc q̊d exterius exhibuit, quod intus gerebat expressit. ⌊ Sedit q̄ supra singulos eorū ⌋ requiescens in eis, in singulis totus, nec in multis diuersus aut diuisus. Seq. effectus. ⌊ Et repleti sunt omnes ss. & cœperunt loqui varijs linguis, p̄ut spūs sanctus dabat eloqui illis. ⌋ Beda. In græco. Alijs linguis secundum illud. Esa. 28. In alijs linguis, & labijs

EPIST.

alijs loquar populo huic. Non solum intelligebãt omnia idiomata, sed & loqui poterant, ac ipsis loqntibus in vno idiomate quod volebant, omnes intelligebant ꝙtumcunꝙ essent diuersorum idiomatum, quilibet proprium, virtute diuina hoc faciente. Vnde magna inde facta est admiratio, quia nunquam simile factum visum vel auditũ. ⌊Erant autem in Hierusalem habitantes Iudæi, viri religiosi⌋ qui ob cultũ dei ibi habitabãt ⌊ex omni natione quæ sub cœlo est,⌋ id est, nati in diuersis mundi partibus, vbi captiui patres eorum ducti fuerant. ⌊Facta autem hac voce⌋ spiritus vehementis & apostolorum deũ laudantium ⌊conuenit multitudo & mente cõfusa est⌋ stupefacta & admirata, causa subditur ⌊quoniam audiebat vnusquisqꝫ lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes & admirabantur dicẽtes. Nonne ecce omnes isti qui loquũtur Galilæi sunt⌋ sermone hebetes, distantes ab Hebræis. ⌊Et quomodo nos audiuimus vnusquisque linguam nostram in qua nati sumus. Parthi & Medi & Elamitæ, & qui habitant Mesopotamiam, Iudæam, & Capadociam, Pontum, & Asiam, Phrygiam, & Pamphiliam; Aegyptũ & partes lybiæ quæ est circa Cyrenem & aduenæ Romani.⌋ In græco peregrinantes Romani i. qui ibi peregrinam ducebant vitam. ⌊Iudæi quoque & proselyti⌋ .i. conuersi ad Iudaismum de gentilitate ⌊Cretes & Arabes audiuimus eos loquẽtes nostris linguis magnalia dei. Stupebant autem omnes & mirabantur ad inuicem dicentes. Quidnam vult hoc esse? Alij autem irridentes dicebant: quia musto pleni sunt isti.⌋ Vere musto pleni erant, non quod generauit vitis terrena, sed cœlestis quod pater misit de excelsis.

¶Cum dominus diceret se dilecturum & manifestaturum qui se diligeret, & mandata sua seruaret. Dicit ei Iudas non ille Scharioth. Domine quid factum est (.i. quid causæ) quia manifestaturus es nobis teipm & non mundo. In il. t. d. i. d. f. Si quis.

¶Dominica præcedenti audiuimus ſſ. necessitatem & vtilitatem, quem post ascensiõem dominus missurum se promiserat, in hodierno ostenditur euangelio, quibus & ad quid datur spiritussanctus.

¶Primum Gnara charitatis operatio. In principio.

¶Secundum. Abunda imbecillitatis corroboratio, ibi Paracletus autem spiritussanctus.

¶Tertium. Iucunda bonitatis cosummatio ibi. Iã non multa loquar.

¶Quo ad primum. Propheta regius sub metaphora spiritalis ædificij ecclesiæ insinuans profectum, ait. Nisi dominus ædificauerit domum, inuanum laborauerunt qui ædificant eam. Domus est populus dei, templum dei ciuitas dei. Augustinus, Dominus Christus ædificat, sine quo ædificante interius & operante, frustra laborant p̃dicatores foris loquentes ministri ædificationis & custodes ædificatorum, quia neq; qui plantat est aliquid neque qui rigat sed qui incrementum dat deus, prima Corinthiorum tertio, & Iohann. 15. Sine me nihil potestis facere. Et nõ solum ad ædificandum, sed & ad custodiendum auxilium domini est necessariũ. Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Vnde dominus discipulis spiritũsanctum misit, quo fundarent regerentq; ecclesiam. Ostẽdit autem dominus, quibus da

EVANG. tur spiritussanctus, dicens. ¶Si quis diligit me sermonem meum seruabit. Ponit hic dominus. 4. effectus dilectionis dei. Primus obseruatio mandatorum. Augustinus. Seruatur sermo Christi, viuendo sancta vita, faciendo p̃cepta, perseuerando in bonis, Quia Iohan. 14. Qui habet mandata mea & seruat ea, is est qui diligit me. Gre. probatio dilectionis exhibitio est operis, 1. Iohan. 3. Hæc est charitas dei, vt mandata eius custodiamus, 1. Iohann. 2. Qui dicit quia diligo deum, & mandata eius non custodit mendax est; Gregori. Vere enim diligimus, si mandata eius seruamus. Vere dilgimus, si ad mandata eius, a nostris nos voluptatibus coartamus. Nam qui adhuc per illicita desideria defluit, profecto deum non amat, quia ei in sua voluptate contradicit. Iacobi quarto, quicunq; voluerit amicus esse huius mundi, inimicus dei constituitur. Ideo, 1. Iohan. 2. Nolite diligere mundum neque ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum nõ est charitas patris in eo. Sed Iohannis decimoquarto. Si diligitis me, mandata mea seruate, & ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis: vt maneat vobiscum in æternum, spiritum veritatis quem mundus non potest

accipere, quia non videt eum, nec scit eum. Ponit autem conditionalem propter raritatem. Omnes enim quæ sua sunt, quærunt non quæ Iesu Christi. Phil. 2. Cuius causa, Mat. 24. quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. 2. Tim. 3. Erunt homines seipsos amãtes, uoluptatum amatores magis quã dei. Item: Ob communitatem, non enim est personarum acceptio apud deum. Act. x. Item: Me dicit non mea, sicut ille de quo Psal. Cõfitebitur tibi cum benefeceris ei. Sed talibus dicitur. Amẽ dico vobis, receperunt mercedem suam. Sermonem meũ seruabit, quia obedientia in opere, procedit ex amore existenti in corde. Secundus: Dilectio dei actiua. ⌊ Et pr̃ meus diliget eum ⌋ Prou. 8. Ego diligentes me diligo. Iohã. 14. Qui diligit me diliget a patre meo, & ego diligã eũ. Hãc aũt dilectionẽ in nobis opatur ss. Terti⁹ dei aduẽtus ⌊ Ad eũ veniemus ⌋ Gre. Pẽsate fr̃es q̃ta sit ista solẽnitas habere in cordis hospitio aduentum dei. Certe si domũ vr̃am qsq̃ diues vel p̃potẽs amicus intraret om̃i festinantia domus tota mundaret, ne qd forte esset, q̃d oculos amici offenderet intrantis. Tergat ergo sordes praui operis, qui parat deo hospitium mentis. Sed videte quid veritas dicat ad eum veniemus ⌊ & mansionem apud eum faciemus. ⌋ In quorundam enim corda venit, sed mansionem non facit, quia per conpunctionem qdem dei respectum percipiunt: Sed tentationis tempore hoc ipsum q̃d compuncti fuerant obliuiscuntur; sicq; ad præparanda peccata redeunt ac si hæc minime plãxissent. Qui ergo deum vere diligit, qui mandata eius custodit, in corde eius & dominus venit & mansionem facit, quia sic eum amor diuinitatis penetrat, vt ab hoc amore tentationis tempe non recedat. Nam tanto quisque a superno amore seiungitur, quanto hic inferius delectatur. quartus ipsius mãsio quo nihil felicius in hac vita, cum sit futuræ beatitudinis initium, dum mens rationalis suo creatori, ad cui⁹ est imaginem condita spiritualiter coniungitur. Ipse manet in nobis quamdiu nos manemus in eo, 1. Iohan. 4. Deus charitas est, & qui manet in charitate, ĩ deo manet, & deus in eo. 1. Ioh. 3. qui seruat mãdata eius manet in illo, & ip̃e in eo. ⌊ qui non diligit me, sermones meos nõ seruat. ⌋ quõ enim qui non diligit Christum sermones eius

cum vnus & quidem præcipuus sermonum sit. Diliges dominum deum tuum. Matth. 22. Commendat sermonẽ quem vult seruari, quia mandatum patris, dicens: ⌊Et sermonem quem audistis non est meus.⌋ Non solum de ꝑsenti, sed de omni eius sermone intelligendum, totum enim euangelium nihil nisi mãdatum patris est, quod legatione sua, filius suscepit nobis nunciandum. ⌊Sed eius qui misit me patris.⌋ Iohan. 14. Verba quæ ego loq̃r vobis, a meipso non loquor, &. 7. Mea doctrina nõ est mea, sed eius qui misit me. Ideo non contemnenda, sed solicite seruanda, sicut admonet apostolus. Hebræorum secundo. Hinc Matthæi. 17. 2. Petr. 1. Hic est filius meus dilect⁹ ipsum audite, vnde Lucæ decimo. Qui vos audit me audit, qui vos spernit me spernit, qui me spernit, spernit eũ qui me misit. ⌊Hæc loquutus sum vobis apud vos manens⌋ corporali scilicet præsentia, nam alia est, quã pro misit futuram mansio, quæ cum patre & spiritusancto intrinsecus mentes nostras spiritualiter inhabitat. Mat. vltimo. Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationẽ seculi. Apud eos tunc mansisse se perhibet, quia is qui inuisibili semper potestate eis præsens erat, corporali iam visione recedebat.

¶Quo ad secundum; Humanæ præsumptionis fatuitatem indicans Psalmist. ait: Vanum est vobis ante lucem surgere, id est, Christum, qui est lux omnem illuminans hominem venientem in hunc mundum. Iohannis primo; Post quem surgendum non ante; sicut facit ille qui sibi præponit, volens hic esse altus vbi ille fuit humilis, quemadmodum filij fecerũt Zebedei. Vnde sequitur. Surgite postquam sederitis, id est, post humiliationem. Vos qui manducatis panem doloris. Augustinus; Manducat panem doloris, q̃ gemit in hac peregrinatiõe, id est, valle ploration⁹, de afflictione se reficit, dicens; Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Cum dederit dilectis suis somnum. Augustinus. Quando hæc erunt? Post mortem surgent dilecti, dominus post mortem exaltatus est: ergo & tuam exaltationem spera post mortem. Ecce hæreditas domini, qui sunt dilecti filij, qui sunt fructus ventris, his tunc erit hæreditas merces, id est, vita æterna, fructus gloriosæ virgi-

nis, qui est eius & D E I patris filius, merces est dictis ædificantibus. De quibus subditur. Sicut sagittæ in manu potentis paratæ ad aduersarios debellãdum ita filij excussorum, id est, apostoli ab omni mundana cupiditate excussi missi a manu dei, apti sunt ad hæreticos & malignos spiritus repellendum. Augu. Qui plenus est seculi desiderio, non est quo intret, quod illi prædicauerunt. Fuerunt enim ad hoc electi, vt testimonium redderent euangelicæ veritati. Vnde Act. 1. Eritis mihi testes in omni iudea & Hierusalem & Samaria, & vsq; ad vltimum terræ. Sed quoniam simplices erant, indigebant ad hoc illuminatione in intellectu, & vigoratione in affectu, hoc promittit futurum per spiritum sanctum, dicẽs: ⌊ paracletus autem spiritus sanctus. ⌋ Dicitur ss. paracletus. i. aduocatus, quia pro errore delinquentium, apud iusticiam patris interuenit: qui vnius cum patre & filio substantiæ. Exorare pro delinquẽtibus ꝑhibet, quia eos q̃s replet exorantes facit. Ro. 8. Ipe spũs postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. i. ad postulãdum inflammat. Item dicitur Consolator, quia de peccati perpetratione merentibus, dum spem veniæ ꝓparat, ab afflictione tristitiæ mentem leuat. ⌊ Quem pater mittet in nomine meo. ⌋ Pater misit primo filium, quo in cælum recepto, misit spm̃ sctm̃ quem etiam & filius misit. (Iohan. 15. cum venerit paracletus quem ego mittã vobis a patre) vt ergo ostendat vnus spiritus, & idem patris & filij, dicit patrem ipsum mittere in nomine filij, & seipsum mittere a patre. Est autem duplex missio. Inuisibilis qua quotidie in mentes venit fideliũ. Alia visibilis sicut. Act. 2. dicitur de qua hodie & c. Subiungit magisterium spiritus ss. ⌊ Ille vos docebit omnia ⌋ id est, sensum intelligẽtiamq; infundet ⌊ & suggeret vobis omnia quæcunq; dixero vobis ⌋. Nam rudes erant, & male verborum eius tenaces, ac paruæ intelligentiæ, & in timore positi ex passionis denuntiatione, ideo verba eius ad plenum intelligere non potuerunt, quem defectum per spiritum sanctnm tollendum promisit. vnde Iohann. 6. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit spũs ille ꝟitatis, docebit vos omnem ꝟitatem. Docuit quę non dixerat Christus, tanq̃ non valentibus portare, conmemorauit q̃dam quæ dixerat, sed obscuritatis causa vel

intellectus tarditate memorię commendare nequiuerãt. Claruit hoc hodie. Petrus enim profunda scripturæ producens. 3000. conuertit. Quo ad vigorationem adfectus subdit. ⌊ Pacem relinquo vobis ⌋ Solent homines suis relinquere hæredibus bona temporalia, Christus suis pacẽ qua nihil hic melius, & sine qua omnia nihil. ⌊ Pacem meam do vobis ⌋ scilicet pectoris. Luc. 2. In terrã pax hominibus bonæ voluntatis. 1. Pet. 3. Quis est qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? In tantum autem pacati fuerunt interius post aduentum ſſ. vt etiam gauderent in passionibus. Rom. 5, Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus. Actu 5. Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Cuius causa, quia p istã pacem pectoris peruenitur ad pacem æternitatis, nõ autem per mundi, de qua ⌊ Nõ quomodo mundus dat, ego do vobis ⌋ Aug. Mundani homines, mundi amatores, ꝓpterea dant pacem sibi, vt sine molestia mundo perfruantur quæ non est vera pax. Psalm. Zelaui super iniq̃s, pacem peccatorum videns, Ideo dominus hanc venit dissipare. Mat. 10. Non veni pacem mittere sed gladiũ. Hic gladius verbum est dei. Ephe. 6. Et gladium spiritus q̃d est verbum dei. Est & ficta. Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorũ. Incerta. 1. Thes. 5. Cum dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis supueniet interitus. Pax autem Christi est, vt aduersa sine perturbatione tolerentur, vnde seq. ⌊ Non turbetur cor vestrum ⌋ de meo abscessu & morte ⌊ neq; formidet ⌋ propter aduersarios, rationem addit ⌊ Audistis quia ego dixi vobis vado ⌋ meam corporalem præsentiam subtrahendo per passionem, resurrectionem, ascensionem. Ioh. 14. Vado parare vobis locum ⌊ Et venio ad vos ⌋ Iohã. 14. Non relinquam vos orphanos, q.d. Licet recedam, non tamen sic quin in necessarijs assim. In nullo ergo turbari debebãt aut formidare qui consolationem ſſ. & ipſſus Christi recepturi erant. Vnde & aliam rationem addit. ⌊ Si diligeretis me ⌋ scilicet syncere. Diligebant Christum sed non simpliciter, quia se respiciebãt, vnde & me Ieste eius rerebant absentiam: qui enim perfecte amat, ſo Ium bonum & beneplacitum amati quęrit. Charitas cũ

non quærit quæ sua sunt, 1. Cori. 13. Ideo sequitur. ¶ Gauderetis vtiq; quia ad patrem vado ¶ secũdum humanam scilicet naturam ei cõueniebat ascendere, quia secundum diuinam nunq; recessit a patre, q̃re congratulandum ei. ¶ Quia pater maior me est ¶ secundum humanam scilicet naturam, qua conueniebat sibi ire ad patrem, qua etiam minoratus fuit paulominus ab angelis. Hebr. 1. Et ne crederetur minor patre secundum diuinam subdit. ¶ Et nunc dixi vobis priusq; fiat ¶ quod soli⁹ dei est cognoscere, p̃dixit se recessurum per mortem resurrecturum, ascensurum, spiritum sanctum missurum ¶ vt cum factum fuerit credatis ¶ scilicet cætera quæ dixi. August. Ex rebus quæ videntur agitur in nobis, vt credantur quæ non videnť. Credatis scilicet q̃ non tantum sim homo qui mori possum & exaltari, sed etiam deus futura contingentia prædicẽdo. Est ergo nobis spiritus sanctus ad hæc duo necessarius, vt intellectum intus illuminet. Gregorius. Nisi spiritus cordi assit audientis ociosus est sermo doctoris, vnde & Cain culpis suis exigentib⁹, voce domini est admonitus exterius, non vnctione interius: audire verba dei potuit, sed seruare cõtempsit. Secundo, vt inflammet in affectu, Spiritus enim promptus est, caro autem infirma. Mat. 26. Ipe autem spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Rom. 8. Simus ergo quemadmodum apostoli fuerunt, vnanimiter perseuerãtes in oratione. Act. 1. Quia pater dat spiritum bonum petentibus se. Lu. 11.

¶ Quo ad tertium Psalm. ait Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis, scilicet sagittis. Causam addit. Non confundetur. i. erubescet, qui scilicet in Christo loquitur, & eius quærit honorem non suum, cum loquetur inimicis suis in porta. id est, ppatulo vel morte a malignis spiritibus exemplo Christi, qui ob patris honorem mortem subiit. Vnde sequitur. ¶ Iam non multa loquar vobiscum ¶ qa tempus instabat captiõis, paucula enim in hora & via locut⁹ fuit, causam subdit ¶ Venit princeps mundi huius ¶ id est, malor̃. Ephe. 6. Aduersus mundi rectores tenebrarum harum. Ipse enim satanas dux fuit ludę & cohortis ¶ & in me non habet quicq̃ ¶ id est, Nullum peccatum quod est causa mortis. Roma. 5. Sicut p vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & p peccatum

mors. Christus autem peccatū non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. 1. Pet. 2. Sed & Pilatus testatus est, dicens: Nullam causam mortis inuenio in eo. Lu. 23. Sed q̄re tā dura vilia q̄ passus sit a diabolo eiusq; satellitibus, subdit. ⌊ Sed vt cognoscat mundus quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater sic facio. ⌋ Mandauit pater filio, vt pro redemptione humani generis ipse moriens fieret deo sacrificium. Maximum dilectionis signum, sine peccato existentem, & nil dignum morte habentem sustinere mortem. 2. Cor. 5. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iusticia dei in illo. O immensa charitas, qua nullum diaboli complicumq; eius in mūdo ludibrium vitare voluit, vt mandatum ac voluntatem eius impleret quem diligebat, & id mundo in exemplum manifestaret. Væ inuidis filijs diaboli. Sap. 2.

¶ Feria secunda Pentecostes.

SIc deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illum nō pereat, sed habeat vitam eternam. ⌋ Ioh. 3. Saluator noster in primo suo aduentu pie omnib⁹ offerens salutis mysterium, per sacrę regenerationis baptismalis sacramentum, & sanctæ renouationis spiritualis, spirit⁹ sancti operatione fructum, neminem excludendo qui se promptum ad huiusmodi suscipienda præbuerit, iuste in secundo apparens aduentu, ingratos & contemptores iudicabit. Hinc Petrus Actu. 10. ¶ Præcepit nobis prædicare ⌋ ad hoc munus electis, anteq̄ ascenderet in cęlū. Act. 1. ⌊ populo & testificari, quia ipse est ⌋ vnus ⌊ qui constitutus est a deo patre iudex viuorum & mortuorum ⌋ in fine scilicet mundi. Ioh. 5. Pater omne iudicium dedit filio. Viuorum. i. iustorum, q̄ viuunt vita gratiæ, & mortuorum qui morte culpæ. Interim offertur omnibus certum ac facile remedium ⌊ Huic omnes propehetæ ⌋ diuinitus inspirati ⌊ testimonium perhibent ⌋ q.d. Non soli nos testes sumus ⌊ remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes ⌋ tam Iudæos quam gentes. Iohel. 2. Omnis quicunq; inuocauerit nomen dñi saluus erit ⌊ qui credunt in eum ⌋ fide p dilectionem opante. ⌊ Adhuc loquente Petro verba hæc cecidit spiritus sanctus ⌋ in signo

EPIST.

visibili e cælo ⌊ sup omnes qui audiebant verbū ⌋ & credebant verbis apostoli. In cum cadit spiritus sanctus, super quem humilem requiescit. ⌊ Et obstupuerunt ex circuncisione fideles qui venerant cum Petro ⌊ e Ioppe ⌊ quia & in nationes gratia spiritus sancti effusa est ⌋ Existimabant enim q̄ ad solos Israelitas pertineret promissio prophetarum, quum prophetæ nominatim prædixerint, dei spiritum effundendum in omnes quicunq; inuocarēt nomen dñi. Signum enim quod oculis viderant, res ipa consecuta est. ⌊ Audiebāt enim illos loquentes linguis, & magnificantes deum ⌋ quia non inania, sed dei benignitatē extollentes loquebantur. Hoc signum tam euidens datū est circuncisis qui aderant, ne posthac dubitarent etiam incircuncisos vocare ad Christum, datum est & Cornelio & suis familiaribus, ne quid dubitarent sese per credulitatem æquatos Iudæis absque legis præsidio. Inuersus est autem ordo dispensante deo cathecuminis primum datur baptismus, deinde per impositionem manuum spiritussanctus. Hic absque manuum impositione, prius datus est spiritussanctus ne dubitaret apostolus quod ieuius erat addere, posteaq̄ deus id quod maius est vltro largitus esset. ⌊ Tunc Petrus respondit ⌋ illis qui cum eo erant admirantibus, velut ex consensu Iudæorum facturus quod destinarat. ⌊ Nunquid aquam quis prohibere potest: vt non baptizentur hi ⌋ licet incircuncisi ⌊ qui spiritumsanctum acceperunt sicut & nos ⌋ quasi dicat non, ex quo spiritussanctus non distinxit inter ipsos & nos, sicut videtis. ⌊ Et iussit eos ⌋ assentientibus illis ⌊ baptizari in nomine domini nostri Iesu Christi. ⌋ In hac forma dabatur baptismus in primitiua ecclesia ad diuulgādum nomen Iesu.

¶ Cum dñs nouæ regenerationis modū ostēdens, p̄dixisset consequenter quod efficacia huius regenerationis baptismalis proueniret ex mysterio incarnationis. Subsequenter ostendit qualiter ista incarnatio sit facta, non humano scilicet merito vel necessitate. In illo tpe dixit Iesus discip. su. Sic deus.

¶ Hesterno in euangelio ostendit Saluator quibus & ad quid datur spiritussanctus. In hodierno ostendit, neminem nisi sua culpa ab hoc munere excludi, simulq; pe-

riculum non recipientium, quum ob salutem omniũ salvator venerit in mundum.

¶ Primũ, Rara credulitatis acceptatio, In principio.

¶ Secundum, Libera prauitatis operatio, Ibi: Hoc est autem iudicium.

¶ Tertium, Manifesta veritatis cõmendatio, Ibi. Qui autem facit veritatem.

¶ Quo ad primum, Diuinæ firmitatem assistentię ps infinuans, ait: Qui confidunt in domino (non mundo vt diuitiis) sicut mons Sion, id est, habitatores Sion, nõ commouebitur in æternum qui habitat in Hierusalem, spirituali, fide charitate formata. Hiero. Mons Sion Christus in quo fundata ecclesia, quia mons ille ad literam in fine seculi commouebitur. Rationem assignat. Montes in circuitu eius, i. angeli, & dominus habitans in montibus in circuitu populi sui, ex hoc nunc & vsq; in seculum. Quos enim assumit vt sint populus suus, constringit in vnum vinculo charitatis & pacis, vt in æternum non moueantur. ¶ Sic enim deus dilexit mundum. ⌊ Quæ enim causa tantæ salutis, vt voluerit deus in fide filiũ sui in cruce morte exaltati vniuersum mundũ saluare? Amor. Sic eñ tam vere, tam fideliter, dilexit deus gratuita dilectione. Diligere est velle alicui bonum. Voluit autem deus nobis infinitum bonum, scilicet filiũ, mundum, hominẽ dei creaturam quam condidit, non opera mundi quæ odit, ⌊ vt filium suum ⌋ non alienum, vel seruum ⌊ vnigenitum daret ⌋ gratis, & hoc in mortem, vt q mortui erant reuiuiscant in vitam æternam, O charitas, pater omniũ conditor & opifex, suum coæqualem, consubstantialem coæternum, & eum vnicum dedit pro mundo filium, vt saluaret mundũ. Et cũ filius esset vita, & de se mori non posset, fecit eum mortalẽ, & (excepto peccato) nobis p omnia similẽ, vt eum non solũ daret, sed daret ad morien dum p nobis, q morti eramus digni, & morte qdem nõ reparabili ad vitã, nisi hi q̃s gratia exceperat, ac ille q̃tũ erat ex se, solus erat vita dignus. Et vt facilior prompti orque esset mundi salus, vno aspectu, id est, fide filij dei voluit vniuersum mundum saluatum iri, sequitur. ⌊ Vt omnis qui credit in illum ⌋ fide per dilectiõem operante ⌊ non pereat, sed habeat vitam æternam. ⌋ Romanos. 5

EVANG.

Commendat deus charitatem suam in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus secundum tempus, Christus pro nobis mortuus est. Item: Cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filij eius. Vnde prima Iohannis quarto: In hoc apparuit charitas dei, non quasi nos dilexerimus deum, sed quia ipse prior dilexit nos. Bernardus. Lex humana est: Dilige me, & ego diligam te: lex dei est, dilige me, quoniam dilexi te. 1. Iohannis. 4. In hoc apparuit charitas dei in nobis, quoniam filium suum vnigenitum misit in mundum, vt viuamus per ipsum. Chrysostomus. Multam indicat amoris intentionem, multum enim medium & infinitum erat inter deum & mundum: qui immortalis, qui sine principio, qui magnitudine infinita: eos qui de terra, eos qui de cinere, eos qui pleni erant peccatis, eos qui indeuoti erant dilexit: & ita vt filium suum daret, non seruum, non angelum. Quis circa filium tantum studium demonstraret, quantum deus circa seruum; ipse enim nec vnigenito pepercit propter nos. Nos autē pecunijs parcimus aduersum nos. Ipse dedit filium pro nobis: nos neque argentum pro nobis, neque pro eo. Vestes in arca deponimus: & qui hæc & alia dedit, circunquaque nudus vadit, & propter nos hæc sustinet. Hæc ille, Vitam æternam. Iohānis. 16. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. Iohannis. 17. Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum ibi sint mecum, vt videant claritatem meam quam dedisti mihi. Licet autem mundus ob semina diaboli corruptus esset, & perpetua damnatione dignus; attamen filius dei quando venit, non venit vt iudicet, id est, condemnaret aut satisfactionem quæreret pro illatis contumelijs patri suo: amore enim venit & misericordia. ⌊Non em̄ misit deus filium suum in mundum, vt iudicet⌋ i. condēnet ⌊mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum.⌋ ⌊Ioh. 12. Non veni vt iudicem mundum, sed vt saluificem mundū salute gratiæ primo & post gloriæ, Matt. 9. Non est valentibus opus medico, sed malehabentibus. Augustinus: Quantum in medico est sanare venit ęgrotum. Ipse se in ęgrimit, qui præcepta medici obseruare non vult: quare enim dictus est saluator mundi, nisi vt saluet mundū, nō vt iudicet mundum. Saluari non vis ab ipso, ex teipso iu-

dicaberis. Etenim filius mortuus est, & ipsa morte liberauit nos a morte: deus enim mortem non fecit, nec lætatur in perditione hominum. Sapien. 1. Creauit enim vt essent omnia, sed inuidia diaboli intrauit mors in orbem terrarum, Sapien. 2. Quomodo ergo qui intuebantur serpentem æneum in deserto non peribant morsibus serpentū: sic qui intuentur fide Christum sanantur a morsibus peccatorum. Sed illi sanabantur a morte ad vitam temporalem, hi autem vt habeant vitam æternam. Num. 21. Sed quia posset aliquis credere quod redemptio facta per filium nihil requireret ex parte redempti, hunc elidens errorem, dicit: ⌊ Qui credit in eum ⌋ fide per dilectionē operante, alioquin Titum. 1. Confitentur se nosse deū, factis autem negant ⌊ non iudicatur ⌋ iudicio condemnationis, quæ est mors secunda priuatio vitæ æternæ: qualia fides remouet causam iudicij. s. peccatum. Actu. 15. Fide purificans corda illorum. Lucæ 7. Vade in pace, fides tua te saluam fecit. ⌊ Qui autem non credit, iam iudicatus est, ⌋ manifestam in se habens causam condēnationis. Sicut enim oculus qui superueniente lumine non videt cæcitati deputatur, sic q non credit iudicatus ē priuatione æternæ lucis ⌊ quia nō credit in nomine vnigeniti filij dei ⌋ qui est lux vera q̄ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ioh. 1. Credere autem videre est. Augu. Nondum venit iudicium, & iam factū est iudicium. Nouit dominus qui sunt eius. 2. Timoth. 2 nouit qui permaneant ad coronam, & qui remaneant ad flammam. Nouit in area sua triticum, nouit paleā. Mat. 3. nouit segetem, nouit zizania. Matth. 13. Hæc ille. Ipsa ergo incredulitas condemnatio est, eē enī extra lucem, per se maximū supplicium est, Deinde quamuis gehennæ necedū sit traditus congregauit futuri supplicij occasiōes sicut homicida tametsi sententia iudicis non condemnet, natura tñ rei condemnatus est. Et Adam die qua comedit de ligno mortuꝰ est, quamuis viueret, sententia tñ & natura rei mortuus fuit. Marc. vltimo, qui non crediderit, condemnabitur. In nomine. Actu. 4. Non est in aliquo alio salus, nec enim est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Hierem. 14. Tu in nobis es domine, & nomen sanctum tuum inuoca-

tum est super nos. Huius nominis effectum angelus expressit Mat.1. Vocabis nomen eius Iesum. ipe enim saluū faciet populum suum a peccatis eorum.

¶ Quo ad secundum Psal. ait: Quia non relinquet dñs virgam peccatoꝝ super sortem iustoꝝ, vt non extendāt iusti ad iniquitatē manus suas. Augu. Dñantur aliquādo mali propter disciplinam bonorum, sed hoc non semper ideo non deficiunt iusti, quia sciūt tempus futurum quo Christus in claritate sua apparens, congregabit ante se omnes gentes, & diuidet eas, sicut pastor hœdos ab ouibus, ouesque ponet a dextris, hœdos a sinistris. Matt.25. quia ipsi se ante diuiserunt, nec ad eum congregari voluerunt. ⌊Hoc est autem iudicium ⌋id est causa iustæ condemnationis ⌊quia lux ⌋id est Christus tenebras infidelitatis & ignorantiæ fugans. Iohannis 8. Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris. 1. Iohan. 2. Tenebræ iam transierunt, & lumen verum iam lucet, ⌊Venit in mundum ⌋per carnis assumptionem, nam in mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. Iohan. 1. ⌊& dilexerunt homines magis tenebras quam lucem ⌋id est Christi p̄dicationem peccata arguentem, & tenebras condemnantem. Sed quę causas ⌊erant enim eoꝝ mala opera. ⌋ Chryso. Propterea torquebuntur quoniam tenebras dimittere & luci occurrere noluerunt. Nam si veniſſem (ait dominus) iudicans & nōxas expetens factorum, dicere haberent ob hoc refugium, nunc aūt veni eripere a tenebris, quis ergo miserebitur eius qui non vult ad lucem accedere? Nam qui in absentia lucis, sedet in tenebris, fortassis habebit remissionem, qui autem in præsentia lucis tenebris adhæret, peruersæ mentis & litigiosæ, defert testificationem aduersus semetipsum. Et merito non diligunt lucem, quorum sunt mala opera. ⌊ Omnis enim qui male agit odit lucem ⌋mala opera manifeste arguētem. Ephe. 5. Oīa quæ arguuntur, a lumine manifestantur. Omne enim quod manifestatur lumen est ⌊& non venit ad lucem, ut non arguantur opa eius ⌋quia non sunt opa lucis sed tenebraꝝ, nā in tenebris fiunt. Iob. 24. Oculus adulteri obseruat caligīnē. Eph. 5. Quæ aūt in occultis fiūt ab eis turpe est dicere, Secundo tenebras interiores efficiunt. Psal.

cõprehenderunt me iniqtates meæ & non potui vt vide rem. Soph. 1. Ambulabunt vt cæci qa dño peccauerunt. Tertio qa ad tenebras exteriores æternas pducunt. Mat. 22. Ligatis manibus & pedibus proiicite eũ in tenebras exteriores. Volens ergo recipere lumẽ debet reiicere opa tenebraꝝ. Rom. 13. Abiciamus opera tenebraꝝ & induamur arma lucis. Chryſoſt. Qui malorꝝ ſibi conſcius ẽ, iudicem fugere ſolet: ignoſcenti vero qui deliqrunt occurrere ſolent, huic ergo occurrere decens erat qui venit peccata dimittere, vnde nõ dicit qui male egit, ſed agit: qui ſemper vult voluptari in malo.

¶ Quo ad tertium. Differentem bonorꝝ & malorum retributionem Pſal. inſinuans precatur. Benefac dñe bonis (opere) & rectis corde, qui nolunt præire ſed ſequi. Declinantes autem in obligationes (a iuſſis ad iniquitatẽ quæ obligat ad pœnam) adducet dominus cum operantibus iniquitatem. Pari enim ſententia pereunt qui declinant iuſſa principis, & qui opera mala velle cõtendunt. Deficientibus cum cogentibus deficere cum operantibus iniquitatem quorum facta imitati ſunt, quorum pſentes lætitias amauerunt. Pax ſuper Iſrael. Auguſt. 1. Vno noie patria hæreditas dicitur quæ eſt Chriſtus. Ipſe enim eſt pax noſtra qui fecit vtraq; vnum. Ephe. 2. qui pacem ſup pacem dat nobis. Qui ergo odit tenebras, gaudet eſſe in luce, & venire ad lucem, vt opa lucis in luce ſint. ⌊ Qui autem facit veritatem ⌋. i. opera conformia volũtati diuinæ, q̃ eſt veritas diuina ⌊ venit ad lucem ⌋. i. Chriſtũ, vel rationis, non enim timet ne opa illa in luce arguant, quia lux vera non arguit bona opera: quandoquidem in deo, & ſecundum deum, & dei beneplacitum ſunt facta. Matth. 5. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant bona opera veſtra, & glorificent patrem veſtrum qui in cælis eſt. Non enim ſuam, ſed dei quærit gloriam alioquin non eſſent in deo facta, nec faceret veritatem, vnde ſequit. ⌊ Vt manifeſtentur opera eius ⌋ ad dei gloriam, & proximi ædificatiõem ⌊ quia in deo ſunt facta ⌋ ſine cuius virtute opus meritorium non poteſt fieri. Iohannis. 15. Sine me nihil poteſtis facere. Epheſiorũ quin to. Fructus lucis eſt in omni bonitate, iuſticia, & veritate. AVGVSTINVS. Fratres quorum inuenit dominus

bona opera? Nullorum. Quomodo ergo quidam fecerunt veritatem & venerunt ad lucem Chr̃m? Sed dilexerũt (inqt) tenebras magis q̃ lucẽ. Ibi posuit vi. Multi cm̃ dilexerunt peccata sua, multi sunt ea confessi. Initium autem bonorum operum, confessio est malorum. Quid est facere veritatem & venire ad lucem? Non te palpes, non tibi blandiaris, non dicas iustus sum cum sis iniquus, & incipis facere veritatem. Venis autem ad lucem, vt manifestẽtur opera tua, qa in deo sunt facta, quia & hoc ipsum quod tibi displicuit peccatum tuum deus fecit: non tibi displiceret nisi deus tibi luceret, & veritas eius tibi ostenderet. Sed qui admonitus diligit peccata sua, odit admonentem lucem, & fugit eam, vt non arguantur opera eius mala quæ diligit.

¶Feria tertia pentecostes.

AMen amen dico vobis qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. ⌊Iohan. 10. Prænoscens saluator periculosum bonis malorum doctrinam & vitam, plurimis suos præmonuit & parabolis & verbis, non enim passim per omnes dominus sua largitur dona, quem admodum Philippus diaconus baptizare quidem potuit, sed spiritus sancti munus per manus impositionem non præsumpsit, non enim ad se, sed apostolos eorũq; successores spectabat. Vnde & soli episcopi, qui successores ipo rum sunt manus imponunt, propter quod Philippus significauit apostolis, vt aliqui eorum venirent in Samariam & supplerent id quod non erat officñ sui. Actuum. 8 EPISTO.

¶Cum ergo audissent apostoli qui erant Hierosolymis quia recepit Samaria verbum dei ⌊per Philippum diaconem vehementer gauisi ⌊miserunt ad eos Petrum & Iohanem ⌊qui erant columnæ, sicut & Christus binos miserat. ⌊Qui cum eo veniissent ⌋ didicissentque quod plurimi per Philippum essent baptizati, gratias egerunt deo Philippus autem quique cum illo erant rogauerunt apostolos pro illis & ⌊orauerunt pro ipsis vt acciperent spiritum sanctum ⌋ vt qui per baptismum iam essent a peccatis purgati, copiosius etiam dei donũ acciperent ⌊quẽ admodum illi ⌋ qui primi in cœnaculo spiritũsanctum acceperant ⌊Nondũ enim in quenquam illorum venerat ⌋

ſcilicet in ſigno viſibili, licet inuiſibiliter: ſicut modo in baptiſmo ⌊ ſed baptizati tantum erant ⌋ ſine impoſitione manuum ⌊ in nomine domini Ieſu. ⌋ ⌊ Tunc ⌋ apoſtoli vt erant rogati ⌊ imponebant manus ſuper illos, & accipiebant ſpiritum ſanctum ⌋ in ſigno viſibili, qui vigorem igneum addebat animis, ac linguas cæleſti facundia locupletabat, quod monſtrabatur quia linguis loquebantur.

¶ Cum phariſæi iactarent ſe videre, dominus contra arrogantiam eorum, de ſuo grege & oſtio quo intratur in ouile proponit ſimilitudinem, oſtendens quod nec ſapiẽtia, nec legis obſeruatio, nec vita bona valet niſi per eũ. In i. t. d. I. d. ſ. Amen amen.

¶ Heſterno in euangelio oſtendit ſaluator quod per fidem fideles in ouile ſuum congregantur, in hodierno autem malorum in oues fraudulentiam, & ſuam beneficentiam oſtẽdit quia ipſas paſtu hic gratiæ & in futuro gloriæ reficiat, malus vero mactet & perdat.

¶ Primum neceſſaria dignitatis ordinatio. In principio.

¶ Secundũ. Opportuna pietatis operatio, ibi, Hoc proferbium.

¶ Tertium. Plena felicitatis collatio, ibi, Ego veni.

¶ Quo ad primũ. Difficilem immo impoſſibilem peccatorum euaſionem ſine ſpeciali gratiæ dei dono. Pſalm. expertus, in perſona totius eccleſiæ militantis ait. De profundis clamaui ad te domine (qui ſolus potes liberare) domine exaudi vocem meam. Auguſtinus. Qui ſentit ſe in profundo vbi fluctibus interioris & exterioris miſeriæ atteritur imago dei, gemit, clamat, donec liberet eũ deus vt renouetur, clamor non multum finit eſſe in imo. Valde enim in profundo ſunt, qui nec clamant cum viderint ſe quotidianis peccatis obrutos & aceruis quibuſdã & molibus iniquitatum preſſos; ſed potius illos irridentqui eos deum rogare monent. Hoc eſt profundum in quo peccator contemnit. Prouerbiorum decimo octauo. Bonus autem quo plus malis cum culpæ tum pœnæ ſe premi cernit, eo feruentius clamat. Vnde ſequitur, Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ. Et quare petat ſubdit; Si iniquitates obſeruaueris domine,

ad puniendum secundum quantitatem culpæ, domine qs
sustinebit? q.d. nullus, non tantum ego. Augustinus: Hoc
est profundum circumspectis omnibus nullum bonū vi-
dens, sed undiq; mala quasi expauescens clamat: Si iniqui
tates ob. quia prope omnis vita humana peccatis circum
latratur, omnisq; conscientia suis cogitationibus accusa
tur: non est castum cor quod præsumit de iusticia sua, præ
sumat ergo de dei misericordia, sequitur: Quia apud te
propitiatio est. Ideo non despero, sed in hoc mihi spes. Et
propter legem tuam (euangelicam scilicet quæ est lex a-
moris & gratiæ, non oneris) sustinui te domine. August.
Propter legem misericordiæ, quæ peccata condonat, &
de cætero monet ne offendat homo, & si titubauit, reme
dium donat orandi: Dimitte nobis debita nostra, sicut &
nos dimittimus debitoribus nostris, Et hanc legem dedi
sti in ipsa necessitate, vnde hic dicit: ¶ Amen amen dico EVANG.
vobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascē
dit aliunde Quia non venit propter bonum ouium, ideo
alienum quærit ingressum Ille fur est Ivsurpans alienū
L & latro Occidens animas. Quo magis & altius insidē
at animis omnium, quod est totius salutis humanæ ca-
put, parabola ostendit: Neminem esse posse ducem & pa-
storem populi, nisi prius sit ouis Christi, veri pastoris o-
mnium ouium, quæ collocandæ sunt a dextris in die su-
premo. Ouis autem Christi non est, qui non est membrū
Christi; membrum Christi non est, qui mundum hunc,
qui gloriam suam anteponit gloriæ Christi. Augustinus
Ad hoc debet vnicuique prodesse bene viuere, vt detur il
li semper viuere. Nam cui non datur semper viuere, qd
prodest bene viuere? quia nec bene viuere dicendi sunt, q
finem bene viuendi, vel cæcitate nesciunt, vel inflatione
contemnunt. Non est autem cuiquam spes certa vel vera
semper viuendi, nisi agnoscat vitam quæ Christus est, &
per ianuam intret in ouile, quod est ecclesia catholica.
Quicunque vult intrare, per Christum intret, ostium ve
rum prædicet, non solum Christum verum prædicet,
sed & Christi gloriam quærat non suam. Nam multi q
rendo gloriam suam, sparserunt oues Christi potius quā
congregauerunt. Humilis enim ianua est Christus: Qui
intrat per hanc ianuam, oportet vt humilict se, vt sa.o

capite possit intrare. Matth.11. Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Hæc ille: ⌊ Qui autem intrat per ostium ⌋ quoniam nihil doli meditatur ouibus ⌊ pastor est ouium. Huic ⌋ per ostium ingredi volenti ⌊ ostiarius aperit ⌋ qui solus habet ius aperiendi ostium, quia scit eũ beneuolum ouibus. Oues ergo populus, cui scientia dei ministratur. Ostiarius aperit, quum deus per filium suũ introducit: & qui hoc modo introducitur, pastor est. Alioquin intrat per Christum non intrans, per alienam doctrinam & consentaneam vitam animas furatur a deo, tradens aduersario. Christus princeps pastorum, 1. Pet. 5. Cui deus pater aperuit ostium, vt oues sibi parentes adduceret in æternæ vitæ pascua, vnde sequitur: ⌊ & oues vocem eius audiunt ⌋ quamuis ouis simplex sit animal, & ab alieno pendens præsidio, tamen agnoscunt vocem pastoris, vnde sentiunt vtilitatem, & horrent vocem luporum, vnde mortem timent. Sic oues Christi vocem eius audiunt, doctrinam capessendo, Iohan. 10. Oues meæ vocem meam audiunt, & sequuntur me. Iohan. 12. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris (& ego vitam æternam do eis) Iohan. 6. Domine ad quem ibimus, verba vitę æternæ habes (& non peribunt) quia scriptæ in libro vitæ agni. Apo. 20. Et non rapiet eas quisquam de manu mea. Vnde sequitur hic. ⌊ Et proprias oues vocat nominatim ⌋ quia distincte eas cognoscit, eo quod nomina eorũ scripta habeat in libro vitæ. Luc. 10. Gaudete quod nomina vestra scripta sunt in cælis. Nouit enim dominus qui sunt eius, 2. Tim. 2. ⌊ & educit eas ⌋ ad pastum ⌊ Et quum proprias oues emiserit, ante eas vadit ⌋ exemplo. Tit. 2. In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum ⌊ & oues illum sequuntur ⌋ vitam & doctrinam æmulando ⌊ quia sciũt vocem eius ⌋ quæ est vox salutis, cognoscunt doctrinam veram, & libenter amplectuntur ⌊ Alienum autem non sequuntur sed fugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum. ⌋ Verum pastoremnon imitantium, quorum doctrinam & vitam agnoscũt nõ veram. Augustinus Quis alius oues suas vocat nominatim, & educit eas hinc ad vitæ pascua, nisi qui nouit qui sunt eius? Qui alius emittit, nisi qui peccata eorum dimittit, vt cum sequi duris liberati vinculis possint? Et quis

eas præcessit quo cum sequantur, nisi qui surgens a mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Roman. 6.

¶Quo ad secundum. Spei fiduciam Psalmist. indicans ait: Sustinuit anima mea in verbo eius. i. promisso quo regnum promittit post veniam quod verum est, & nunquã fallit. Sperauit anima mea in domino, quia liberat, condonat & coronat. Esa. 26. In semita iudiciorum tuorum sustinuimus te domine, nomen tuum & memoriale tuũ in desiderio animæ. Sed quamdiu? A custodia matutina. i. vigilia, vsque ad noctem, a mane iuuentutis vsque noctem mortis. i. semper: Augustin. Quia dominus, tunc surrexit, quod & in nobis speramus, & exinde cœpit hæc anima nostra sperare & sperat vsque ad noctem. i. mortem: aliter non valet, quia qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Matth. 10. Sperat ergo in domino, quando veniat & liberet ab omni necessitate, non in homine. Maledictus enim qui sperat in homine & ponit carnem brachium suum, & a domino recedit cor eius Hieremi. 17. Non enim est salus nisi in Christo & per ipsũ quod hic dominus insinuauit sed pharisæi non intellexerunt. ⌊Hoc prouerbium dixit eis Iesus: Illi autem nõ cognouerunt quid loqueretur eis. ⌋Dominus ergo miseratus eorum cæcitatem aperit prouerbium. ⌊Dixit ergo eis iterum Iesus. Amen amen dico vobis ⌋i. pro certissimo confirmo vobis ⌊quia ego sum ostium ouium ⌋de q̃ loquutus sum per quod oues ingredi & egredi oportet si velint incolumes esse, & qui pastoris munus velit obire: Ostij officium est saluare ea quæ intus sunt, & per ipsum est ingressus & egressus. Ingressus per fidem, egressus de miseria ad gloriam. Augustin. Agnouimus, intremus vt nos intrasse gaudeamus, non potest quisquam per ostium .i. Christum egredi ad vitam æternam quæ erit in specie, nisi per ipsum ostium. i. per eundem Christum in ecclesiam eius quod est ouile intrauerit ad vitam spiritualem quæ est in fide. Non enim satis est intra septa ecclesiæ quacunque via irrupisse, non satis ad pastoris titulum ac dignitatem quomodocunque penetrasse, huiusmodi q̃t quot fuerunt qui peruersis rationibus irruperunt in ouile populi dei, non pascendi sed spoliandi animo: quoni-

am per me qui sum ostium non sunt ingressi fures sunt & latrones, nimirum quæstus auidi & tyrannide violenti. Vnde sequitur. ⌊ Omnes quotquot ante me venerũt ⌋ .i. missi non sunt sed se ingesserunt, & hi ante eum venerunt quia antequam mitteret, aperiret, introduceret ⌊ fures sunt ⌋ alienum vsurpando ⌊ & latrones ⌋ occidendo. ⌊ Sed non audierunt eos oues ⌋ quia vox pastoris in eis non loquebatur, sed si qui audierunt non fuerunt oues pascuæ domini (sed sues, & hirci, mancipia diaboli mundum hunc diligentes) 1. Iohan. 4. Ipsi de mundo sunt, ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Nos ex deo sumus, qui nouit deum audit nos, qui non est ex deo non audit nos, in hoc cognouimus spiritum veritatis & spiritum erroris. Sed quid? Nunquid prophetæ patriarchæ fures fuerũt? Absit. Non enim venerunt, sed missi sunt, nec ante Christum, sed cum ipso & per ipsum qui veritas est venerunt, veritatis præcones, vnde in ipsis vox Christi sonabat, quia quem nos venisse credimus ipsi vẽturum prædixerunt, ideo per ostium introierunt quod æternum Hebr. 13. Christus Iesus heri & hodie, ipse & in sæcula. Per quod introducti sunt vt præparent oues magno pastori. ⌊ Ego sum ostium, per me si quis introierit saluabitur. ⌋ In hoc euidenter ostendit non solum pastorem, sed etiam oues intrare per ostium. Magna profecto merces vero pastori legitime intranti in ouile Christi, salus æterna: & ingredietur congregatas oues Christi pascendo, & egredietur per idem ostium in regnum cælestis vitæ, & pascua inueniet. Nam beati intus reficiuntur in aspectu diuinitatis, & foris in aspectu humanitatis Christi, per quem sunt saluati. Item. Ingredietur credendo fide per dilectionem operante, & egredietur ad vitam futuram. Ezech. 34. In pascuis vberrimis pascam eas & in montibus excelsis Israel erunt pascua earum. Habes igitur vnam notam qua ouem ab hœdo, pastorem a lupo dignoscas. Qui non credit mihi ab hoc cauendum: qui autem vox prodet qualis sit: si non dei laudem & gloriam, non populi salutem sapit sed quęstum, propriam gloriam, tyrannidem, sed humanam astutiam, fur est & latro, non pastor. (Quod si vox non euidens sit indicium, obserua quid agant ⌊ Fur non venit ⌋ ob aliam causam

Lnisi vt furetur] vsurpando quod non est suum, vt e gregis alieni malis sibi turpe lucrum comparet. Porro nullum maius furtum, quam quod deo surripitur [mactet]a fide retrahendo, quia fides vita animæ. Aba. secũdo. Iustus ex fide sua viuet: Nam Christus per fidem in cordibus fidelium habitat. Ephesiorum tertio. Ipse autẽ est vita nostra. Colossenses tertio. Cum Christus apparuit erit vita vestra [& perdat] in æternam damnationem Hieremiæ quinquagesimo. Grex perditus factus est populus meus. Latro ergo venit vt laniet & perdat, & in gregem cui prodesse debebat tyrannidẽ exerceat. Tribus igitur indicijs licebit dignoscere verum pastorem & furem ac prædonem. Si per ostium non ingreditur. i. si me non agnoscit, per quem initium salutis æternæ spes est, si non loquatur ea quæ congruant doctrinæ diuinæ, si spectet alio quam ad ea quæ pertinent ad dei gloriam, & populi salutem. Zachariæ vndecimo. Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti, quia ecce ego suscitabo pastorem in terra, qui derelicta non visitabit, dispersum non quæret, & contritum non sanabit: & id quod stat non enutriet, & carnes pinguium comedet. & vngulas eorum dissoluet. O vtinam vnus tantum esset & non tot, sed quidẽ O pastor & idolum derelinquens gregem, gladius super brachium eius & sup oculum dexteram eius: brachiũ eius ariditate siccabitur, & oculus eius dexter tenebrescẽs obscurabitur. Hier. 23. Væ pastoribus qui dispergunt & dilacerant gregem pascuæ meæ dicit dominus.

¶Quo ad tertium. Certum ac optimum in omnibus necessitatibus, diuini auxilij præsidium Psalm. expertus, ad firmam in domino spem hortatur, dicens. Speret Isra el (id est, videns deum per fidem) in domino. Quia apud dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio Qualis sit ista redemptio adiungit. Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius, quasi dicat. Israel se vendere potuit, sed non redimere, ille qui sine peccato est, redimere potest & vult, quia misericordia apud eum & copiosa redemptio. Vnde dominus hic ait. [Ego veni vt vitam habeant] scilicet oues meæ in hoc mundo (per gratiam) deo acceptam & gratiam [& abundantius habeant] in altero seculo vitam cum deo æternam. Augustinus. Ego veni vt vitam habeant, id est, fidem per dile-

ctionem operantem. Galatas quinto. Per quam fidem o-
uile ingrediuntur, vt viuant. Et abundātius habeant, qui
perseuerando vsq; in finem per illud ostium. i. per fidem
egrediuntur, quoniam & fideles moriuntur & abundan-
tius habebunt vitam, veniendo quo pastor ille præces-
sit, vbi nunq̄ deinde moriuntur. Quis autem & hic in i-
pso ouili non desint pascua, quoniam ad vtrumq; possu-
mus intelligere quod dictum est & pascua inueniet. i. ad
ingressum, & egressum, tamen tunc vera pascua inueni-
ent vbi saturentur qui esuriunt & sitiunt iusticiam. Mat.
5. Qualia pascua inuenit cui dictum est, hodie mecum e-
ris in paradiso. Luc. 23.

¶ In festo indiuidue trinitatis.

Rabbi scimus quia a deo venisti magister. ⌋
Iohan. 3. Saluator noster non solum homo sed &
deus, opera quædam diuinitatis comprobatiua
gessit, doctrina siquidem diuinitatis sublimitatem con-
cernens, omnem humanum excedit intellectum, quemad
modum apostolus. Roman. 11. diuinæ sapientiæ in iudi-
ciis suis profunditatem ex duobus concludit. s. Ex dei e-
EPISTO. minentia, d. ¶ O altitudo ⌋ quia inimaginabilis ⌊ diuitia
rum ⌋ i. bonitatis qua per fidem gentes prædiuites facit
⌊ sapientiæ ⌋ quantum ad diuina ⌊ & scientiæ ⌋ quantū
ad fienda circa homines ⌊ quam incomprehensibilia sunt
iudicia eius ⌋ id est, dispositiones de omnibus rebus, qua
rum rationes a nobis non possunt attingi. ⌊ Et inuestiga
biles viæ eius ⌋. i. impletiones nedum dico comprehensi
biles, quia nullum vestigium patet. Nullis enim humanis
mentibus illi⁹ iudicia deprehendi aut percipi possunt,
& consiliorum rationes nullus creatus intellectus perue-
stigat. Secundo ex humana deficientia. ⌊ Quis enim co-
gnouit sensum domini ⌋ in sapientia & scientia ⌊ aut qs
consiliarius eius fuit ⌋ in dispositione & exhibitione re-
rum quis fuit cuius consilio ageret, vel qui eius consiliū
sciret, quasi dicat nullius. Solus enim quæ sua sunt nouit,
& præter eum alius nemo. ⌊ Aut quis prior dedit illi &
retribuetur ei ⌋ tanquam debitum quasi dicat nullus, vt
dei beneficium tanquam remuneratio aliqua accepti offi
cij reddita existimetur: om̄em enim virtutem non solum
operandi sed etiam cogitandi, & essendi ab ipso habem⁹

Sic ille consulit hominum saluti, ratione quidem nobis inscrutabili, sed vt meliore non possit fieri. Sic vult suũ bñficiũ a nobis sentiri, vt inde nobis nihil possimus vindicare ⌊Quoniã ex ipo, & p ipsum, & in ipso sũt oĩa⌋ Quandoquidem si quid est mali, id nostris vicijs imputare licet. Cæterum quicquid est bonorum: ex ipso proficiscunt oĩa, p ipsum conferũtur velut autorẽ, & in ipo, sunt velut in tutore, custodeq; munerũ suorũ, vt nullam hinc laudis portionem sibi homo possit arrogare, cum ad illũ pertinear & initium, & medium, & finis, qui sola dilectione creauit & conseruat omnia. Omnia dicit scilicet quæ naturaliter sunt, non peccata, quæ naturam viciant quæ ex voluntate nascuntur peccantium. In creaturis vestigium apparet trinitatis. In trinitate summa origo est omnium rerum & perfecta pulchritudo & beatissima delectatio. ⌊Ipsi ergo honor & gloria in sæcula sæculorum amen.⌋ Solet apostolus cum magni aliquid dixerit & gratias agere: nos itidem facere instituens, vt bonis affectu ingentibus & verbis & optimis vitæ actionibus gratias deo, & laudes referamus

¶Cum eiectis vẽdentibus (cum his quæ vendebant) de templo plurimi in nomine eius crederent videntes signa eius quæ faciebat. Iohannis secũdo, Nicodemus prĩceps Iudæorum, secreta allocutione plenius cupiẽs discere mysteria fidei, cuius aperta ostensione signorum aliquatenus iam rudimenta perceperat, venit ad Iesum. In illo tempore: Erat homo.

¶Peractis solennitatibus dei quomodo pro nobis in mundo fuit humiliatus, nascendo, conuersando, moriendo, & quomodo fuit exaltatus a morte resurgendo & in cœlum ascendendo, ac spiritũ sanctũ mittendo: hodie nobis beatę trinitatis simul repręsentatur in vltima solemnitate vnus deus, ppter hoc laudãdus & benedicẽdus, vnde in hodierno euangelio ostendit dominus quomodo per spiritualem regenerationẽ filij dei & hæredes regni efficimur.

¶Primum. Quieta veritatis inuestigatio In princip.

¶Secundum. Recta baptismatis declaratio, ibi. Respõdit Iesus.

¶Tertiũ. Sũma felicitatis demõstratio, ibi. Et sicut Mos.

¶Quo ad primum. Solitus vnitatis & pacis amatorem cõsiderans deum Psalm. exclamat. Ecce quam bonum (.i. valde delectabile & vtile) & quam iucundum, habitare fratres in vnum, per vnanimem consensum. Act. 4. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, in deum scilicet. Non enim est deus dissensionis sed pacis 1. Cor. 14. Ideo 2. Cor. 13. Pacem habete & deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Quare nihil sub cœlo iucundius quam in vnitate & veritate fidei deo inhærere. Vnde Nicodemus legisperitus prudenter ea quæ a Christo fieri videbat intelligere curauit, & ideo sublimiter quæ ab illo quærebat, inuestigare promeruit. ¶Erat homo ex pharisæis ⌋ qui cõfitentur resurrectionem, & angelũ, & spm̃, sed Saducæi vtrumq; negãt. Act. 23. Pz etiã Mat. 22 ⌊ Nicodemus nomine, princeps Iudæorũ ⌋ vnde videtur non solus venisse, & ex modo loquendi. Erat etiã Galilæus natione. Iohan. 7. ⌊ Hic venit ad Iesum nocte ⌋ ne extra synagogam fieret. Iam enim conspirauerant Iudei vt si quis eum confiteretur Christum, extra synagogam fieret, vnde. 9. Nemo de illo palam loquebatur propter metum Iudæorum. Et. 12. Veruntamen & ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter pharisæos non cõfitebantur, vt e synagoga non ejicerentur. Dilexerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam dei, quia necdum spiritum sanctum receperant. Erat & in corde Nicodemi parum luminis. Iohan. 12. Adhuc modicum lumen in vobis est: ideo Psalmista. Accedite ad eum & illuminamini. Accessit enim ad Iesum sicut ad hominem deo dilectum & prophetam, cuius incredulitatem dominus non redarguit, sed lente ei de diuinis & sublimibus disserit, ⌊ Et dixit ei: Rabbi, scimus quia a deo venisti magister ⌋ A deo Iesum venisse ad magisterium cœleste mundo adhibendum confessus est, deum illum fuisse miraculis prodentibus intellexit, nec tamen ipsum esse cognouit. ⌊ Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo ⌋ q. d. Scimus q̃ quæ doces, a deo doces, fieri enim non potest vt deus non assit signis tuis, ergo & verbis, & proinde quæ doces, a deo doces. Verũ dixit secundum suam intelligẽtiam, multo tamen minus ¶ quod dñs erat. Nam prophetæ venerunt a deo magi-

EVANG.

ſtri,& miracula deo aſſiſtente faciebant,ſine quo facere non poterant,non ſic autem Chriſtus: quia illi vt ſerui, ipe vt filius,& deus cum eo erat per hypoſtaticam vnionem,cum illis per afflatum gratię & inſpirationem.Ioh. 14.Creditię in deum & in me credite.Non credis, qa ego in patre & pater in me eſt?alioqn propter opera ipa credite,11.Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc teſtimonium perhibent de me.Nam 1.Cor.1.Iudæi ſigna quærunt,vnde Iohan.6. Quod ergo tu facis ſignum, vt videamus & credamus tibi.Signa voluerunt videre, ſed ſignis credere noluerunt,vnde dominus Iohan.15.Si opera non feciſſem in eis quæ alius nemo fecit,peccatum nō haberent.Nunc autem viderunt & oderunt & me & patrem meum.

¶Quo ad ſecundum.Spiritualem eccleſiæ filiorum in ſinuans fructum Pſalmiſta ait: Sicut vnguentum in capite,quod deſcendit in barbam:barbam Aaron. Caput eccleſiæ Chriſtus.Nam ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam quæ eſt corpus ipſius.Ephe.1.Qui pontifex inæternum.Hebræo.6.Vnctus plenitudine gratiæ præ participibus ſuis.Hebræ.1. De cuius plenitudine omnes nos accipimus.Iohan.primo. Inunctio enim ſpiritus ſancti, quæ in capite eſt deriuatur in membra.Sequitur.Quod vnguentum ſcilicet deſcendit in oram veſtimenti eius, id eſt,cohærētes ſibi,ſicut ros hermon q deſcēdit in montem ſyon:ros gratiæ cœleſtis quam gentes receperūt prius deſcendit in ſyon,id eſt,Iudæos.Ad huius gratiæ participationem venire non poſſumus,niſi prius Chriſto incorporemur per baptiſmum, vnde dominus:quia Nicodemus venerat vt de regno dei quod ipſe ꝑdicare venerat aliquid latius audiret,reſpondit ei non ad verba ſed intentionem,vt ſe deum oſtenderet. ⌊Reſpondit Ieſus & dixit ei: Amen amen dico tibi, niſi quis natus fuerit denuo,non poteſt videre regnum dei.⌋ Natiuitas enim per baptiſmum illuminationem præbens animæ regnum dei videre.i.intelligere dat,ſiue filium.i.Chriſtum.Lucæ.17. Regnum dei intra vos eſt,ſiue eccleſiam. Matthæi.13. Simile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mari,ſiue regnum cœleſte. Sed quia ſecundæ natiuitatis adhuc neſcius perſeuerabat, de ſalute autem ſua

solicitus, necessario de vna quam nouerat natiuitate an posset iterari, vel quo ordine regeneratio posset impleri ꝙrebat, ne huius expers remanendo vitæ cælestis participeps esse nequiret. Admirabundus ergo interrogat, ⌊ Dixit ad eum Nicodemus, Quomodo potest homo nasci cũ sit senex ⌋ causſam secundum suum sensum adiungit dicens. ⌊ Nunquid potest in ventrem matris suæ iterato introire & renasci? ⌋ Augustinus. Non nouerat nisi vnã natiuitatem ex Adam & Eua, ex deo & ecclesia non nouerat, spiritus ei loquitur & ip̃e carnem sapit, sicut illi de quibus. Iohannis. 6. Durus est hic sermo & c. sed discipuli interrogati an & ipsi vellent abire responderunt. Domine ad quem ibimus verba vitæ æternæ habes. Ideo dominus. Spirit⁹ est qui viuificat, caro non prodest quicquam. 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spũs dei, stultitia em̃ est illi, & non p̃t intelligere qa spũa liter examinatur. Recte intellexit Nicodemus natiuitatem carnis, sic & tu intellige natiuitatem spiritus, q̃modo enim vterus non potest repeti, sic nec baptismus. Hæc Aug. Bed. Siue hæreticus siue schismaticus, siue facinorosus quisque in confessione sanctæ trinitatis baptizet, non valet ille qui iia baptizat⁹ est a bonis catholicis rebapti zari, ne confessio vel inuocatio tanti nominis videatur annullari. Hæc ille. Quia ergo Nicodemus diligenter, quomodo respoſio domini sit intelligẽda requirit, meretur plenius instrui, & quod secunda natiuitas non carnalis sed spiritualis sit audire. ⌊ Respondit Iesus: Amen amen dico tibi nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei ⌋ Sicut enim homo semel nascitur exvtero matris in regnum carnale sic homo ex aqua & spiritu sancto in regnum dei & spiritus, vnde aquam ingreditur tanquam spiritualem matrem & spiritus dei infunditur, & nascitur spirituali natiuitate, fitq; filius dei: vt ita natus videat & introeat regnum dei. ⌉ Iohan. 3. Videte qualem charitatem dedit nobis deus, vt filĩ dei nominemur & simus. Iohan. ⌉ Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius, qui nõ ex sanguinibus neq; ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri sed ex deo nati sunt. Si ergo filĩ & hæredes, hæredes qui

dem dei, cohæredes autem Christi. Ro. 8. Huius ergo admirandæ & diuinæ generationis patrem agnoscamus deum, Matrem nostram ecclesiam per baptismum vitam nostram qua viuificamur infusionis spiritu, & hæc generatio desuper quia diuina ergo & genitus desuper. i. diuinus. Vnde abducens dominus Nicodemum a carnali natiuitate, dicit. ⌊Quod natum est ex carne, caro est.⌋ secundum hanc natiuitatem est homo carnalis ⌊& quod natum est ex spiritu spiritus est⌋. i. spiritualis, non enim spūs diuinus fit baptizatus, sed quoniam adoptionem filiorum in spiritu, & gratiam & honorē susceperit spiritualis esse meretur. Ergo primus homo vetus homo noster est, & secundus homo nouus homo noster est, sic debet dominari primo, sicut cælum terræ, lumen tenebris, incorruptibile corruptibili. Symbola enim sepulturæ & resurrectiōis in illa perficiuntur. Tres mersiones tridua næ sepulturæ symbola sunt, deinde regreditur homo sicut dominus fulgidior & clarior, incorruptionis ferens indumenta, qui in aqua corruptionem summersit. Quia qui ex aqua & spiritu regeneratur, inuisibiliter in nouum hominem mutatur, & de carnali efficitur spiritualis. Roma. sexto: An ignoratis fratres, quia quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Cum eñ baptizamur in nomine Christi cōmorimur vna cum illo pristinis peccatis, illius morte abolitis. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum, vt quomodo Christus (qui nunquam vixerat peccato, tamen pro nostris meritis mortuus) surrexit a mortuis per gloriam, id est, virtutem patris: ita & nos a morte viciorum excitati per eundem pristinis vicijs mortui, in nouitate vitæ ambulemus. Galatas tertio: Quicunque in Christo Iesu baptizati estis Christum induistis in eius consortium translati. Et quinto: Qui autem sunt Christi (vere scil. vt spirituales debēt) carnem suam crucifixerunt cum vicijs & concupiscentijs. Siquidem per baptismum ipsi commorimur, simulq; cum eo sepelimur. Non conuenit medios inter carnem & spiritum fluctuare. Si corpori vitam impertit spiritus, æquum est vt spiritus regatur arbitrio. Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus. Si vero hausimus Christi spiritum, huius fructus

edamus ac procul abſimus a carnis operibus. Dico enim in Chriſto Ieſu ſpiritu ambulate, id eſt, iuxta ductum ſpiritus vitam agatis, id ſi feceritis, & deſideria carnis non perficietis, abſtinendo ab his factis ad quæ ſolicitant carnis cupiditates. Rom. 6. Exiſtimate vos mortuos eſſe peccato, viuentes autem deo. Vtinam attenderemus huius generationis autorem, cuius filij ſumus, & quo ſpiritu viuificemur, ſed heu diuinum in nobis iugulantes, maligno nos ſubijcimus ſpiritui & domino. Iohan. 8. Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Quid ergo? Audiamus Apoſtolum Ephe. 5. Surge qui dormis & exurge a mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Tam immenſe bonus eſt deus, vt frequenter filios ſuos etiam mortuos ad hãc ſpiritualem vitam ſuſcitare velit. Videns autem dominus Nicodemum adhuc mirari, adiecit. ⌊ Non mireris, quia ego dixi tibi oportet vos naſci denuo. ⌋ Spiritus inuiſibiliter adeſt vnde naſceris, quia & tu inuiſibiliter naſceris. ⌊ Spiritus vbi vult ſpirat. ⌋ Si ſpiritum pro vento accipimus, tunc dominus Nicodemum exemplo & figura inducit ad credendum. Melius tamẽ capitur de ſpiritu ſſ. ſtatu & non venti, quũ in præcedentibus euangelij verbis & ſubſequentibus idem in græco ſit verbum. Nõ em̃ pro arbitrio noſtro ſed voluntate ſua, & ſpiritualiũ aut verborum, aut ſcripturarum, aut factorum ſuggerit intelligentiam, habet enim in poteſtate ſua, cuius cor gratia ſuæ viſitatiõis illuſtret. Non ergo putet homo ſe ſuo ſenſu ad intelligentiam diuinarum aſſurgere poſſe ſcripturarum, ſed ſuam omnino impotentiam agnoſcendo illam a deo petat. ⌊ Et vocem eius audis & neſcis vnde veniat aut quo vadat. ⌋ Auguſtinus: Nemo videt ſpiritum, & quomodo audimus vocem eius? ſonat pſalmus, propheta, ſermo diuinus vox eſt ſpiritus. Beda: Cum te præſente loquitur is qui ſpiritu ſancto repletus eſt, non potes videre quomodo cum intrauerit vel quomodo redierit qui natura inuiſibilis eſt. Audiebat & ipe Nicodemus vocem Chriſti, quæ verba ſpiritus loquebatur, ſed neſciebat vnde venirent; quia ab homine venire credebat, nec quorſum illa verba tenderent ſciebat.

⌊ Sic eſt omnis, qui natus eſt ex ſpiritu. ⌋ Et ipſe enim (inuiſibiliter agente ſpiritu) incipit eſſe quod non erat,

nec quia volunt homines nascitur, sed quia deus vult, ita vt infideles nesciant vnde veniat aut quo vadat, id est, quia a gratia regenerationis venit ad adoptionem filiorum dei, & vadit in perceptionem regni cœlestis. Immo neque qui accipiunt spiritum, sciunt vnde veniat, aut quo vadat, nisi ij quibus idem spiritus id inspirare vult, & vt vult inspirat. Nicodemus autem sensui suo immanens, & in Iudaica imperfectione persistens mirabatur. ⌊ Respondit Nicodemus, & dixit ei, Quomodo possunt hæc fieri? ⌋ homines carnales, quo magis carnalibus præmuntur cogitationum sensibus, eo minus diuina percipiunt, quod tamen Nicodemo minime contingere debuit, cum esset magister: sed intelligere quod diuina sensu hominis non capiuntur, ideo ⌊ Respondit dominus & dixit ei: Tu es magister in Israel & hæc ignoras. ⌋ Insultando de intellectus tarditate, ad humilitatem sui reduxit, vnde testatur se certe scire quæ diceret, autoritate contradicendi iter illi obstruens.

⌊ Amen amen dico tibi quia quod scimus loqmur, & q̃d vidimus testamur. ⌋ Sciebat dñs quæ loquebat, quia dei erat sapientia. 1. Cor. 1. Et dei sapientiam loquebatur, & oīa nuda & aperta sunt oculis eius. Hebr. 4. ⌊ Et testimonium nostrū non accipitis. ⌋ Non enim omnes obediunt euangelio Romanos decimo. ⌊ Si terrena dixi vobis & non creditis, quomodo si dixero vobis cœlestia credetis? ⌋ At cogitare poterant hæc audientes, quis cœlestia scire potest, nisi fuerit in cœlo. Vnde dominus respondet. ⌊ Et nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit de cœlo filius hominis qui est in cœlo. ⌋ Descendit carnem ex virgine sumens. Noli suspicere me propterea non esse illic quia descendi, sed hic assum corporaliter, illic & sedeo cum patre vt deus. Quia ergo nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, quisquis in cœlum ascēdere desiderat, ei qui descendit de cœlo & est in cœlo, se vera fidei & dilectionis vnitate coniungat, aperte intelligens quia nullo alio ordine, nisi per eum qui descendit de cœlo potest ascendere in cœlum. Vnde Iohannis decimoquarto. Nemo venit ad patrem nisi per me. Quid ergo nisi quia membra eius erunt vt solus ascendat.

¶ Quo ad tertium, Solum membris Christi per ipsum

esse salutem Psalmista insinuat, dicens; Quoniã illic mandauit dominus benedictionem. Gal. 3. In re benedicentur omnes gentes. Item: In semine tuo, quod est Christus. Et vitam (scilicet gloriæ) vsque in seculum, & hoc illic scilicet in ecclesiæ vnitate. Nam p crucem & mortem Christi, gratia nobis in baptismo confertur, in quo mortem domini repræsentamus. Non enim ascensio vel ingressus in regnum cœlorum fieri potest absq; fide & sacramentis dominicæ passionis. Vnde sequ. ⌊ Et sicut Moses exaltauit serpentem in deserto. (Num. 21.) ita exaltari oportet filium hominis. ⌋ Sicut illi, qui exaltatum pro signo serpentem æneum aspiciebant, sanabantur ad tempus a morte temporali, & plaga quam serpentium morsus intulerat, ita qui fide mysterium dominicæ passionis credendo, confitendo, syncerite imitando aspiciunt: saluantur in perpetuum ab omni morte quam peccando in animo pariter & carne contraxerant. 1. Cor. 10. Omnia in figura contingebant illis. Serpentes dæmonia, iacula ignita ad mortificandum, ictus & percussiones eorum, peccata, mors subsequens mors secunda, quam supplicium comitatur æternum. Aspectus serpẽtis fidem in Christum signat, qua saluamur, non in operibus sicut illi solo aspectu a morsibus saluabantur serpentium. Vnde dominus in cruce exaltari voluit, vt fide esset omnium animarum salus. ⌊ vt omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam. ⌋ Proinde non quæras, quid faciam vt habeam vitam æternam, aspice Christum in ligno pendentem. i. crede mortem eius esse vitam tuam, & salutem, & viues. Fac tamen quod iubet: quanquam non ex operibus tuis, sed ex fide Christi viues, & viua quidem fide, quæ mortua intelligitur quum ociosa est. i. quũ operari possis q̃ mandat & non operaris, aut contraria operaris. Nam fides signum operum non est, sed opera signũ fidei sunt. Iac. 2. Ego ex operibus ostẽdam tibi fidem meam. Fides sine operibus mortua est.

¶ De venerabili Sacramento.

CAro mea vere est cib⁹, ⁊ sanguis meus vere est potus. ⌋ Ioh. 6. Saluator noster q̃ exuberantem in fideles suos ostenderet charitatem, seipm in redemptionem per passionem, ac miro ineffabilique

modo, in Eucharistiæ sacramento in spiritualis vitæ nutrimentū dedit, vt redempti a peccatis, & refecti charismatibus diuinis, ad vitam proficiscerentur beatam, q̄re magna cum deuotione, tum reuerētia sumendus iste animæ cibus. Hinc Corinthios de abusu circa eius sumptionem increpauit, d. 1. Cor. 11. ¶Conuenientibus vobis in vnum] ad percipiendum Eucharistiæ sacramentum. q̄d fieri debet non tam consortio, q̄ glutino cordium [iam non est dominicam cœnam manducare] qualem ille cū suis egit. vnde subdit [vnusquis q; enim suam cœnam p̄ sumit ad manducandum] non expectatis cæteris. Nam quidam tantum ponebant ad consecrandum, & post resumebant, nec alīs non habentibus sinebant, vt inde etiam inebriarentur, alīs esurientibus: & sic mysticum istud cōuiuium, duplici nomine dehonestabatur; & quod per fastus diuitum pauperes fastidirentur, quos non fastidīt Christus; & q; cœna domini, crapula luxu q; polluueretur. [Et alius quidem esurit, alius vero ebrius est] Hic vnanimitatis Christianæ mysterium agit, nō ventris aut gulæ negocium, quod non in publico cœtu, sed priuatim in ædibus curatum oportuit. [Nunquid non domos habetis ad manducandum & bibendum] in quibus scorsum hæc agatis. [Aut ecclesiam dei contemnitis] publicam Christianorum congregationem, vel locum orationis. Esa. 56. Domus mea domus orationis est cunctis gentibus. [Et confunditis eos qui non habent,] q̄d offerant, erubescere facitis, q. d. Certe sic, licet non putetis. [Quid dicam vobis] in hoc facto [laudo vos?] oprarem quidem id vestro merito posse, & in alīs sane laudo [i hoc non laudo] quia non possum. Mores vestri isti, nimium dissonant ab illa cœna dominica, ad cuius exemplum oportet inter vos agitari sacra conuiuia. [Ego enim accepi a domino] non homine [quod & tradidi vobis] quare demiror qui ritus istos in vos inuexerint. Commendat hoc sacramentum ab autoritate instituentis, vt ad eius reuerentiam inducat. [Quoniam dominus Iesus] institutor sacramentorum non alius [in qua nocte tradebatur] a Iuda, imminente passione, ideo acceptius tenendū [accepit panem] ad literam. Mat. 26. Mar. 14. Luc. 22. [& gratias agens, fregit] s. post consecrationem, vnde

EPIST.

Mat.26. Accepit Iesus panē, bñdixit & fregit, nō corpus, sed species post consecrationem remanētes, [& dixit: Accipite & manducate, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur] id est, idem substantialiter. In quo tangitur vsus sacramenti huius, quod a fidelibus sumitur, vt Christo per augmētum gratiæ magis incorporētur, virtute enim diuina fit conuersio sustantiæ panis in corpus Christi verum, solis accidentibus remanentibus, ne caro sub propria specie (quod videtur horribile) a fidelibus sumeretur. Fit autem hæc conuersio subito in fine prolationis verborum, quia tunc habent sensum perfectum & effectum: efficiunt enim quod figurant. Vnde considerādum, quod hoc sacramentum perficitur in consecratione materiæ, non in vsu ipsius. Alia vero sacramenta non perficiuntur in benedictione materiæ, sed in vsu, sicut baptismus & confirmatio, non perficiuntur in benedictione aquæ & chrismatis, sed in ablutione & vnctione, cum determinatis verborum formis. [Hoc] quod me facere videtis [facite] post hac [in meam commemorationem] per hoc innuitur vsus huius sacramenti, in memoriam passionis & mortis. [Similiter & calicem postquam cœnauit] Post celebratum vetus pascha, dominus corpus & sanguinem suum discipulis suis dedit, vt ostenderet veteris testamēti sacramēta cessatura, & vt discipulorū memoriæ tenacius infigeretur, & ab ecclesia frequentaretur [dicens: Hic calix,] id est, contentum in calice [nouum testamentum est] id est, confirmatiuum noui testamenti [in meo sanguine] .i. effusione sanguinis mei in morte, sicut & in morte hominum testamentum confirmatur. Hebr. 9. Vetus testamentum, quod bona promittebat temporalia, confirmatum fuit per aspersiōem sanguinis victimæ brutalis (Exo. vigesimo quarto) Nouum vero quod promittit bona æterna sanguinis Christi effusione, vt dicit Apostolus hebræorum nono. Lucæ vigesimo secundo additur: Qui pro vobis effundetur. [Hoc facite quocienscunque sumitis, in meam commemorationem] & qualem declarat. [Quocienscunque enim manducabitis panem hunc & calicem bibetis,] non ventris negocium agetis, sed [mortem domini annunciabitis] id est repræsentabitis mystico ritu [donec veniat] iudi

caturus orbem. Vnde claret quod frequentatio huius sacramenti non deficiet vsque ad finem mundi. Matthæi vlti. Ecce ego vobiscum sum vsque ad finem seculi: non solum diuinitate, sed & humanitate in sacramento. ¶ Itaque quicunque manducauerit panem, vel biberit calicem domini indigne. ¶ Augustinus: Digne sumit, si tam de criminalibus pœnitet quam displicent venialia: & si fragilitate humanæ conditionis sciat se statim ad ea rediturum, Nullum peccatum venialè est dum placet quantumcũq; paruum, sicut mortale, si vere displicet, nullum iudicatur ¶ reus erit corporis & sanguinis domini. ¶ Siquidem res maxime mystica, pure ac reuerenter erat tractanda. Dicunt quidã, q; peccatores actu possunt accedere ad hoc sacramentum, sicut infirmus ad medicinam, sed non valet: quia sicut baptismus datur ad regenerandum in vita spirituali, sic Eucharistia ad nutriendum regeneratum, nihil autem nutritur nisi viuum, propter quod in sic sumentibus requiritur gratiæ vita. Adhibet ergo remedium, dicens: ¶ Probet autem seipsum homo ¶ Conscientiam examinando & emundando, ac proximo dimittendo. Nam si non dimittis, mentiris ei quem non fallis, dicendo: dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et sic bene sibi cõscius ¶ de pane illo edat & de calice bibat ¶ parꝫ bñ sibi conscius abstineat potius. Nã deuote accedendum, quia dñs gloriæ, vt gloriam videat reddere redemptori. ¶ Qui enim manducat & bibit indigne ¶ non dicit indignus: Quis enim vsquequaq; dignus ¶ iudiciũ sibi manducat & bibit ¶ condẽnationis s. Licet res sit salutifera corpꝰ & sanguis dñi, eo q; irreuerẽtur, & illoto animo tm̃ adierit mysterium non satis ppendẽs q̃to cũ tremore sumendũ sit corpus domini ¶ nõ dñudicãs corpus dñi ¶ ab aliis nõ discernens cibis, sed eodẽ mõ sumendo. Dabunt hi pœnas prophanati mysterñ, simul ac q; Christus aduenerit, quanq̃ & interim quosdã vrget pœna cõmissi ¶ ideo inter vos multi infirmi ¶ puniti infirmitate corpali ¶ & imbecilles ¶ lõga valitudine laborãtes, & dormiũt multi, añ diẽ morte corpali Sunt hæc exordia ac minæ q̃dam futuri iudicñ, ¶ Qd' si nosmetipos dñudicaremus ¶ añ sumẽdũ ¶ nõ vtiq; iudicaremur ¶ sic a dño. Sed pstat interim hic a dño iudicari, q̃ ne

illo die condemnari. ⌊Dum⌋ iudicamur sic a domino cor ripimur ⌋ non extinguimur ⌊vt non cum hoc mundo⌋ post in æternum ⌊damnemur⌋ ne quis sibi blandiatur, si indigne tractans hoc mysterium vegeto viuaciq; sit cor pore, &c. ⌊Cætera⌋ quæ ad hanc rem pertinent ⌊ quũ venero disponam.

¶Quum Iudæi litigarent ad inuicem, dicentes: Quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum? nimirum carnaliter intelligẽtes, sicut & cætera domini verba, ostendit dominus veritatem simul & vtilitatem corporis sui in sacramenti sumptione. In il.t.d, i.d. ſ. Et turbis Iudæorum.

¶Audiuimus inexplicabilẽ diuinæ bonitatis abyssum, qua genus humanum per primi parentis præuaricationem morti obnoxium, per incarnationis & passionis mysterium saluauit, ſſ. illuminans & inflammans: in hodierno ostendit euangelio Saluator, quamuis cœlum conscenderit, in eximiæ dilectionis signum, etiam corporali p̃sentia suis ad corroborationem vegetationemq; spũs se adesse, & in cibum præbere.

¶*Primum*: Tota veritatis approbatio, in principio.

¶*Secundum*: Viuifica vnitatis operatio, ibi. qui manducat.

¶*Tertium*: Zelosa sublimitatis contemplatio, ibi

¶Quoad primum: Diuini magnificentiam opis p̃s. admirans, ait; Magna opera domini. Patet in rerum productione, & earum conseruatione, quæ non p̃nt ad plenum inuestigari nisi ab ipo. Simil'r opus redemptiõis, cui' memoriale Sacramentum est Eucharistiæ, quod opus mirabilissimum, quorum omnium ratio nulla alia nisi diuinæ bonitatis beneplacitum, vnde sequitur. Exquisita in omnes voluntates eius; Hinc Apostolus admirabundus ait; O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quã incomp̃hensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Rom. 11. Augus't. Nihil superat voluntatem dei, qui & si non vult vt pecces, non tamen prohibet. Si vult parcere pœnitenti, vult & impœnitentem punire, ita de homine semper deus implet voluntatẽ suam, quia nihil operatur homo, de quo deus non faciat quod vult. Ideo seq. Confessio & magnificẽtia opus eius. Hier. Gloria & de-

cor, quia laudabilia & decora sunt, quæ facit & maxime in Sacramento Eucharistiæ, iustitia eius manet in seculum seculi. Voluntas enim ipsius regula est iusticiæ quam & ostendit dando quod promisit. Vnde seq. Memoriam fecit mirabilium suorum, passionis, & futuræ glorificationis, misericors & miserator dominus escam dedit timentibus se. Esca panis est qui de cœlo descendit, quem nullus meruit, sed misericordia dedit. Quod si huic vitæ tantum dedit, vt peccator iustificandus, verbum caro factum acciperet, quid in futura glorificatus accipiet? ⌊Caro (inquit) mea vere est cibus & sanguis meus vere est potus ⌋ Mira res ita ne dominus & creator omnium nobis vermiculis seipsum dedit in cibum, quando hoc capere potest mens humana? Sed Apostolum audiamus, 2. Corin. 3. Litera occidit spiritus autem viuificat, &. 10. In captiuitatẽ redigẽtes omnem intellectum in obsequium Christi. Carnaliter enim exponentes quę a Christo dicebantur, offendebantur, Vnde & dixerunt. Iohan. 6. etiam ex discipulis suis: Durus est hic sermo. cũ quis potest eum audire. Nam sermonem domini ad literam acceperunt secundum sensum carnis, suamq; intelligentiam, q̃ inepta erat & insulsa. Sed vox sola sensibilis non est sermo sine sensu dicentis: sensus autẽ domini dicentis non erat sensus carnis, sed spiritus, & hic sublimis & vetæ diuinus, & hic durus non erat sed maxime credibilis & verus, Vnde vt ipsum cognoscerent iam intra ipsos esse: qui intima ipsorum et intimos cogitatus cognoscret & si ipsos, ipsis solis reluctantibus non viuificaret murmur ipsorum aperuit, dicens. Hoc vos scandalizat, scilicet quod dixi me de cœlis descendisse, et carnẽ meam verum esse cibum, &c. Quid ergo si videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius? quasi dicat, Credetis ne tunc verbis meis. Hoc in ascensione factum est, & maxime fiet in finali iudicio, vt omnes intelligãt verissima ipsius fuisse verba. At mox aperuit eis mysterium, sacrãque verborum suorũ intelligentiam. Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam. Augustinus super Iohannem. O domine magister bone, quomodo caro nõ prodest quicquam, cum tu dixeris: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non ha

bebitis vitam in vobis? Iohannis. 6. An vita non prodest quicquam, & ppter qd sumus ꝙd sumus nisi vt habeamus vitam æternam quam tua carne promittis? quid ergo est caro non prodest quicquam? sed quomodo illi intellexerunt. Carnem quippe sic intellexerunt, quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello venditur, non quomodo spiritu vegetetur. Proinde sic dictum est caro nō prodest quicquam, quomodo dictū est scientia inflat, 1. Cor. 8. Iā ergo debemus odisse scientiam? Absit, & quid est scientia inflat? sola sine charitate, ideo adiunxit charitas ædificat. Adde ergo scientiæ charitatem & vtilis erit scientia, non per se sed per charitatem. Sic ergo caro non prodest quicquam, sed sola caro, accedat spiritus ad carnem, quomodo accedit charitas ad scientiā? & prodest plurimum, hæc ille. Talem ergo carnem quæ caret spiritu nō prodesse ad refectionem animæ dicit, sed Christi caro talis non est, sed semper spiritui conjuncta, atque ita spirituales reddit qui ea vescuntur. Sed quemadmodū dominus ex. Esai, 7. dixit Iudæis. nisi credideritis non intelligetis. Vnde Iudæis modum quærentibus quomodo possent carnē suam manducare, non indicauit modum, sed discipulis qui crediderant, nihil tamen quærentibus modum ostendit, nimirum cum panem benedictum fregit & dedit eis dicens Accipite & manducate hoc est corpus meum. Similiter & calicem. Mat. 26. Oportet ergo nos (cum audimus: Caro mea vere est cibus) indubitatam retinere fidem & non quærere quo pacto. Nam animalis homo, id est, qui sequitur cogitationes humanas & animales, non est capax eorum quæ sunt super naturam, & spiritualium, atque ita spiritualem esum carnis dominicæ nō intelligit. Vides infantulum aquis immergi paucis resencitis verbis, sed ꝙdo aut sensus aut ratio te docet, animam illius intrinsecus expiari, huic profecto credulitati & sensus & ratio reluctantur, donec certa persuasio de verbis Christi concepta, per donum ipsius, hoc ipsum nobis clare testatum sit. Quamobrem sicut Paulus de Abraham tradidit, quod ille ad promissionem dei nihil hæsitauit ob incredulitatē, sed robustus factus est, tribuēs gloriā deo certa psuasione accepta, quia is qui promiserat idem potens esset & præstare. Sic & cuiuis alteri faciēdum censeo, quisquis

is fuerit qui vestigijs fidei Abrahæ meditatur incedere, fidem firmam Christi verbis adhibeat, nec hæsitet quicquam illum abunde præstare posse, qd affirmarat, nimirū in hoc sacramento verum ipsius corpus esse, atq; ita Christo gloriam dabit. Sed audiamus ipsum loquentem: Caro (inquit) mea vere est cibus. Vere non vmbratice sicut manna. Item quia reficit animam quæ est immortalis. Hic enim cibus solus immortales facit. Iohannis. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die, vnde & comminatur. Amen amen dico vobis, nisi mā ducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis. Quid clarius dici potest, vnde & pollicitus fuit dicens: Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita, hæc omnia indicant necessitatem edēdi Christum corporaliter. Quod enim Christus panem suæ carnis se daturum sit pollicitus, comminatus quoque sit adeo vehementer qui carnem suam non ederent nec sanguinem biberent, tanta rursum & tam ingentia promittēs his qui pie manducauerint & biberint, plane conuincit veram carnem eius & sanguinem esse, quę postea discipulis sub specie panis & vini i cœna porrexit: Et rursum hæc donatio pariť & assertio carnis & sanguinis sub specie panis & vini cum illis minis & allectamentis prorsus infert illam priorem pollicitationem ad hanc præsentiæ corporis exhibitionem omnino pertinere. Potest autem dici non iniuria cibus corporalis vel spiritualis. Eadem quippe caro quæ pro nobis in cruce fuerat immolata, realiter in os nostrum sumitur & a nobis editur & transglutitur in sacramento, citra transformationem in nostrum corpus. Matthæi vicesimo sexto: accipite & comedite, hoc ē corpus meum, & sic corporalis manducatio dici pōt. Sed quia nullā a dentibus nris iniuriam patiť, nec; cæterarū more escarum cōuertitur in corpris nostri substantiam sed nos magis in se vertit, ideo non iniuria spiritalis cibus & manducatio appellari potest. Nam & Paulus corpora nostra spiritualia post resurrectionem asserit futura, quāquam autem nihilominus corpora vera.

¶Quo ad secundum. Dicit Psal. Memor erit in secu-

lum testamenti sui, noui scilicet cuius sanguis ipsius con firmatiuus fuit. Matth. 26. Hic est sanguis meus noui testamenti qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum, cui nullum aliud succeder. Virtutem operū suorum annunciabit populo. Nam Christus per se apostolis apostoli vero ecclesiæ virtutem operum ipsius & maxime in hoc sacramento annunciaucrunt, vt patet in euangelio & actis apostolicis, & quæ sit illa virtus subdit. Vt det illis hæreditatem gentium, id est, vitam beatam, primæ Timo. 2. Qui vult oēs homines saluos fieri. Digna enim huius sacramenti perceptio, Christo perfecte unit & per consequens vitam perpetuam administrat. Vnde signanter dicit populo suo propter indigne sumentes. Vnde sequitur: ⌊ Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo ⌋ id est, vnitur mihi tanquam principio viuificatiuo quod dat vitā, & per consequens habet vitam spiritualem. Contemperatio sit noua & super rationem, ita vt sit deus in nobis & nos in deo. Non audis terribilem auditum, non deum nudum manducamus, tangi enim nequit, quia incorporeus est, & neq; oculis neq; manibus apprehendi potest. Iterum nudi hominis caro nihil prodesse potest, sed quia deus vniuit sibi carnem secundum ineffabilem contemperationem, viuifica est caro, non q̄ in dei naturam trāsierit. Quid hæc mansio operetur ostendit, dicens: ⌊ Sicut misit me viuens pater ⌋ quia est vita per essentiam ⌊ & ego viuo propter patrem ⌋ inquātum deus, quia procedit ab eo accipiens eandem vitam quam habet pater Ioh. 5. Sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso. Inquantum homo vnitur supposito procedenti a patre: quam vnionem concomitatur plenitudo gratiæ q̄ est spiritualis vitæ origo, & codē modo nos inquantum per sacramētum eucharistiæ vnimur deo viuimus spiritualiter. Sequitur: ⌊ Et qui manducat me & ipse viuet propter me. ⌋ Auguſt. Vt viuam ex patre mea exinanitio facit: vt ipe viuat propter me q̄ manducat me, ptcipatio facit, sicut membrū cōiunctum corpori viuit, disiunctum non. Cyrillus: Quando igitur saluatoris caro, verbo dei (quod naturaliter vita est) coniuncta, viuifica effecta est, quando eam comedimus tunc

vitam habemus illi coniuncti, q̃ vita effecta est. Quod suo tactu, corrupta redintegratur, quando filium viduæ tactu suæ carnis suscitauit, quomodo non viuemus qui carnem illam gustamus & manducamus. Nec velis iudace quærere quomodo, sed recordare quãuis naturaliter aqua frigidior fit, aduentu tamen ignis frigiditatis suæ oblita æstuat, hoc sane modo etiam nos, quamuis ꝓpter naturam carnis corruptibiles simꝰ, participatiõe tamen vitæ, ab omni imbecillitate nostra reuocati, ad proprietatem illius ad nutum reformamur. Nec pudet ex tarditate mentis suæ Iudæus inaudita nobis excogitata esse mysteria. Videbit enim si attentius quærit hoc ipm a Mosis temporibus per figuram semper factitatum fuisse, quid enim maiores eorum ab ira ægyptiorum liberauit, quando mors in primogenita Aegypti sęuiebat? Nõne omnibus palam est, quia diuina institutione perdocti, agni carnes manducauerunt, & postes & superliminaria sanguine perunxerunt, propterea mortem ab eis diuertisse? Pernities namq; i. carnis huius mors aduersus genꝰ humanum, propter primi hominis transgressionem furebat. Terra es & in terram reuerteris. Gen. 3. (propter peccatum) audiuimus. Verum quoniam per carnẽ Christus atrocem hunc euersurus erat tyrannum, propterea apud priscos id mysterium obumbrabatur, & omnis carnibus atq; sanguine sanctificati, deo ita volente, pernicicm effugiebant. Cur igitur turbaris o Iudæe præfiguratam veritatem iam videns. cur inquam turbaris? si Christus dixit nisi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis, quum oporteat mosaicis te legibus institutum, & priscis vmbris ad credendum perductum hæc mysteria ad credendum paratissimum esse. Hæc ille. Ex præsentia in hoc sacramento discere palam licebit, quam chari simus Christo nostro, quum ipse nostri gratia seipsum præsentem exhibeat, quod & facit quum ob alias, tum ob tres potissimum rationes. Prima, vt non desit nobis quod offeramus acceptabile sacrificium, quo nobis resipiscentibus conciliatum & placatũ certo sciamus patrem, & hoc certe tanti & tam excellentis est momenti vt si nihil aliud esset, id vel solum sufficeret vt in eius amorem accenderet gelidissima corda nostra.

Nam per huius oblationem, participes euademus ipſius ſacrificij quod olim pro nobis immolauit in cruce quod certe non eſt aliud ab iſto ſed re prorſus idem. Illud ſemel factum eſt, vt nos qui per iſtud ſacrificamur certo cõ fidamus nos conſummationem & perfectionem illi⁹ quadam tenus eſſe conſecutos. Chryſoſtomus ſuper, 2. Tim. 3 Volo quidem adijcere plane mirabile, & nolite mirari neq; turbemini, quid vero eſt iſtud? Sacra ipſa oblatio, ſiue Petrus, ſiue Paulus, ſiue cuiuſuis meriti ſacerdos offerat, eadem eſt quam Chriſtus dedit diſcipulis, quamq; ſacerdotes modo conficiunt, nihil habet iſta quam illa minus. Cur id eſt, quia non hanc ſanctificant homines, ſed Chriſtus, qui ante ſacrificauerat, quemadmodum enim verba quæ locutus eſt Chriſtus eadem ſunt quæ ſacerdotes nunc quoque pronunciant, ita & oblatio eadem eſt (& infra) Et hoc igitur Chriſti corpus & illud ē, qui aut ē hoc illo minus habere aliquid putat ignorat Chriſtum eſſe qui nunc etiam adeſt & operatur. Altera vt hoc ſacramentum ſit nobis mutuæ dilectionis confœderatiuum, non ſignificatiuum ſolum. Significat quippe, Auguſt. teſte, ſpecies illa panis & vini communionem charitatis inter Chriſtianos eſſe debere, vt ſicut ex multitudine granorum panis, & ex vuarum multitudine vini liquor vnus profluit, ita Chriſtianorum vniuerſa multitudo ſibi inuicem mutua dilectione ſolidiſſime connectatur, ac vere fiat corpus vnum. Cæterum quoniam hanc vnionem potiſſimum præſtat, & efficit vnitas capitis, idcirco Chriſtus huius corporis caput præſens eſt in hoc ſacramento, vt non modo ſignificetur iſta communio verumetiam efficaciter præſtetur his qui ſe digne præparant. Nam vt a capite nerui ſuam originem ſortiuntur quibus tum caput ipſum membris, tum membra ſingula mutuo ſibi colligãtur, ſic ab hoc capite Chriſto, nerui charitatis diffunduntur, per huius ſacramenti ſumptionem, ad ſingula membra ſpiritusq; Chriſti transformat, viuificat, & connectit ea, tam inter ſe, quam ipſi capiti per eſum ipſius corporis, & ſanguinis potationē. Tertia, vt ſit nobis in eo tanq̃ cibus viuificans & corroborans totũ hoiem. dũ in hac valle miſeriarũ pegrinamur, vt in illius eſcæ fortitudine valeam⁹ tandē ad cæleſtē illũ montē puenire. Nã

cibus iste non ad similitudinem cuiuslibet cibi communis vertitur in substantiam corporis nostri, sed nos magis vertit & incorporat Christo, nimirum vt simus vnum cũ illo substantialiter. sicut & ille vnum est cum patre substantialiter, & sicut pater fons vitæ vitam ipsam communicat Christo, ita & nobis vita communicetur a Christo per esum huius cibi, sicut ipse testatur. Sicut misit me viuens pater, &c. At istud dices, fides abunde præstat. Sed patres id negant. vt patet ex Hilarii sententijs, li. 8 de tri. Quod si fides id posset p̃stare, incertum tñ est an eos se credere putant tantam habeant fidem q̃ sufficiat. Quamobrem vt tolleretur eis scrupus. & vt hac de re certiores redderemur, necesse fuit eiusmodi sacramentum nobis fuisse donatum Accedit huc q̃ nemini tanta contingit fides qn augeri queat, vt tam ꝓpter eius augmentum q̃ incrementum charitatis & gratiæ nunq̃ frustra susceptur⁹ est hoc sacramentum q̃tumcunq; fide quis abundauerit. Qui ergo hoc sacramentum accipit, viuit eo, non vt sacramento sed vt veritate sacramenti ad augmentum gratiæ, mõ si adsit fides. Atsi non adsit, ad iudicium sibi manducat, & bibit, non dijudicans corpus dñi, non spñaliter, sed solũ sacramentaliter sumendo: & sacrum fidei signũ sumendo mentitur deo. Et qa iam iudicatus manducat & bibit, Iohan. 3. q non credit iam iudicatus est, qa nõ credit in noie vnigeniti filij dei, ideo ad augmentum iudicij sibi mãducat & bibit. Ideo scite apostol⁹ admonet, 1. Cor. 11. Probet aũt seipsum hõ, ha c ꝓbatio maxime in fide est, nã fides si adsit, fides dico viua. & secũ q̃ teneat charitatem trahens, ꝓbatus est: & si sic accedat & edat hoc ad augmentum gr̃æ attentat, & est in eo sacramentalis mãducatio & bibitio, signum verax & efficax veritas, & in filio dei manet, & prius & nunc, sed prius per fidei veritatem, nunc autem & per fidem & per augusti⁹ & sacrosancti signi veritatem, & filius dei manet in illo.

¶Quantum ad tertium, dicit Hilarius: Opera mar um eius (maxime in hoc sacramento) veritas & iudicium Veritas in redemptione & impletione figurarum. Iudicium in retributione meritorum. Veritas, quia in hoc sacramento vere continetur corpus Christi, & veritas vitæ datur digne sumentibus. Iudicium indigne sumenti-

bu mortis, vitæ digne sumentibus, quia ⌊Hic, inquit, est panis qui de cælo descendit. Ideo habet efficatiam viuificandi quod non habet manna, sequitur ⌊non sicut manducauerunt patres vestri manna & mortui sunt ⌋ ideo non fuit vere cibus cælestis, sed tantum figura eius: quia vitam spiritalem non dabat, sed eam dari in sacramento præfigurabat. Notandum quod saluator triplicem. Ioh. 6. panem distinxit. Primus, Manna quod Coriandri similitudinem præ se ferebat, de quo dixerunt Iudæi. Patres nostri manducauerunt manna in deserto, sicut scriptum est. Psalm. 77. Panem de cælo dedit eis manducare, quasi dicerẽt: In hoc quod pane terrestri cibasti illam multitudinem. s. qn̄q; milium virorum, non magnum quid operaris. Moses enim maius fecit, omnem Israel pane cæli sacians quadraginta annis. Quibus respondit dominus: Amen amen dico vobis, non Moses dedit vobis panem de cælo. Exod. 16. ait dominus ad Mosen: Ecce ego pluam vobis panem de cælo. Et Moses ad populum. Iste est panis quem dedit vobis dominus ad vescendum. Non ergo Moses vt isti falso dicebant dedit sed dominus. Secundꝰ verbum dei quod similitudine carnis peccatricis obtegebatur. Hunc dominus dixit Iudæis a patre fuisse donatũ. Pater meus dat vobis panem de cælo verum. Panis enim verus est qui de cælo descendit, & dat vitam mundo, & vitam quidem æternam. Audientes Iudæi hoc dixerunt. Domine semper da nobis hunc panem. Quibus ipse respõdit, ostendens quis esset ille panis verus. Ego sum, inqt, panis vitæ. Qui venit ad me nõ esuriet, & qui credit ī me non sitiet in æternum, & infra. Ego sum panis vitæ, patres vestri manducauerunt manna in deserto & mortui sunt. Hic est panis de cælo descendens, vt siqs ex ipso mã ducauerit non moriatur. Ego sum panis viuus qui de cælo descendi. Et vere quia manna solum figura fuit, nõ enim viuificabat vita æterna, siquidem patres qui illud manducauerunt in deserto mortui sunt. Habebat tamen manna cum vero pane multas similitudines vt claret. Exod. 16. Illud e cælo aereo. Illud de cælo æthereo. Egrediebatur quotidie populus mane ad istud colligendum, nos ꝙtidie præuia luce fidei colligere debemus istum. Illud gloria domini appellabatur in figura. Iste gloriã do

mini est in veritate. Qui ex illo plus colligebat nequaq̃ plus habebat, neq; qui minus minus, sed quisq; quod sibi sufficiebat, sic iste non vni plus & alteri minus, sed omnibus & singulis plena est sufficientia. Qui illud ante sabbatum pro sabbato non collegerat, nihil sabbato inueniebat. Qui etiam in hac vita non sibi parauerit istum cibũ in sabbatum æternitatis, nihil inueniet in altera. Candidum illud erat. Iste candor lucis æternæ, dealbans peccata & nos sanctificans suo candore. Gustus illius vt similæ cum melle. Istius in hoc mundo vt tritici, in altero autem omnis dulcedo & incomprehensibilis sapor. Illud reseruatum est Hebræis in tabernaculo in memoriam. Iste Christianis solus reseruandus est in memoriam viuificationis nostræ æternam, vsq; ad mundi consummationem. Ergo iste est panis vitæ de cælo descẽdẽs, qui dat vitam mundo quæ nunquam interit, & hæc est vita spiritꝰ. Tertius, ipsa caro Christi, sed similitudine panis velata. Iohan. 6. Et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Hoc mysterium passionis aperit, in qua carnem suam dedit pro mundi vita, sed & sacramentum in illa passione est institutum. Istum panem obtulit deo patri in altario crucis pro reconciliatione (& quod maius est) ꝓ viuificatione mundi, & in sacramento istum eundem iugiter, nobis memoriam illam recolentibus, offert deo patri. Vnde & hoc sacramentum est monimentum ineffabilis & supereximię charitatis, qua & carnem suam dedit pro mundi vita, sequitur. ⌊ Qui manducat hunc panem viuet in æternum. ⌋ Cirillus: Quoniam corpus Christi viuificat & ad incorruptionem reducit sua participatione, quum sit ipsius vitæ corpus & ipsius incarnati verbi quo vniuersa viuunt, & sunt, virtutem complectatur, quod si tantas vires huius carnis communicatio nostræ carni tribuat, vt eadem in nouissimo die resurrectura sit, quis hoc ceu tenue fomentum existimabit. Veruntamen ita carne Christi carnem nostram alimentiquam putamus, vt ipsa more cæterarum carnium a nobis digeratur, sed magis ad similitudinem auri gemmarumque & margaritarum, quæ fomentum præstant corporibus citra sustantiæ suæ conuersionem vllam. Vbiq; vitæ memĩnit & crebro, quia nihil ita suaue hominibus vt res illa.

si ergo dominus quadraginta annis sine messe & semente pauit homines, & vitam illorum conseruauit, multo magis nunc conseruabit nostram spiritualem, meliori pane dominus carne sua, quæ absq; semine viri ex virgine constituta est.

HOc facite in meam commemorationem. Luc. 22. 1. Petr. 4. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei. Vnicuique enim nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Eph. 4. (De plenitudine enim eius omnes nos accepimus Iohan. 1.) propter quod dicit: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, non terrena sed cælestia & e cælo. Quod autem ascendit, quid est nisi quia descendit primum in inferiores partes terræ. Qui descendit (se humiliando) ipse est & ascendit super omnes cælos: vt adimpleret omnia, cælestibus scilicet donis. Et ipse quidem dedit quosdam apostolos, principes & auctores euangelicæ prædicationis, quosdam autem prophetas, qui Mosaicæ legis norint inuolucra explicare, quosdam euangelistas, euangelium apostolorum vice circumferentes, quosdam pastores ac doctores, velut episcopos qui pabulo sacri sermonis ac saluti vitæ exemplo pascant gregem, atq; inter cæteros, alios aliis doctibus instruxit, vt ex his omnibus in vnum collatis cõsummaretur sanctorum cœtus sic instructus ad omnem officij functionem, ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. Vt scilicet perfectum Christi corpus omnibus suis membris co augmentum, sic interim mutuis præsidijs foueatur, & mẽbrum validius imbecilliori morigeretur, & imbecillius ad robustiorum exemplum enitatur, 1. Corin. 12. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Nam ad mutuæ charitatis fomentum, non omnibus omnia, sed singulis singula largitur dona, ad vtilitatem non propriam tantum, sed communem, & vt humilitatis in nobis virtus conseruetur, videndo nos & proximorum subsidio indigere, ac sic mutuis nos officijs subiicuemus. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia

autem membra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alteri us membra, habentes donationes secundum gratiam quæ data est nobis differentes. Quisquis ergo suam dotem, siue præclara contigit siue mediocris, pro sua portione conferre studeat in totius corporis commodum, posteaquam semel insiti Christo capiti, ceu conflati sumus in vnum corpus spirituale. Ab hoc enim capite omnium viuacitas fluit membrorum, ad cuius conseruationē carne & precioso sanguine nos cibat. Notantur tria præmissis in verbis.

¶Primum, Certa officij institutio, Ibi: Facite.

¶Secundum, Diuina mysterij operatio. Ibi: Hoc est corpus.

¶Tertium, Eximia beneficij repræsentatio. Ibi: In meam commemorationem.

¶Quo ad primum Psalmista admirabundus ait: Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus. Quis enim maior honor, quam ex omni mundo electos secretorum magni concilij angeli conscios esse, & potestatim accipere non solum super corpus Christi mysticum, sed & verum, ideo Apost. 2. Cor. 3. Qui nos idoneos fecit ministros noui testamenti. *Idoneitas illa prouenit ex gratia & per gratiam. Sufficientia enim nostra ex deo est.* Cui enim datur *potentia ad aliquem actum* (vti apostolis in cœna consecrādi potestas *data* est, quum Christus diceret: Hoc facite *in meam commemorationem*) datur & virtus exequendi id quod est potentiæ muneris siue actus. Consecratione autem functio datur ordinis, sitq; potestas super corpus Christi verum: quare dabitur ei & gratia, cui hoc muneris delegatur, vti. s. eodigne perfungatur. Vñ Christus non ante discipulos in sacerdotes ordinauit, q̃ pedes lauerat, significans nimirum animæ mundiciem, eorum qui sacris initiantur a cælesti numine præstari, huc pertinet quod dicitur Deut. 32. Dei perfecta sunt opera. Hinc Paulus prohibuit Timotheo ne cito cuiquam manus imponeret, vt scilicet seligeret antequam institueret & initiaret, ne. s. spiritussancti donum quod per manus impositionem conferebatur, conferret in indignum vnde, 1. Timotthe. 4. dicit: Noli negligere gratiam quæ data est

tibi cum prophetia, cum impositione manuum presbyterij, Et alibi, secunda Timotheum. 1. Admoneo vt resuscites gratiam quæ in te est per impositionem manuum mearum. Firmatur id facto apostolorum, dum sanctus Paulus & Barnabas segregarentur in opus ad quod assumpsit eos spiritus sanctus, non antea dimissi sunt quã impositis manibus, qua impositione gratia vel augebatur vel recens dabatur. Actuum. 13. Hinc. 20. Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos, regere ecclesiam dei, quam acquisiuit sanguine suo. Audis hic spiritum sanctum posuisse episcopos, ergo gratia & libertas, & charitas. Hinc Christus, non antea fecit apostolis potestatem absoluendi & retinendi peccata, quam insufflando spiritum sanctum dedisset. Iohann. 20. Accipite spiritum sanctum, & cætera. Verum quod tunc præstitit apostolis: id præstatur dum sacris initiãtur horum successores, qui sunt episcopi. sacerdotes, & cætera teste Dionysio Areopagita in ecclesiastica hierarch. Stat ergo assertio qua dicimus gratiam spiritus sancti in ordinis sacramento dari, qua digne iusteque ac synceriter põtifex noui testamenti offerat dona & sacrificia. Hebræorum. 5. *Sitque medius inter deum & populum, suisque p̃cibus peccata populi comedat. Idem tropis & figuris veteris claret testamenti. Nam omnia in figura contingebant illis*, 1. Corinthi. 10. *Et vmbram habuit lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem.* Hebræo. 10. Sed cõstat veteris testamenti sacerdotes & pontifices sub consecratione sanctificatos, ergo & noui, qui non iam in Mose, sed in Christo baptizantur. Probatur id Exod. vigesimo octauo vbi deus sic ait Mosi: Aaron & filios eius vnges & sanctificabis eos, vt sacerdotio fungant mihi. Hinc Esa. clamat. 52. Mundamini qui fertis vasa domini, Hæc vtique de quibus Nume. 4. s. Arca domini, tabernaculum fœderis, & id genus alia, quibus vmbraticus ille populꝰ & cultus ornatus erat. Verum hæc noui testamenti ministri multo consummatius, multoq; expressius adhibent, dum arcanis illis ac mysticis vasis, non manna illud vetus quod corrumpitur, sed ꝟum illud Christi corpus circumferunt, quare q̃d sacerdotibus veteris testamẽti concessum est, id nullus vere orthodoxus ambigit concedi

noui testamenti sacerdotibus, quando idem dominus diues est in omnes qui inuocant eum. Rom. 10. Quando idē dominus iustus & iustificans suos, maxime ministros q̄s sacris altare altaribus vult, nisi obicē ponant peccati aut criminis, q̄ minus digni sint q̄bus gratię donum contingat. Vt ergo non omnes ad carnale sacerdotium Aaronicum vncti sunt Iudæi, ita neque omnes Christiani ex æq̄ sacris mysteriis deputati sunt. Inquit enim Paulus Ephe. 4. Deus quosdam, &c. moxq; infert ad quid dati sunt, ad consummationem mysteriorum. in opus ministerij. Itēq; 1. Cor. 12. Diuisiones ministrationum sunt idem autem dominus, & Rom. 12. Habentes donationes secundū gratiam quæ data est nobis differentes, siue ministerium in ministrando: Et. 2. Cor. 5. Legatione pro Christo fungimur tanquam deo exhortante per nos. Audis vbiq; diuisiones esse ministrationum. Accedit quod Christus in cœna non omnes in sacerdotes consecrauit, sed duodecim illos cum quibus cœnam illam celebrauit. (Luc. 22. Et facta hora discubuit, & duodecim apostoli cum eo) quibus & potestatem fecit, non solum super corpus illud mysticum quod est ecclesia, sed etiam super verum corpus ei⁹ & sanguinem. Constat ergo sacerdotium ecclesiasticum in eos tantum conuenire, qui per impositionem manuū ad hoc munus sunt delecti, idq; autoritate pontificum, q̄ apostolorū vice funguntur: horum est sacras litare hostias, mysticum frangere panem, atq; delegata autoritate vulgus indoctum docere, pascere, corrigere, coercere rebelles. 1. Pet. 5. Pascite qui in vobis est gregem dei, sed q̄ cibo nisi verbo. Matth. quarto. Nō in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Item eo de quo dominus Iohan. 6. Caro meavere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Proinde facto apostolorum id probatur, qui non omnibus passim cœlestis philosophiæ mysteria concrediderūt. Proinde nec Christus, quem ceu exemplar apostoli imitati sunt; quandoquidem non aliās ausi sunt euangelico negocio deseruire quam mittantur. Iohann. 20. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Hinc Paulus toties se apostolum, id est, missum & vocatum dicit. Hinc & Matthias sorte delectus est, vt ministerio fungeretur. Actu. 1. Sic Paulus Timotheum & Titum

episcopos instituit, sic ipsis cæteros instituendi potestatem fecit. Tit. 1. Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt quæ desunt corrigas & constituas presbyteros per ciuitates, sicut constitui tibi. Quibus omnibus liquet, quod vt diuersi sunt gradus, dona, & ordines: ita & diuersis incumbit ordinis exequutio, nec omnibus omnia, sed singulis singula munia designata sunt. Præter sacerdotium illud externis cæremoniis insigne & varie obumbratum, est & aliud q̃ddam internum, quo homo seipsum totum in holocaustum offert deo, q̃ omnes fideles quã veteris tũ noui testamenti initiati sunt, de quo Exo. 19. Si audieritis vocem meam & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis (mea est enim omnis terra) & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, gens sancta. Et. 1. Pet. 2. Vos autem gens sancta, populus acquisitionis, regale sacerdotium. Apoc. 1. Qui fecit nos deo nostro regnum & sacerdotes. Exigit hoc sacerdotium, vt exhibeamus corpora nostra hostiam sanctam, viuentẽ, deo placentem, rationabile obsequium nostrum. Roma. 12. Hoc ex æquo omnibus est commune qui in CHRISTO sunt, quare omnibus licet spiritales hostias offerre, mactare brutales affectus animi, Christoq; iugiter sacrificium offerre.

¶ Quo ad secundum Psal. ait: Fidelia omnia mandata eius (eis qui implent nec diffidunt promissis). Confirmata in seculum seculi. Marci vltimo; Illi autem profecti prædicauerunt vbiq;, domino cooperante & sermonem confirmante, sequentibus signis. Facta in veritate, quia omnia implentur: & equitate, quia omnia cum libra iusticiæ. Maxime de sacrosancto Eucharistiæ sacramento, vnde subdit: Redemptionem misit populo suo. i. filiũ qui imminente passione instituit hoc sacramẽtum memoriale ipsius. Mandauit in æternum testamentum suum. Non enim alia succedent nouæ legi, cuius sanguis Christi confirmatio fuit. Matth. 26. Hic est sanguis noui testamenti. 1. Corinthi. 11. Hic calix nouum testamentum ẽ in meo sanguine. Mandauit autem apostolis facere quod ipse, dicens: hoc facite. Sed quidꝫ. Corinthio. 11. Ego enim accepi a domino q̃d & tradidi vobis, q̃niam dominus iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem & gratias a-

gens (Matthæi vigesimo sexto, & benedixit) fregit & dixit: Accipite & manducate, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine (Matth. 26 Hic est sanguis meus nouit testamenti. qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.) Hoc facite quotiescunq; biberis, in meam commemorationem. Claret ergo quod Christus non panem, sed corpus suum sacrosanctum tradidit Apostolis, sicut & omnes testantur euangelistæ, vnde liquet satis posteaquam verba sacræ cõsecrationis a sacerdote sunt prolata, non panem sed corpus esse Chri atq; ita veram transsubstantiationem post vltimum verborum instans vbi completur sensus. Minister enim altaris non suapte virtute corpus sanguinemque Christi administrant. 1 Pe 4. Qui ministrat tanquã ex virtute quam administrat deus. Ipse enim adest sacris verbis, modo adsit legitimus minister, forma præscripta, fides ecclesiæ, materia. Eliditur ergo error eorũ qui inficiantur conuersionem, qui sacramentum alterius negãt. Ex quibus expostulare velim. Verba Christi quibus ipsa consecratio conficitur, hoc est corpus meum, & cætera efficiunt aliquid vel nihil. Si aliquid tum id quod præ se ferunt, nempe præsentissimum esse corpus Christi & sanguinem, atque ita præiacentem materiam quo ad substantiam desiisse, solasque species remansisse, si adest, vt est, iam non solum erit signum, non solum memoria, sed etiamnum præsentissima & ipsissima veritas. Sin nihil efficiunt, mentitus est Christus qui dicit, hoc ẽ corpus meum Neq; enim frustra pronunciatur. Vnde Matt. 5. Amen dico vobis non præteribit nec apex nec iota a lege, donec omnia fiant. Efficiunt igitur verba a ministro prolata legitimo ritu, non in signo, nec in sola memoria. Quanquam tota missa sit memoria totius mortis Christi, id quod & sequentia verba indicant, nempe illa de corpore, quod pro vobis tradetur. Itemq; qui pro vobis effundetur, quæ non de signo aliquo, sed carne & sanguine Christi intelliguntur. Illa enim sunt quæ pro totius humani generis redemptione tradita sunt ac oblata.

Id ita esse probant articuli duo videlicet hic, qui sangui

nem, & hoc qui corpus non panem demonstrant. Si panis remansisset cum corpore Christi, euangelistæ q̃ scripserunt græce articulum posuissent qui referretur ad panem, nisi conscij mentis dominicæ voluissent admonuisse Christianos, articulo corporis, Christum non panem communicasse discipulis sed corpus. Nam alioqui poterat dicere non hoc, quod exponeretur, id est hic, sed ante potius hic panis est corpus meum, quo sermone docerentur discipuli in eucharistia pariter & Christi eẽ corpus & panem. Nam omnes qui græce latineq; quicq̃ sciunt intelligunt idem in his voculis, nempe panis & corporis eẽ discrimen, tam apud Græcos q̃ apud nos. Sed vt lucidius intelligas nota sequentia. Primum, quãta charitate Christus dilexerit ecclesiam, pro qua mortem horrendam subire non recusauit. Secundum, quanto studio concordiam inter nos expetiuerit relicta & donata nobis sua pace. Tertium, quam amanter promiserit nõ modo seipsum nobiscum ad finem vsq; seculi futurum, verumetiam consolatorem alium se missurum quem & veritatis appellauit spiritum. Quartum, q̃ is spiritus duceret nos in omnem veritatem, & aperiret nobis ea q̃ prideẽ ille dixisset breuius. Quintum, si quid obscurum videretur id petentibus, q̃rentibus, pulsantibus pollicitus est fore dilucidum. Sextum, grauissimas huius rei gratia lites & digladiationes per hæreticos excitatas passim cunctis notissimum est. Septimum, ecclesiam ipsam quaten⁹ fieret certior, quid in hac re creditura foret. 1351. patres latherani coegisse diuini spiritus consulẽdi gratia. Octauum. exploratissimum est nullam in illis patribus corruptionem fuisse q̃ permouerentur negotium istud tractare non synceriter. Nonum, si substantia panis in corpus Christi conuertatur, quemadmodum illi diffinierũt, nõ debuit Christus aliter dixisse q̃ dixit. Decimum, si maneat substantia panis quanq̃ tunc aliter Christus dixisse deberat, tamen per vnius voculæ adiectionẽ potuisset totam hanc discordiam sustulisse. Nam si dixisset hic panis est corpus meum: hoc vinum est sanguis meus, omnis omnino sublata fuisset controuersia. Quis igitur exactius ista secum pensitans, persuadere sibi potest Christum si manssisset substantia panis: voluisse tam obscure loqui, uñ

tot animabus periculum tantum immineret, nec ꝙ tamen
postea. 1315. patribus ob idipsum cōgregatis huiusce rei
veritatem aperire fuisse dignatum, ꝑsertim quum pro-
miserit petentibus, ꝙrentibus, pulsantibus, ꝙ acciperent
inuenirent & aperiretur eis. Cui iā credibile fuerit nolu
isse Christum apostolos apertius docuisse, præuisa tan-
ta tragœdia futura, si tantum sensisset panem māsurum.
Haud dubie vel tunc Apostolos aptius docuisset, vel nūc
saltem quum a patribus tam obnixe rogaretur, per spm
veritatis indicasset veritatem. Quum Christus itaq; tam
aperte loquutus sit vt articulo manifesto sanguinem nō
vinum, & corpus non panem indicarit, falsissimum hoc
eē conuincitur hoc (id est, hic panis quem acceperat Chri
stus) est corpus Christi: nisi pariter adiungere voluerint
hoc, id est, hoc vinum est sanguis meus, quod nemini nō
videtur, opinor, error apertissimus. Quod autem Paulus
& alij in actis aliquando nominauit panem, hoc fit more
scripturæ ꝙ aliquando solet nominare quippiam non id
quod est, sed quod antea fuit, vt cum virga Aaron deuo
rat virgas magorum. Exod. 7. ꝙ tamen tunc virgæ non
erant sed serpentes. Vel etiam vocarint quod specie ꝑ se
ferebat, quum satis haberent rudem adhuc populum in
fide lacte pascere, nec primum aliud exigere quam vt ꝙ-
cunq; modo crederent in sacramento eē corpus Christi,
postea paulatim solidiori cibo pasturi postꝙ adoleuis-
sent in domino. 1. Cor. 3. Ego fratres non potui vobis lo
qui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanꝙ paruu
lis in Christo lac vobis potum dedi non escam, nondum
enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis. Heb. 5. Fa-
cti estis quibus lacte opus est non solido cibo. Ex quibus
satis perspicuum eē potest, non omnia satis aperte dixis
se Paulum, non ꝙ non ferint dicenda, sed quod plebs ad
huc in fide rudis mysteria capere non valuerit: & qa pa
nis speciem præ se ferebat, panem appellat. Similia autē
verba Paulus de calice loquutus, quemadmodum de pa
ne: sed in propatulo est calicem non eē sanguinem, quare
nec panis ex his verbis monstratur eē corpus Christi. 1.
Cor. 10. Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne cō
municatio sanguinis Christi est? & panis quem frangim⁹
nonne participatio corporis domini est, quasi diceret:

Nonne poculum illud sacrum quod nos in memoriã mor tis Christi cum gratiarũ actione sumimus & consecram⁹ consortium arguit quod pariter sanguine Christi sum⁹ redempti. Rursus sacer ille panis quem iussu exemploq; Christi partimur inter nos, arguit fœdus ac societatem summam inter nos, velut ĩsdem Christi sacramentis ini tiatos. Cum igitur eiusdem panis participes omnes sim⁹, declaramus nos quamlibet multi simus numero, tamen animorum consensu vnum panem & vnum esse corpus. Nominat & se Christus panem Iohannis 6. Non certe tri ticum sed viuum qui de cælo descendit, dans vitam mũ do. Nec similitudo de ferro ignito valet, nemo enim vn quam dixisset sic ferrum in ignem mutari, ut tantum fer ri species relinquatur, substantia ferri in ignis mutata substantiam: q̃d de pane & carne Christi veteres sensierũt omnes. Neq; enim verum est dicere hoc ferrum est ignis, aut hic ignis ferrum. Non enim accident a permiscentur corpori Christi, quemadmodum accidentia ignis ferro. Nã Christus esset albedine albus, sicut calore ignis ferrũ calet. Audis ergo 1. Corin. 10. mentionem fieri corpor is & sanguinis dñi benedicti ac consecrati. Iam si vtrunq; benedictum est, vt testatur Paulus, consequitur ne essa rio conuersionem factam, oblationem ac præsentissimã exhibitionem corporis & sanguinis dñi: Reus (inquit) erit corporis & sanguinis domini. 1. Cor. 11. Item corpus do mini est non signum aliquod, licet species illæ quæ & sa cramenti nomine censentur, visibile signum dici possint, sub ĩs tamen reipsa continentur verum corpus, ver⁹ san guis, anima, deitas Christi, atq; proinde eodem quo ille qui ad patris dexteram sedet cultu adorandus. Nam idẽ Christus est.

¶ Quo ad tertium dicit Psal. Sanctum & terribile no men eius, sanctum in se formaliter, & effectiue obedien tibus, sed terribile inobedientibus. Initium sapi entiæ ti mor domini, quia per timorem domini declinat omnis a malo Prouerbiorum 15. Et per consequens accedit ad bo num sibi oppositum. Potest etiam accipi de filiali timore. Eccle. 1. Radix sapientiæ timor domini. Cuius ratio nam sicut radix totam arborem continet virtute, sic filialis ti mor, qui semper est in charitate firmatus, totam vitã vi

ri perfecti continet. Intellectus bonus, diuini mandati, bonus illis omnibus facientibus eum, operantes secundū verum intellectum. Econtra Lucæ 12. Seruus sciens voluntatem domini & non faciens, plagis vapulabit multis. Laudatio eius (qui implet mandatum dei secundum verum intellectum) manet in seculum seculi, quia tunc laus erit vnicuiq; a deo. 1. Corin. 4. Vel actiue, populus fidelis a diabolo liberatus, gratias agēs expressit quid & hic faciendum sit deuotis & in cælo peragendum: quia hic liberat, illic coronat, cuius liberationis per mortem Christi in hoc mysterio memoria igitur dicēte Apostolo prima Cor. 11. Quotiēscunq; manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis, id est, repsentabitis donec veniat, scilicet ad finale iudiciū. Actu. 1. Hic Iesus qui assumptus est a vobis in cælum sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cælum. Hanc autem mortem constat esse oblationem sacrosanctam, cui missa memoria est omnium dignissima, in qua verus ille agnus (qui aufert peccata mundi) verus ille panis mysticus, quo tum superni tum inferni cibantur, offert deo & datur populo, quare & sacrificium tum omnium grauissimum, tum admodum necessarium. Ecce annuciabitis dicit, vult ergo aliquid nostro officio fieri. Nec istud de priuata sumptione vult intelligi, sed de ea q̄ fit in publico conuentu: præmisit enim quum conuenitis in vnū. In conuentu igitur publico, vbi sacrosancta mysteria tractantur, ac panis & vinum in corpus & sanguinem Christi consecrant, iā repsentatur dominica mors, & ei⁹ in cruce sacrificium. Quid enim est aliud annūciare mortem dñi, q̄ sacrificium illud crucis repsentare, de q̄ Ephe. 5. Tradidit semetipsum pro nobis oblationem & victimam in odorem suauitatis. Quamquidem oblationem & victimam ipse proculdubio voluit per hoc sacramentum a nobis repræsentari, vt quemadmodum ille in cruce seipsum immolauit, p nobis patri, ita nos pariter corpus eius & sanguinem in hoc sacramento iugiter immolemus. Vnde notandum q̄ sicut Apostolus dicit Heb. 13. Christus Iesus heri & hodie ipse & in secula. Finis enim legis Christus ad iustitiā omni credenti. Rom. 10. Quare sacrificia veteris legis non tuerūt deo accepta, nisi in fi-

de offerentium. ſ. quia figurabant plenum & perfectum Chriſti ſacrificium in cruce. Fuit ergo in lege ſacrificiũ figuratiuum. 1. Cor. 10. Omnia in figura contingebant illis. Chriſti autem ſacrificium fuit perfectum. Impoſſibile enim fuit ſanguine taurorum aut hircorum auferri peccata. Heb. 10. Ideo ingrediens mundum dicit (Chriſtus:) Hoſtiã & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi, holocauſtomata & pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi, ecce venio. In capite libri ſcriptum eſt de me, vt faciam deus voluntatem tuam, & infra: In quã voluntate ſanctificati ſumus, p oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel Ioh. 1. Ecce agnus dei, ecce q tollit peccata mũdi Apoc. 1. Dilexit nos & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Et ſ. Quoniam occiſus es & redemiſti nos in ſanguine tuo. Eccleſiæ ſacrificium dicitur repræſentatiuum, vnde Heb. 7. Tranſlato, inquit, ſacerdotio neceſſe ẽ vt & legis tranſlatio fiat. Et infra: Et ãplius adhuc manifeſtũ eſt, ſi ſecundũ ſimilitudinẽ Melchiſedech exurgat alius ſacerdos, q non ſecundum legem mandati carnalis factus eſt, ſed ſecundum virtutem vitæ inſolubilis. Conteſtatur enim, *quoniam tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Quibus conſtat tranſlationem legis concomitari & ſacerdotij tranſlationem*, non eius ſacerdotij quo ordine Aaronico immolabãt crudas brutorũ carnes, quum hunc immolandi ritũ Chriſtus ſemel ſeipſum offerens in ſe tranſtulit ac finiuit, vt habet Paulus ibidem. Cõſequitur ergo neceſſario hanc tranſlationem ſacerdotij cẽ ſecundum ordinem Melchiſedech, q panem & vinum obtulit. Gene. 14. Erat enim ſacerdos altiſſimi, id quod & nos in miſſa poſt myſticam conſecrationem facimus. Heb. 9. Chriſtus aſſiſtens pontifex futurorum bonorum peramplius & perfectius, tabernaculũ non manufactum, id eſt, non huius creationis. Iã ſi Chriſtus ſacerdotium habet perpetuum ſecundum ordinem Melchiſedech, perpetuum erit & ſacrificium: atqui nullum eo dignius quo ſeipſum Chriſtus ſacerdos & hoſtia deo patri per ſacerdotum miniſterium offert. Accedit & illud Heb. ſ. Omnis pontifex ad offerenda munera & hoſtias conſtituitur, vnde neceſſe eſt & hunc habere aliquid quod offerat. Obſerua quod dicit omnem pontifi-

tem constitutum ad offerendum. Et mox: Talem habemus pontificem, qui consedit in dextris sedis magnitudinis in cælis, sanctorum minister, & tabernaculi veri q̃d fixit deus, & non homo. Quibus verbis quid dici apertius potest? sanctorum, inquit, minister, cuius est offerre in tabernaculo illo, de quo Apoc. 21. Ecce tabernaculum dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Idem autem tabernaculum eadem ecclesia, eadem spõsa præsentis & futuri seculi. Minister vero sanctorum ipse dicitur, quandoquidem seipsum offerat, præsentemq; exhibeat dũ sacra operantur, dumq; sacerdos sacris astat altaribus. Sacerdotes siquidem vel ob id maxime sacrificiorũ nomine censentur vti sacra operent, sacraq; dispensent, proq; se, proq; aliis sacrificium offerant. At quod Illud de quo Esai. 53. Oblatus est quoniam ipse voluit. Pascha em̃ nostrum immolatus est Christus. 1. Corint. 5. Vnde Mal. 1. Postquam crassæ legis reprobauit holocausta & hostias, aliud mox statuit, omnium augustissimum toto orbe terrarum offerendum. Ab ortu, inquit solis vsq; ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum est nomen meum in gentibus. Paulo post de Christi aduentu deq; ecclesia loquens ait; Mal. 2. Et placebit domino sacrificium Iuda & Hierusalem sicut dies seculi, & sicut anni antiqui. Hos locos si expendas, necessario sequitur vt antiquata lege aliud sacrificium multo sanctius a vero Messia institutum sit, quod non iam in Hierusalem sed in omni loco eius nomini dicato, a veris Israelitis offerendum est. Institutum autem est his verbis Hoc facite in meam commemorationem. Lu. 22. Vbi plane mandauit vt eadem faceremus quæ ipse in cœna, panem scilicet & vinum in corpus & sanguinem consecrando. Quæ certe cum non sint prophana sed sacra, & nos eius iussu facimus sacra, profecto sacrificamus & sacra facimus omninoq; sacrificium agimus. Et quis hominum est qui cum audierit de sacerdote quopiam eum fecisse sacra, non protinus eundem intelligit missæ sacrificiũ obtulisse. Ad quem modum & Paulus loquitur. 1. Corint. 11. Ego enim accepi, &c. Hoc facite in meam commemorationem. Instituitur igitur in cœna missæ sacrificium, con-

firmatur perinde atque omnia Christi opera in morte, ꝙ adeoq; omnia respondent, umbra luci, figura veritati, uetus illud non sine sanguine dedicatum est. (Hic inquit sanguis testamenti quod mãdauit ad vos dñs. Exo. 24.) Dein successit nouum quo abrogatur id quod imperfectum est, verum non sine sanguinis effusione. Inquit em Christus hic calix noui testamenti est in meo sanguine. Lucæ 22. Non quo missa solum testamenti nomine censeatur, quãdoquidem & plura vtrunq; testamentum contineat quam missam. (Nam sicut vetus testamentum lex vetus, ita nouum noua lex euangelica) sed testamenti obsignatio & ratificatio calix ipse dicitur. Sicut Paulus Hebr. 8. & 9. sanguine Christi nouum corroboratum contestatur. Obfirmat & hoc sacrificium quod Paulus dicit. Heb. 5. Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur, in his q̃ sunt ad deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis, propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiã pro semetipso offerre pro peccatis. Hic obserua hoc sacrificium offerendum pro peccatis, proq; delictis populi, sic & aliquoties legimus offerẽdum pro gratiarum actione pro regibus, pro his qui rẽpublicam administrant. 1. Tim. 2. Obsecro primum omnium fieri orationes, postulationes, gratiarum actiones, ꝓ omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate constituti sunt. Hoc enim est bonum & acceptũ coram saluatore nostro deo, q omnes homines vult saluos fieri. Hic celebrandi ritus paucis indicatur. Manifestum igitur est id tam rationibus quam scripturis cõsentaneum esse ꝙ missa dicatur opus & sacrificium. Ex ipsis aũt patrum traditionibus apertissimum eẽ missam nõ rẽ vnam simplicem sed multas in se complecti. Primo. Verba sacra tam ea quæ Christus post cœnam protulit, quã ea quæ per apostolos & viros apostolicos ad eius sacrificij decorem adiecta sunt. Secundo. Eorundem verborũ recitationem sine qua omnino nihil fit. Per hanc enim de pane fit corpus Christi, & de vino sanguis, per idoneum ministrum, quare & panis & vini præsentia requiritur. Tertio. Repræsentationem mortis Christi, atq; ita per missæ sacrificium annũciatur aliud, nimirum illud quod in cruce olim pro nobis Christus obtulit. Nam eiusdẽ ob

latio est, quamuis alio atq; alio modo. In cruce equidem passibili modo, in missa mystico offertur, vtrobiq; tamen eadem hostia. Idem qui offertur Christus, id si capere nō potes, sola fides sufficiat. Quarto. Preces & commendationes tam viuorum q̄ mortuorum quemadmodū in vetustissimis patrum traditiōibus est cernere. Quinto, mutuam incorporationem tam Christi nobis, quam nostri Christo, quæ non tam efficaciter sola fide fit quam p hāc realem corporis & sanguinis Christi sumptionem. Etsi Christus pro peccatis omnium abolēdis mortuus sit, nemo tamen huius abolitionis particeps euadit, nisi quicrediderit & sacris ecclesiæ mysteriis submiserit sese: hoc ē enim participem fieri redemptionis illius semper stantis, credere videlicet & sacramentis ecclesiæ quemlibet rite initiari. Huius autem initiationis ministros quosdā oportuit designari quos & sacerdotes vocamus, quorum est & hoc altaris offerre sacrificium, quod quoties faciunt etiam crucis ipsius & mortis referunt sacrificium. Sicut autem paschalis agni cæremonia seu religio, quæ sane non paucas res exigebat phase vocabatur, id est, transitus: sic & eucharistiæ conficiendæ cæremonia missa dicta est.

¶ Dominica prima post octauam Pentecostes,

HOmo quidam erat diues, & induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide. ⌋Luc. 16. Saluator noster tuos & ẏbo & exemplo ad dei & proximi dilectionem (sine qua salus nō est) inducere summopere curauit. Hinc Iohānes in sua canonica. 1. Ioh. 4. ¶ Deus charitas est. ⌋Quisqs ergo alie EPIST
nus est a charitate, nondum cognouit deū, quia deus charitas est. ⌊In hoc apparuit charitas dei in nobis qm̄ filium suum vnigenitū misit ⌋q̄ nihil habet charius ⌊vt viuamus ⌋pri⁹ mortui ⌊p eum ⌋vita gr̄æ quā influit nobis sicut caput influit sensum membris & motum, & p⁹ vita gr̄iæ. Ephe. 2. Propter nimiā charitatem suā q̄ dilexit nos deus, cum essemus mortui pc̄tis conuificauit nos Christo cuius gr̄a saluati estis. ⌊In hoc est charitas ⌋ .s. manifesta in filij missione ⌊non quasi nos dilexerimus deum ⌋ sed magis mundum, auersi ab amore dei ⌊ sed quoniam

ipse prior dilexit nos.⌋ Diligere est alicui bonum velle; quicquid autem boni naturæ, gratiæ, gloriæ, in nobis ē aut potest eē, totum est a deo agente voluntarie. Amauit iniquos, sed nō iniquitatem, cunq; iure esset offensus peccatis nostris, nec esset in terris immunis a delictis; q nos illi reconciliaret (nam gratiosus sit oportet qui intercedat apud offensum pro nocentibus) ⌊ misit filium suum propitiationem (id est, hostiam) pro peccatis nostris.⌋ 2. Cor. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi non reputans illis delicta ipsorum. Quid hac dilectione cogitari potest insignius, quid ardentius, quid effusius? ⌊ Charissimi si sic deus dilexit nos ⌋ vltro ac volens qui nostri non eget ⌊ & nos debemus inuicem diligere⌋ illius exemplo: sicut enim deus non expectauit vt eū dilī geremus, sic nos non expectemus vt alij nos diligant, sed priores diligamus. Estote imitatores dei sicut filij charissimi & ambulate in dilectione. Ephe. 5. ⌊ Deum nemo vidit vnq̄⌋ sicut videntur ista visibilia corporis sensibus. Exod. 33. Non videbit me homo & viuet. Dicit tamē August. quod concessum fuit Paulo & Mosi videre diuinam essentiam, sed hoc fuit in raptu & tranſitorie & non mā siue, de qua hic sermo. Filius autem se nobis visibilem exhibuit in humanitate assumpta. ⌊ Si diligamus inuicē⌋ disciplinabili charitate, non remissa mansuetudine ⌊ deus in nobis manet & charitas eius in nobis perfecta est⌋ Mutuum erga deum amorem non alio argumento testari possumus, quam si nos inuicem diligamus quemadmodum ille dilexit nos. Dilexit ille nos gratis, ad hoc ut seruaret. Si sic diligimus, inuicem deus qui charitas est manet in nobis. Vulgaris est dilectio, beneuolentia prosequi bene meritum, diligere qui possit referre gratiam, beneuolentiam communibus officijs testari: sed perfecta ē dei erga nos charitas. Dilexit vltro, dilexit alienos, dilexit vnde ad ipsum nihil possit redire gratiæ, dilexit vsq; ad vnigeniti filij iacturam. Si nos ad consimilem modum diligimus proximum, tunc perfecta dei charitas est in nobis, declarans & ipsum deū eē in nobis. ⌊ In hoc intelligimus quoniam in eo manemus & ipse in nobis: quoniā de spiritu suo dedit nobis.⌋ Quemadmodum idem spiritus membra corporis coniungit, & vnum corpus efficit;

ita spiritus dei nos & cum illo, & inuicem q̃dammodo cõ glutinat nectitq;, & velut in vnum cogit, q̃ si spiritꝰ dei qui mentibus nr̃is affiat amorem proximi, viget in nobis, nimirum hoc argumento cognoscimus, & q̃ nos maneamus in deo & deus vicissim in nobis. Rom. 5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctũ qui datus est nobis. ¶ Et nos vidimus ¶ humanitatem oculis corporis, diuinitatem oculis mentis, non in se sed in effectibus suis, sicut causa cognoscitur per effectũ ¶ & testificamur ¶ de re tot modis comperta ¶ qm̃ pater misit filium suum ¶ eiusdem naturæ & potestatis ¶ saluatorem mundi ¶ si modo resipiscens a pristinis erroribus iuxta regulam euangelicam vitam deinceps attemperaret Ioh. 3. Sic deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illum nõ pereat sed habeat vitam æternam. ¶ Quisq; confessus fuerit quoniam Iesus ¶ homo verus ¶ est filius dei ¶ ita q̃d idem est suppositum vtriusq; naturæ, diuinæ & humanæ, quem prophetæ venturum p̃dixerunt ¶ deus in eo manet & ipe in deo. ¶ Nouit enim veritatem & amplectitur charitatem 1. Cor. 12. Nemo potest dicere dñs Iesus nisi in spiritu sancto. ¶ Et nos cognouimus & credidimus charitati quã deus habet in nobis. ¶ Non agnoscit charitatem erga se, qui eam non exprimit in proximo. Nos autem & experimento cognouimus, & animo credidimus, & ore confitemur, & factis exprimimus dilectionem quam deus exhibuit nobis. Superest vt in eo perseueremus q̃d cœptum est, neq; comittamꝰ vt deus diuellat a nobis & nos a deo distrahamur. ¶ Deus charitas est. ¶ Cõmendauit aũ charitatem quam ostendit deus mittendo filium redemptorem, cõmendatur hic quia mittet in iudicio glorificatorem. ¶ Qui manet in charitate ¶ in ea pseuerãdo ¶ in deo manet ¶ sicut in continente, ne cadat ¶ & deus in eo ¶ non incluſus vel contentus, sic enim deus continet illum in q̃ habitat ut protegat ipsum. ¶ In hoc perfecta est charitas dei nobiscum ¶ .1. signum perfectæ charitatis. ¶ Vt fiduciã habeamus in die iudicij ¶ non timentes apparere iudici, sed cum fiducia diem illum expectemus: quia amor facit gaudere de præsentia amati. Philippenses. 1. Desiderium habens dissolui & esse cum Christo. Videlicet nobis

cõscij ⌊ qa sicut ille est, & nos sumus in hoc mũdo ⌋ imitã do ipsum pro amore eius etiã inimicos diligendo. Mat. 5. Diligite inimicos vestros, benefacite ijs q oderunt vos vt sitis filij patris vestri qui in cælis est, qui solem suum oriri facit sup bonos & malos, & pluit sup iustos & iniustos. ⌊ Timor nõ est in charitate. ⌋ Iudicij metus diuini, ex mala conscientia nascitur, nam charitas fiduciã addit, q̃ si perfecta sit foras mittit ex animo omnem timorem ⌊ quoniam timor pœnam habet. ⌋ Qui timet hoc ipso declarat se nondum pfectum esse in charitate, q̃tum deest charitati, tantum accedit ad metum. Veretur enim ne paꝝ clementem erga se experiat deum iudicem, qui se parum exorabilem præbuerit proximo. Ille dies aperiet quis hic vere dilexerit. Initialis timor facit cauere peccatum partim propter pœnam, partim propter offensam & principaliter, & hic timor inquantum respicit pœnam semper minuitur crescente charitate, quia timor non est in charitate perfecta. ⌊ Nos ergo diligamus deum quoniam ipse prior dilexit nos. ⌋ Neq; enim nos illum amare possemus nisi ille nos ad se traheret amore suo, hoc ipsum ergo quod eum diligimus illi⁹ beneficium est. Porro quod diligimus deum, id testamur amando proximũ in quo vult ipse diligi, & quia multi verbotenus dicunt diligo deum subdit. ⌊ Si quis dixerit quoniam diligo deum, & fratrem suum oderit mendax est ⌋ quia dilectio dei includit dilectionem proximi. ⌊ Qui enim non diligit fratrem suum quem videt ⌋ & sic occurrit sibi primo diligendus ratione similitudinis in specie. Eccl. 13. Omne animal diligit sibi simile ⌊ deum quem non videt qũo potest diligere ⌋ quasi dicat non est probabile, quia res incognita amari non potest. Deinde qui consentaneum est eum diligere deum qui præcepta dei negligit? ⌊ Et hoc mandatum habemus a deo ⌋ & hoc præcipuum ⌊ vt q diligit deum diligat & fratrem suum ⌋ si bonus amet in eo Christum, si malus in hoc amet vt conuertat ad Christũ.

¶ Post parabolã de villico iniquitatis concludit dñs neminem seruum duob⁹ posse dñis seruire, & sic nec deo simul & mammonæ. Audiebant aũt hæc oĩa pharisæi qui erant auari & deridebant illum. In il. tem. Dixit Iesus dis. suis: Homo quidam erat diues.

¶Hic incipit tempus peregrinationis in quo sumus in via regrediendi ad patriam, & quia p passionem, resurrectionem, ascensionem, spiritus. missionem, sumus reconciliati: nihil aliud restat nisi vt p medium hostiũ ad patriam perueniamus, vnde dñica die concludens euangelium, vexillum dñicæ erexit crucis, sub q̃ diuersimode militantes diuersa recipiunt in fine stipendia, sicut hodierno ostendit in euangelio.

¶ Primum, Auaræ opulentiæ malignatio. In principio.

¶ Secundum, Bonæ patientiæ remuneratio. Ibi: Factum est autem.

¶ Tertiũ, Congruæ intelligentiæ demonstratio. Ibi: Rogo te pater.

¶ Quo ad primum Psalmist. malignam diuitiarum in homine operationem indicans. admonet, dicens: Nolite sperare in iniquitate, per fraudem proximum decipiendo, & rapinas nolite concupiscere, per violentiam auferendo, diuitiæ si affluant nolite cor apponere. Augustinus. Non damnat diuitias, per quas mercamur cælum, sed cor appositum, quod non dispensat sed recondit. Vnde dominus parabolam, aut verius rem gestã qua & auaritia, ambitio, & voluptas, omnisque mundi luxus, ipsaque caro taxatur pharisæis auaris & voluptariis proposuit, ostendens quod versis rerum omnium vicibus pauperes bonis omnibus abundabunt, contra diuites malis omnibus cruciabuntur. ¶ Homo quidam ⌊ hominibus notus & magnus, deo obscurus & incognitus, cui nihil deesse videbatur ad absolutam huius mundi felicitatem ⌊ erat diues ⌋ notatur auaritia, nam si adsint diuitiæ & cor non apponatur nisi ad sanctæ viuendum is non diues, sed aut pauper spiritu, aut liberalis, aut quod est talibus maxime proprium misericors dicitur, sed econtra iste diues ambitioni, luxui & voluptati deseruiuit neglecto proximo, sequitur enim ⌊ & induebatur purpura ⌋ ecce fastus mundi. De mulieribus dicit. 1. Pet. 3. q̃rum non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus, sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modesti spũs, qui est in conspectu dei locuples. Hic EVANG.

autem quid? & byſſo ecce luxus & mollicies, quo contra dñs Iohan. laudat. Matt. 11. Ecce qui mollibus veſtiuntur in domibus regum ſunt, q.d. mundo non deo ſeruiũt Et ne quid deeſſet ad oblectamentum corporis comeſabat & epulabatur quotidie. Ecce gula nec mediocrit ſed ſplendide ecce prodagalitas. Phi. 3. Quorum deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum qui terrena ſapiunt. Ideo Lu. 21. Attendite ne grauentur corda veſtra crapula & ebrietate. Rom. 13. Carnis curam ne feceritis in deſideriis. Aggrauabatur peccatum diuitis, quia naturalis miſerationis oblitus. Eccl. 13. Omne animal diligit ſibi ſimile. Nam Et erat quidam mendicus non tacuit ſed mendicauit noie Lazarus obſcurus & ignotus apud homines, ſed deo cognitus nobilis & clarus. Nouit enim dñs qui ſunt eius. 2. Tim. 2. Lucæ 10. Gaudete q̃ nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis. Econtra Pſal. Deleant de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribant. Huic nec domus erat, nec veſtis, nec cibus, ac nec corporis quidem valetudo qui iacebat ante ianuam diuitis. Non admiſſus eſt vlceroſus, ne funeſto ſpectaculo contriſtaret oculos vndequaq; lauti conuiuij vlceribus plenus ecce alia cauſa miſerendi cupiens ſaturari de micis q̃ cadebant de menſa diuitis quũ canes illic eſſent panibus ſaturi & nemo illi dabat taxat illiberalitas, non ſolum diuitis ſed & eius famulitij, quoꝝ oĩm fuit nulla miſericordia. Eccl. 10. ſecundum iudicem populi, ſic & miniſtri ei⁹. Eſa. 58. Frãge eſurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuã, cum videris nudum operi eum & carnem tuam ne deſpexeris. Qui enim habuerit ſubſtãtiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, qõ charitas dei manet in eo? 1. Ioh. 3. Sed iudicium ſine miſericordia fiet ei q non fecit miſericordiã. Iac. 2. Nã Lazarus deſtitutus erat omni cura. Sed & canes veniebãt & lingebãt vlcera ei⁹ inhumanitatẽ hoĩm exprobrãtes. Quis non iudicaſſet diuitẽ illum abſolutum exemplar felicitatis & Lazarum infelicitatis extremę, ſed nequaq̃ ex his q̃ cõtingunt in hac vita æſtimanda eſt hominis felicitas, ſubito rep vices inuerſę ſunt. Mors enim omnibus imminens, vt diuitibus finis eſt omnium voluptatum, ita afflictis termi-

nus est omnium dolorum. Greg. Pensandum est cōditor noster omnia quanta consideratione dispensat, exvna re duo iudicia exhibuit. Dum enim egenum & vlceratum ante ianuam diuitis (vt ante oculos esset) & delitijs affluentis posuit, in vna eademq; re, & ex visione pauperis nō miserenti diuiti cumulum damnatiōis intulit, & rursum ex visione diuitis tentatum quotidie pauperem probauit, cui certe ad pœnam sufficeret paupertas etiamsi sanus fuisset: & rursum suffecisset ægritudo, etiamsi subsidium adesset, Sed vt probaretur amplius, simul hunc & ægritudo & paupertas rabefecit, atq; insuper videbat precedentem diuitem obsequentibus cuneis circumfulciri, & se in infirmitate & inopia a nullo visitari. Hæc ille.

¶Quantum ad secundum. Aequitatem diuini considerans iudicij, Psalmus ait: Conuertantur peccatores in infernum, tanquam ad locum sibi deputatum, omnes gentes quæ obliuiscuntur deum. Nam sicut non probauerūt habere deum in noticia, ita traditi sunt in reprobum sensum, & sic finaliter in reprobum locum. Quoniam non in finem obliuio pauperis. Videtur enim deus eius oblitus non liberans cum posset, sed in fine ostendet se ipsius nō oblitum, ad cælestem gloriam euocando, quia patientia pauperum non peribit in finem, sed coronabitur, & sicut dispares fuerunt in voto ita & loco. Sicut ergo diuitis & Lazari dispar fuit vita, ita & post obitum dispar euent⁹. ⌊Factum est autem ⌋a deo disponente & vocante a miseria ad gloriam ⌊vt moreretur mendicus ⌋qui neglectus erat ab hominibus dum viueret ⌊ & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ ⌋hoc honore dignatus est eum deus, quem diues non dignabatur tecto suo. Apocal. 14. Beati mortui qui in domino moriuntur. Chrysost. Sufficiebat ad portandum pauperem vnus angelus, sed propterea plures veniunt vt currum lætitiæ faciant. laco. 1. Omne gaudium existimate fratres, cum in varias tentationes incideritis, scientes q̄ probatio fidei vestræ patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet. 2. Cor. 4. Id enim quod in p̄senti est momentaneū & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimi æternum pondus gloriæ operabitur in nobis. ⌊Mortuus autem est & diues ⌋morte naturæ & gehennæ, qui iam an-

te mortuus erat morte culpæ . In morte naturæ separat aīa a corpore. In culpæ a deo. Ezech. 18, Anima q̄ peccauerit ipsa morietur. In gehennæ q̄ seq̄tur mortem culpæ (q̄ dicitur mors secunda. Apoc. 20. Infernus et mors .s. culpæ missi sunt in stagnum ignis, hæc est mors secunda) separatur aīa a consortio beatoꝝ, & visione dei. Lazarus autem solum mortuus fuit morte naturæ. ⌊ Et sepultus est in inferno ⌋ tanq̄ parochianus diaboli. Græci sic habent, Mortuus est diues & sepultus est, s. cum pompa hominum, & anima eius ꝑ angelos malos (quod ꝑ oppositū intelligitur) deducta est in infernū . Ecce finis auaritiæ, fastus, & intemperantiæ huius: & paupertatis, humilitatis, & patientiæ illius. Sequitur, & in inferno eleuans oculos suos ⌊ & eleuans oculos suos cum esset in tormentis ⌋ Vexatione intellectum dante, & pœna oculos aperiente quos culpa clauserat, Pro. 79. Superbum sequitur humilitas, & humilem spū suscipiet gloria ⌊ vidit Abraham a longe & Lazarum ⌋ cui hospitium negarat ⌊ in sinu eius ⌋ summa quiete solatioq; fruentem. Vidit ergo in gloria quem despexerat in miseria. ⌊ Et ipe clamans, dixit ⌋ Magnus cruciatus, magnum clamorem extorsit. ⌊ Pater Abraham miserere mei ⌋ Patrem vocat quē imitari neglexit, misericordiam postulat, quam proximo negauerat. Sed Prou. 21. qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, clamabit & ipse, & non exaudietur. Sed quid petit? ⌊ & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam ⌋ Guttam aquæ petijt nec habebit, quia micas pauperi negauit, sed ad quid petit? ⌊ vt refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma ⌋ Sapien. 11. Per q̄ quis peccat per hæc & punietur. Apoc. 18. Quantum glorificauit se & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Greg. Diues eum cui in hac vita misereri noluit, in suo iam supplicio positus patronum quærit. O quanta est subtilitas iudiciorum dei, quam districte agitur bonorum actuum malorumque retributio. Hæc ille: In diuersis positus est tormentis sicut fuerat in diuersis peccatis Peccauerat in diuitiarum vbertate, ideo ponitur in extrema egestate, vt nec aquæ guttam impetret . Item in linguæ edacitate quam sequitur loquacitas. Chrysostomus: Quia in conuiuando magis loquacitate peccauerat

in lingua atrocius ardebat. Quot irrisiones & detractiones in conuiuijs contingunt? ⌊ Et dixit illi Abraham: Fili.⌋ Vide compatientem, quasi dicat: Paratus essem tibi vt filio succurrere, si me vt filius imitando agnouisses ⌊ recordare quia recepisti bona i vita tua⌋ Reuocat ad memoriam præteriti status felicitatem, quia secundum Boetium: Infelicissimum genus infortunij est, fuisse felicem⌊ & Lazarus similiter mala⌋ Gregorius: Sententia ista pauore magis indiget quam expositione. Nam si qua bona agimus timendum ne bonis prospere succedentibus remuneremur, vnde diues iste indicatur boni aliquid habuisse, ex quo in hac vita bona receperit, & Lazarus malum habuisse aliquid quo purgaretur. Sed mala lazari purgauit ignis inopiæ, & bona diuitis remunerauit felicitas transeuntis vitæ. Illum paupertas affixit & terfit, istum abundantia remunerauit & repulit. Hæc illæ⌊ Nunc autem hic⌋ post afflictiones patienter toleratas⌊ consolatur⌋ æterna consolatione ⌊ tu vero⌋ post delitias quibus te male oblectasti merito ⌊ cruciaris.⌋ Iohannis .16. Tristitia vestra vertetur in gaudium. Chrysostomus. Si ægrotamus, si pauperes sumus, gaudeamus, accipiamus mala in vita nostra, vt postea recipiamus bona. Prouerbiorum. 14. Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat, quasi dicat. Refrigerium quod nunc sero postulas quum in viuis esses, proximo re focillando parare debueras, sed tu rebus præsentibus delinitus, ne micis quidem mensæ tuæ dignabaris subleuare Lazarum pereuntem. Ostenderat Abraham eum talem cui non deberet subueniri, consequenter ostendit quod non potest, dicens: ⌊ Et in his omnibus⌋ id est, inter hæc omnia quæ me excusant, vnum est quod omnino me absoluit quia non possum, quia ⌊ inter nos & vos chaos magnum est firmatum, vt hi qui volunt hinc transire ad vos non possint: neque inde huc transmeare⌋ quasi dicat. In vita tempus erat mutuis officijs subleuare proximum, & vicissim ab eo subleuari, nũc serum est hoc velle quod fieri non potest. Gregorius. Qui in inferno sunt ad beatorum consortium trãsire velle dubium non est. Iustorum autem animę quamuis in natura suæ bonitate misericordiam habeant, tanta tamen

rectitudine constringuntur, autoris sui iusticiæ coniunctæ, vt nulla ad reprobos compassione moueantur, hæc ille. Colligimus ex hoc quod boni bonos, & mali malos quos hic agnouerunt vel non, & boni malos & econtra agnoscent. Nam diues lazarum & Abraham cognouit & econtra.

¶Quo ad Tertium, Psalmista diuinæ legis vtilitatem insinuat dicens: Lex domini immaculata, quia & immaculatos facit. Iohan. 15. Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis, conuertens animas, nõ solum manus, id est, opera propter metum, sed voluntates propter præmium, vnde sequitur testimonium domini (quo seruantibus legem præmium promisit) fidele, qa certitudinaliter reddet, sapientiam (de diuinis) præstans paruulis. i. humilibus quam superbis abscondit. Matt. 11. Hoc claret in isto diuite qui desperans de rebus suis, fratribus suis q superstites erant consulere cupiens (ne eorũ consortio cresceret sibi mali sensus) pro ipsis rogauit.

⌊Et ait: Rogo ergo te pater Abraham vt mittas eum, in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres, vt testetur illis ne & ipsi veniãt in locum hunc tormentorum.⌋ Non simpliciter quempiam ex mortuis mitti sed Lazarũ rogat, vt videant eum coronatum in gloria & incolumitate, qui viderant ante infirmum & contemptum, fiantque testes tanti miraculi & tantæ gloriæ spectatores Greg. Notandum quod ad pœnam diuiti cognitio seruatur & memoria, cognoscit Lazarum quem contempsit, fratrum quoque meminit suorum, quos reliquit. Vt peccatores in supplicio amplius puniantur, & eorum vident gloriam quos contempserunt, & de illorum etiam pœna torquentur quos inutiliter amauerunt, Hæc ille. Sed frustra supplex est qui supplicem proximum contempsit.

⌊Et ait illi Abraham. Habent Mosen & prophetas⌋ qui loquuntur in libris suis omnibus ⌊audiant illos⌋ si volunt esse frugi. Sed quia dei verba despexerat, hæc audire non posse suos sequaces æstimabat. ⌊At ille dixit. Nõ pater Abraham sed si quis ex mortuis ierit ad eos⌋ nuncians certa quam dira patiantur hic, qui illic meo exemplo vitam transigunt, quod fere omnes diuites faciunt ⌊pœnitentiam agent⌋ ad meliorem vitam se componen

do. ¶Ait autem illi: Si Moſen & prophetas non audiunt, neq; ſi quis ex mortuis reſurrexerit credent¶Iohan.5. *Si* crederetis Moſi forſitan crederetis & mihi. Multi tales ſunt qui dicunt: Quis vidit ea quæ in inferno ſunt? quis venit illinc & annunciauit nobis? Sed iſti ſunt prætextus illorum qui nunquam volunt quod male amant relinque re. Maior eſt enim Moſi & prophetarum autoritas quam mortui alicuius. Cauſarentur enim phantaſma eſſe, aut dæmonium. Vnde Iudæi nec Lazaro reſuſcitato, nec aliis crediderunt, ſed potius ipſum Lazarum fratrem: Marthæ & Mariæ interficere cogitauerunt. Iohannis.11. Hoc exemplo dominus¦conſolatus eſt ſuos qui propter amorem regni cæleſtis multas afflictiones perpeſſuri erant in hoc mundo, & Iudæoꝝ primores, diuites elatos, ac ſibi viuentes territat, vt vel metu ſupplicij vitam impiam corrigant, alioq futuꝝ, vt illic viciſſim riderentur q hic leſum ad meliora vocantem irriſerunt.

¶Dominica ſecunda.

HOmo quidam fecit cenam magnam & vocauit multos¶Luc.14. Saluator noſter nūc miniſ nunc promiſſionibus a temporalibus ad cæleſtia euocat, nam non eſt vera pax & charitas niſi in his qui tranſitoriis neglectis ſuperna petunt, etſi quando que ab impijs perſecutionem patiantur. Hinc, 1. Iohan.3. ¶¦Nolite mirari ſi odit vos mundus¶.i. homines mundo dediti. Iohan.15. *Si* de mundo fuiſſetis mundus vtiq; ꝙd ſuum erat diligeret, ſed quia non eſtis de mundo, ſed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Non ergo imitemur eos, ſed magis ſtudeamus illorum miſereri Siquidem euangelica charitas abduxit nos a ſtudio lædendi, ad ſtudium bene merendi. ¶Nos ſcimus¶hoc argumento¶quoniam tranſlati ſumus¶.1. deſtinati æternæ vitæ¶de morte¶culpæ & gehennæ¶ad vitam¶gratiæ & gloriæ¶quoniam diligimus fratres¶ Qui enim diligit fratrem, apertum indicium dat quia ad ſortem iuſtorum pertineat. Qui diligit, bene vult, & benefacit. ¶Qui non diligit, manet in morte¶non ſolum eſt ventrus in mortem, ſed iam manſionem in ea facit. Vita carnis anima, vita animæ deus. Corporis mors, amittere ſpiritum, animæ mors, amittere deum. ¶Vbi ergo non eſt

EVANG.

fraterna charitas ibi nõ ẽ spiritus Christi. Quisquis ergo odit fratrem, mortuus est intus. Nam etsi fidem habeat, mortuam habet cum non adsit charitas. An ceu leuem culpam contemnitis odium fratris. ⌊ Omnis qui odit fratrem suum homicida est. ⌋ Non damnat illum lex homicidij, sed apud deum iam homicidij damnatus est. Viuit adhuc ille cui male vult ofor, & tamen ipse iam mortuus est. Illi vita est incolumis, & hic vitam amisit æternam, suijpsius homicida ⌊ Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem ⌋ qui vel ferro petit vel odio insequitur, charitate caret quæ est vita animæ & arra gloriæ. Ostendit quam longe nos abesse oportet a cupiditate lædendi exemplo Christi, & quã efficaciter diligere debemus proximum. ⌊ In hoc cognouimus charitatem dei ⌋ .1. Christi ⌊ quoniam ille pro nobis animam suam posuit ⌋ Iohan. 10. Nemo tollit eam a me sed ego pono eam a meipso. Esa. 53. Oblatus est quia ipse voluit. ⌊ Et nos debemus ⌋ exemplo ipsius ⌊ pro fratribus animam ponere ⌋ .i. pro vita eorum spirituali cõseruanda, vitam nostram corporalem, præsertim qui in Christi pastoris vices successimus. An vero vitam impendit qui grauatur opitulari pecunia? An satis esse putat aliquis, si non lædat fratrem, si benigne loquatur? Christus re declarauit quantopere nos amaret. ⌊ Qui habuerit substantiam huius mundi ⌋ Lucæ. 11. Quod superest date eleemosynam & omnia munda erunt vobis ⌊ & viderit fratrem suum necessitatem habere ⌋ victus vel vestitus ⌊ & clauserit viscera sua ab eo ⌋ nec commouebitur misericordia, sed velut ad se non pertineat negligit eum ⌊ quomodo charitas dei manet in eo ⌋ quasi dicat nullomodo credi potest. Fratrem Christianum appellas, & nullum signum ædis fraterni affectus. ⌊ Filioli mei non diligamus verbo & lingua ⌋ scilicet solum ⌊ sed opere & veritate ⌋ In animo sit charitas potius quam in lingua & factis se promat potius quam voce, quo argumento cognoscemus quod veritatis filij simus quodq; non fucate sed syncere diligimus. Et factis cognoscent homines non esse fucatam inter nos dilectionem, animi synceritatem intuetur deus, quia neq; mercedis ad nos reditura spe, nec inanis gloria causa.

¶Dominus noster inuitatus a quodam principe phariſæorum ſabbato ad manducãdum, hydropicoſanato, p parabolam inuitatos inſtruxit de nouiſſimo eligendo loco, ſimulq; inuitatorem ſuum, vt pauperes cibans mercedem a deo reciperet in retributiõe iuſtorum, hæc cum audiſſet quidam ex diſcumbentibus, dixit. Beatus qui manducabit panem in regno dei. In illo tempore dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc, Homo quidam.

¶Dominica præcedenti audiuimus de pœnis damnatorum & gloria beatorum, hodierno oſtenditur in euangelio quod propria culpa prouenit & negligentia, exclusa gloria & includi in pœna.

¶Primum. Diuinæ clementiæ demonſtratio. In principio.

¶Secundum. Eximiæ dementiç malignatio, ibi, Et cœperunt omnes.

¶Tertium. Firmæ ſententiæ irreuocatio, ibi, Dico autem vobis.

¶Quo ad primum Diuinæ bonitatis magnificentiam conſiderans Pſalm. 35. Filij autem hominum in tegmine alarum tuarum ſperabunt, quemadmodum pulli ſub gallinæ. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Hic per gratiam & poſt per gloriam de qua hic dicitur. ¶Homo quidam] ſingularis & magnificus, cuius eſt magna facere, 1. Timothe. 2. Mediator dei & hominum homo Chriſtus Ieſus. Vnde ſæpe in euangelio ſe filium nominat hominis. Matth. 16 Quem dicũt homines filium eſſe hominis [Fecit cœnam magnam] Hebræo. 1. & tu in principio domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli. Quia Chriſtus Ieſus heri & hodie ipſe & in ſecula. Heb. 13. dicit magna, ppter magnitudinẽ gaudij, 1. Cor. 2. Oculos nõ vidit auris non audiuit nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit deus diligentibus ſe. Miniſtri. Lucæ. 12. tranſiens miniſtrabit eis, &. 22. Ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis ſup mẽſam meam. Conuiuarum, quia filij dei. Romanor. 5. Gloriamur in ſpe gloriæ filiorum dei. Non carnalis ſed ſpiritualis eſt iſta refectio, conſiſtens in clara dei viſione, dilectione perfecta. Inhæſione firma, quæ cœna dicitur, quia

EVANG.

post diem præsentis vitæ datur. Ad hanc cœnam vocauit multos⌊ & vocauit multos⌋Matth.11. venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis,& reficiam vos. Nã vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire,1.Timo.2. Vocauit ergo omnes ad sui agnitionem, partim per ordinatam visibilium constitutionẽ Roman.1. Inuisibilia dei a creatura mundi,per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur:partim p naturalẽ legẽ. Magis autem proprie Israelitas per prophetas Matth.23. Hierusalem Hierusalem quotiens volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas,& noluisti.⌊ Et misit seruum suum⌋ filiũ Phil.2. Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, vnde in græco ponitur cum articulo seruum illum suum,quia iuxta formam humanam ei placuit & seruiuit. Hebræ.1. multifariam multisque modis olim deus loquens patribus in prophetis nouissime locutus est nobis in filio, quẽ constituit hæredem vniuersorum per quem fecit & secula. Licet autem specialiter missus fuerit ad oues quæ perierunt domus Israel. Matth.15. illis tamen propter terrena se excusantibus itum est ad gentes. Act.13. Vobis oportebat primum loqui verbum dei, sed quoniam repellitis illud,& indignos vos iudicatis æternæ vitæ,ecce conuertimur ad gentes,sic enim præcepit nobis deus. Vnde ipse ait.Ioh.17.Sicut tu me misisti in mundum, ita ego misi eos in mũdum,vnde.2.Cor.5.Pro Christo legatione fungimur tanquam deo exhortante per nos, obsecramus,p Christo reconciliamini deo. Sed quando ⌊ hora cœnæ⌋ Gala.4. At vbi venit plenitudo temporis,misit deus filium,1.Cor.10. Nos sumus in quos fines seculorum deuenerunt. Ad quid? ⌊ dicere inuitatis⌋per prophetas & patriarchas⌊ vt venirent quia parata sunt omnia⌋Per Christum qui ianuam aperuit.Iohan.14. Vado parare vobis locum. Vnde ipse euangelizabat prope esse regnum dei, & apostolis præcepit. Euntes prædicate appropinquauit regnum cælorum.Matth.10. Bernardus. Festinemus ad locum tutiorem,ad agrum vberiorem,ad pastum suauiorem,vt habitemus sine metu, abundemus sine defectu, epulemur sine fastidio.Greg. Quis non desleat audiens quia omnia parata sunt,& alius ob honores, alius ob di

diuitias, alius ob voluptates venire recusat, cum tamen ampliora ibi reperiat.

¶Quo ad secundum. Friuolam malorum occupatiõis excusationem Psalm. indicans ait: Dixit iniustus vt delinquat in semetipso. i. libere sine freno, non est timor dei ante oculos eius, vel deum non videre credit, aut punire non posse, nec velle. Quoniam dolose egit in conspectu eius, scilicet dei, palliando malitiam suam, cum tamen nõ lateat intentio, vt inueniatur iniquitas eius ad odium. Nam si nunc vere ageret in conspectu dei agnoscendo peccatum suum, inueniretur ad misericordiam, sed quia sibi blanditur, ideo peccatum ipsius inuenitur ad odium. i. punitionem. Quoniam verba oris eius iniquitas & dolus, cum tamen res aliter se haberet, sed noluit intelligere, vt bene ageret. Greg. Vocauit multos sed pauci veniunt, quia nõnunquam ipsi qui ei per fidem subiecti sunt, æterno eius conuiuio male viuendo contradicunt. Offert deus quod rogari debuit, non rogatus dare vult ꝙd vix sperari poterat, quia dignaretur largiri postulatus, & tamen contemnitur, contemptoribus paratas delicias refectionis æternæ denunciat, & tamen omnes excusant. Sed aliqui dicunt excusari nolumus, ad illud supernæ refectionis conuiuium & vocari & peruenire gratulamur. Verum dicunt si non plus terrena quam cælestia diligũt, si non amplius rebus corporalibꝰ quam spiritualibus oc cupantur, vnde hic dicitur. ⌊Et cœperunt omnes simul excusare.⌋ qui inuitati fuerant & venire noluerunt. Ambro. Ideo excusant, quia nemini intercluditur regnum, ni si quem suæ vocis professio excludit. Hæc ille. Item 1. Cõfitentur se nosse deum, factis autem negant. Excusantium causa subiungitur. ⌊Primus dixit ei: Villam emi⌋. 1. appetitum dominandi habui, vel dominatum multo labore acquisiui. i. precio animæ meæ. Ecce superbia initium omnis peccati. Ecclesiastici decimo. ⌊& necesse habeo exire⌋ ista necessitas est assumpta non coacta, quia exit homo negligens regimen proprium, & ambiens regimen aliorum⌊& videre illam⌋. 1. diligenter attendere, ambitione cogente. Oms etiam superbus a se exit alios considerando se neglecto, sicut Pharisæus publicanũ in templo. Lucę. 18. Se enim intus considerare nõ

potest ob defectum luminis gratiæ. Iac. 4. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Finaliter autē exiet a consortio fidelium, quia coram domino stare nō potest. Luc. 10. Videbam satanam tanquam fulgur de cælo cadentem. Ideo Rom. 11. Noli altum sapere sed time. ⌊Rogo te habe me excusatum⌋ humilitas sonat in voce, superbia in actione. Eccl. 19. Est qui nequiter se humiliat & interiora eius plena sunt dolo. Superbi in voce se humiliant vt ad intentam veniant dominationem. ⌊Et alter dixit⌋ intentus augendæ rei domesticæ, ac prius habens lucrum terrenæ possessionis quam æternæ felicitatis. ⌊Iuga boum emi quinq; ⌋ .i. quinq; sensuum curiositatem, quæ sicut iuga boum in terra versantur, quia in cœno temporalium velut sues nutriuntur dominicam fastidientes cœnam, cenum cœnæ præferentes. Emit auarus, quia magnis laboribus & angustijs temporalia congregat, vnde sequitur ⌊& eo probare ea⌋ Ecce verbum istius vicium exprimit, quia probatio ad curiositatem pertinet. Probat vsurarius quid possit pecunia in lucro, probat cupidus quid possint possessiones in fructu. Habent tales quinq; sensus in terrenis occupatos, si deus dedisset sextum ille fuisset occupatissimus. Christus vnum iugum habet suaue. Mat. 11. isti quinq; grauia, quia boum. ⌊Rogo te habe me excusatum⌋ Itum est ergo ad tertium ⌊Et alius dixit: Vxorem duxi⌋ scis quam sit res operosa, quot curas secum trahat ⌊& ideo non possum venire⌋ & si maxime velim. Beda. Quia multi non propter fœcunditatem sed desideria carnis vxorem ducunt, ideo per rem iustam. 1. per coniugium carnalis voluptas designatur, propter quam ad Dei cœnam studiosius recusat venire. Hæc ille. Ecce huius vicij malitiam quæ adeo tenet animam ligatam, vt si velit non possit ad Deum ire. Tobias. 6. Qui ita coniugium suscipiunt, vt deum a se & sua mente excludant, & suæ libidini ita vacent sicut equus & mulus quibus non est intellectus, habet dæmonium potestatem super eos. Vnde iste non petijt se excusari. ⌊Et reuersus seruus nunciauit hæc⌋ quomodo se excusassent ⌊domino suo. Tunc iratus paterfamilias⌋ quod vltro vocati ad tam honorabile conuiuium & felix, ob friuolas res excusarent omēs ⌊dixit seruo suo. Exi cito in

plateas & vicos ciuitatis &] quoscunque obuios habueris [pauperes] spiritu [& debiles] ad bonum. Gregorius. Pauperes & debiles sunt qui iudicio suo apud semetipsos infirmi sunt. Sed pauperes & quasi fortes sunt qui in paupertate positi superbiunt. [Cæcos] qui nullum ingenij lumen habent. [Claudos] qui rectos gressus in operatione non habent [introduc huc] Quia enim superbi venire contemnunt, pauperes eliguntur, quia iuxta Pauli sententiam, infirma mundi eligit deus vt confundat fortia, & quæ stulta sunt mundi eligit Deus vt confundat sapientes, prima Corinthiorum primo. Sed dum morum vitia in membrorum debilitate signantur profecto liquet, quia sicut illi peccatores fuerunt qui vocati venire noluerunt, ita hi quoque peccatores sunt qui vocantur & veniunt, sed peccatores superbi repelluntur, vt peccatores humiles eligantur: [Et ait seruus: Domine factum est vt iussisti] Gregorius. Multi tales ex Iudæis ad dominicam cœnam collecti sunt, sed multitudo quæ ex Israelitico populo credidit locum conuiuij non impleuit. Vacat locus vbi suscipi debeat numerositas gentium [& adhuc locus est.] Nam præparasti copiosissimum & innumerabilium conuiuarum capax cõuiuium. Dominus autem voluit apparatum conuiuium quamplurimis esse vsui. [Et ait dominus seruo: Exi in vias & sepes] extra ciuitatem & vndecunque collige mẽ dicos, hospites vel ignotissimos, id est, cuiuslibet cõditionis homines voca ad fidem qui scilicet latam & spaciosam ad mortem ducentem ambulãt viam. Matthæi septimo. Qui si grauentur venire, vel improbitate [compelle intrare vt impleatur domus mea] Numero prædestinatorum, qui numerus inexpletus non remanebit, quia nouit dominus qui sunt eius, secunda Timotheum secundo. Gregorius: Cum de vicis & plateis vocantur, ille populus designatur qui tenere legem sub vrbana conuersatione nouerat. Cum de vijs & sepibus, agrestem illum populum colligere, id est, gentilem quærit. Notandum quod in tertia vocatione dicitur compelle, non tantum inuita. Nam alij vocantur & venire nolunt, donum intellectus accipiunt, sed eundem intellectum operibus non sequuntur. Alij vocantur & veni-

unt, qui acceptam intelligentiam operando perficiunt. Quidam sic vocantur vt etiam compellantur, qui bona facienda intelligunt sed facere desistunt, Vident quæ facere debeant, sed hæc ex desiderio non sequuntur, his cõtingit plerumq; vt eos in carnalibus desideriis suis mundi huius aduersitas feriat, apprehendere tẽporalem gloriam conentur & nequeant, & dum se frangi in suis desideriis aduersante mundo conspiciunt, quid de se autori suo debeant cõmemorant, ita vt ad eum erubescentes redeant, qui eum pro amore mundi superbientes deserebant. De his dominus per prophetam. Ose. 2. Ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inueniet, & sequetur amatores suos & non apprehendet eos, quæret & non inueniet eos, & dicet vadam & reuertar ad virum meum priorem: quia bene mihi tunc erat magis quam nunc. Sic deus animam carnis voluptatem sequentem plerunq; misericorditer respicit, & eius voluptatibus amaritudines permiscet, & ne quod male quærimus inuenire possimus obsistit. Qui ergo mundi aduersitatibus fracti ad dei amorem redeunt, atque a præsentis vitæ desideriis corriguntur, quid isti nisi compelluntur vt intrent? Auguſt. Felix necessitas quæ ad meliora compellit.

Quo ad ter. Ne a tam magnifico excludi habeat cõuiuio ab his vicijs præseruari a domino Psalmi. orat, d. Non veniat mihi pes. 1. affectus superbiæ & manus. i. operatio peccatoris, cum dæmonis tum hominis nõ me moueat a statu rectitudinis, quia ibi (in supbia scilicet) ceciderunt qui operantur iniquitatem, expulsi sunt (diabol⁹ e cælo homo e paradiso) nec potuerũt stare. Si ergo isti electi quomodo ijsdem obuoluti intrabimus? nequaquã. ⌊Dico autem vobis⌋ait dominus cuius dicere facere est ⌊quia nemo virorum illorum qui vocati sunt⌋& venire noluerunt ⌊gustabit cœnam meam⌋ etiamsi per seram pœnitentiam venire voluerit, fortasse pœnitebit eos olim quum viderint lauticias, ac splendorẽ conuiuij, & inuidebunt his qbus ipsoꝝ fastidium locũ fecit. Sed frustra tũ cupient ingredi q cũ liceret excusarunt. Greg. Ecce vocat deus p se, & p flagella, p suos, p miracula, nemo cõtẽnat, ne dũ vocatus excusat, cũ voluerit intrare nõ valeat.

Hinc dñs Luc.13. Contendite intrare p angustã portam, quia multi dico vobis quærent intrare & non poterunt. Cum autem intrauerit paterfamilias & clauserit ostium incipietis foris stare & pulsare ad ostium, dicentes: Domine, domine, aperi nobis. Et respondens dicet vobis. Nescio vos vnde sitis. Tunc incipietis dicere, manducauim⁹ coram te & bibimus, & in plateis nostris docuisti. Et dicet vobis: Nescio vos vnde sitis. Discedite a me omnes operarij iniquitatis. Ibi erit fletus & stridor dentium, cum videritis Abraham & Isaac & Iacob, & omnes prophetas in regno dei, vos autem expelli foras. Et venient ab oriente & occidente, & austro & aquilone, & accumbent in regno dei.

¶Dominica ter. post oct. Pent.

ERant appropinquantes ad Jesum ⌊publicani & peccatores vt audirent illum. Luc.15. Saluator noster omnium virtutum exemplar & speculum, humiles ad se confugientes, dulciter semper consolatus est peccatores, superbos seuera increpatione feriendo. Ideo

et.5.d. ¶Humiliamini sub potenti manu dei ⌊q.d.nõ

netum hominum, sed freti potenti manu dei, qui vos E PISTO.

deseret⌊ vt vos exaltet in tempore visitationis ⌋ i.

cõ. Quæ sit gratia quam confert humilibus ostendit,

o magis humiliati fuerint propter ipsum tempore

minis, eo glorioſius exaltentur tempore retributio

militatem dicimus vel quando quis pro abluẽdis

incipit salubriter atteri. Vel quando spontanea

deuotione, perfectiores deo & hominibus humi-

Vel quando contra persecutores per patientiæ

inuictus animus armatur. Et ad omne genus hu

sequitur congrua merces exaltationis. ⌊Oẽm

dinem ⌋ animæ & corporis quo ad mala deuitan

da, & euadenda, quo ab bona obtinenda ⌊ proficientes in

eum ⌋ tanquam ancoram in mari, ita proiecite, vt collabo

retis adiutrici gratiæ ⌊ quoniam ipſi cura est de vobis ⌋

ideo non patietur quenquam vestri perire. Sapient.6. Pu

sillum & magnum ipse fecit, & æqualiter est illi cura de

omnibus. ⌊ Sobrij estote ⌋ in victu & vestitu, non imme-

ti delectationibus seculi ⌊ & vigilate ⌋ animis, semper

attenti, semper circumspecti ⌊ quia aduersarius vester

diabolus ⌋nō dormit aduersarius vestræ salutis, sed ⌊tã quam leo rugiens ⌋famelicus per sæuitiam ⌊circuit quærens quem deuoret ⌋ incorporando sibi per consensum peccati mortalis. Iob. 1. Circuiui terram & perambulaui eam Circuit tanquam hostis obsidens muros clausos, explorat an sit pars aliqua murorũ minus stabilis, cuius aditu ad interiora penetretur. Offert oculis formas illicitas & faciles voluptates, vt visu destruat castitatem, aures per canora vt emolliat Christianum rigorem. Linguam conuicio, puocat, manum iniurijs lacessentibus ad cædem instigat. Honores terrenos promittit, vt cælestes adimat & cum latenter non potest fallere, addit apertos terrores. In pace subdolus, in persecutione violentus, contra quem animus tantum debet esse paratus ad resistendum, quantum paratus est ille ad impugnandum. Sed vnde vires aduersus tam potentem? ⌊Cui ⌋inquit ⌊resistite fortes in fide ⌋formata. ſ. charitate, quæ est armatura sufficiens vt sit quasi murus, 1. Iohan. 5. Hæc est victoria quæ vincit mundum fides nostra. Et vere fortes esse debetis, quia non soli impetimini ⌊Scientes eandem passionem ⌋ i. dæmonis insultum & tentationem ⌊ei quæ in mundo est vestræ fraternitati fieri ⌋ i. vestris fratribus per mundum dispersis. Nam vniuersum piorum gregem insequitur, inuidet saluti omnium, concordibus ergo animis standum erit aduersus hostem communem. Ista breui finem habitura sunt, nec interim destituemini auxilio. ⌊Deus autem omnis gratiæ ⌋dator ⌊qui vocauit nos ⌋ per fidem ⌊in æternam suam gloriam ⌋ finaliter ⌊in Christo Iesu ⌋existentes vt membra ⌊modicum passos ⌋ ideo ob amorem ipsius non dubitetis adire cruciatus per quos vocauit nos in æternam gloriam suam ⌊Ipse perficiet ⌋ quod cœpit in vobis, nec sinet excidere a palma si fortiter certetis, aderit certantibus ⌊confirmabit ⌋ vestram fragilitatem ad perferendum ⌊consolidabitque ⌋ ac stabiliet vt ad breue tempus afflicti, perueniatis ad coronam immortalitatis. Illius præsidio vincimus, illi⁹ munificentia capiemus præmium. ⌊Ipsi ergo gloria & imperium ⌋non solum in hoc mundo, sed ⌊& in secula seculorum. Amen.

¶Quum dominus terribiliter comminatus fuisset iis qui scandalo pusillis essent, eo quod filius hominis venisset saluare quod perierat, angeli quoq; pusillorum vident faciem patris qui in cælis est. In illo tempore: Erant appropinquantes.

¶Dominica præcedenti in fine euangelij audiuimus dominum acriter cominantem his qui ad præparatã sua morte cœnam venire recusant: & hoc secum gloriam si in sua perseuerauerint obstinatione, vnde in hodierno oñditur euangelio, q̃ benigne humiles ad se venientes susci pit peccatores.

¶Primum: Gratæ cõfidentiæ obmurmuratio. In principio.

¶Secundum. Humanæ deficientiæ sublcuatio. Ibi. Et ait ad illos.

¶Tertium: Internæ complacentiæ operatio. Ibi. Aut quæ mulier.

¶Quo ad primum, Psalm. Benignam dei ad humiles peccatores condescensionem expertus ait: Accedite ad eũ (fidenter) & illuminamini, vtiliter. Ipse enim illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Iohan. 1. & facies vestræ non confundentur, non enim improperabit præterita, sed condonabit, vnde se in exemplum dat, dicens: Iste pauper clamauit & dominus exaudiuit eũ, & ex omnibus tribulationibus eius saluauit eum. Huius ergo exẽplo accedite. Quum conflueret ad Iesum vniuersa populi multitudo, nec ille quenquam submoueret, aut fastidiret, ausi sunt etiam propius ad illum accedere publicani & peccatores. ¶Erant appropinquantes re & corde: nam appropinquantibus corde veniam postulando appropinquat deus gratiam infundendo. Iaco. 4. Appropinquate deo, & appropinquabit vobis, sed qui peccatores & publicani tanquam infirmi ad medicum. Mathæi. 9. Non est valentibus opus medico, sed male habentibus, vnde sequitur Vt audirent illum cuius verba vitam conferebant. Iohannis. 6. Domine ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes. Sapientiæ. 16. Neque herba neque malagma sanauit eos domine, sed sermo tuus qui sanat omnia. Volens ergo sanari audiat illum quia misericordiam promittit humilibus. Gregorius. EVANG.

Accesserunt ad Iesum publicani & peccatores, & non solum ad colloquendum, sed ad conuescendum recepti sunt quod videntes Pharisæi indignati sunt, quia id hominũ genus vehementer abominari solerent, ad ostentationẽ sanctimoniæ, quum certissimum sanctimoniæ signum sit non fastidire peccatorem, sed adniti modis omnibus vt resipiscat, & resipiscenti congratulari. ⌊ Et murmurabant scribæ & pharisæi, dicentes: Hic peccatores recipit & manducat cum illis ⌋ q.d. hic qui nouam quandam sanctimoniam profitetur: tamen non vitat malorum consortia, sed notos etiam peccatores admittit ad colloquium, imo & cibum sumit cum illis. Gaudere debebant & compati. Greg. Ex qua re colligitur, quia vera iusticia compassionem habet, falsa indignationem; quamuis & iusti soleant peccatoribus recte indignari, sed aliud est quod agitur typo superbiæ, aliud quod zelo iusticiæ vel disciplinæ. Qui ergo de falsa iusticia superbiunt, cæteros despiciunt, nulla infirmantibus misericordia condescendũt & quo se peccatores esse non credunt, eo deteriores peccatores fiunt. De quorum numero Pharisæi, quia religionis cultu & simulata sanctitate, ab aliis erãt diuisi & Scribæ qui legis noticia doctores erant populi, extiterant, q̃ dijudicantes dominum, q̃ peccatores susciperet arẽti cor de ipsum fontem misericordiæ reprehendebant. Curramus omnes ad cũ qui peccatores recipit, non sicut Adam fugiamus (Gene. 3.) & timeamus. d. Domine audiui vocẽ tuam in paradiso & timui, eo q̃ nudus essem, & abscondi me. Nam venit in hũc mundum peccatores saluos facere, 1. Timoth. 1. vnde clamat: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Matthæi. 11. Non enim misit deus filium suum in mundum vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Iohann. 3. Quare neminem contemnit, sed benigne recipit & dulciter defendit, sicut patet in Magdalena. Lucæ. 7. Appropinquamus deo quum verbum ipsius aure cordis percipimus, quum pœnitentiam agimus, tunc manducat nobiscum gratiam suam nobis largiendo. Apo. 3. Ego sto ad ostium & pulso, si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum.

¶ Quo ad secundum Psal. humanæ conditionis infirmitatem & diuini auxilij necessitatem considerans orat: Erraui sicut ouis q̄ perijt, sine pastore a via ad vicia, q̄re seruum tuum, & si non fidelem. Casi. O Christe tu require, quia homo infirmus te non potest quærere, q̄ ideo debes, qa mandata tua non sum oblitus, & si erraui. Oēs siquidem nos quasi oues errauimus, vnusquisq; in viā suam declinauit. Esai. 53. ideo Ezech. 24. Ecce ego requirā oues meas, & visitabo eas sicut pastor visitat gregem suum: hoc hic ostendit benignus dñs, benignū paradigma obijciens pharisæis & scribis, qui ita ægri erant, vt se ægros nescirent, ac in eorum cordibus vulneris tumorē premit. ⌊ Et ait ad illos parabolam istam. ⌋ Quam (inquit) deus non auersetur peccatorem resipiscētem ex suo quisq; animo coniectare potest. ⌊ Quis ex vobis hō qui habet centum oues, & si perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat donec inueniat illam. ⌋ Homo iste Christ⁹ est. Mat. 15. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Gregro. Quia centenarius numerus perfectus est, ipse centum oues habuit cum angelorum & hominum substantiam possedit, sed vna perijt quando peccando homo vitæ pascua dereliquit. Dimisit nonaginta nouem in deserto, quia illos summos angelorum choros reliquit. Cur autem cælum dicitur desertum, nisi qa desertum dicitur derelictum. Tunc autem & angelus & homo cælum dereliquit quando peccauit. In deserto ergo nonaginta nouem oues remanserant, q̄n in terra dñs ouem quærebat, quia rationalis creaturæ numerus angelorum videlicet & hominum, qui ad videndum deum conditus fuerat, pereunte hoie erat minutus, sed vt perfecta summa reintegraretur in cælo, homo perditus quę rebatur in terra. Vnde alius euangelista Mat. 18. dicit in montibus, vt significet in excelsis: quia nimirum oues q̄ non perierant in sublimibus stabant: hęc ille. Donec inueniat: Nimirum sua cuiq; res chara est, nec cupit aliqd inde perire: sic mater decem habens filios, si decimus ægrotat magis est solicita quam de nouē sanis, non tñ plus illum diligit, ideo distingue inter affectum & effectū charitatis. Bernar. Meliori maioraffectus, magis indigen-

ti maior tribuendus effectus. ⌊ Et quum inuenerit eã im
ponit in humeros suos ⌋ gaudens, & veniens domum con-
uocat amicos, & vicinos, dicens illis: Cõgratulamini mi
hi, quia inueni ouem meam quæ perierat. ⌋ Cum pius pa
stor ouem reperisset perditam, non punuit, non verbe
rauit, non vrgendo duxit ad gregem, sed nolens illam
molestare, posuit humiliter super humeros, clemẽter an
numerans gregi, quia humanam suscipiens naturam, pec
cata nostra ipse portauit. Ideo nos debemus ipsum porta
re & glorificare in corpore nostro. 1. Corint. 6. Attende
quia gaudens: nam licet magnus fuerit passionis dolor
& mortis, quia humanum requisiuit genus & humeris
imposuit. 1. Pet. 2. Esa. 53. Hunc tamen laborem lætanter
sustinuit, vt perditam recuperaret ouem. Inuenta oue ad
domum redit, quia pastor noster reparato homine ad re
gnum cæleste redijt. Ephesiorum 4. Ascendens in altum
captiuam duxit captiuitatem. Gaudens de humani ge-
neris liberatione, hostis superbi superatione. Angelicæ
ruinæ reparatione, ibi vicinos & amicos inuenit, illos vi
delicet angelorum choros, qui amici eius sunt, quia vo-
luntatem continue in sua stabilitate custodiunt. Vicini,
quia claritate visionis illius assidue perfruuntur. Matth.
18. Congratulamini mihi, quia non frustra laboraui, sed
ouem inueni, non dicit oui, quia eius gaudium vita no-
stra, & cum nos ad cælum reducimur, solemnitatem læ-
titiæ eius implemus. Chrysostomus: Si deus lætatur in
paruo hoc inuento, quomodo tu cõtemnis quæ deo sunt
studiosa. Vnde sequitur, ⌊ Dico vobis ⌋ murmurantibus
⌊ quod ita gaudium erit in cælis super vno peccatore
pœnitentiam agẽte, ⌋ quemadmodum pastor ille ob vnt
cam ouiculam receptam gaudet cum amicis & vicinis su
is ⌊ quam super nonagintanouem iustis qui non indigẽt
pœnitentia. ⌋ Specialis nanq; ratio gaudendi est de ea, q̃
non est de alijs. Ambrosius. Multum debet nos accendere
hoc ad probitatem vt agamus quod illis gratum sit quo
rum affectare patrocinium, & offensam timere debemus
Orig. Deo & angelis occasionem lætitiæ damus, cum in
terris ambulantes conuersationem in cælis habemus. In
nonagintanouem, iustorum numerus intelligitur, in o-
ue perdita peccatorum. Lucæ. 5. Non veni vocare iustos

sed peccatores ad pœnitentiam, &c. Quia vt quotidie experimur q illicita non cõmiserunt in rebus sibi licitis sẽpe vsum põbent, ad cælestia anxie non anhelant, & ad bona agẽda pigri sunt. Ecõtra sæpe põtor facit. Ideo magis gaudium de illo quam sic stãte iusto, quia & dux in plio plus eum militem diligit, qui post fugam reuersus fortiter hostem premit, quam eum qui nunquam terga præbuit, & nunquam aliquid fortiter gessit. Sic & agricola plus illam terram amat, quæ post spinas fruges vberes profert, quam eam quæ nunquam habuit spinas, & nunquam messem fertilem produxit. Sunt tamen quidam iusti de quibus tantum gaudium est, vt eis nullus pœnitẽs præponi possit, qui & si non sint sibi malorum conscij, tamen licita respuunt, in omnibus se humiliant. Hinc ergo colligitur, quantũ gaudium facit quando humiliter plangit iustus, si facit in cælo gaudium quando hoc quod male gessit, per pœnitentiam damnat iniustus. Ecce quam pciosa res pœnitentia. Vnde Iohannes & dominus, a pœnitentia incipit prædicationem. Mat. 3. & 4. & disci. pœnitentiã prædicare præcepit. Marci. 6. Et euntes prædicabant vt pœnitentiam agerent. Designabat hæc imago peculiariter dominum Iesum, qui solus est ille pastor bonus, qui collapsum genus humanum patri reconcilia uit de suo dependens, quod nos commeruimus, nostra peccata baiulans in corpore suo. Redire non poterat nisi pastor humeris suis reuexisset, atq; ideo sanctorum chorus applaudit bonitati diuinæ non inuidens alteri quod in se quisque expertus est, & omnium commune ducens quod vnicuiplam membro contigerit, seu boni seu mali. Taxat ergo dominus Pharisæorum falsam & arrogãtem iusticiam, qua peccatores aspernabantur, quum vere sit pietatis omnium procurare salutem, peccantes cũ summa mansuetudine reuocare ad meliora, respiscẽtes summo cum affectu charitatis recipere. Hac clemẽtia si Christus, qui solus peccatum non fecit, vsus est, quanto magis decet hominem & ipsum peccatis obnoxium idem facere erga proximum.

¶Quo ad tertium: Diuinę effectum solicitudinis Psalmista expertus ait: Ego autem mendicus sum & pauper, dominus solicitus est mei. Vere solicitus nostri, vnde se-

quitur. ⌊ Aut quæ mulier habens dragmas decem, & si perdiderit dragmam vnam, nonne accendit lucernam & euertit domum, & quærit diligenter donec inueniat? Et quum inuenerit, conuocat amicas & vicinas, dicens: Cõgratulamini mihi, quia inueni dragmam quam perdideram. ⌋ Gregor. Qui per pastorem ipse signatur & p mulierem. Ipse enim deus, ipse dei sapientia, in q̃ omnes thesauri sapientiæ & scientiæ sunt reconditi. Col. 2. Et quia dragma imaginem habet, mulier dragmã perdidit, quãdo homo qui conditus ad imaginem dei fuerat (Gen. 1.) peccando a similitudine sui conditoris recessit. Sed accendit lucernam, quia dei sapientia apparuit in carne. Accensa lucerna euertit domum, quia mox vt eius diuinitas p carnem claruit, omnis se nostra conscientia concussit. Domus euertitur, cum consideratione sui reatus humana cõscientia perturbatur. Mat. 18. dicitur, emundat: quia prava mens si non prius per timorem euertitur, ab assuetis vicijs, non emundatur. Euersa domo inuenitur dragma, quia quum perturbatur hominis conscientia, reparatur in hoie similitudo conditoris. Decem dragmas mulier habuit, quia angelos & hominum naturam ad cognoscẽdum se dominus condidit. Nam nouem sunt ordines angelorum, vnde homo quasi decimus conditus est: hæc ille. Si mulier illa sic est affecta erga nummos suos, ut dolet at quicq̃ perire, & vt vehementer gaudeat repertum eẽ, quicquid perijt, quamuis pusillum, quanto magis deus nihil volet perire ex hominibus, pro quibus seruandis seipsum impendit, quos ad imaginem suam condidit: vnde sequit. ⌊ Ita dico vobis, gaudiũ erit in cælo corã angelis dei, sup vno peccatore pœnitentiã agente. ⌋ Pœnitentiã agere, est perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare, vt dicit Gregor.

¶ Dominica quarta.

EStote misericordes sicut & pater vester misericors est. ⌋ Lucæ 6. Saluator noster ad veræ cõpassionis affectum suos & verbo & exemplo induxit, & ad patientiam spe retributionis æternæ armauit,
EPIST. vnde Apo. Romanorum 8. ¶ Existimo enim ⌋ & certus sum ⌊ quod non sunt condignæ passiones huius temporis ⌋ id est passiones momentaneæ ⌊ ad futuram glo-

riam ¶ promerendam, sed hoc facit spiritus qnod nō possunt merita, ideo æstimatione præmij leues erunt ¶ quę revalabitur in nobis ¶ cum resuscitatis corporibus, & ab iecta omni mortalitatis iniuria, cum Christo immortali, regnabimus immortales. ¶ Nam expectatio creaturę ¶ humanæ, vel totius mundi fabricæ ¶ revelationem filiorum dei expectat ¶ optans eum diem, quo iam absoluto numero filiorum dei, patefiat illorum gloria in beatitudine cælesti, vbi dñus clare videt. ¶ Vanitati ¶ essentię nō culpæ ¶ enim creatura subiecta est. ¶ Oia enim q̄ nascunt infirma & corruptibilia: & p hoc vana, quia statum suū tenere nō possunt ¶ non volens ¶ q̄quidem etiā in rebus inanimatis inest natiua q̄dam perfectionis appetitio, per peccatū cū Adæ corruptioni addicti sumus. ¶ Sed ppter eum qui subiecit eā ¶ sustinet patienter in spe liberatiōis ab illa corruptione, in resurrectione futura, vnde sequit: ¶ Quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis. ¶ Eo enim p̄ sumus corruptibiles, oportet p̄ seruiamus necessitatibus corporis ¶ in libertatem ¶ a seruitute peccati in pñti & corruptionis in futuro ¶ gloriæ filiorū dei. Scimus enim p̄ omnis creatura ¶ nobiscum ¶ ingemiscit & parturit ¶ optans laborū ac dolorum finem ¶ vsq; adhuc ¶ sicut olim, sic & modo vsq; ad mortem & iudicium. ¶ Non solū aūt illa, sed & nosipsi primitias spiritus (.s. sancti) habētes ¶ in maiori plenitudine ¶ & ipsi intra nos gemimus ¶ partim ob varias huius vitæ necessitates partim ob impiorū improbitatem, nō solum pro his, sed & pro æterna beatitudine suspiramus ¶ adoptionem filiorum dei. ¶ .i. gloriam ipsis reseruatam ¶ expectātes ¶ patienter, nec dilatione, nec aduersitate tracti ¶ redemptionem corporis nostri ¶ a corruptione ad immortalitatem, vt etiam corpus beneficium adoptionis accipiat, vt ex omni parte filij dei liberi sint. Quicquid ergo interim nos malorum affligit, ferim⁹ spe felicitatis æternæ a Christo promissæ.

¶ Postquam dominus neminem duobus posse dominis seruire ostendisset .i. deo & mammonæ nimiam excludendo a suis solicitudinem subiecit. Quærite ergo primum regnum dei & iusticiam eius, & hæc omnia adijciētur vobis. Nolite ergo soliciti esse in crastinum, crasti-

nus enim dies solicitus erit sibi ipsi: sufficit en idmiei ma licia sua. In il.t. dixit Iesus dis. suis: Estote.

¶ Dñica præcedenti in euangelio audiuimus q̃ miseri corditer saluator peccatores recipit, et pœnitentes com mendat: in hodierno ostendit, vt si misericordiam inue nire volumus, misericordiam proximis exhibeamus.

¶ Primum. Charitatiuæ beneficentiæ exhortatio, In principio.

¶ Secundum: Liberæ clementiæ remuneratio, ibi: Mẽ suram bonam.

¶ Tertium: Manifestæ decentiæ obseruatio. ibi: Dice bat autem illis.

EVANG. ¶ Quo ad primum dicit Psal. Iucundus homo qui mi seretur & commodat, disponet sermões suos in iudicio, quia in æternum non commouebitur: ideo ¶ Estote mi sericordes, sicut & pater vester misericors est. Non so lum misericordes esse docemur, sed etiam quomodo si mus insinuatur. Sicut pater vester, creatione & recreati one. Mat. 6. Pater noster qui es in cælis: Deut. 32. Nonne ipse est pater tuus qui possedit & creauit te. Miserationes autem eius super omnia opera eius, vnde & beatos dicit misericordes. Mat. 5. Tantæ enim benignitatis, vt libera litatẽ suam conferat nõ solum in bonos, sed etiã in ma los, ipsos sua lenitate benigitateq; puocans ad resipiscen dum. 2. Pet. 3. Non tardat dominus promissionem, sicut quidam existimant, sed pacienter agit propter vos, no lens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti, bonos autem excitans ad gratiarum actionem. Huius ex emplo quantum in nobis est, modis oñibus prodesse stu deamus vniuersis, & bonis quo fiant meliores, & malis vt nostra mansuetudine prouocentur ad meliorem fru gem. Quisquis ergo bona temporalia vel spiritalia aliis pro amore diuino largitur, quisquis in se peccantibus in dulgentiam misericorditer tribuit, sicut a domino mise ricordiam ipe impetrare desiderat, hic proculdubio imi tator dei efficitur, licet autem ipsum imitari debeamus, nunquam tamen possumus ei æquari, cum non solum mi sericors, sed & ipsa sit misericordia. Psalmista: Deus me us misericordia mea. In quibus misericordiam exhibe re debeamus ostendit, vt non tantũ in largitate benefici-

orum,sed etiam in iudicando & remittendo. ¶ Nolite, inquit,iudicare &non iudicabimini.¶Matthæi.7.In quo enim iudico iudicaueritis,iudicabimini.Iohan.7.Nolite secundum faciem iudicare, sed iustum iudicium iudicate.Augustinus.Non est sibi contraria diuina lectio, sed intellectum sobrium quæriꝫ. In conuersatione humana sunt aliqua quę rationabiliter reprehenduntur,sunt quę non sine peccato iudicantur.Aperta enim mala & iudicari & argui debent. Illa autem quæ ignoramus an bono maloue animo fiant,iudicare non debemus,sed in melio rem partem semper interpretemur, veniet tempus quo iudicentur,quando illuminabit dominus abscondita tenebrarum,& manifestabit consilia cordium.1.Corint.4. Hæc ille.Non ergo prohibet dominus iudicium misericordiæ,quo subuenitur pauperibus & oppressis,& redditur vnicuique quod suum est.Psalm.Iudicate egeno & pupillo,humilem & pauperem iustificate (hoc.n.opus ē misericordiæ)sed curiositatis & temeritatis.Glo.super. Mat.7.iudicium temerarium est¦qñ hi ad quos non pertinet iudicant.Nam secundū Hiero.multi p̄uenti maioribꝫ leuiora in fratre vituperare malunt q̄ emendare.Vñ nec Ioh.Bapt.imo nec saluator euadere potuit iudicium malignantium.Mat.11.Venit Ioh.neq; manducans Lu.7.panem,neq; bibens vinum,& dicunt dæmonium habet.Venit filius hoīs manducans & bibens.& dicunt : ecce hō vorax &potator vini,publicanoꝝ & peccatoꝝ amicus, ideo dicit Apo.1.Cor.4.Mihi autē pro minimo est, vt a vobis iudicer,aut ab humano die. De illis ergo iudicare permittitur,de quibus manifestum est, qa praua intentione gerantur,qualia sunt q̄ apost . opa carnis nominat. Gal.5.de quibus dñs Mat.7.A tructibus eorum cognoscetis eos.Non ergo reprehendamus quæ occulta sunt,sed manifesta (cum charitate tamen & amore) odio habentes non hominem sed peccatum:¦nō vicios̄um,sed vicium detestantes,morbum potius q̄ egrotum,neq; de emendatione quenq̄ desperemus,quia incertum qualis quis futurus sit,etenim sæpenumero fit, vt qui prima specie mali videātur boni sint,& rursum q nūc pessimi sint mox vertantur ad mentem meliorē,p̄sertim quum quisque talem sit experturus erga se deum , qualem ipse se præbueris

erga proximum, vnde sequitur: ⌊ Nolite condemnare ⌋ id est dignū dānatione iudicare, qa sæpe in hoc humanū fallit iudicium ⌊ & non condēnabimini. ⌋ Sententiā iustæ dānationis non prohibet, q̄ mali puniunt (qa Exo. 22 Maleficos ne patiaris viuere) sed priuatā & carnalē. Sicut .n. peccat q bona vel bonos condēnat, sic qui mala vl'ma los iustificat. Prou. 17. Qui iustificat impiū, & qui condemnat iustū, vterq; abominabilis ē apud deum. Esa. 5. Væ q dicitis bonum malū, & malum bonum, ponētes lucem tenebras. & tenebras lucē. Conseq̄nter qūo nos erga eos qui nos offenderūt habere debeam⁹ oñdit. ⌊ Dimittite ⌋ ex corde iniurias vobis illatas ⌊ & dimittet' vobis ⌋ peccatum vestrum a deo Aug Quū multa sunt gña eleemosynar⁹ qbus adiuuamur vt dimittātur nobis pc̄ā nostra nihil tñ maius illa quum ex corde dimittimus, q̄d in nos quis peccauit. Mar. 11. Quum stabitis ad orandū dimittite si quid habetis aduersus aliquē, vt & pater vester q in cælis est dimittat vobis peccata vestra. Mat. 18. Sic & pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis vnusq; fratri⁹ suo de cordibus vestris. Dimitte ergo quia dñs iubet, & ea erit tibi apud deum gratia quod te a debito & obligatione erga se absoluet, quamuis tantum homo homini debere & obligari non possit quantum homo debet deo, obligaturque. Date temporalia, ⌊ & dabitur vobis ⌋ vita æterna. Beneficiemus in omnes propter illum qui dat omnibus affluenter & non improperat. Iac. 1. Aug. Dicit tibi Christus, da mihi dedi tibi, habuisti largitorem, habe debitorem, habe & fœneratorem. Nam fœneratur domino qui miseretur pauperis. Pro. 19. Isti duo so. ñ inseparabiles sunt, date & dabitur vobis.

¶ Quo ad secundum dicit Psalm. In memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit, de q̄ Mat. 25. Ite maledicti in ignem æternum qui paratus est diabolo & angelis eius. &c. Imo paratum cor eius sperare in dño confirmatum est cor eius, nō commouebit donec despiciat inimicos suos. Sed quare? Dispersit, bona nō in diuites mundi, honores, delicias: sed dedit pauperibus, ideo iusticia eius manet in seculum seculi, cornu, id est virtus eius exaltabitur in gloria scilicet æterna. Non ergo dicamus impotentes in quos beneficia siue spiritualia siue tempo-

ralia collocamus, quia dominus dicit ipsos nobis vices reddituros, & si ipse sit qui illorum vice omnia tribuit. Quia enim dominus nos ad pietatis officiū prouocabat futuræ etiam retributionis modum insinuat, quatenus tanto magis largitati inseruiamus, quanto de plenissima retributione securi sumus, ⌊Mensuram⌋ quia secundum mensuram meriti erit & præmium. Johann. 4. In domo patris mei mansiones multę sunt ⌊bonā⌋ 1. vtilem nam complectit omne bonum. 1. Cor. 2. Oculus non vidit nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quæ præparauit deus diligentibus se ⌊& confertam⌋, id est, plenam Psal. Replebimur in bonis domus tuæ ⌊Et coagitatam⌋ id est, conquassatam, & firmam ⌊& superfluentem⌋ Omnia enim merita excedit, quia pro temporalibus æterna, mundanis diuina, terrenis cælestia recipimus. Et a plenitudine animæ in corpus redundat. Ro. 8. Existimo &c. Dabunt. glo. Illi quibus impenditis opera misericordiæ iam, quia erunt causa vt ipse det, quanquam & qui hinc pauperes ad felicia regna commigrant, illic diuites facti, suffragijs & interpellationibus apud deum abunde beneficia terrena in se collata cōpensant: & insuper deus & pro his & pro alijs suam adijcit gloriam ⌊In sinum vestrum,⌋ vt cum quanta securitate possidenda quanta quę charitate retinenda sit ostendatur ⌊Eadem quippe mensura, qua mensi fueritis remetietur vobis⌋ Generaliter potest accipi, quia secundum opera singulorum reddet, quia necesse est vt temeritas qua noces alij ipsa tibi noceat, & iustitia qua iuuas alium ipsa te adiuuet, vnde Ambrosius. Non iniqua mensura rependet deus. sed ē ac si dicat, ipsa iniquitas iudicandi & iniqua mensura tibi nocet, te punit, & sępe non illum de quo agis, vel si recte iudicas & metiris tibi prodest, te saluat, & si aliquando non illum cui hæc impendis. Item potest de largienda eleemosyna capi secundum illud. 2 Cor 9 Qui parce semi nat parce & meret. Si contracti parcij fueritis ergā proximum, talem & sentietis remunerationem.

¶Quo ad Tertium dicit Psal. Corripiet me iustus in misericordia & increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Meliora siquidem sunt vulnera diligentis quam fraudulenta oscula adulantis. Pro. 27.

⌊Dicebat autem illis similitudinem⌋ quo magis hæc in figeret animis suorum. ⌊Nunquid potest cæcus cæcum ducere⌋ quod si certes. ⌊Nõne ambo in foueam cadũt?⌋ Omnis homo cæcus est, qui vias dei ignorat & iustificationes eius, & qui secundum sensum carnis, non secundũ intelligentiam spiritus incedit (Matth. 15. Sinite eos cæci sunt & duces cæcorum) & se ingerit vt præstet alteri ducatum. ac se alterius facit magistrum. Purus sit ipse optet ab omni crimine qui velit alteri prçire. Quid sit agendum quomodo docebit alium, qui ipse tenetur errore? Si contra violentum ira te cæcauerit, si contra petentem auarus eris, nunquid vitiata mente tua, vitium eius curare poteris? nec solum qui tibi iniuriam fecit, sed etiam tu qui ferre nescis reus eris. Sed si improbitas illius tranqllum te inuenit, & ille pœnitebit, & tu de patientia coronaberis, quia cæcum vidente oculo. i. sereno corde ad lumen ducere curasti. Sed durum est perpeti quorundam malitiam obstinatam, sed ⌊Non est discipulus super magistrum⌋ Matth. 23. Magister vester vnus est Christus, qui iniurias vsque ad mortis tolerantiam patienter tulit. ⌊Perfectus aũt erit omnis si sit sicut magister⌋ Non enim par est potiorem esse discipuli conditionem quam magistri satis erit perfectus si magistro æquetur. Quasi ergo discipulus super magistrum erigitur, cum Christianus quis iniurias audire dedignatur, seq; suis viribus vlcisci conatur. Deus suas non vlciscitur iniurias, sed tolerando persecutores mitiores reddere voluit, discipuli q homines sunt hanc regulam perfectionis debent imitari. ⌊Quid autẽ vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem in oculo tuo non vides.⌋ Si tua leuia, aliorũ grauia æstimas, vere cæcus es. Quur iniquum iudicem te p̃bes proximo, ipse grauioribus malis obnoxius? quur in aliorum vitijs tam oculatus es, cum ad tua ipsius mala cęcutias. Oculus intentio cordis. Festuca ira subita, nã non irasci impossibile est, cum irascibilis simus naturæ, sed coartanda est ne limites excedat. Psalm. Irascimini & nolite peccare. Ira autem inueterata conuertitur in odium & sit trabs, inter quod & homicidium nihil interest. 1. Iohan. 3. qui odit fratrem suum homicida est: sequi. ⌊Aut quõ poteris dicere fratri tuo⌋ quasi dicat non potes de-

tentet. ⌊ Frater sine eiçiam festucam ⌋ .i. leuem defectū ⌊ de oculo tuo: ipse trabem ⌋ superbiam, iactantiam, odium, &c. ⌊ in oculo tuo non vides ⌋ quasi dicat. Si teipm considerares non proximum, sed te primum corrigeres, vnde sequitur ⌊ Hypocrita ⌋ audi simulator iusticiæ, qui hinc tibi venari opinionem iusticiæ conaris, si ad tua erracta conniuens in aliorum humanos lapsos seuerissime debaccheris, si vere vis esse iustus ⌊ eiice primum trabē ⌋ inuidiæ, malitiæ, simulationis, superbiæ, &c. ⌊ de oculo tuo, & tunc perspicies ⌋ mundato oculo tuo perfecte aspicies ⌊ vt educas festucam ⌋ iræ vel leuioris alicuius culpæ ⌊ de oculo fratris tui ⌋ Basilius: Considerandū quanta sit difficultatis alios iudicare, quia oportet primo seipsos conspiciant & emendent, quod est grauissimum omnium, quia cum oculus cuncta videat exteriora, tamen super se visum non vertit. Ita & intellectus cum alienum veleciter corrigat peccatum, lentus est proprios percipere defectus.

¶ Dominica quinta.

CVm turbe irruerent in Jesum vt audirent verbum Dei, et ipse stabat secus stagnū, &c. ⌋ Luc. 5. Saluator noster, dulcedine verborum & curatione morborum omnes in vnitatem fidei congregare veniens, omnem dissensionis amputauit cum verbo tum exemplo occasionem, hinc Petrus, 1. Pet. 3. ¶ In fide oēs vnanimes. ⌋ Inquantum fides est virtus theologica, inducit ad ecclesiæ vnitatem. Inquantum autem est moralis, & idem quod fidelitas, inducit ad mutuæ fidelitatis vnitatem. Actuum 4. Multitudinis credentium erat cor vnum (in intelligendis & credendis) & anima vna, id est affectus in volendis & operandis. Oportet enim esse conanctissimos quos idem baptismus regenuit deo, qvnum patrem habemus in cælo, qui pendentes ab vno capite Christo, sumus eiusdem corporis membra, ꝙs euangelica professio fratres ex æquo reddidit, & ob id ad idē immortalitatis præmium absq; discrimine pater ille cælestis vocauit omnes, & ideo non debet esse dissensio, neque supercilium, sed magis vnus on⁹ alterius suum putet, & subleuare studeat. ⌊ In oratione compatientes, ⌋ ex animo, vt alienis bonis & malis non minus tangamini quā EPIST

proprijs ⌊ fraternitatis amatores ⌋ vt si qui feliciores sint, non fastidiant infornuatos, sed malis illorum indolescentes, pro viribus opitulentur, si qui potentia præmiment & autoritate, non premant ac despiciant humiliores, sed consuetudinis comitate, affabilitateq; semet inferioribus accommodent, vt sit æqualitas, & quos fortuna separauit, coniungat Christiana charitas ⌊ Misericordes ⌋ eleemosynas indigentibus tribuendo, & peccata dimittendo. Matth. 5. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. ⌊ Modesti ⌋ in omnibus modum tenendo ⌊ humiles ⌋ de his non superbiendo sed totum gratiæ tribuendo, quia oratio cum superbia nihil ꝓdest. Luc. 18. in pharisæo. Similiter eleemosyna. Mat. 6. Cum facis eleemosynam noli tuba canere ante te sicut hypocritæ faciunt, in synagogis & vicis, vt honorificẽtur ab hominibus, amen dico vobis receperunt mercedem suam. ⌊ Non reddentes malum pro malo, ⌋ in factis iniuriosis, quod secundum iusticiam seculi videtur posse fieri. ⌊ Vel maledictum pro maledicto ⌋ in verbis. 1. The. 5. Videte ne quis malum pro malo reddat alicui, sed semp quod bonum est sectamini in inuicem, & in omnes. Sequtur ⌊ sed econtrario benedicentes ⌋ vt vestra insuperabili bonitate vincatis & obruatis illorum malitiam. ⌊ Quia in hoc vocati estis, ⌋ non vt malefactis ac maledictis superetis, quibus fiet vt & ipsi mali sitis qui malos imitemini, sed benefaciendo omnibus, beneloquendo cunctis ⌊ benedictionem hæreditate possideatis, ⌋ quæ nõ datur maledicis. Hoc potest dupliciter intelligi. Passiue sic, vt mereamini audire vocem illam optabilem. Venite benedicti patris mei, possidete regnum. Vel actiue, q̃ deum in futuro benedicetis. Psalm. Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Bonis malefacere plusquam ferinũ est, in benedicos esse maledicum plusquam scurrarum. De male merentibus bene mereri, de maledicentibus & obtrectantibus bene loqui, Christianæ ꝓtutis est. Hoc si cui durũ videt, audiat psalmographum diuino afflatum spiritu idem præcipientem. ⌊ Qui enim vult vitam ⌋ beatam in qua nullius moritur ⌊ diligere & videre dies bonos. ⌋ In hoc seculo dies mali. Ephe. 5. quoniã dies mali sunt ⌊ cocreeat linguã

suam a malo.⌊ Non reddendo maledictum pro maledicto. Prou.21. qui custodit os suum, custodit ab angustiis animam suam ⌊& labia sua ne loquantur dolum⌋ dolosum proferendo. ⌊ Declinet autem a malo,⌋ opere etiã si occasio detur vt peccet. Eccle.31. Qui potuit transgredi & non est trãsgressus, & facere mala & non fecit. ⌊ Et faciat bonum⌋ q̃ sunt duæ partes iusticiæ. ⌊ Inqrat pacẽ⌋ ex animo nõ ficto cum deo & proximo. Rom.12. Si q̃d in vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes ⌊& persequaſ eam⌋ & perfecte & perseueranter. ⌊ Quia oculi domini sup iustos ⌋.1. respectus misericordiæ tanq̃ in specialiter dilectos. Sap.4. Gra dei & mia est in sanctos eius, & respectus in electos illius, ⌊ & aures eius in p̃ces eor̃⌋ paratæ ad exaudiendũ⌊ Vultus aũt dñi sup facientes mala⌋ ad puniendum. Vnde ibidem sequitur vt perdat de terra memoriam eor̃. Si ergo deum volumus in nos esse beneficum simus ipsi benefici in oẽs, si volumus illi⁹ vltionem effugere ne quem lædamus. Nec audio q̃d hic forsitan obmurmurabit humanus affectus. Ni, ppulsa ro iniuriam, impunitas inuitabit plurimos ad lædendũ, imo ai nihil reddet vos tutiores ab iniuria, quam si vel toleretis, vel officio pensetis etiam. Nullus est lędendi finis, quoties misera vicissitudine conuitium conuitio, iniuria conduplicat iniuria. Si nemo repugnet, cõquiescet, aut certe languescet improbitas. ⌊ Et quis est qui vobis noceat, si bonı æmulatores fueritis⌋ si fiducieritis omnibus benefacere, lædere neminem. Quod si q̃ reperiuntur adeo cæci vt odio virtutis, aut errore vos persequant, q̃ in re possunt lædere? ⌊ Sed & si quid patimini propter iusticiam beati⌋ Mat.5. beati qui persecutionem patiunt propter iusticiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. ⌊ Timorem autem eorum ne timueritis. ⌋ Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non p̃nt occidere. Mat.10. vt conturbemini a statu rectitudinis fidei, vel dilectionis, & si sensualitate. ⌊ Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris⌋ qui suis famulis omnia vertit in bonum, siue læta accidunt siue aduersa. Semp itaq; laudandus est, si voce non licet, certe cordis affectu nusquam nõ licet. Eius ergo amore afficiamini, & timore, & sic omnis amor extraneus, & timor cesset

à vobis: cum q̃d sanctum est amatur, & veneratur. Esa. 8. Dñm exercituum sanctificate, ipse pauor vester, & ipse terror vester, & erit vobis in sanctificationem.

¶Postquam dominus in synagoga illud Esa. 61. Spiritus domini super me eo quod vnxerit me, paupibus euangelizare misit me &c. in se completum dixisset, ac ductus extra ciuitatem in supercilium montis, inde p̃cipitandus per medium illor̃ transisset, venit Capharnaum in finibus Zabulon & Neptalim p̃dicans euangelium regni, d. Quoniam implerum est tempus, pœnitentiam agite, & credite euangelio, appropinquabit enim regnum cælorum. Factum est autem In illo t. Cum, &c.

¶Dominica præcedenti ostendit dominus quare & q̃liter proximis nostris misericordiam impendere debemus, in hodierno ostendit euangelio, quomodo in fide ĩ sagena per verbum dei ad littus gloriæ tracti, ip̃m sequemur, si in vnitate ecclesiæ manserimus, per rupturam nõ excidentes.

¶Primum, Necessariæ intelligentiæ illustratio. In principio.

¶Secundum, Opportunæ potentiæ operatio. Ibi: Vt autem cessauit loqui.

¶Tertium, Perfectæ magnificentiæ commendatio. Ibi: Quod cum videret.

¶Quo ad primum dicit Psal. Quam dulcia faucibus meis (non carnis sed cordis) eloquia tua, in qbus remissio & vita prædicatur, super mel ori meo. Vnde cum indies latius inclaresceret fama Iesu apud oēs, tantus erat hom̃um affluxus, vt iam non satis esset illum sui copiam facere in synagogis, vicis, oppidis, verumetiam quocunq; se subduceret dominus, eo simul accurreret p̃mistua multitudo virorum ac mulierum, plerosq; pellexerat amor sanitatis, nonnullos inuitabat miraculorum nouitas, per multos attrahebat vis doctrinæ cælestis, quosdam incitabat inuidia ad obseruandum. ¶Cum turbæ irruerent
EVANG. in Iesum] ob deuotionem. Quis enim discessisset ab eo huiusmodi miracula faciente, quis faciem illam gratiosam non cupiuisset videre & audire os tanta diuina loquens? Attrahebat enim ad se turbas impetu q̃dam, quẽadmodum adamas attrahit ferrum. [Vt audirent ver-

bum dei. ⌋ Nam sermonem pharisaicum plerique iam fastidiebant, quod præter hominem nihil referret. Nunquã autem sic loquutus est homo. Iohan. 7. quemadmodum ipe. Erat enim docens sicut potestatem habens (quare admirabantur turbæ super doctrina eius) & non sicut scribæ eorũ & pharisæi. Mat. 7. Erant enim ẏba eius sapientiæ profundæ, eloquentiæ gratioſę, suauitatis benignæ. Vt autem commodius & minori impedimento impartiret illis verbum dei, conscendit nauim ⌊ & ipse stabat secus stagnum Genezareth & vidit duas naues stantes secus stagnum. Piscatores autem descenderant & lauabant retia. ⌋ Nam tota nocte occupati, nihil ceperant, quare fatigati desperantes retia lauabant, hoc factum est ad miraculi euidentiam. ⌊ Ascendens autem in vnam nauim quę erat Symonis, rogauit eum vt a terra reduceret pusillũ. ⌋ vt sic a turbis elongaretur, vt tamen audiri posset. Fuit Petrus obediens, proprio relicto opere, ⌊ Et sedens docebat turbas de nauicula. ⌋ Ipse enim docet omnem sapientiam, fine qua nullus bene docere potest. De nauicula Petri docet, quia extra eam error & falsitas, quam a terra petit abduci. i. a terrenis auocari, sed sic tamen, vt qui terreni sunt, plene audire possint vocem Christi in naui a terrenis affectibus separata sedentis. Sessio stabilitatem ipsius in ecclesia designat. Q deus iam inducta videtur terræ.

¶Quo ad secundum, Psal. admirabundus dicit: Quam magnificata sunt opera tua domine, omnia in sapiẽtia fecisti, impleta est terra possessiõe tua, id est, creaturis quas possides. Vnde Saluator qui magna fecit in terris, transit ad mare, vt & ibi faciat: vt dominus maris terræq; appareat. ⌊ Vt autem cessauit loqui. ⌋ Post doctrinæ manifestationem, sequitur miraculi operatio, vt veritati dicto rum miraculum præstet fidem. ⌊ Dixit ad Simonẽ: Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. Et respondęs Simon, dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus, in verbo autem tuo. ⌋ id est, iussu ⌊ laxabo rete. ⌋ Bonæ fidei erat Petrus, vt ad Christi imperium, quẽ necdum plene nouerat, in re quasi desperata tam prompte obediret. ⌊ Et cum hoc fecissent concluserunt piscium multitudinem copiosam. ⌋ Obedientiam digna

remunerat mercede. ⌊Rumpebatur autem rete eorum⌋ ex grauitate multitudinis piscium⌊ & annuerunt sociis qui erant in alia naui, vt venirent & adiuuarent eos. Et impleuerunt ambas nauiculas, ita, vt pene mergerentur⌋ Miraculum addit miraculo, rumpitur rete, & continet duarum nauium pondus, quæ mergebantur pene, miraculo saluatæ, quoniã mysticum in his dominus voluit intellectum: mare mundus. Apocal. ¦ 7. Aquæ multæ populi multi, qui sicut mare tumet p superbiã, feruet per auaritiam, spumat per luxuriam 1. Iohan. 2. Oẽ qd'est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum. & superbia vitæ, quæ non ex patre sed ex mundo est. Bed. Duæ naues circuncisio & præputium, quas videt, quia in vtroq; populo nouit qui sunt eius, quorum corda a fluctibus seculi ad futuræ vitæ tranquillitatem, quasi ad littus misericorditer videndo prouehit. Ascendit in Petri nauim, de cuius autoritate ipe docet gentes, quæ bene vna dicitur, quia multitudinis credẽtium erat cor vnum & anima vna. Act. 4. Hæc nauicula secundum Mat. ¦ 4. fluctuat. Nauicula in medio mari iactabatur magnis fluctibus. In quo attenditur principium nascentis ecclesiæ, quando trepidantibus discipulis Christus dormit, quando Petrus suis meritis firmus, alienis turbatur, quãdo Iudas proditor adhuc est mixtus. Hic Lucas dicit eam piscibus impleri, quo finem posterioris agnoscas, vbi perfectis in fide Christus vigilat, vbi perfidia proditoris cessat, vbi perfecta dilectio. Piscatores, doctores euangelicæ doctrinæ, qui laxare debent rete prædicationis euangelicæ, e dictis factisq; Christi contextũ, vt quam plurimos inuoluat, nec inuolutos sinat elabi. Habet & mundus sua retia, habet & satanas piscatores suos, q miseras animas blandimentis illectas, in nassam infelicitatis cõficiant atq; in æternum pertrahant exitium. Sed felices quos inuolutos sagena apostolica de profundo criminũ & errorum ptrahit ab auram liberiorem, e tenebris ad lucem, e sordido limo ad vitam puriorem. Neq; enim pertrahuntur ad cædem, sed ad salutem. Petro signanter dicitur, Duc in altum, & cũ hoc alijs laxate retia in c. p. Petrus enim pastor & princeps ducit in altum, sed reliqui pastores ducti per eum, in & e sua naui laxant retia in ca

pturam. Ambr. Quid tam altum q̃ altitudinẽ diuitiarum videre scientiæ, dei filium, & professionem diuinæ generationis assumere (Mat. 16. Tu es Chr̃us filiꝰ dei viui) quã licet mens non q̃at humana plena rationis inuestigatione comprehendere, fidei tñ plenitudo cõplectitur. Nam & si non licet scire quẽadmodum natus sit, nõ licet tñ ne scire quod natus sit. In hoc altum a Petro ecclesia deducitur disputationis vt videat. Hinc resurgẽtem filium dei, inde spiritum sanctum profluentem. Hæc ille. Piscatores tota nocte nihil cœperunt, quia tempore vetustatis, neq; Gentes, neq; Hebræi, ad vitam capi valebant æternam. Rom. 13. Nox præcessit, dies aũt appropinquabit. Ephes. 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Vbi enim Christus non est, tenebræ sunt, cum sit lux illuminans omnem hominem venientem in hunc mundũ. Iohan. 1. Hinc Rom. 10. Finis legis Christus, ad iusticiã oĩ credẽti. Vbi ergo Christus nõ ẽ tenebræ sunt, & nihil fructuosum operatur. Iohan. 8. Ego sum lux mundi 12. Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant. Sed per fidem Christus habitat in cordibus nostris. Ephe. 3 sed quæ per dilectionem operatur. Gal. 5. In Christo Iesu neq; circuncisio aliqd valet, neq; præputium: sed fides quæ per charitatem operatur. In verbo aũt tuo. Amb. O vacua præsumptio, o humilitas fructuosa, in verbo Christi laxare rete, nam qui nihil ante ceperant, magnam in verbo Christi concludunt multitudinẽ piscium. Non hoc humanæ facundiæ opus, sed supernæ facundiæ est munus. Hiere. 23. Propheta qui habet somnium narret somnium, & qui habet sermonem meũ, narret sermonem meum. Iussu autem domini apostoli per totum mundum rete expanderunt euangelicum. Incredibilis gentium multitudo prædicatione eorum ad veritatis fidem colligitur, & modo tot reprobi cum electis intrant, qui & ipsam ecclesiam hæresibus scindunt. Matth. 13. Simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mari, & ex omni genere piscium congreganti. De ruptione retis. 1. Cor. 11. Audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo. Nam oportet hæreses esse, vt qui probati sunt in vobis manifesti fiant. Malorum igitur culpa rumpitur rete, sed non ideo elabuntur boni pisces. Hæretici scindere

conantur doctrinam euãgelicam, sed Christus vndiq; sapiens, illorum impios conatus vertit in profectum ptis synceræ. Nouit enim dñs qui sunt eius. 2. Tim. 2. Amb. Vocantur ad adiumentum socij qui erant in alia naui. Quæ est illa nauis, nisi forte Iudæa, ex q̃ Iohan. & Iacobus eliguntur, hi de synagoga ad nauim Petri, hoc est, ad ecclesiam conuenerunt, vt implerẽt ambas nauiculas. Omnes enim in nomine Iesu genuflectunt, siue Græcus, siue Iudæus, & in omnibus Christus. Venientibus ergo socijs, id est, prophetis alterius nauiculæ. i. synagogæ firmatur testimonium fidei, 2. Pet. 1. Habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes, sicut lucerne lucenti in loco caliginoso, &c. & tamen præmisit se speculatorem fuisse gloriæ Christi. Impletio nauium, crescit vsq; in finem seculi. Beda: Nauiculæ pene submergũtur, non tamen merguntur, sed in submersione premuntur, nunquam tamen ecclesia deficiet Christo testante. Lucæ vigesimo secundo. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua.

¶Quo ad tertium. Psal. obedientiæ diuinæ vtilitatẽ expertus ait: A mandatis tuis intellexi. Auguſt. Nõ mandata ipsa dico me intellexisse, sed a mandatis quia faciendo veni in altitudinem sapientiæ, quoniam nisi per obedientiam mandatorum, non peruenitur ad sapientiam occultorum. Vnde: Fili concupiscens sapientiam, serua iusticiam & dominus præbebit illam tibi. Eccle. 1. propterea sic illuminatus odiui omnem viã iniquitatis. Claret hoc in Petro & socijs eius. Videns enim rem non agi viribus humanis, aut casu, sed virtute diuina, & admirans dona diuina, suam quoq; paruitatem, obstupuit in tantæ rei nouitate. ⌊Quod cum videret Simon Petrus procidit ad genua Iesu, d. Exi a me domine ⌋non sum dignus tuo consortio ⌊quia homo peccator sum. Stupor enim circumdederat eum, & omnes qui cum illo erant in captura piscium quam ceperant. Similiter autem Iacobum & Iohannem filios zebedæi, qui erant socij Simõis⌋ Cunctoꝝ enim animos occuparat incredibilis quædam huius facti admiratio. Quum ergo ita attonitos haberet omnes admiratio facti, vt præ admiratione diuinæ virtutis non auderent sese adiungere Iesu, consolatus est

eos dominus, dicens Petro, in quo solitus est proponere formam quam volebat cæterorum omnium animis imprimi. ⌊Et ait ad Simonem Iesus: Noli timere.⌋ Agnoscis tuam imbecillitatem, & meam expertus es virtutem diuinam, hæc amanda non formidanda. Quod enim potest non exprimit ad opprimendam imbecillitatem peccatorum, sed ad erigendam, tantum vt iussis meis obtemperes, nec expendas quid tuæ possint virtutes, sed quid ego velim fieri. Nihil non succedet si mihi fidas. Miraris & ita successerit in captura piscium ⌊ex hoc iam⌋ .i. post hac vel hoc signat & ⌊eris homines capiens.⌋ Quod dominus locutus Petro, id omnes intellexerunt sibi dictum esse. ⌊Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt eum.⌋ Vacui solicitudine rerum corporalium, ac totis animis in hoc intenti vt fierent piscatores hominum. Chrys. Considera fidem & obedientiam eorum, habentes enim præ manibus appetibile piscationis opus, obmandatum tamen domini reliquerunt. Quis non obstupescet considerans prædicatione paucorum humilium, & idiotarum hominum, ex vniuersis orbis nationibus, intra paucos annos tot milibus hominum fuisse persuasum, vt contemptis affectibus cognatorum, contempto dispendio rei familiaris, contemptis minis principum, supplicijs ac morte ipsa, simplicem Christi doctrinam sequerentur, credentes ea quæ rationibus humanis probari non possunt, sperantes ea quæ iuxta naturæ vires plane desperanda sint. Sed vnde hoc? nisi quia iussu domini laxatum fuit rete, non ad suam gloriam, non ad quæstum, non ad principum arbitrium, nō ad aliquam humanam cupiditatem, sed ad arbitrium ac iussum Christi, quo iubet laxari ad salutem eorum qui captantur, & ad gloriā bonitatis diuinæ. Hæc est enim apostolica piscatio. Eatā etsi peragatur humanæ vocis & industriæ ministerio, tamen summa laudis totius vni Christo tribuēda est, cuius auspicijs soluitur ad dicendum lingua, cuius spiritus afflat dicentis pectus, cuius occulta vis attrahit animos auditorum.

¶ Dominica Sexta.

Amen dico vobis, nisi abundauerit iusticia vestra plusquam scribarum & pharisęorum non intrabitis in, &c. ⌊Matt. 5. Saluator noster

sicut per legem nouam imperfectionem veteris supplere voluit, ita & populum sibi credentem abundantiori iusticia pollere, per veteris vitæ mortificationem & nouæ cõseruationem. Vnde Apostolus Rom. 6. ⌊quicunq; baptizati sumus⌋ purificati a peccatis ⌊in Christo Iesu⌋. 1. in fide Christi ⌊in morte ipsius baptizati sumus⌋ Per ỹtutem enim mortis eius aqua baptismi habet ỹtutem. Cum enim baptizamur in nomine Christi, commorimur vna cum illo pristinis peccatis illius morte abolitis. ⌊Consepulti enim sumus per baptismum⌋ assimilati Christo sepulto, quia sicut Christus fuit in terra, ita mergimur in aqua ⌊in mortem⌋ id est, similitudini mortis respectu vitæ veteris peccatricis. ⌊Vt quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam patris⌋ nõ humanis viribus, sed per potentiam gloriosam patris ⌊ita & nos. la morte vitiorum excitati per eundem pristinis vitijs mortui ⌊in nouitate vitæ ambulemus,⌋ semper ab honestis ad honestiora progredientes. Nam cum per baptismum inseramur corpori Christi, & quodammodo in illum trãsformemur, quicquid in illo gestum esse videmus qui caput est, id omne vel exprimendum est vel sperandum. ⌊Si enim complantati facti sumus similitudini morti eius⌋ per mortẽ Christi euulsi de mala terra peccati, plantati in terra gratiæ bona. ⌊Simul & resurrectionis erimus⌋ participes in gloria. ⌊Hoc sciẽtes quod vetus noster homo⌋ Adæ terreni similitudinem reddens ⌊simul crucifixus est⌋ Per baptismum, quia non omnino extinctus fomes, sed debilitatus vt nihil possit contra nos nisi velimus ⌊vt destruatur corpus peccati⌋ Carne spiritui subiecta, ratione dominante, ⌊vt vltra non seruiamus peccato⌋ nõ vt nõ sit, sed vt nõ cogamur seruire, quia iustificati sumus. ⌊Qui enim mortuus est peccato⌋ configuratus morti Christi per baptismum ⌊iustificatus est a peccato⌋ quia baptismus delet peccata, vt iam non sit in seruitute peccati, sed liber. ⌊Si autem mortui sumus cum Christo,⌋ prout dictum est a pristinis vitijs liberi. ⌊Credimus quia simul etiam viuemus cum ipso,⌋ vita gratiæ quia corruptio vitæ veteris inchoatio nouæ est & gloriæ in æterna vita. Iohan. 12. Vbi ego sum illic & minister meus erit. ⌊Scientes quia Christus resur-

gens a mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur ¶ cum ius in eo non habeat ⌊ quod em̄ mortuus est peccato ¶ p ipso tollendo ⌊ mortuus est semel ¶ Vnica enim mors eius sufficit ad tollenda omnia peccata ⌊ quod autem viuit, viuit deo ¶ cuius virtute reuocatus est ad vitam immortalem. ⌊ Ita & vos ¶ ad hoc exēplum ⌊ existimate vos mortuos quidem esse peccato ¶ extinctis pristinis vitijs & cupiditatibus ⌊ viuentes autē deo ¶ vita immortali cuius beneficio contigit innocētia, omnia ad honorem eius faciendo. Neq; enim deo viuit, nisi qui viuit pietati, iusticiæ, cæteris q; virtutibus. Cum enim insiti simus corpori Christi, idem facti cum illo, ne cesse est vt capiti membra respondeant. Caput autē Christus est. Is cum deo viuat iugiter, conuenit vt nos item ei viuamus ⌊ per Iesum Christum dominum nostrum ¶ tanquam per mediatorem nostrum quia alibi nulla spes.

¶ Cum dominus inter cætera sermonis in monte faceret, discipulos ad vitæ exemplaris inuitasset obseruationem adiecit. Nolite putare quoniam veni soluere legem aut prophetas, non enim veni soluere sed adimplere, &c. In il. t. d. i. d. f. Amen dico.

¶ Dominica præcedenti audiuimus quomō rete euangelicum ob multitudinem rumpitur piscium, cum bonos in vasa, malos autem foras selegendo congreget. Matt. 13. Quare in hodierno ostendit euangelio si boni esse volumus, quomō nos erga deum per abundantem iusticiam, & proximum per dilectionem puram habere debeamus.

¶ Primum: Qualificatæ iusticiæ obseruatio. In principio.

¶ Secundum: Reprobæ iræ refrenatio, Ibi: Audistis quia dictum.

¶ Tertium: Summæ concordiæ obseruatio, Ibi: Si ergo offers.

¶ Quo ad primum Psalmista necessitatem simul ac vtilitatem diuinorum attendens præceptorum, ait: Iuraui & statui. i. firmiter & deliberate, custodire iudicia. i. pcepta iusticiæ tuæ, non humanæ non pharisaicæ, sed tuæ, vnde dominus ait: ¶ Amen dico vobis ¶ id affirmo ego qui sum veritas. Iohan. 14. ⌊ Nisi abundauerit iusticia EVANG.

vestra ⌋ vt perfectionis sit abundantioris ⌊ plus quam scribarum ⌋ legis iustitiam docentium & interpretantium. ⌊ Et pharisæorum ⌋ qui singulari iustitiæ obseruationе ab aliis segregantur, ⌊ non intrabitis in regnum cælorum. ⌋ Nam per iusticiam legis nullus intrare potuit regnum cælorum Hebræorum septimo. Nihil ad perfectum adduxit lex. Scribæ tamen legem Christi non recipientes, sine qua salus nō est (cum finis legis sit Christus. Romanos 10.) solum ex his quæ lex præscribebat absolute sibi iustitiam vindicabant, solum literam non spiritū legis sequentes, & secundum opera magis iusti appellari, quam secundum voluntatem esse affectabant. Pharisæi autem vnam habuerunt iustitiam, solum hominum laudem venari satagentes, & dei gloriam negligentes. Matthæi. 23. Omnia opera sua faciunt vt videantur ab hominibus (& infra) Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia similes estis sepulcris dealbatis, quæ a foris parent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcicia: sic & vos a foris quidem paretis hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate. Ideo dominus admonet Matth. 6. Attendite ne iusticiam vestram faciatis coram homonibus vt videamini ab eis, alioquin mercedē non habebitis apud patrem vestrum qui in cęlis est. Cum ergo facis eleemosynā noli tuba canere ante te sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, vt sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi. Et cum orabitis non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis & angulis platearum stantes orare vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis receperunt mercedem suam. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi. Cum autem ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes, exterminant enim facies suas, vt pareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis quia receperunt mercedem suam. Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, &

faciem tuam laua ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in absconditо, & pater tuus qui videt in absconditо reddet tibi. Ecce saluatoris testimonio facere eleemosynam, orare, ieiunare, est facere iustici am quę hypocritarum more facta mercedem apud deum non habebit, & nisi abundauerit regnum non intrabit. Fuit etiam iusticia phariſæorum præsumptuosa, qui proximos contemnebant. Luc. 7. & 18.

Vt ergo iusticia nostra abundet pluſquam scribarum & phariſæorum, studeamus non secundum opera, sed secūdum voluntatem iusti esse, qua vere bona procedunt. Non enim potest arbor bona malos fructus facere, aut arbor mala bonos fructus facere. Mat. 7

¶Quo adsecundum, Pronitatem ad malū & difficultatem ad bonum ex fomite Psalmista expertus orat, dicens: Humiliatus sum vsquequaque, id est valde, dñe viuifica me secundum verbum tuum. Nam & si qui mortui audierint vocem tuam viuent. Iohannis 5. Audierint dico aure cordis & affectionis, viuent vita gratiæ hic & gloriæ in futuro. Ipse enim verba vitæ habet (Iohannis. 6.) quam verba legis non dabant. Vnde sequitur, ⌊ Audistis quia dictum est antiquis ⌋, id est, patribus sub veteri testamento. Hebræ. 8. Quod antiquatur & senescit prope interitum est. ⌊ Non occides ⌋ Exo. 20. Non intelligitur occisio malefici secundum legis latoris mandatum quia Deute. 18. Maleficos non patieris viuere. Vnde Saul peccauit & e regno dejectus fuit, non occidens Amalechitas. 3. Regum 15. Et 3. Reg. 20. dictum fuit regi Israel. Quia dimisisti virum dignum morte, erit anima tua pro anima eius. Iudex enim secundum legem iusticiæ occidens metetur. Vnde Exo. 32. ait Moses iis qui occiderant idolatras. Hodie consecraſtis manus vestras domino, vnusquisque in filio suo, & in fratre suo, vt det vobis benedictio. Intelligitur igitur, qui vt priuata persona vel iracundia. De quo Iohannis 18. Omnis qui acceperit gladium, a gladio peribit. ⌊ Qui autem occiderit reus erit iudicio ⌋ id est, dignus iudicari ad mortem. Leuit. 24. Qui percusserit & occiderit hominem morte moriatur. Antiqui præcepta decalogi seruabant ad literę sensum, quæ lex nouæ non tollit sed perficit ad spiritum, vnde hanc legem ser

uabant de exteriori occasione, lex autem spiritus de exteriori & interiori, & omnino de amputatione omnis affectionis q̃ occasionem p̃beat occisiõis, vnde sequit⁹ ⌊Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. ⌋ Notandũ quod dicit qui irascitur fratri suo, quia est ira quædam commendabilis, qua irascimur viciis, sine qua (dicit Chrys⁹) nec doctrina proficit, nec iudicia stant, nec crimina compescuntur, sed vicia seminantur, nutriuntur negligentiæ, & non solum mali, sed & boni incitantur ad malum. Nam ideovim habemus irascibilem vt malis obsistentes ardua strenue agamus. Eccl'ſ.7. Melior est ira risu quia per tristitiã vultus corrigitur animus delinquentis Sed q̃ irascitur fratri, id est male vult in animo, graue facinus admisit apud deum. Ideo dicit Augustin. Qui docet vt nõ irascamur non soluit legem sed implet potius, ne occidamus vt & foris dũ nõ occidimus, & intus dum non irascimur innocentiam seruemus hæc ille. Hiero. De otioso sermone reddituri sumus rationem, quanto magis de contumelia? Racha inanis dicitur aut vacuus, id est, sine cerebro. ⌊Qui autem dixerit fratri suo racha ⌋ qua animi malivolentiam declaret, ⌊reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue ⌋ manifesto conuitio percutiẽs fratrem ⌊reus erit gehennæ ignis ⌋ id est, internalis. August. Hoc vltimum quod grauissimum esse sonat, admonet gradus quosdam factos a leuioribus ad grauiora, donec ad gehẽnam ignis veniretur. Non enim reatus ipse haberet gradus, nisi etiam gradatim peccata commemorarẽtur, vnde in primo est ira sola in animo. In Secundo ira & vox confusa iræ significatiua. In Tertio in ipsa voce certa vituperatio. Vnde etiam tres gradus reatus. Iudiciũ in quo datur defensioni locus. Concilium ad quod videtur pertinere sententiæ prolatio, quãdo non iam cum ipso reo agitur vtrum sit damnandus, sed inter se conferunt quo supplicio damnari oporteat, quẽ constat esse damnandum. Gehennæ ignis q̃ nec damnationem habet dubiam vt iudicium, nec damnati pœnam sicut concilium. In gehenna enim certa est & damnatio, & damnati pœna & cum hoc extrema. Nec mirum si pro verbo contumelioso tam grauis imponitur pœna, quia inde oriunt⁹ hom. cidia, sectæ, dissentiones, inuidiæ, &c.

Homicidio confinis est, quisquis excidit a charitate fraterna. Nondum exemit gladium, sed percussit animo qsquis iratus male voluit, percussit lingua quisquis conuitium iratus dixit; fortassis & occisurus ni pœnam metueret. Itaq; lex euangelica puniens iracundum non aduersatur legis præcepto non occides, sed lõgius arcet & submouet ab eo quod lex puniri iubet. Tutior est ab homicidio quisquis iram & odium penitus exemit ex animo, q̃ quidem ex radice pullulant homicidia. Quisquis ergo sibi parit charitatem euangelicam, (quę bene vult etiam malecuolentibus, quæ beneficio pensat iniuriam) nihil eget minis Mosaicæ legis ad vitandum homicidium. Odij extrema linea est occidere, charitatis extrema linea est etiam occidenti bene uelle. Matthæi. 5. Orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Omnis occasio iræ tollitur, cum inimicos diligere iubemur. Matt. 5. Diligite inimicos vestros. Ideo nihil valet additio (sine causa) Ira enim proprie est omnis malus motus ad nocendum, subitus autem motus cui non consentitur propassio est, accedente consensu passio est, & mors in domo. Ira quæ ex causa est, non ex passione, iudicium est non cõmotio illicita. Iusta ira mater ē disciplinæ. Nõ fratri irascitur, qui peccato irascitur.

¶ Quantum ad Tertium. Nihil nobis nostra prodesse (sine diuina acceptatione) Psal. opera cõsiderans orat dicens: Voluntaria oris mei, id est vota, beneplacita fac domine, & quo id fiat, iudicia tua doce me, vt intellectu sciã quid agendum, & effectu perficiam quod intelligo. Nimirum cum regnum Christi sit regnum fidei per dilectionem operantis, oia dilectioni dei & proximi sunt postponenda, vnde positis varijs iræ modis dilectioni cõtrarijs (nam iram comitari solet odiũ) de charitate erga fratrem seruanda prosequitur vt prima sit cura pacis & mutuæ concordiæ. Quod si vt est humanæ naturæ imbecillitas, incideret offensæ nonnihil inter fratres, rebus omnibus omissis dent operam, vt sarciatur concordia. Si enim non licet irasci aut dicere racha fratri, quantominus in animo retinere aliquid vt in odium indignatio conuertatur. Ephesi. 4. Sol non occidat super iracundiã vestram. Si quicquam mali in animo habemus contra

proximum deo placide offerre non possumus. Si ergo offers sponte & hilariter. Hilarem enim datorem diligit deus. 2. Cor. 9. munus tuum de tuo non de alieno. Qui enim offert sacrificium de substantia pauperis quasi qui victimat filium in conspectu patris. Eccl. 34. ad altare siue materialis siue spiritualis templi. Augustinus. Altare in corde, ipsam fidem accipere possumus, cuius signum est altare uisibile. Nihil enim deo acceptum nisi fidei synceritate fulciatur, quia sine fide impossibile ē placere deo. Hebr. 11. & ei fixe atq; immobili tanquam altari imponatur, vt possit integrum atque illibatum esse qd offertur, siue psalmus, hymnus, oratio & cæt. & ibi recordatus fueris, q̄ frater tuus habet aliqd aduersum te quod offensa quædam contristarit amicitiam relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo. Si ipse te læsit non ipse habet sed tu aduersus eum habes, nec tunc oportet te veniam petere sed dare, sicut vis tibi dimitti. Luc. 6. Relinque, inquit, non refer, quia quod recte offertur immutari non licet, sed relinque donec placabilius offeras, non enim munus repellit, sed charitatem requirit proximi, sine qua nemo ad charitatem dei peruenit. Magnum est deo munus offerre, magnum orare, sed ita demum deo placēs & acceptū, si fiat in dilectione. Charitas autem hoc habet siue fratrem offenderis siue non, frater tamen tibi male afficiatur, vt quantuncunque potes & in te est, illum tibi reconcilies, vt ipse tecum & tu cum ipso, vt filij dei & pacis eē possitis propter eum qui nos eiusdem patris æterni fecit esse filios, qui est Christus dominus, reconciliatio & pax nostra. Ephe. 2. Si præsens sit poteris eum non simulato animo lenire atque in gratiam reuocare veniam postulando, si hoc prius coram deo feceris, pergens ad eum non pigro motu corporis sed celerrimo dilectionis affectu, atq; inde veniens, id est, intentionem reuocans ad id quod agere cœperas offer munus tuum, & sic cum absens sit vade ad eum non pedibus sed affectibus. Et tunc veniens offeres munus tuum tanquam deo acceptum confecta amicitia. Hugo. d. s. v. Pensare debemus quanta sit apud deum concordiæ virtus, sine qua non placent deo ipsa sacrificia, quibus delemur peccata, nec tantum pla-

cent deo nostra ieiunia, nostræ orationes, nostra sacrificia quantũ concordia. Chry. Attendẽda est dei misericordia ad homines, qui amplius diligit concordiam fidelium quam munera, dum oblationem discordantium non vult suscipere. Nemo enim duorum inimicorum potest esse amicus. Ideo deus non vult esse amicus fidelium quãdiu ipsi inter se fuerint inimici. Hæc ille. Adeo deo nullum donarium gratius quam consensus hominum. Ex dilato munere nil ille damni patitur, ex rescissa charitate multum imminet, vtrisque periculi. Siquidem offensæ dilatæ gignunt odium, ex odio gignitur homicidium. Et deo nihil est gratum quod non commẽdat charitas. Quod si mihi dixeris. Ego nihil commerui, prior ille redeat in gratiam vnde nata est offensa, nõ audiam. Qui iubetur & inimicũ diligere, nec grauabitur resarcire gratiam licet aliena culpa resciſſam. Vltro condona noxam, & fratrem hoc mœrore subleua qui te sibi putabat iratum. Non experieris deum propitium, nisi proximus senserit te sibi propitium. Si apud deum tanti est hominum concordia vt patiatur interim se fraudari munere parato modo illa sarciatur, quanto iustius est hominem (cuius interest) rei suæ dispendio pacem & amicitiam redimere. Hieron. Non dixit si tu habes, sed si frater tuus aduersum te, vt durior reconciliationis tibi imponatur necessitas.

¶ Dominica septima post octauam Pentecostes.

CVm turba multa esset cum Iesu nec haberent quod manducarent. conuocatis discipulis ait illis. misereor super turbam. Mar. 8.

Saluator quo sibi fidentibus omnem diffidentiæ tollere occasionẽ. non solũ verbis futura præmisit sed & factis præsentialiter ingruentes necessitates releuauit, Vt eo fidelius seruiret, q̃ oim necessitatib⁹ succurrere, & posse, & velle, certissime cognosceret. Hinc Apo. Ro. 6. ¶ Humanum dico infirmitatem carnis vestræ quæ ex carne. Sapien. 9. Corpus quod corrumpitur aggrauat animã. Si EPIST.

cut enim antehac exhibuistis .1. habilitatis ex male consuetudine membra vestra vestri iuris seruire im mundiciæ .1. peccatis carnalibus & iniquitati peccatis spiritualibus ad iniquitatem consummandã, sic vt libidinum arbitrio a turpitudine ad turpitudinem prolaberemini semper inquinatiores. Apo. 22. Qui in sordibus est sordescat adhuc ita nunc tempore gratiæ cum sitis liberi a peccato exhibete membra vestra per bonam consuetudinem habilitantes ea seruire iusticiæ in sanctificationem .i. sanctitatis consummationem a uir tute in virtutem vsq; proficiscentes, semper puriores emendatioresq; reddamini. Vehementer enim iniquũ videtur, non hoc saltem ius apud nos obtinere Christum, quod pridem obtinebat diabolus, quum non plus laboris requiratur in seruitute dei q̃ ducit ad gloriam, quam in seruitute diaboli quæ ducit ad gehẽnam, quare sicut tũc nullus timor coegit sed libido voluptasq; peccati duxit, sic modo delectatio iusticiæ adultæ & si nondum perfectæ. Apoc. 22. Sanctus sanctificetur adhuc. Cum enim serui estis peccati id est peccatum vobis dominaretur in paganismo liberi fuistis iusticiæ sine eius dominio & spoliati a bono iusticiæ quod est maximum damnum. Quem ergo fructum id est, vtilitatem in præsenti, nam finis ex se patet habuistis tunc in illis obscenis cupiditatibus quibus ceu mancipia obsecundabatis in quibus nunc erubescitis. Ipsa enim vitia secum adferunt suum supplicium, dum statim hominem conspurcãt & contaminãt, & talibus, pbris ac dedecoribus deformãt vt nunc posteaquam resipuistis velut a vitiorum temulentia, pudeat vos vestri, & animus a cogitatione quoq; pristinarum voluptatum abhorreat. Augustinus. Est enim quædam temporis confusio, perturbatio animi respicientis facta sua, & respectione horrentis & horrore erubescentis, & erubescendo corrigentis. Et merito fugienda. Nam finis illorum mors est culpæ & gehennæ, quanq̃ & vita sic acta, mors est non vita. Nunc vero liberati a peccato per eius dimissionem & perconsequẽs a tyrãnide diaboli. Ioh 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis serui aũt facti deo ꝓspicite quam feliciter sit vobis commutata seruitus, & quam dispares dñi

nam præmium vultis habetis nunc fructum vobis congruum vestrum in sanctificationem .i. virtutum consummationem pro iniquitate & impietate viuentes innocentes, puri, sancti, q̃ sola est vera vita, deinde ex pleto breuis seruitij tempore, manet vos merces immortalitatis. Finem vero vitam æternam q̃ est sine fine & sic habetis gratiam in presenti. & gloriam in futuro. Cõponite iam cum deo diabolum, cum spurcitie sanctimoniam, cum æterna morte vitam immortalem. Stipendia enim peccati militiæ diabolicæ mors est pro turpi miseroq; seruitio. Contra qui deo seruiunt pro sua virili, his non vt merces debita, sed vt beneficium a propitio patre reponitur immortalitas. Gratia autem dei vita æterna. Vt intelligamus deum ad vitã æternã nos perducere pro sua miseratione non meritis nostris, vnde vita æterna q̃ in fine a deo meritis p̃cedẽtibus reddit, q̃ non a nobis sunt sed in nobis facta sunt per gratiã, & ipsa gratia nuncupatur, quia gratis datur. Nec ideo gratis quia non meritis datur, sed quia data sunt & ipa merita quibus datur. Confitendum est ergo ideo gratiã vitam æternam vocari, quia his meritis redditur q̃ gratia contulit homini. Accipimus ergo gratiam pro gra. s. gratiam glorificationis, p gratia iustificationis. In Christo Iesu dño nostro .i. per Iesum tanq̃ mediatorẽ non p Mosen, quia lex per Mosen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Ioh. 1.

¶ Veniens dñs de finibus Tyri per Sydonẽ iuxta mare vbi surdum & mutũ oblatũ curauit. Mar. 7. ascendẽs in montem sedebat ibi. Mat. 15. & accesserunt ad eum turbæ multæ habentes secum mutos & claudos debiles cæcos & alios multos, & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos ita vt turbæ mirarentur videntes mutos loquentes, & claudos ambulantes, cæcos videntes & magnificabãt deum Israel. In illo tẽpore cum turba multa.

¶ Dominica præcedenti audiuimus quomodo cũ proximis nostris pacem seruare debemus, & quo ad deum iusticiam, quo sibi ad altare sacrificium contriti cordis offerre possemus (quia solum tempore pacis bene colitur deus.) In hodierno ostendit dominus euangelio se nunquam adhærentibus sibi in necessarijs defuturum, sed hiç

eos pane verbi diuini, substantiæ temporalis & post gloriæ nutrire.

¶ Primũ: Supremæ misericordiæ dulcoratio, In principio.

¶ Secundum: Timidæ indigentiæ releuatio, ibi: Et responderunt ei.

¶ Tertium: Venustæ sufficientiæ declaratio. Ibi: Et saturati sunt.

¶ Quo ad primum Psalm. ait: Multa flagella peccatoris, obstinati sunt, quia hic & in futuro, vt patet in Antiochio & Herode. Act. 12. Sperantes aũt in dño misericordia circundabit: vndiq; eos protegendo. Diligentibus enim deum oĩa cooperãtur in bonum. Ro. 8. vnde & si hic quandoq; videantur malis p̃mi & sic derelicti: non tamẽ sunt sine interna consolatione, & in fine ab omni malo liberi, æterna lætitia circundabuntur, qa sperauerunt in eo, qui seipsum negare non potest, sed fidelis p̃manet. 2. Tim. 2. quia non solum misericors, sed & ipsa misericordia. Psal. Deus meus misericordia mea. Augu. Altitudinẽ diuinitatis suæ & misericordiam humanitatis, multis & variis modis in scripturis sanctis dñs noster Iesus Christus ostendit. Omnia enim quæ in hoc mundo sub fragilitate nostra exhibuit miracula, nobis proficiunt. Verbũ dei est Christus, qui non solum verbis, sed etiã factis loquitur hominibus. Nempe q̃ super turbã miseretur dñs ne inedia vel longioris viæ deficiat labore, nouerim⁹ eẽ affectum atq; compassionem humanæ fragilitatis. Quod aũt de septem panibus & paucis piscibus faciauit 4000 hominum, credimus diuinæ opus esse virtutis, Hæc ille Clementiss. dñs sanabat omnes corpoꝝ morbos, animos vero cælesti pabulo pascebat. Non enim sunt noxiora ieiunia q̃ non pasci dei gratia. ¶ Quum turba multa esset cum Iesu, q̃ deuulerat secum multos variis malis obnoxios, quos omnes sanauit, nec haberent quod manducarent. Adeo enim deuincebat animos sibi multitudinis benefaciendi promptitudine, vt ab eo non posset diuelli, dumq; totis animis intenti sunt regno dei, non venerat in mentem de cõmeatu prospicere, adeo vt sanatis corporibus pastis animis, de fame periclitarentur, consumptis his q̃ apportarant, nec oblosi solitudinẽ habere possent.

EVANG.

vnde Matt. 15. Vnde ergo nobis in deserto panes tantos vt saturemus turbam tantã. Iesus aũt ipsa re docere volens apostolos, nihil omnino defuturum his, qui syncera fiducia adhærent ipsi⌊ conuocatis discipulis, ait illis: ⌋ vt ex collocutione, signi intelligerent magnitudinem, & vt discipulorum animos ad misericordiam prouocaret. ⌊Misereor sup turbam.⌋ Ecce pius pastor, O verbũ miræ dulcedinis ex intimis procedẽs cordium medullis: nã miserationes eius super oĩa opera eius. Sed quare audiamus⌊ quia ecce iam triduo sustinent me⌋ & insup⌊ nec habent quod manducent.⌋ q.d. periculo suo perseuerant mecum, nisi eis prouidero, verbis enim & actibus ipsius adeo fuerunt intenti, vt seipsos negligerent. Duplex miserendi causa, quia cũ ipso perseuerabant, nec habebãt victum vnde periculũ imminebat, vnde Mat. 15. Et dimittere eos ieiunos nolo ne deficiant in via. ⌊Et si dimisero eos ieiunos in domum suã deficient in via.⌋ Causam adiungit. ⌊Quidam aũt ex eis de lõge venerunt⌋ propter famã eius. Luc. 4. Diuulgabatur fama de illo in omnẽ locum regionis. Mystice dulcissima sunt hæc pctõribus famelicis sustinentibus eum. Qũo miseret pater filiorũ, misertus ẽ dominus timentibus se. Sustinentes enim cum hæreditabũt terram. Esurientes siquidẽ impleuit bonis, & diuites dimisit inanes, de quibus Apoc. 3. Dicis quia diues sum & locupletatus, & nullio egeo, & nescis quia tu es miser & miserabilis, & pauper, & cęcus, & nudus. Ideo Psal. dicit: Mihi adhærere deo bonum est, ponere in dño deo meo spẽ meam. Turba triduo sustinet dñm, quia fideles pœnitentes se ad dominũ in opere & sermone, ac cogitatione conuertunt, qui in præsentis vitæ via deficerent, si in sua cõscientia sine doctrinæ pabulo dimitterentur. Perit qui sine cælesti pane ad patriam tendit. Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Hebræorum 13. De qua secunda Corinthiorum 5. Scimus q̃ niam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex deo habemus, domum non manufactam, sed æternam in cælis (& infra:) Audemus autem & bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore, & præsentes esse ad dominum. In

hac autem via, quia ex duplici sumus compositi substantia, duplici indigemus cibo quo dominus hic turbas refecit, primo Animæ, quæ verbo dei pascitur. Matt. 4. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Secundo corporis. 1. Timo. 6. habentes victum & quibus tegamur his contenti sumus: hoc duplici cibo sustinentes se, semper pascit. Ideo admonet apostolus. Heb. 13. Sint mores sine auaritia, contenti presentibus, ipse enim dixit (Iosu. 1.) Non te deseram neq; derelinquam, vñ Luc. 22. Quando misi vos sine sacculo & pera, nunqd aliquid defuit vobis. At illi dixerunt; Nihil. Ambr. Non ociosis, nõ in ciuitate, id est in synagoga secularis dignitatis residentibus, sed inter deserta Christum quærentibus, cælestis gratiæ alimonia impartitur. Ose. 2. Ducam eam in solitudinem, loquar ad cor eius. Psalmist. Audiam quid loquatur in me dominus, quoniam loquetur pacem in plebem suam. Necessitatem huius cibi insinuat dicens Lquia quidam de longe venerunt J Quid longius q̃ per peccatum a deo recedere. Psal. Longe a peccatoribus salus. Ephe. 2. Et uos qui aliquãdo eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. Qui nihil carnalis corruptionis expertus ad seruitutem dei festinat, de longinquo nõ venit: qui etiam nulla impudicitia nullis flagitijs inquinatus, solum autem coniugium expertus, nec iste de longinquo venit. Alĩ post multa flagitia veniunt ideo de longinquo.

¶Quoad secundum Psalmista ait: Oculi omnium in te sperant dñe, & merito, quia & tu das escam illorum in tempore opportuno, non qñ vel quãtum ipsi volũt, sed prout expedit sicut bonus medicus infirmo. Chrysostomus: Ob medicinam turbæ venerant, cibum vel panes petere non audebant, & sine indigentia dominus non fecisset miraculum, & ne dicerent Apostoli viatica portãt, sequitur: L Et responderunt ei discipuli sui J tanquam rudes & diffidentes. L Vnde istos J tã multos & biduano ieiunio famelicos L quis poterit hic saturare panibus in solitudine. J Mirum, qui iam viderant dominum exquinq; panibus & duobus piscibus numerosiorem turbã saciasse. (Matthæi. 14.) quod non intellexerunt & confidebant dominum plenissime posse, vt uoluisset turbã saciare, sed

e contra omnem diffidentiæ rationem addiderunt. Vide scilicet nobis precium emẽdi panes, & si adesset, vnde tot panes in desertopro tot hominibus in solitudine, vbi nec prece nec precio habere possumus. Ecce audis vocem obli uionis, audis & diffidentiæ, quia multi panes videbãtur necessariꝫ ad hoc vt saturarent, quod Christus intendebat, quia turbam fortificare voluit, vt ad propria remeare valeret. Vt ergo manifestius fieret miraculum ex defectu panum iussit inquiri ⌊ Et interrogauit eos, quot panes habetis. ⌋ Non ignarus quærit, sed docendo responsurus. ⌊ Qui dixerunt, ⌋ inspecto commeatu ⌊ Septem: ⌋ Matth. 15. dicitur, & pauços pisculos. Chrysost. Admirare discipulorum sapientiam qualiter ventrem superabant, non multum mensæ curam facientes, In heremo enim existentes, & per tres dies ibi manentes solum septẽ panes habebant. Quum defectus esset manifestus, processit ad miraculum. ⌊ Et præcepit turbæ discumbere super terram ⌋ In prima refectione quando quinꝫ milia refecit, super viride fœnum discubuerunt, quia erat circa festum Paschæ: hic autem quia circa Pentecostes super terram ⌊ Et accipiens septem panes ⌋ Matth. 15. & pisces ⌊ gratias agens, fregit & dabat discipulis vt apponerent. ⌋ Vt ostenderet se congaudere saluti hominum, & vnde auxilium petere debemus (a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum descendit. Iac. 1.) & vt nos gratias agere pro beneficijs doceret. Act. 1. Cœpit Iesus facere & docere, 2. Thess. 3. Vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum. Ambr. Magis suadẽt opera quam verba. Ideo 1. Corin. 10. Siue manducatis siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam dei facite ⌊ & apposuerunt turbæ. Et habebat pisculos paucos & ipsos benedixit, & iussit apponi. ⌋ Psalm. Benedixit eis & multiplicati sunt. August. Omnis res quæ dando non deficit, dum habetur & non datur nondum habetur quo modo habenda est. Illi quinꝫ panes erant, & isti septem antequam inciperent dari, quod vbi fieri cœpit duodecim cophinos & septem sportas impleuerunt. Sic sic nimirum (Luc. 6.) Date & dabitur vobis. Prou. 11. Alijdiuidũt propria & diuites fiunt, alij rapiunt aliena & semper in egestate sunt. Felix doctor cui dominus Iesus panes fran

gît euangelicos, & sic fractos appponit turbæ nil obso-
niũ nisi apostolorum dicta & ipsa per dominum fracta.
Hiere.1. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Dedit, non ven-
didit discipulis vt ipsi similiter facerent. Matt.10. Gratis
accepistis gratis date.

¶Quo ad tertium dicit Psal. *Iustus dñs in omnibus*
vijs suis. & sanctus in omnibus operibus suis. Iuste enim
derelinquit derelinquentes se, & misericorditer subuenit
confidentibus sibi. Vnde in omnibus seculis plenissime si-
bi fidendum, & si id quod expectatur ab eo, hominibus
nõ videatur possibile, eius enim est omnis bonitas & po
testas, sequitur. L Et saturati sunt. J Psalm. Replet *in bo-*
nis desiderium tuum. Prouer.13. Iustus comedit & replet
animam suã, venter autem impiorum insaturabilis. Sap.
5. Spes impij quasi lanugo quæ a vento rapitur, & tanq̃
spuma gracilis quæ a procella dispergitur, & tanquam
fumus qui a vento diffusus est. L Et sustulerunt quod su-
perauerat de fragmentis septem sportas. J Theophilact.
Addiscamus nõ esse tenaces in dandis eleemosynis, quia
deus abundantius retribuit L Erant autem qui manduca
uerant quasi quatuor milia. J Mat.15. Hominum exceptis
paruulis & mulieribus L & dimisit eos. J Magna enim
verborum suauitate & operationum virtute detinebantur, ita vt nisi ipso iubente non recederent. Septem pa-
nes septem pœnitentiæ sunt partes quas enumerat apo-
stolus, 1. Cor. 7. Ecce enim hoc ipsum secundum deũ con-
tristari vos, quantam in vobis operatur solicitudinem,
sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed
desiderium, sed æmulationem, sed vindictam. Est ergo
primus panis malæ vitæ solicita emendatio. Secundus.
Veræ & humilis confessionis accusatio. Tertius. Pro com
misso excessu iugis indignatio. Quartus. Timor anxius
relabendi. Quintus. Desiderium amplius proficiendi. Se-
xtus. Sanctorum virorum imitatio. Septimus suorum
& aliorum malorum digna punitio. Hi sunt septem gra-
dus p quos ascenditur in cælum, septem peccatorum pœ-
na diluitur mortalium. Septiformis spiritus sancti gratia
infunditur. Septenarius virtutum coalitur. Septimi diei
requies acquiritur. Beati ergo qui esuriunt & sitiunt iu-
sticiam, quoniam ipsi saturabuntur. Matth. 5. Beda. Sunt

multi qui quamuis omnia sua relinquere, & altiora huius mundi nequeant implere, tamen esurientes & sitientes iusticiam saturantur, cum audientes mandata dei ad vitam perueniunt æternam. Quod secundum altiora p̄cepta vel exhortamenta & consilia quæ generalis fidelium multitudo nequit attingere, sicut hic si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo & veni sequere me. Matth. 19. Septem sportæ sunt ſſ. septiformi gratia repleti. Totum autem animæ desiderium consistit in duobus. Intellectus in veritatis cognitione. Affectus, in bonitatis fruitione sed hæc non hic sed in futuro plene consummabuntur. Psalmista. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Felix q a domino virtutum pane refectus in pace dimittitur, sicut Simeon. Lucæ. 2 Sed hoc non fit nisi prius videat salutare dei.

¶Dominica octaua.

Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autē sunt lupi rapaces ⌋ Matt. 7. Saluator noster ne blanditiis & voluptatibus a via ducenti ad vitam (quæ arta est & ideo pauci eam ingrediuntur. Matthæi septimo') fideles abducerentur in latam quæ ducit ad mortem, eos plurimis adhortatus est. Hinc & apostolus. Ro- manos octauo. ¶ Debitores sumus ⌋ spiritui vt ei obedia EPISTO·
mus ex quo vitam iam gratiæ recipimus, & gloriæ post accipiemus ⌊ non carni ⌋ cui iam mortui sumus. Debemus enim carni debere, posteaquam idem esse cœpimus cum Christo, absit ergo ⌊ vt secundum carnem viuamus ⌋ eius voluptates vitæ præferendo sempiternæ, eamque heram animæ constituamus, & si ei necessaria debemus ministrare. ⌊ Si enim secundum carnem vixeritis ⌋ eius voluptatibus satisfaciendo vita corporali ⌊ moriemini ⌋ morte culpæ & gehennæ. ⌊ Si autem spiritu ⌋ scilicet dei ⌊ facta carnis mortificaueritis ⌋ abiiciendo quæ caro exigit ad voluptatem non necessitatem ⌊ viuetis ⌋ per iusticiam vita gratiæ in præsenti, & post gloriæ in futuro. Galatas quinto, quicunque Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. ⌊ Quicunque spiritu dei aguntur hi filii dei sunt ⌋

Sicut deus per influxum generalem mouet creaturas ad perfectiones suas naturales, sic per influxum specialem mouet creaturam rationalem ab bonum supernaturale, & talis influxus a doctoribus vocatur instinctus diuin⁹ & est prima præparatio ex parte dei ad habitum gratię cõsequendum, hunc autem instinctum quidam sequũtur, & sic accipiunt gratiam. Alĩ repellunt & ideo gratiam non consequuntur & quia nulli deficit dicitur, quicunq; s. dei (non suo) aguntur, quia. ss. non tm̃ oñdit qd agendũ. s. etiam nos ad hoc stimulat, sicut animalia instinctu naturæ agũtur, dictam ergo motionẽ sequendo meliori regunt principio q̃ ratione, vñ p hoc possunt carnẽ mortificare, & sunt filĩ dei adoptiui. Filĩ aũt spirant ac reddunt indolem paternam, & alacres vltroq; faciunt quod sentiunt illi placere. Serui autem metu tenentur. ⌊Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore⌋ sicut in lege veteri vt timore seruiatis ⌊ sed accepistis spiritum adoptionis filiorum⌋ i. spm̃ dei datorẽ bonor⁹ oĩm ⌊ in q̃ clamamus: Abba, pr̃⌋ is em̃ spũs eã nobis fiduciã suppeditat, vt si opus sit, eã vocẽ occinamus auris⁹ dei, q̃ parẽti bus solet esse gratissima, compellantes eum pater pater. *Non auderemus hanc illi vocẽ opplorare, nisi confideremus nos illi esse filios, & illum nobis patrẽ propitium, dum non coacti sed sponte ex illius nutu viuimus*⌊ Ipse enim spiritus ⌋quem dedit nobis ⌊ testimoniũ reddit.⌋ cognoscere facit dum bene agim⁹ ⌊ spiritui nostro quod filĩ dei sumus ⌋ hoc igitur veluti pignus ac symbolum paternæ charitati fidem facit spiritui nostro, quod ei⁹ simus filĩ qui pignus hoc dedit ⌊ Si autem filĩ & hæredes hæredes quidem dei ⌋ quia eius fruemur beatitudine, a quo velut autore proficiscuntur omnia. ⌊ Cohæredes autem Christi ⌋cuius corpori insiti, patrem cum eo cœpimus habere communem, & per hunc in ius communis hæreditatis peruenimus. Cuius tamen possessio non contingit aliter, quam si eadem via ad illam tendamus qua Christus ipse peruenit, Ille ferendis malis peruenit ad bonorum possessionem. Per obedientiam peruenit ad regnum, per ignominiam peruenit ad gloriam, morte peruenit ad immortalitatem. Patiendum igitur nobis cum illo, vt cum eo nobis contingat bono-

rum fruititio, nam si sustinebimus & conregnabimus, 2. Timoth. 2.

¶Postquam dominus ad petendum exhortans dixit: petite & dabitur vobis quærite & inuenietis pulsate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit, & q quærit inuenit & pulsanti aperietur. Lucæ. 11. & cæ. subiunxit Omnia quæcunq; vultis vt faciant vobis homines ita & vos facite illis hæc est enim lex & prophetæ. Intrate per angustam portam. Matthæi septimo. In illo tempore dixit Iesus discipulis suis. Attendite a falsis prophetis, qui veniunt, &c.

¶Dominica præcedenti audiuimus quomodo dominus sibi fidentibus in necessariis non deest, sed ad superabundantiam ꝓuidet, quatenus fideliter sibi seruiam⁹. In hodierno admonet euangelio, ne a falsis seductorib⁹ decipiamur, ab ipsis cauendum.

¶Primum. Attenta prauorum deuitatio. In principio.

¶Secundum. Bona eorum demonstratio, ibi, A fructibus eorum.

¶Tertium. Certa bonorum pręmiatio, ibi. Nō omnis qui dicit.

¶Quo ad primum, Psal. prauorꝝ maliciam, & dei erga se exptus assistentiam, gratulabundus ait. Posuerunt peccatores laqueum mihi], vt me insidiose caperent & arte ad se attraherent, sed non præualuerunt, quia de mandatis tuis non erraui, sed magis in ipsis constanter ambulaui. Ab istis siquidem qui libidine, luxu, fastu, auaricia reliquisq; cupiditatibus, ludentes ac risum insanum ridētes nobis non est periculum, siquidem illos sequi non est error sed insania, magis ab his cauendum qui nobis se iūgunt speciem habentes pietatis, cum sint pietatis hostes. Ideo dicit saluator. ¶Attendite] vbi enim res certa est aspicitur, vbi incerta attenditur .i. attente consideratur & diligenter. Chrysost. Magna virtus boni est cognoscere malum, & firma tutela salutis scire quem fugias. Cuius causa, quia nulla res sic bonum exterminat sicut simulatio. nam malum sub specie boni velatum, dum non cognoscitur non vitatur. Sed a quibus? [a falsis prophetis] Hieron. Licet hoc de omnibus qui aliud habitu ser-

EVANG.

mone, aliud opere ostendunt possit intelligi, tñ specialiter de hæreticis qui quadam pietatis veste tecti, venenato animo & intentione nocendi lupi sunt rapaces, vel extrinsecus si copia detur persequendo, vel interius corrumpendo. Prophetæ enim dicuntur interpretatores scripturæ. Neq; enim potest quis (vt dicit Chrysostō.) scripturæ sensum interpretari nisi per spiritum prophetiæ, 2. Pet. 1. Dicuntur autem falsi prophetæ propter falsificationem triplicis iusticiæ. Primo. Doctrinæ quam falsæ intelligunt & interpretantur. Mat. 22. Errans non intelligentes scripturas, neq; virtutem dei, 2. Timot. 3. Mali autem homines proficient in peius errantes & in errorem mittentes. Cuius causa quia non habēt spiritum s. quo inspirati loquuti sunt sancti dei homines, 2 Petri. 1. Quare omnis prophetia scripturæ propria interp̄tatione non fit non enim spū humano allata est aliquādo prophetia, sed spū s. inspirati l. s. d. h &c. Ipsi autem habent spiritum malignum qui est mendax in ore omnium pseudoprophetarum, 3. Reg. 22. Secundo. Iusticiæ quia veniunt non missi. Rom. 10. Quomodo prædicabunt nisi mittant. Idco Matt. 9. Rogate dominum messis vt mittat operarios in messem suam. Ioha. 20. Sicut misit me pater & ego mitto vos. Vnde Paulus & Barnabas spū s. electi (Act. 13. Separate mihi Paulū & Barnabā in opus ad quod assumpsi eos) impositis manibus & præmissa oratione missi sunt. Si qs spiritu sancto se dicit missum, probet quemadmodum ap̄ postolus Roma. 15. Nihil audeo loqui eorum quæ in me non efficit Christus. Sed de istis dicitur Hierem. 23. Non mittebam prophetas & ipsi currebant, non loquebar ad illos & ipsi prophetabant. Ideo dominus Ioha. 10. Quotquot venerunt (non missi) ante me, sine me, fures sunt & latrones. Fur autem nō venit nisi vt furetur & mactet & perdat. Tertio. Vitæ; Nulla enim falsitas inuenitur, quin aliqua veritate pallietur. Indumentum autem ouis mansuetudo, quam vsurpant dum adulantur & decipiūt. Sententia Christi, oues iusti dicuntur vt Matt. 25. Extrinsecus ergo oues apparent deum patrem, euangelicam doctrinam, regnum cælorum, habentes in ore, solaſe fide iustificari contendunt, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, sub prætextu euangelicæ iusticiæ, sed non

sunt oues intrinsecus ⌊ intrinsecus autem sunt lupi rapaces ⌋ cum corde, tum animi proposito animas a Christo & ecclesia separantes, & secum in æternum exitium ducentes. Ideo cauete ne vos blanditijs & simulationib⁹ dilanient. Chrysostomus. Catholici doctores si peccatores fuerint, serui quidem carnis erunt, non tamen lupi rapaces, quia non habent propositum perdere Christianos.

¶ Quo ad secundum. Firmitatem propositi sui in mandatorum obseruatione insinuans Psal. ait: Hæreditate acquisiui testimonia tua, causam annexit, quia exultatio cordis mei sunt, nimirum vnde bona & mala procedũt. Hicrony. Non a veste sed ab operibus cognoscitur lupus, licet enim lanam ouis lupus assumat, non tamen generabit, nisi lupum, nõ agnum, nec faciet opera agni sed lupi. Vnde Chrysost. Talis est natura istius vitæ quam vos cõficere præcepi, laboriosa prorsus & dura, virtutis vero simulator recusat laborem, solamq; sui ostentationẽ requirit, propter quod etiam de simulatione conuincitur. Hinc August. Cum cœperint falsis prophetis qui commoda temporalia quærunt ea negari quæ paupertatis velamine consequuti sunt, vel consequi cupierunt, tũc necesse est vt appareat an ouis in sua sit pelle, vel lupus sub ouina. Ratio quia charitate, quæ patiens & benigna est (pri. Corinthio. 13.) carent, quare licet ad tempus se simulent, successu tamen temporis se produnt, quod dominus probat similitudine. ⌊ A fructibus eorum cognoscetis eos. ⌋ Facile deprehendetis simulationis præstigium, si ꝓpius inspexeritis non titulum, & vestem, sed ipsa quæ produnt animum syncerum. Nam & si bene docẽt, tamẽ hoc ipsum quod docent non præstant. Est suus cuique arbori peculiaris fœtus, qui sapore prodit radicem ⌊ Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? ⌋ Et si super eas pendeant vites, non tamen de eis, quia non sunt i vite. Spinę & tribuli hæretici, a quibus nullus sapiẽs sanctitatem vel veritatem poterit inuenire, sed conscindunt & cruentant approximantes. Sunt & curæ seculi punctioneſque vitiorum, quia impunitatem promittunt. Hier. 6. Curabant contritionem populi mei cum ignominia, dicentes pax pax, & non est pax. Vua & ficus dulce-

do nouæ conuersationis, quam Christus in nobis esurit, & feruor dilectionis, qui lætificat cor hominis. Non ergo de spinis collig. uuas, quia mens adhuc veteris hominis consuetudine pressa, potest simulare non ferre noui hominis fructus. Et si qñ ornatu verborum vngunt, in fine tamen pungunt, quandoq; enim & si dicta & facta malorum prosunt bonis, non hoc nõ faciunt mali, sed hoc fit de illis consilio dei, quia non eorum fructus est sed vitis super spinas aliquando exuberantis. Sed carpendus botrus, spina cauenda. Chrysosto. Sub spinis nullum animal requiescit nisi serpentes, ita iuxta malos homines nemo potest pacem habere, sed dæmones habent ibi cubilia. Vitis Christus, sui palmites, qui ferunt uuas. i. opera spiritus, qui inebriant mentem. ⌊Sic omnis arbor bona. *J. i.* bona voluntas ⌊fructus bonos facit.⌋ Mat. 12. Bonus homo de bono thesauro profert bona ⌊Mala autem arbor fructus malos facit.⌋ Nemo de mala intentione fructum bonum percipit, nec de bono nisi bonum ⌊Non potest arbor bona malos fructus facere⌋ natura repugnante ⌊neque arbor mala fructus bonos facere.⌋ Vbi duo notanda Primum; Status præsens, qui est non posse arb. bon. &c. Non potest, inquit, Ecce quantæ securitatis status bonorum, qui quicquid faciant (dummodo sint arbor bona) est fructus bonus. Arbor bona vel mala non natura, quæ in omnibus bona est a deo creata. Gen. 1. Vidit deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona, sed voluntas & intentio. Roman. 8. Nihil damnationis est his qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant. Fructus ergo bonæ arboris, sunt fructus spiritus gaudium pax, &c. Gal. 5. Econtra mali, quorum fructus sunt opera carnis. Ibidem. Si enim mores & vitam attentius obserues, inuentes illos sibi placentes, suis commodis vbiq; seruientes, elatos, inuidos, vindices, obtrectatores, gloriæ sitientes, nonnunquam & ventri deditos, & omnino suum negocium agentes potius quam gregis & euangelij. Notandum vt dicit Chryso. Quia dominus non dixit impossibile est malum ad bonum cõuerti, nec bonum negar in deterius posse labi, sed quamdiu malitiæ affixus est, non posse bonum fructum afferre. Vnde August. Licet non possit arbor mala bonos fructus facere, tamẽ sic

ri potest dei adiutorio, vt quæ erat mala arbor fiat bona vt patet in Paulo & Maria magdalena. Non enim dixit dominus non poterit, sed non potest, quamdiu enim putris est, non potest bonos fructus facere, sed cum conuertitur. Vnde arbori confert hominem, quia potest a sterili peccato in virtutem inseri, nam sicut arbor radicatur in terra, sic voluntas in anima. Neque enim qui syncero est animo potest non factis exprimere synceritatem affectus sui, nec rursus qui vitiato est animo, potest ea præstare factis quæ vere bonum arguunt, tametsi pæstigijs ac specie sanctimoniæ nonnunquam imponit incautis hominibus, certe deo non potest imponere. Proinde qui fucate boni sunt, dent operam vt omisso fuco fiant boni. Potest enim inter homines ex arbore mala fieri bona. Quod si perseuerauerit in malo, metuat ne hoc patiatur a vindice deo, quod arbor infrugifera patitur ab agricola suo. Secundum. Status sequens. Non enim impune arbor mala infrugifera boni est. Omnis enim arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Si tanta est damnatio arboris sterilis, quanta est fructum indignum ferentis? Vere dicetur de ea, succide eam, vt quid terram vitiat. Ostendit hic dominus sub metaphora arboris sterilis, quod culpa impij est. Primo. Inexcusabilis quia arbor infrugifera. Lucæ. 13. Arborem fici, &c. Secundo, Sententia ineuitabilis, quia excidetur. Nam securis iã ad radicem arboris posita est. Matt. 3. Excidetur Primo de numero & societate fidelium. Titum. 3. Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita, sciens quod subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. Iohann. 2. ca Si quis venit ad vos & hanc doctrinam non affert (nimirum quam vniuersalis habet & tenet ecclesia) nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis, qui enim dicit illi aue communicat operibus eius malignis. Matt. 18. Si quis ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Secundo, per mortem Psalm. Dives cum interierit non sumet omnia, neq; descẽdet cum illo gloria eius Tertio per sententiam finalem. Matt. 13. Exibunt angeli & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Tertio, Gratia irrecuperabilis. Matt.

si. Nunquam ex te nascatur fructus. Quærit dominus in morte ficus bonæ operationis, & non inueniens nisi foliorum verba maledicit. Quarto, Pœna intolerabilis, qa in ignem mittetur. Mat. 25. Ite maledicti in ignem æternum. Chrysost. Duæ sunt pœnæ, excidi & in ignem mitti, qui enim comburitur etiam in ignem mittitur, & a regno excliditur. Multi gehennam horrent, ego autem cassum illius gloriæ multo maiorem gehenna pœnam esse aio. Intolerabilis gehenna, verum similia ponat aliquis gehennas, nihil tale dicit quale est ab illa gloria beata excidere, odio Christi haberi, audire non noui vos. Etem decem milia fulmina melius est sustinere, quam facie manſuetam videre auersam a nobis, & tranquillum illũ oculum non ferentem videre nos. Hæc ille. Sequit. ⊥ Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. ⊥ Chrys. Hæc pcipue dicebat idcirco, vt eorum quoq; qui temere obloq etiam innocentibus solent, linguas reprimeret, passimq; accusantium ora frenaret. Quia enim plurimi bonos q̃que de malorum ingenijs æstimant, vt omni excusatiõe eos nudaret, hoc intulit. Non inquit, potes dicere circumuentus sum atq; deceptus. Siquidem tibi manifestam discretionem ex operibus ostendit, & vt etiam discuteres eorum opera præcepit, ne scilicet temere cuncta confunderes. Hæc ille. Multi quædam in fructibus deputãt, quæ ad vestitum ouium pertinent, & hoc modo a lupis decipiuntur, vt sunt ieiunia, orationes, eleemosynæ, quæ etiam ab hypocritis fieri possunt. Matthæi sexto. Hi nõ sunt fructus de quibus arborem cognoscere monet. Ista enim cum bono animo in veritate fiũt propriè sunt ouium vestes, cum autem malo, in errore non aliud quam lupos cõtegunt. Non tamen ideo debent oues deponere pellem suam: si aliquando lupi illa se contegant. Sunt ergo fructus arboris malæ opera carnis, & bonæ opera spiritus. Galatas quinto. Chrysostomus: Lupus tectus pelle ouina, per vocem cognoscitur, & actum. Ouis balat inclinata deorsum, lupus vlulat contra cælum, hoc superbiæ illud humilitatis signum. Ouis herbam manducat, lupus carnem, qui ergo sanguine gaudet & bellis; lupꝰ est. Vbi pulcherrime depingit lupum rapacem. Primo, ex superbia. Nam fideles opprimunt, contra deum & ecclesiam

blasphemant, & si aliquando non verbis tamē factis, bonis detrahunt vt meliores videantur contra illud. Mat. 7. Nolite iudicare. Facta aliorum aggrauāt sua alleuiantes, contra illud Lucæ sexto. Quid vides festucam in oculo fratris tui, & trabem quæ est in oculo tuo non vides? Secundo, ex dissensione, quia gaudent sanguine. Nam cū possunt exterius persequuntur per iniuriam, sin autem interius corrumpunt per falsam doctrinam. 1. Corinth. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Nec satiantur in cæde vnius ouis, sed totum ouile perdere conantur. Ideo Romanos. 16. Rogo vos, vt obseruetis eos qui dissensiones & offendicula præter doctrinam quam vos didicistis faciunt, & declinate ab illis, huiusmodi enim Christo domino nostro non seruiunt sed suo ventri, & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentum.

¶Quo ad tertium ait Psalm. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem, qa Mat. 19. Si vis ad vitam ingredi (ait Saluator) serua mandata. Sunt enim qui confitentur se nosse deum, factis autē negant. Titum primo: vnde dominus hic. ⌊ Non omnis qui dicit mihi domine, domine, intrabit in regnum cælorum. ⌋ Prius monuit vitare habentes dogma nequitiæ, nunc etiam illos qui habent nequitiam vitæ. Necessarium enim est vt in argumētum sanctæ vitæ, & opus sermone, & sermo operibus comprobetur. Duo ponit. Primum: Quibus negatur ingressus. Neq; enim titulus Christianum facit sed vita, neque eos pro discipulis agnoscā, q mihi religiosis ꝟbis dixerint: dñe dñe, quum reip̄a longe alīs dñis seruiant mammonæ, ventri, ambitiōi, & me nec affectu nec effectu, sed solū voce agnoscunt. Secundū. Quibus conceditur. Qui, s. vere repudiū miserunt terrenis cupiditatibus, & ex animo obtemperāt voluntati patris. ⌊ Sed qui facit ⌋ perseueranter. Mat. 10. Qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. ⌊ Voluntatē patris mei qui in cælis est ⌋ 1. The. 4. Hæc est voluntas dei sanctificatio vestra, vt sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore. Beda: Quid folia rectæ confessionis iactatis, qui bonos fructus non ostenditis.

Dominica nona post Octa.

¶Dominica nona

HOmo quidam erat diues, qui habebat vilicum, & hic diffamatus est apud illum, &c. Luc. 16. Saluator noster quo sui, spretis mundi, carnisq; oblectamentis, fidelibus sibi in bonis prouiderent, plurimis cum verbis tum exemplis, quã districtam sint deo reddituri rationem ostendit. Hinc hortat apost.

EPIST 1. Cor. 10. d. ¶Non simus concupiscentes malorũ. Iac. 1. Concupiscentia cum conceperit parit peccatum. Naturaliter nobis insita est vis concupiscibilis, sed ad supna & media conducentia ad ea, sed ex inobedientia primorum parentum vis hæc vitiata inferiora quærit. Psalmist. Filii hominum vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium. Prouerb. 1. Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea quæ sibi sunt noxia cupient. ⌊sicut & illi concupierunt⌋ carnes magno suo malo, manna fastidientes. Num. 11. ⌊Neq; idolatræ efficiamini⌋ Philipp. 3. quorum deus venter est, ⌊sicut quidam ex ipsis⌋ deo neglecto vitulum fusilem colendo, ⌊quemadmodum scriptum est⌋ Exod. 32. ⌊Sedit populus⌋ ⌊mactatis victimis⌋ ⌊manducare & bibere, &⌋ ⌊surrexerunt⌋ ⌊surrexerunt ludere⌋ id est, idolatrare in veneration vituli choros ducendo, & mox vltore deo cæsa sunt. 23000 ⌊Neq; fornicemur⌋ turpiter cum scortis. Fornicatores enim & adulteros iudicabit deus. Heb. 13. Qui regnum dei non possidebũt. 1. Cor. 6. ⌊sicut quidam ex ipsis fornicati sunt⌋ cum Moabitarum scortis ⌊& ceciderunt⌋ irritato deo ⌊vna die. 23. milia⌋ Num. 25. ⌊Neq;⌋ diffidentes, per impatientiam ⌊tentemus Christũ, sicut quidam eorum tentauerunt⌋ impio murmure ⌊& a serpẽtibus⌋ igneis immissis ⌊perierunt⌋ Heb. 13. Christus Iesus heri & hodie ipse & in secula. ⌊Neq; murmuraueritis⌋ contra Christum & eius ministros ⌊sicut quidam illorum⌋ deo & Mosi obmurmurauerunt ⌊& perierunt ab exterminatore⌋ Nam in conspiratione Chore perierunt quatuordecim hominum milia, exceptis his quos terra dehiscens absorbuerat viuos. ⌊Hæc autem omnia in figura contingebant illis⌋ propter peccata sua & vt sciremus quid nobis sequendum sit aut fugiendũ. ⌊Scripta sunt autem ad correptionem nostram.⌋ Rom.

15. Quæcunq; scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. ⌊ In quos fines seculorum deuenerunt ⌋ 1. Iohan. 2 Nouissima hora est, quia vltima ætas mundi. ⌊ Itaq; q se existimat stare: videat ne cadat. ⌋ Ne quis sua firmita te male fretus contemnat infirmos, aut baptismo tretus, sibi promittat salutem, nisi virtam adiungat baptismo dignus sit. Eccl's. 9. Nescit homo virum amore an odio dignus sit. Nemo ergo sibi fidat. Imo qui stat huic maxime cauendum ne cadat. Tutissimum autem semper ad melio ra progredi, nec vlli gradui fidere. Multa incidunt arte Satanæ, quæ nos alienent a Christo. ⌊ Tentatio vos non apprehendat nisi humana ⌋ id est, humanum, & sa nabile malum cuiusmodi veniale peccatum, sine quo humana fragilitas vix esse potest. 1. Iohan. 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Consensus autem in mortale nō apprehendat, imo confido in futurum. ⌊ Fidelis autem deus, qui non patietur vos tentari super id quod potestis. ⌋ Nam promisit adiutorium in tentationibus positis, si fideliter recurrant ad ipsum, vnde & orare docuit: Ne nos inducas in tentationem. Matth. 6. ⌊ Sed faciet etiam cum tentatione ⌋ si patietur incidere malum quippiam, sic temperabit euentum vt possitis sustinere ⌊ prouentum ⌋ vos adiuuādo, vt ipsa tentatio sit ad meritum per superationem ipsius. ⌊ Vt possitis sustinere, ⌋ eis prævalendo, & humiliter aduersa tolerando. Angeli cum est non peccare: Diabolicum in peccato perseuerare & contra deum superbe murmurare quasi iniustus. Humanum in leuibus cadendo resurgere, & flagella patienter tolerare.

¶ Quum dominus turbis modum se sequendi proponens dixisset: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem suam, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus: & qui non baiulat crucem suam & venit post me non potest meus esse discipulus, concludendo per similitudinem belli gerendi ac turris ædificādæ, ait: Sic ergo omnis ex vobis qui non renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. In illo t. .d. Iesus discipulis suis Parabolam hanc.

Dominica nona post Octa.

¶Dominica præcedenti monuit saluator suos cauere malorum doctrinam, & ꝙ non omnes regnum intraturi sunt clamantes, domine domine propter malam vitam, quare in hodierno ostendit euangelio vt clementia erga alios nobis paremus viam.

¶Primum: Dira commissorum exactio. In principio.

¶Secundum: Exacta periculorum prænisio. Ibi: Ait autem villicus.

¶Tertium: Fructifera bonorum conditio. Ibi: Filij huius seculi.

¶Quo ad primum dicit Psal. Memor fui iudiciorum tuorum a seculo dñe, quibus superbos humilias & humiles exaltas, & consolatus sum, causam subdit: Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuã, dissipantes bona sibi commissa. Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. O ꝙ felix, qui hæc vero corde sentit in se, qm̃ deum expectat.

EVANG. ¶Dixit autem Iesus discip. suis parabolam hanc, ⌊ quia pharisæi superbi & auari sicut pœnitentibus veniam, ita egentibus pecuniam negabant. ⌊ Homo quidam erat dives ⌋ Diues Christus in cælo & in terra. Mat. 28. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Psal. Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo. Plenus gratiæ & veritatis, de cuius plenitudine omnes nos accepimus gratiam, ꝙ gratia. Iohã. 1. Sed misericordia sapit dulcius. Phil. 2. Deus qui diues est in misericordia, Diues in omnes qui inuocant illum. Rom. x. ⌊ q habebat villicũ ⌋ Villicus, ꝓprie dr̃ villę custos, sed ponitur hic pro œconomo. i. dispẽsatore, qui vniuersam domus substantiam dispensat. Villicus quilibet Christianus, qui in baptismo villicationem sui accepit, & ꝓximi quem iuuare debet doctrina, substantia, exemplo ⌊ & hic diffamatus est apud illum ⌋ qa lux in tenebris lucet. Oia enim nuda & aperta sunt oculis eius. Hebr. 4. Augu. Euidentia patrati criminis non indiget clamore accusatoris vnde Gen. 4. Ecce vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Exod. 3. Clamor filiorum Israel venit ad me, vidiq; afflictionem eor̃ q̃ opprimunt ab ægyptijs. Accusat & conscientia. Rom. 2. Testimonium reddente illis conscientia ipsor̃, & cogitationum inuicẽ accusantiũ

aut etiam defendentium. Accusat & diabolus. Apoc. 12. Proiectus est accusator fratrum nostrorꝫ, qui accusabat eos die ac nocte ⌊quasi dissipasset bona ipsius⌋ quis oĩa sibi tradita bene dispensatẽ? In multis eñ offendimus oẽs Iac. 3. Ephe. 4. Ascendẽs in altũ captiuã duxit captiuitatẽ dedit dona hominibus, de qbus Matt. 25. Homo quidam peregre proficiscẽs, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Bona naturæ sunt claritas intelligentiæ, capacitas memoriæ, viuacitas sensuum exteriorum, integritas membrorum, & sanitas, substantia terrenorum, quibus homo bene & male potest vti, malus vsus mala dispensatio. Sed tamen quantumcunqꝫ quis tam naturalibus q̃ aliis abutatur donis, deus sua bonitate in bonũ reducit ordinem & finem bonitatis & iusticiæ, vñ dr̃ quasi ⌊Et vocauit illum⌋ vt indicaret illi reddendam esse rõnem pro curationis illi cõmissæ, q̃dꝫ vltra nõ esset res suas dispẽsaturus. Vocat q̃tidie inspiratione, scriptura, p̃dicatiõe: ponit autem tria verba magnæ angustiæ & anxietatis, q̃ si bene consideraremus, a pc̃to nimirum retraheremur. ⌊Et ait illi: Quid hoc audio de te⌋ sic dotato muneribꝰ gr̃arum, p̃uento bñdictionibus, constituto dispensatore, q̃lem audio clamorem de te resonantem. Ecce ꝟbum rigidæ reꝓhensionis. increpat male cogitantes, male loq̃ntes praue agẽtes, male viuẽtes. Secundũ verbum: Anxiũ timoris. ⌊Redde rationem villicationis tuæ.⌋ O verbũ plenum anxietate. quum libri erunt aperti. Apo. 20. Quãdo patebunt quæ nunc latent. 1. Cor. 4. Quando dominus illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, hinc Mat. x. Nihil optum q̃d non reueletur. Quæ in occulto fiũt, turpe est, dicere, Eph. 5. Redde rõnẽ. Quid agas apd̃ te, qd apud proximũ, quid cogites in corde, q̃le proferas ꝟbum, qd auditu delectet, & cui infigas oculũ, redde rõnem, bona mea dissipas, bonis malevteris bona mea das extraneis. Voco & non rñdes, porrigo manum & non respicis. Tertium, Amari doloris ⌊Iam eñ non poteris villicare.⌋ Ad finem pueniſti, tps iudicij est, & rõnis reddendæ, hoc dicit dñs quando incutit timorẽ mortis & æternæ dãnationis. O magnus dolor in hora mortis, quũ a toto mũdo relinquitur, iudici iusto pñtandus. Credo si mundũ haberet pro tpe pœnitẽdi daret, sed

mõ cogitet de villicatione, ga tunc de rõne cogitandum erit ergo: Ante mortem para iusticiam. Eccle. 14. Eccls. 9 Quodcunq; potest manus tua instãter operare, quia nec scientia, nec opus, nec ratio est apud inferos, quo tu properas.

¶ Quo ad secundum dicit Psalmist. Cur timebo in die malæ? Respondet, iniquitas calcanei mei circundabit me quæ in fine in me inuenietur, Vnde hic segtur: ⌊ Ait autẽ villicus intra se ⌋ quia non habet amicũ in isto casu. Siquidem amici, consanguinei, tpalia quærunt, de salute animæ nouissimã curam habentes. Felix qui de fine cogitat felix qui quotidie cogitat se moriturꝫ. ⌊ Quid faciam ga dñs meus aufert a me villicationẽ. ⌋ Nõ enim est vnde viuam. Nihil enim mihi collegi dum licuit, superst, vt aut ad stipem diurnam fodiam in agro, aut publicitus mendicem ⌊ Fodere non valeo, mendicare erubesco. ⌋ Chryso. Fidelis dispẽsator desiderat cũ Paulo dissolui, & esse cum Christo, is autem cuius vota terrena, anxiatur in exitu. Iob. 31. Quid faciam quum surrexerit ad iudicandum dominus, & quũ quæsierit, quid respõdebo ei? Quõ de mala dispensatione euadam. Duobus modis necessaria acquirimus: Aut operando, quod iste non potuit. Chrysost. Vita præsens habet exercitium mandatorꝫ, futura solatiũ, si nihil operatus es hic, frustra in futuro speras. Non enim finita vita ista est locus vt terram nram compunctione fodiamus ad ferendum fructum. Aut mẽdicando, quod erubescebat. Confusibile enim tunc erit mendicare. vt claret in fatuis virginibus. Matthæi vigesimo quinto. & diuite epulone Lucæ decimo sexto, Ideo prouerbiorum sexto Vade o piger ad formicam, & vide vias eius, & disce vias eius, quę cumnon habeat ducem, nec p̃ceptorẽ, parat in æstate cibũ sibi. Salubre reperit consiliũ ad finem ⌊ Scio quid faciam ⌋ parabo mihi amicos de facultatibus domini mei, qui submotum ex officio dispensandi, memores meæ erga se benignitatis, recipiant me ⌊ vt quum amotus fuero a villicatione, recipiant me in domos suas ⌋ quasi diceret, per alios mihi procurabo salutem. Confugit ad mundanam sapientiam, quæ est quomodocunq; viuendi artius. ⌊ Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui ⌋ antequam redderet rationem ⌊ dicebat pri

mo: Quantum debes domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitq; illi accipe cautionem tuam, id est, chirographum manu debitoris scriptum, quod ad cautelam traditur domino in quo debitor se fatetur debitorem, & sede cito quia periculum in mora & scribæ quinquaginta dominus prædiues est, volo vt dimidiũ lucrifacias opera mea. Deinde alio dixit: Tu verò quantum debes? Qui ait: Centum choros tritici. Ait illi: Accipe literas tuas, & scribe octoginta, & sic quintam partem remisit, & sic de alijs. Amotus ergo a villicatione apd illos viuebat, nunc ab hoc nunc ab illo amice receptus, quod vbi dominus intellexit, laudauit ipsius astum, prudentiãque mũdanam, licet & si id fecerit in fraudem domini sui Et laudauit dominus villicum iniquitatis quia prudenter fecisset. Non laudauit de fraude, sed prudentia, quare non omnia in ipso nobis ad imitandũ proponuntur, vt intelligam⁹ si laudari potuit a domino cui fraudem fecit, quanto magis placet deo qui secũdum eius præceptum opera illa facit, qui nullum damnum sustinere potest, & pronus est ac clementiã. Oẽs quantumcũque iusti sunt debitores dei.

¶Quo ad tertium dicit Psal. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, oppre subleuando nam in die mala (scilicet iudicij) liberabit eum dominus, Matth. 25. Venite benedicti patris mei percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Quare domine? Esurijui & de &c. Valde ergo dolẽdum, in transitorijs esse solicitum mansuris & æternis neglectis, cum tam paruis & paucis acquiri possint. Vnde dominus sagacitatem villici ad prouidendum sibi laudando causam subnectit, dicens quia filij huius sæculi, prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt, Cuius quisq; opera facit, eius filius dicitur. Filij lucis filij vitæ æternæ, filij seculi filij tenebrarum. Iohann. 8. Si filij Abraæ estis, opa Abraæ facite. Origen. Filij huius sæculi non sapientiores sed prudentiores dicunt filijs lucis, & hoc nõ absolute sed in generatione sua in his quæ ad carnalem spectant generationem. Vnde catus clarius videt in nocte quam homo, non ad legendum literas sed capiendum mures, sic prudentia carnalis quæ est in viris huius sæculi, sagacior est ad prouidendum si

bi in mundana temporalique vita quam filij lucis. i. dei ad prouidendum sibi in cælesti æternaque vita: Ideo concludit dominus. Et ego dico vobis. ad vestram salutē. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cum defecerītis recipiant vos i æterna tabernacula. Mammona diuitiæ dicuntur iniquitatis lingua syrorum, quia vt communiter, aut inique colliguntur, aut retinentur, aut expēduntur. Si ego inique collectæ restituendæ sunt hæredibus vt amicitia resarciatur. Si bene, pauperibus quorum est regnum cælorum. Matth. 5. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum cælorum. Quisqs ergo indigentiam proximi ex dimidia vel quinta parte subleuat, misericordiæ suæ mercede donandus est. Siquidem dans calicem aquæ frigidæ non perdet mercedem suam Mat. 10. Cum ergo adsunt diuitiæ faciamus amicos de mammona iniquitatis pauperibus largiēdo, vt cum defecerimus vitæ finem accipiendo, recipiant nos non in temporarias domos, sed in æterna tabernacula. Mansiones enim æternæ domus sūt eorum quibus impenditur misericordia, domus inquam non possessione sed caussa, quia caussa sunt suis benefactoribus possidendi, quas forsan ipsi non possidebunt. Felix permutatio, cum caduca permutantur æternis. Quid autem vilius est aut a virtute longius abest, quam opes huius mundi? Vix vnquam sine fraude parantur, nec alia est tuendi augendique ratio quam parandi. Onerosa possessio est, nec ea tuta interim nec omnino diuturna. Non enim sequuntur herum suum hinc emigrantem. Sed his tamen emere licet quod æternum est, quod in futura vita sibi vsui. Ita fiet vt quod reconditum iniustum facit hominem ac multis curis obnoxium, id erogatum multo cum fœnore redeat ad largiētem. Qui dispensat opes homis ita demum fidelis dispensator inuenitur, si quam parcissime dispenset quod credi tum est. At contra deus qui diues est in omnes, cupit largissime erogari quod dispensandum tradidit, & pro infideli habet quisquis veluti proprium tenuerit, quod dominus voluit esse commune, quoties exigit proximi necessitas. Dissipat facultates domini quisquis suis affectibus impendit quod habet, nec proximum subleuat.

¶ Dominica decima.

CVm appropinquaret Jesus Hierosolymam videns ciuitatem fleuit super illã ⌊ Luc. 19. Saluator noster qui nimio compassionis affectu ad salutem generis humani venerat, eundem & verbis & factis expressit q̃ fidentius & feruentius peccatores errorum relictis vijs, spiritussancti sequerentur directionem. Hinc apostolus 1. Cor. 12. ¶ Scitis quoniam cũ gentes essetis, ⌋ viuentes sine gratia, habentes errorem ducem ⌊ ad simulachra mura ⌋ adoranda ⌊ prout ducebamini ⌋ instinctu dæmonum vel hominum persuasione ⌊ euntes ⌋ voluntarie. Nunc ergo cum habeatis spiritum Christi, superest, vt nunc sanctæ veræque religioni pijs moribus respondeatis, vt quicquid inter vos geritur, sic geratur vt appareat afflatu diuini spiritus id geri. EPISTO.

Quicquid in gloriã Christi dicitur aut canitur, ex illius spiritu profectum est. ⌊ Ideo notum vobis facio, quod nemo in spiritu dei loquens ⌋ id est, eius afflatu ⌊ dicit anathema Iesu ⌋ negans eum filiũ dei, aut dicẽs minorem deo ⌊. Et nemo potest dicere ⌋ ex animo ⌊ dominus Iesus ⌋ dominum ipsum vocando ⌊ nisi in spiritu sancto ⌋ id est, afflatu spiritussancti. Et sic patet quia nemo potest vitare peccatum nec facere bonum, nisi per spiritumsanctum. Anathema separatio dicitur. Nemo ergo afflatu spiritussancti cogitat, loquitur aut operatur, quod separet a Iesu, & sic legitur accusatiue. Sciendũ quod aliquid dicitur in spiritusancto dupl'r. Vno modo spiritusancto mouente, non habito, & hæc motio est duplex. Vna per generalem influxum hinc dicit Ambro. Omne verum a quocunque dicatur a spiritusancto est. Alia per specialem influxum & maxime in his quæ excedunt facultatem naturæ & hoc modo Balaam multa vera prædixit. Numeri. 24. & Caiphas. Iohannis. 11. Quod Iesus moriturus erat pro gente. Alio modo dicitur aliquid in spiritu sancto ipso mouente & habito per gratiam in mente, & sic loquitur hic apostolus. Nullius enim potest vere dicere quod Iesus sit dominus eius & ipse seruus eius verus nisi afflatu spiritussancti. Ideo illorum vox non recognoscit. Matth. 25. Domine domine aperi nobis. Quicquid ergo in nobis est boni id illius beneficentiæ debem⁹, & huius gloriæ conuenit impendi. ⌊ Diuisiones vero gra-

tiarum sunt.] id est, donorum non enim singulis omnia, sed singulis singula donata sunt gratuitę. [Idem autem spiritus.] cui attribuitur collatio gratiarum. [Et diuisiones ministrationum sunt,] functiones donorum quibus alij aliis subseruiunt.] Idem autem dominus, cuius munera dispensantur. [Et diuisiones operationum sunt.] Plus enim effectus spiritus visq; & aliter in aliis agit ac viget. [Idem vero deus.] omnium communis a quo vis & actus proficiscitur omnium, [qui operatur omnia in omnibus.] Non vni omnia tribuit, vt quod quisq; non habet in se, habeat in alio, nec quisquam se efferat, alterum enim muneris est quod habet. [Vnicuiq; autem datur manifestatio spiritus.] gratia per quam spiritus san. manifestatur. Vnicuiq; secundum propriam virtutem. Mat. 25. [ad vtilitatem.] non propriam, sed ecclesiæ ædificandę non ad fastum priuatum. [Alij quidem datur per spiritum sermo sapientiæ.] vt nō solum cognitionem habeat diuinorū ex articulis fidei sequētem, sed & vt alijs possit eloqui, & fida cordataq; dare consilia. [Alij autem sermo scientiæ.] vt in rebus humanis consilijs adiuuet commodum reipublicæ. [secundum eundem spiritum. Alteri fides.] constantia fidei, quæ est certitudo de rebus inuisibilibus quæ supponuntur vt principia catholicæ doctrinæ. Hebræorum vndecimo. Fides est substantia sperandarum rerum argumentum non apparentium, id est, certitudo non euidentiæ sed inhærentiæ. [In eodem spiritu. Alij gratia sanitatum.] i. curandarum infirmitatum [in vno spiritu. Alij operatio virtutum,] potestas insignis ædendi miracula. [Alij prophetia.] ad explicanda quæ vel futura sunt, vel alioqn obscura. [Alij discretio spirituum.] vt discernat quod audit, vtrum a deo sit, an secus, quia & diabolus bona seductorie dicit. [Alij genera linguarum.] vt varijs linguis loquatur. [Alij interpretatio sermonum.] cognitio & explanatio arcanarum literarum. [Hæc autem omnia.] quamuis varia dona & in diuersis. [Operatur vnus atq; idem spiritus.] Opera enim trinitatis sunt indiuisa [diuidens singulis prout vult.] gratis non ex merito, non ergo ex fato, conflatione qui solus nouit quid cuiq; conueniat, vt ob mutuam inter nos charitatem, singulorum dotes sint o-

mnium communes.

¶Cum dominus cum populari plausu ipa palmarum die Hierusalem pergeret, quidam pharisæorum dixerũt ad illum: Magister increpa discipulos tuos, quibus ipse ait: Et si hi tacuerint lapides clamabunt. In il. temp. Cum appropinquaret, &c.

¶Dominica præcedenti, audiuimus quomodo nobis parare debemus amicos de mammona iniquitatis, antequam amoueamur ab œconomiæ officio & rationem reddamus.

¶In hodierno deplorat dominus euangelio eorum, q̃ hoc præuidere negligunt, obscecbis mundi obcæcati voluptatibus, & futuram eis p̃dicit calamitatem.

¶Primum: Gemenda malorum excæcatio. In prin.

¶Secundum: Horrenda obstinatorum deuastatio, Ibi Quia venient dies.

¶Tertium. Indigna sacrorum prophanatio, Ibi: Et ingressus templum.

¶Quo ad primum, dicit Psalm. Dixit insipiens in corde suo (quia forte ore non audet) non est deus. Vere insipiens qui deum peccata sua aut nescire aut non punire cogitat Sed quid? Corrupti sunt (in ratiõe a via veritatis) & abominabiles facti sunt in iniquitatibus, non est qui faciat bonũ. Appropinquit ergo Samaritanus vt alligaret vulnera huius saucij. ¶Cum appropinq̃ret Iesus Hierosolymam] affectu saluandi, at habitatores ipsos maliuo EVANG.
lentia elongabat ab eo [videns ciuitatem fleuit super illam] indicans non esse suæ voluntatis, vt cæci essent, vt perirent. (Siquidem vita in volũtate eius, mors vero & perditio in indignatione, id est, contra voluntatem eius) sed malitiam, odium, & inuidiam obcæcasse eos, & odisse quidem sine vlla causa sicut scriptum est Iohan. 15. Odio habuerunt me gratis. Fleuit ruinam, non murorum sed animarũ. O dignatio, o compassio, o mia saluatoris, quã lapideum cor, & vere ferreum pectus quod nõ his lachrymis emollitur. Væ mihi quem nec propriꝰ cõsideratio delicti, nec alieni consideratio periculi mouet ad lachrymas. Vę duro cordi, quod ad ruinam proximi inimici, & forte innocentis cuiusq̃ lætat. Benignus dñs sup inimicos suos perituros scelere lachrymatur, & quare prorũ-

pat in lachrymas verborũ intercisio manifestat. Væ nõbis qui non dolemus sed gaudemus de ruina proximi. Quo contra Iob 30. Flebam quondam super eo qui afflictus erat, & anima mea compatiebatur pauperi. Et 31. Si gauisus sum ad ruinam inimici, & lætatum est cor meum eo quod inuenisset eum malum. Sed heu astucijs procuramus malum proximi. Certe Ezeh. 8. Non parcet oculus meus, nec miserebor, nec cum clamauerit ad aures meas voce magna exaudiam. Vere 1. Corint. 13. Charitas non gaudet super iniquitate. Fleuit casum illorum qui in breui ipsum crucifixuri erant. Mira cõpassio quæ inter populares applausus lachrymas extorsit. Causam fletus subdit, dicens: ⌊Si cognouisses & tu⌋ quemadmodum ego cognoui hunc tuum diem, quo tibi pax offertur ac remissio peccatorum, studeres ample&i qđ offertur, & quia contemnis si cognouisses mala inde tibi superuentura sicut ego cognoui & tu mecum fleres quę modo exultas. ⌊ Et quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi ⌋Nimirum hic tuus dies est quo ad respiscentiam prouocaris, & inuitat te dei bonitas ad pœnitentiam. Inuitat autem extremo gradu bonitatis, ad quẽ nihil potest adiungi, toties abs te spreta clemẽtia dei, nouo quodam modo dignatur te inuisere, vt saltem hac ratione miteſcas. Veniebat enim ei etiam illa die ad pacem, & pacem quidem diuinam, sicut dicit Zacha. 9. Ecce rex tuus venit tibi iustus, & saluator, ipse pauper. Sed ipsa conuertit ad pacem voluptuosam, vt non cum deo, sed mundo pacem haberet (mundana enim pax est libere indulgere voluptatibus, & sine freno timoris peccare) quæ obcæcat intellectum. Vnde sequitur ⌊ Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis ⌋ scilicet bona tibi oblata, & mala commi nata. Veniet enim dies non tuus, Sed Romanorum & vltionis diuinæ: quo pœnas dabis omnium scelerum tuorum, quæ cumulare maluisti quam deplorare. Nunc enim nec diem tuum agnoscis, nec illum non tuum prospicis, quoniam vtrcq; absconsus est ab oculis tuis, quos habes præsentis felicitatis temulentia cæcutientes. Gregorius: Quod flente domino illa Hierosolymorum subuersio describebatur, quæ a Vespesiano & Tito Romanis principibus facta est, nullus qui historiam subuersionis

eius legit ignorat. Quod dominus secundum historiā se mel fecit, hoc quotidie in ecclesia per electos suos agit, cum quosdam ex bona vita ad mores reprobos peruenisse considerat. Plangit enim eos qui nesciunt cur plangātur, quia lætantur cum malefecerint & exultant in rebus pessimis. Prouerbiorum 2. Qui si damnationem suam quæ eis imminet prouiderent semetipsos cum lachrymis electorum plangerent Ideo Deutero. 32. Gens absque consilio atque prudentia, vtinam saperent atq; intelligerent, ac nouissima prouiderent. Saperent, dei bonitatem. Psalmista: Gustate & videte quoniam suauis est dominus, quæ ad pœnitentiam nos adducit. Roma. 2. Hæc dies præsentis vitæ nobis ad pacem data est, scilicet pectoris qua peruenitur ad pacem æternitatis, sed peruertimus in pacem voluptatis. Iob 24. Dedit ei locum pœnitentiæ, & ipse abutitur eo in superbia. Habent voluptuo si hic diem suum, sed sentient post diem alienum. Intelligerent, præsentium instabilitatem. 1. Iohannis 2. Transit mundus & concupiscentia eius. 1. Corint. 7. Præterit figura mundi huius. Imo, Homo natus de muliere repletur multis miseriis, qui quasi flos egreditur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet. Iob 13. Nam quod ruinam rationalis ignorantia irascibilis infirmitate. Concupiscibilis malitia percussa est, vnde Genesis 8. Sensus & cogitatio cordis humani prona sunt ad malum ab adolescentia sua. Sed quid de corpore. Eccles. 40. Iugum graue super omnes filios Adam a die exitus de ventre matris vsque in diem sepulturæ in matrem omnium. Quem ergo non humiliet conceptus impurus, lugubris ortus, aut vnde ei gaudium in vita sua qui incipit a mœrore, & nascitur ad laborem. Dura oīno conditio, quādoquidem non est nobis excutere a ceruicibus graue iugum donec ingrediamur sepulchrum, nec euadere huius vitæ laborem nisi per mortis horrorem. O miseri & miserendi in miseriis nascimur, in miseriis egredimur & si in peccatis, ad æternas miserias ingredimur. Vere si cognosceremus, cum domino simul & fleremus. Nouissima puiderent, quia incuitabilia. Mortis horrorem, iuduciq; terrorē. Sed voluptatibus abscōdimus a nobis. Deu. 32. Incrassatus ē dilectus & recalcitrauit, incras-

satus, impinguatus, dilatatus, dereliqt deũ factorẽ suũ, & oblitus est dñi creatoris sui. Gre. Suam hic diẽ habet aia puersa, qa transitorio gaudet in tpe, cui ea quę adsunt ad pacem sunt quia dum ex rebus tpalibus lætatur, dum honoribus extollitur, dum carnis voluptate resoluitur, dũ nulla venturæ pœnæ formidine terret, pacẽ habet in die sua, quæ graue damnationis suæ scandalum in die habebit aliena. Ibi enim affligenda est vbi iusti lætabuntur, & cuncta quæ mõ ei ad pacem sunt, tunc in amaritudinẽ rixæ vertentur. Tunc em̃ rixari secum incipiet cur ea non prospexit. Peruersa cm̃ aĩa rebus præsentibus dedita, in terrenis voluptatibus resoluta, abscõdit sibi mala p̃sentia, futura præuidere refugit, quæ p̃sentem lætic iã perturbẽt, dũq; in præsentis vitæ oblectationem se deserit quid aliud q̃ oculis clausis ad ignem vadit? Ideo Eccle. 11. In die bonorum non sis immemor malorum: & Apost. 1. Cor. 7. Qui gaudent tanq̃ non gaudentes sint, quia si quę est p̃sentis tpis, ita agenda est lætitia, vt nunq̃ amaritudo sequentis iudicij recedat a memoria. Vnde Prou. 28. Beatus homo qui sp est pauidus, qui vero mentis est durę corruet in malum, quia nescit homo finẽ suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo ita hoies tempore malo, cum eis extemplo superuenerit. Eccls. 9.

¶Quo ad secundum, dicit p̃s. Nonne scient oẽs qui operantur iniquitatem? q.d. sic vexatione intellectum dante: quia modo nolunt intelligere vt bene agant, sed quã iniquitatem? qui deuorãt plebem meam vt cibum panis, fraude & rapina. Deum non inuocauerunt, confidentes in multitudine diuitiarum suarum, & potestate, illic trepidauerunt timore vbi nõ fuit timor. Vnde Iudæi timentes perdere templum & gentem, Christum occiderunt, non cõuertendo se ad deum, quare vtrunq; amiserunt. Vnde sequitur: Quoniam deus dissipauit ossa, id est, virtutem eorum qui hominibus placent, confusi sunt, quare? quoniam deus spreuit eos. Vnde dominus, quia non intellexerunt pacem dei, prædixit eis bellum mundi, quod erat illis superuenturum in vltionem, qua nunquam pertulerunt grauiorem, vt vel sic resipiscerent, q non poterant signis & virtutibus & beneficijs & tandem miserationibus eius emolliri. Sed ne terrore qdẽ pœnarũ

moti sunt, & ita in suo malo sua ipsoꝝ voluntate contra dei voluntatem perierunt, & hoc est quod dicit. ⌊ Quia venient dies ⌋ .s. alieni ⌊ in te ⌋ q̄ nūc negligis tuā ⌊ & circundabunt te inimici tui vallo ⌋ ne qua pateat effugium ⌊ & circundabunt te ⌋ viris & machinis ⌊ & coangustabunt te vndiq; ⌋ cingentes & prementes obsidione arctissima: tanta enim fuit vt carnes filioꝝ manducarent ⌊ & ad terram prosternent te ⌋ cuncta enim ædificia destruxerunt ⌊ & filios tuos qui in te sunt ⌋ occidendo sine miseri cordia ⌊ & nō relinquent in te lapidem super lapidem ⌋ vnde locus crucifixionis nunc intra ciuitatem est, qui extra fuit tēpore passiōis. Iohan. 19. Mich. 3. Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem quasi aceruus lapidum erit. Causam istorum assignat malorum, dicens: ⌊ Eo q̄ non cognoueris ⌋ id est, cognoscere noluerit ⌊ tempus visitationis tuæ ⌋ q. d. Venient quidem hæc miseranda, sed tuo merito accident, eo q̄ toties prouocata, obstinate spernas dei misericordiam. Gregorius. Creator quippe omnium per incarnationis mysterium hanc visitare dignatus est, sed ipsa timoris & amoris ipsius recordata nō est, vnde dominus per prophetam. Hiere. 8. Miluus in cælo cognouit tempus suum, turtur & hirundo & cyconia custodierunt tempus aduentus sui: populus autem meus nō cognouit iudicium domini. Dicit Iosephus q̄ illa obsidione mortui sunt gladio & fame vndecies cētena milia, nonaginta septem milia venditi, triginta vno denario. Tēp⁹ animæ peccatricis venit quando mors adest. Venient dies in te. i. contra te: supra posuit in singulari, hic in plurali, quia momentaneum est quod delectat æternum quod cruciat. Ideo Eccles. 12. Memento creatoris tui in die iuuentutis tuæ, antequam veniat dies afflictionis tuæ. Sed qui inimici nisi maligni spiritus, qui animā a corpore exeuntem obsident, quam in carnis amore positam decepto riis delectationibus fouent, quam vallo circundant, quia ante mentis oculos reductis iniquitatibus quas perpetrauit, hanc ad societatem suæ damnationis coartant, vt in ipsa extremitate vitæ deprehensa, & a quibus hostibus circumclusa sit videat, & tamen euadendi aditum inuenire non queat, quia operari bona iam nō licet, quæ quum operari licuit, agere contempsit. Circundant & coangu-

kant, quando non tantum operis, sed & loquutionis & cogitationis iniquitates replicant, vt quæ prius per multa se dilatauit in scelere, ad extremum de omnibus angustietur in retributione. O quanta angustia, manere impossibile, exire necesse, ratiõem reddere difficile: nec erit qui redimat neque qui saluum faciat. Ad terram prosternent, cum anima per cognitionem reatus sui, carnem q̃ vitam suam credidit, redire in puluerem cognoscit. Tunc filiꝰ, quum cogitationes illicitæ, quæ modo ex illa prodeunt in extrema vitæ vltione dissipantur, sicut scriptum est: In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Quæ duræ congitatiões itelligi etiam per lapides possunt, vnde seqtur. (Et non re) peruersus enim, quum peruersæ cogitationi peruersiorem adiẽcit, quasi lapidem super lapidem struit. Sed quum anima ad vltionem rapiẽ, talis constructio cogitationum, quibus promittebat sibi longam vitam, honores, diuitias, &c. dissipatur. Lu. 12. Stulte hac nocte repetent a te animam tuam, & quæ parasti cuius erunt? (& hoc ideo qa non cognouit tps visitationis suę) Peruersam animã deus visitat aliquando præcepto. Psal. Visitasti terram & inebriasti eam. (glo.) verbo prædicationis. Sed infelix anima eruditione non corrigitur. Eccle. 21. Audiuit luxurios⁹ & displicebit ei, verbum. s. cõtinentiæ, & proiiciet post dorsum suum. Lucæ. 16. Audiebant hæc omnia pharisæi, qui erant auari, & deridebant eum, Iesum. s. de eleemosyna loquentem & diuitijs contemnendis. Item: Flagello. Psalm. Si autem dereliquerint filiꝰ eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint: visitabo in virga iniquitates eorum. Sed Hierem. 5. Percussisti eos & rennuerunt accipere disciplinam. Benefitio. Iob. 10. Vitam & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodiuit spiritum meum. Sed Prouerb. 1. Prosperitas stultorum perdet illos. Sed quia superbiens contemnit, nec de malis suis erubescit, in extremo inimicis tradetur, cum quibus in iudicio æternæ damnationis societate colligatur.

¶Quoad tertium dicit Psalm. Domine dilexi decorem domus tuæ & locum habitationis gloriæ tuæ, quia figura cælestis. Venit dominus cum magna populorum comitiua in ciuitatem Hierusalem, ita quod tota ciuitas com-

mota fuit, dicens: Quis est hic? Populi autem dicebãt: Hic est Iesus propheta a Nazareth Galilææ. Matthæi. 21. sequitur. ⌊ Et ingressus in templum cœpit eiicere vendentes & ementes in illo, dicens illis: Scriptum est, quia domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. ⌋ Gregorius, qui mala narrauit uẽtura, & protinus templum ingressus inde vendentes & ementes eiecit, profecto innotuit, quia ruina populi maxime ex culpa sacerdotum fuit. Maximum (vt dicit Hieronymus) fuit miraculum vt vnus homo solus pauper tantam eiiceret turbã, sed virtus de illo exibat terrens impios, & delectans pios. Spelunca latronum est, vbi latent ad depredandum, sic Iudæi in templo per fraudem & auaritiam depredabantur simplices. Hieremias septimo: Nũquid spelunca latronum facta est domus ista. Quia vero redemptor noster prædicationis verba nec indignis & ingratis subtrahit, postquam disciplinæ vigorem eiiciendo peruersos tenuit, donum gratiæ mox ostendit.

⌊ Et erat docens quotidie ⌋ quia proximum passioni erat ⌊ in templo ⌋ quo omnes conueniebant ⌊ dei ⌋ vt esset domus diuinæ laudis & doctrinæ. Gregorius. Templum domus dei, est ipsa anima atque conscientia fidelium. Quæ si quando in læsionem proximi peruersas cogitationes profert, quasi in spelunca latrones residents, & simpliciter gradientes interficiunt, quando in eos qui in nullo rei sunt læsionis gladios defigunt. Sed quia cõtra hæc verbis redemptoris nostri per sacras paginas indesinenter instruimur: nũc vsq; Iesus in tẽplo docet, quum mentem fidelium ad cauendum malum subtiliter erudit. Sed sciendũ q̃ tunc verbis redemptoris nostri veraciter erudimur, si extrema mala nra formidolose & indesinenter aspicimus, iuxta illud Eccle. 7. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Nam cogitandum valde quam nobis erit terribilis hora nostræ resolutionis, qui pauor mentis, quanta tũc omnium malorum memoria, quæ obliuio transactæ felicitatis, quæ formido est consideratio iudicis, Hæc ille. Augustinus: Scitote fratres quod post mundi gaudia æterna sequuntur lamenta, quia nemo potest hic & in fu-

turo gaudere: si hic gaudere cupis, scias te exulem patrię sed hic si ploraueris cœlestis patrię ciuis constitueris, qã extrema gaudij luctus occupat. Prouerbiorum decimo quarto. Ideo Lucæ sexto: Væ vobis qui ridetis nunc quia flebitis. Beati vero qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

¶ Dominica vndecima.

DIxit Jesus ad quosdam qui in se confidebãt tanquam iusti, & aspernabantur cęterospa rabolam Luc. 18. Saluator noster, quia angelus e cælo. Adam de paradiso superbia electus est, & verbo & exemplo fideles inducere ad humilitatem curauit, qua tenus omnem in ipsum fiduciam habentes, nil suæ fiderent iusticiæ. Hinc Apostolus, 1. Cor. 15. ¶ Notum vobis facio Jad memoriam reuocando L euangelium J per q̃d ad regnum dei & remissionem peccatorum peruenitur, non quidem nouum, sed L quod prædicaui vobis, quod & accepistis J corde & opere L in quo & statis J sursum erecti ad deum sine quo caderetis L per quod & saluamini J Jam in spe & post in re: superuacaneũ ergo mihi denuo idem tradere quod semel recte traditum est, nec vobis honestum, si per inconstantiam ab eo descisceritis q̃d semel estis amplexi L qua ratione prædicauerim vobis si tenetis J q. diceret: Saluamini dico si tenetis qua ra. i. q̃ fine. p̃. v. scilicet vt adstinẽtes a peccatis digni sitis resurgere in sorte iustorum, per resurrectionem Christi, nostram astruendo, qua de re non oportet ambigere L nisi frustra credidistis J quod esset si nõ esset resurrectio mortuorum, L Tradidi enim vobis in primis J inter principalia credenda. Articuli enim fidei sunt principia ex quibus alia credenda deducuntur tantam conclusiones elicitæ ex eis L quod & accepi J per reuelationem. Gala. 1. per reuelationem Iesu Christi, quare non autoritate mea sed dei, vnde non ficticium. L Quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris J tollendis, non suis, pro nobis de pendens, quod ipsi commiseramus L secundum scripturas J prophetarum qui afflatu spiritussancti hoc prædixerunt. Esa. 53. Propter scelus populi mei percussi eum. Sicut ouis ad occisionem ducetur L Et quia sepultus est J vt veritas mortis eius probaretur. Esa. 11. Et erit sepul-

chrum eius glorioſum. ⌊ Et quia ſurrexit ſecundum ſcripturas ⌋ quo magis credatis factum quod per ſacros vates deus fore promiſerat. Oſeæ.6. tertia die ſuſcitabit nos. Pſalmiſta. Non derelinques animam meam in inferno. Ad hæc quo certius crederetis, docui vos quomodo rediuiuus multis ſe conſpiciendum præbuerit. ⌊ Et quia viſus eſt Cephæ ⌋ Lucæ.24. Inter viros primo apparuit Petro & inter mulieres Mariæ Magdalenæ, ne quis peccator deſperet. ⌊ Et poſt hæc vndecim ⌋ Iohan.20. ⌊ Deinde viſus eſt plus quam quingentis fratribus ſimul. ⌋ Matthæi.28. ⌊ ex quibus multi manent vſque hodie ⌋ ſi quis addubitet de fide narrationis ⌊ quidam autem dormierunt ⌋ morte corporali, quæ dormitio dicitur, ꝓpter ſpem reſurrectionis ⌊ Deinde viſus eſt Iacobo ⌋ qui frater domini dictus, primus apud Hieroſolymos epiſcopi dignitate functus eſt. ⌊ Deinde apoſtolis omnibus ⌋ in die aſcenſionis. Marc.vltimo. ⌊ Nouiſſime autem omnium tanquam abortiuo ⌋ apoſtolo, Chriſto in cælum aſcenſo, in perſecutione fidei velut imperfecto fœtu ciecto verius quam nato ⌊ viſus eſt & mihi ⌋ primo in via, Actuum.9. poſt oranti. Actuum.22. Factum eſt autem reuertenti mihi in Hieruſalem & oranti in templo fieri me in ſtupore mentis & videre illum, &c. ⌊ Ego enim ſum minimus apoſtolorum ⌋ quia vltimus ſicut & Iacobus minor dicitur & alia ratione ⌊ qui non ſum dignus vocari apoſtolus, quoniam perſecutus ſum eccleſiam dei ⌋ quam apoſtoli conſtituunt. ⌊ Gratia autem dei ſum id quod ſum ⌋ Indignus eram qui vel poſtremus in ordine apoſtolicum allegerer, ſed gratuita dei bonitas me, licet immerentem hoc honore dignata eſt, vt quicquid ſum, illius ſit muneris non meriti mei. ⌊ Et gratia eius in me vacua non fuit ⌋ quia cooperatus ſum per liberum arbitrium. Vnde ſequitur. ⌊ Sed abundantius illis omnibus laboraui ⌋ licet poſtremus venerim: quanquam hoc ipſum quod laboraui non vindico mihi. ⌊ Non ego autem ⌋ ſolus ⌊ ſed gratia dei mecum ⌋ Iohan.15. Sine me nihil poteſtis facere.

¶ Altera die palmarum domin⁹ in templum reuerſus inter cætera, parabolam quod ſemper oporter orare & nunquam deficere, de iudice qui deum non timebat nec

hominem reuerebatur proposuit, qui importunitate viduæ victus ait: Etsi deum non timeo nec hominem reuereor, tamen quia molesta est mihi hæc mulier vindicabo eam, ne in nouissimo veniens suggillet me. Ait aut dominus. Audite quid iudex iniquitatis dixit. Deus autem nõ faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte & patientiam habebit in illis? Dico vobis quia cito faciet vindictam illorum. Veruntamen filius hominis veniens, putas inueniet fidem super terram. In i. t.d. Iesus ad quosdam qui, &c.

¶Dominica præcedenti audiuimus quomodo saluator mundana voluptate obcæcatorum deplorauit calamitatem. In hodierno ostendit euangelio nos propriis si quæ sint non efferri bonis, nec alios contemnere, sed per humilitatem deo placere.

¶Primum. Liuida præsumentium elatio. In principio.

¶Secũdum. Mira orantium diuersificatio, ibi, Duo homines ascendebant in templum.

¶Tertium. Necessaria intentionum ponderatio, ibi. Amen dico vobis.

¶Quo ad primum dicit Psalm. Beati quorum remissæ sunt iniquitates (non qui sibi videntur iusti) & quorum tecta sunt peccata, per baptismum & pœnitentiam, vt nõ videantur a deo ad puniendum. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum, non ex ipsius merito & iustitia sed ex dei misericordia, nec est in spiritu eius dolus, q.d. is est cui non imputat dominus peccatum, quum in multis offendamus omnes. Iac. 3. in cuius animo non est dolus, sed ex animo se recognoscit. Erat quoddam phariſaicum genus iustorum fidentium opibus suis, & ex eis sibi, non deo iusticiæ laudem arrogantium, nec; solum sibi stulte placebant, verum etiam alios præ se despiciebant tanquam peccatores, quum illorum modestia gratior deo sit quam horum opera, aduersus huiusmodi, adcõ solationem peccatorum ex animo sibi displicentium, hãc dominus proposuit parabolam, qua virtus humilitatis præcipue commendatur, & præsumptiua superbia quam sit cauenda oñditur, vnde ¶Dixit Iesus ad quosdam qui

EVANG. sua reputationẽ nõ erãt de communi statu & conuersatio

ne hominum, sed singularis videri volebant de quibus. Iob.12. Ergo vos soli estis homines, vt vobiscum oriatur sapientia, qui in se confidebant tanquam iusti, cum reuera longe essent a vera iusticia. Ro.10. Ignorantes dei iusticiam (q̄ est ex fide Christi) & suam volentes constituere (in solis cæremoniis legis) iusticiæ dei non subiecti. Finis enim legis Christus ad iusticiam omni credenti. Ideo. Gal.5. Euacuati estis a Christo qui in lege iustificamini a gratia excidistis. Si lex apud vos valet Christus est antiquatus. Cum legem dico, transsam illam atq; carnalem Mosaicæ legis partem intelligo, quam solam mordicus tenent Iudæi ex obseruatiunculis ad corpus ptinentibus sibi pollicentes perfectam iusticiam, existimantes quod pecudum sanguis aspersus expiet animam a peccatis. Nos contra spiritualem legis portionem amplexi, non ex huiusmodi rerum corporalium superstitiosa obseruatione promissam iusticiam expectamus, sed ex eo quod per euangelium credimus veram innocentiam veramq; salutem per Christi mortem nobis gratis donari. Nos enim spiritu ex fide spem iusticiæ expectamus. Nam in Christo Iesu neq; circuncisio aliquid valet neq; præputium sed fides quæ per charitatem operatur. Ioh.14. Si quis diligit me sermonem meum seruabit. Et asperna bantur cæteros tanquam peccatores, vnde murmurabant contra dominum qui sua benignitate peccatores non solum non aspernabatur, sed & benigne recipiebat. Luc.7. Pharisæus qui inuitarat Iesum ait intra se. Hic si esset propheta sciret vtiq; quæ & qualis est mulier q̄ tangit eum, quia peccatrix est. q.d. repelleret a se. Item.15. Murmurabant pharisæi & scribæ. d. Quia hic peccatores recipit & māducat cū eis, &c. Huic ergo tā pestifero morbo mederi volens, ac ostendere non fidei ꝟba sed opa a deo examinanda, inter q̄ maxime regnat humilitas, q̄ qa non hñt superbi de sua iusticia p̄sumentes, & infirmos despicientes quasi vacui fide non exaudiuntur, proposuit parabolam istam dicens.

¶Quo ad secundum, quanta sit differentia inter superbum & humilem peccatorem. Psalmista in se depingit, dicens. Quoniam tacui, celando peccatum, inueterauerunt ossa mea, vires animæ iniquitate depressæ,

dum clamarem, etiam inuitus in auribus dei per peccatū & conſcientiæ remorſum, tota die licet attendere nollē. Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua, quia multiplicatis peccatis multiplicantur flagella, conuerſus ſum in ærumna mea. i. miſeria, dum configit ſpina conſcientiæ per ſyndereſim & ideo: Delictum meum cognitum tibi feci & iniuſticiam meam non abſcondi, nō meam iuſtitiam iactando & aliorum iniuſtitiam accuſando, vt miſericordiam inuenirem. ⌊Duo homines⌋ vterque fidelis, ſed vnus verbotenus alius facto ⌊aſcenderūt in templum vt orarent⌋ quia domus orationis. Matth. 21. Act. 3. Petrus & Iohannes aſcendebant in templum ad horam orationis nonam⌊ vnus phariſæus⌋ geſtu & habitu ab alijs diuiſus, & maxime quia non fuit vt cæteri hominum, non quidem in iuſticia vt ipſe credidit, ſed in ſuperbia ſecundum veritatem ⌊Et alter publicanus. Phariſæus ſtans⌋ veluti dignus qui cum deo cominus collo queretur. Stabat eleuatus, non contemplatione mentis, ſed tumore elationis⌊ Hæc apud ſe orabat⌋ quia oratio eius ſuperbia depreſſa non aſcendebat ad deum, quia Oratio humiliantis ſe nubes penetrat. Eccl. 35. Greg. Oratio hominis placentis ſibi, non aſcendit ad cælum. Humilium enim & manſuetorum ſibi ſemper placuit oratio. Iud. 9. Eſt enim oratio aſcenſus mentis in deum, vnde primo verbo dominus ad cœlum affectum noſtrum ſubleuat, d. Cum orabitis dicite pater noſter qui es in cælis, vbi enim theſaurus ibi & cor. Matt. 6. Sed iſte phariſæus oculum depreſſit ad infima conſideranda, ſuā non dei laudem exponens. ⌊Deus gratias ago tibi quia non ſum ſicut cæteri hominum⌋ Optime incepit, quia in gratiarum actione de donis perceptis quæ benefactorem reddit beneuolum, & accipientem dignum, ſed cito ſuperbia preſſus declinauit, ſe iuſtum alios iniuſtos iudicans. Augu. Diceret ſaltem non ſum ſicut multi hoīm, quid eſt cæteri homines, niſi omnes p̄ter ipſum. Ego inquit ſolus iuſtus ſum, cæteri peccatores, hæc illē. Sunt autem duę partes iuſticiæ. ſ. declinare a malo & facere bonū, vnde cōmendat ſe primo de prima⌊ Raptores⌋ aliena vi rapiētes⌊ Iniuſti⌋ fraude vel dolo, pximū circumuenientes & legis iuſticiā omittētes⌊ Adulteri⌋ Vbi tria in mundo regnātia

Notat vitia, quibus se dicit carere. 1. Ioha. 2. Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Non aũt dixit: Non sum sicut cæteri homines, detractores, arrogantes, præsumptuosi, sic enim gloriabatur de sua falsa iusticia, quod non attendebat suam veram iniusticiam. O quot habet hodie fratres & imitatores, qui festucam in oculo cernunt fratris & in suo negligũt trabem. Et ecce ex sibi vicino publicano maior tumoris occasio. ⌊ Velut etiam hic publicanus ⌋ qui de his est qui infame munus gerentes in gratiã principum expilant populum dei. Sed qa non sufficit declinare a malo nisi etiam quisq; studeat facere bene, quæ altera est pars iusticiæ, etiam se de hac cõmendat, d. ⌊ Ieiuno bis in sabbato ⌋ in hebdomada & hoc contra carnis vitia. ⌊ Decimas do omnium quæ possideo ⌋ contra auaritiam. Scribæ & pharisæi quo cæteris decimas dantibus sanctiores apparerent, non modo reditus frugum, sed & minima quæque olerum decimabãt, relinquentes grauiora legis. Vnde Mat. 23. a domino arguuntur. Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentham & anethum & cyminum & relinquitis q̃ grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidem. Aug. Quid rogauerit quære in verbis eius & nõ inuenies. Ascendit orare, noluit deum rogare, sed se laudare. Hæc ille. Licet autem vera commemoraret, tñ displicebat deo, eo quod sibi placeret, adulatur sibi, contumelioſus in proximum. Contra publicanus quia peccando se longe a deo recessisse nouerat, & se prophanum & peccatorem veraciter intelligens sanctuario appropinquare non audebat. Sequitur: ⌊ Et publicanus ⌋ sibi displicens ob peccatorum conscientiam ⌊ a longe stans ⌋ timoratus scilicet ⌊ nolebat nec oculos ad cælum leuare ⌋ sciens se illum qui in cælis est offendisse illicita conspiciendo. Ambro. In ipsa nostra oratione multum vere cundia placet, multum conciliat gratiæ apud deum. Nõne hic prætulit publicanum, & commendauit qui nec oculos suos audebat leuare ad cælum. 1. Esdr. 9. Deus meus confundor & erubesco leuare faciem meam ad te: quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, & delicta nostra creuerũt vsq; ad cælum. ⌊ Sed

percutiebat pectus suum ⌊quoniam se nouerat plurima ibi cogitasse nephanda, vnde deum offenderat, quasi supplicium sibi de seipso exigens, veniam scelerũ non tã impetrabat, q̃ extorq̃bat ⌊dicens: Deus propitius esto mihi peccatori ⌋.i. benignus & placatus. Magna precis breuitas, sed mira robustaq; deuotione cõmendata, q̃ & iudicis sententiam pmutaret, & ex iniusto iustificatũ ¦ repente publicanum efficeret. Aug. Publicanus de longinq̃ stabat, sed dñs eum de propinquo attendebat. Excelsus dñs & humilia respicit, & alta a longe cognoscit. Luc. 15. Videns eum pater a longe, non qñ protectus est in regionẽ longinquam, sed qñ reuertebatur. Hęc ille. Non aspicit ut aspiciat, pmit conscientiã, sed spẽ subleuat, pcutit pect⁹, ac pœnas de se exigit vt de⁹ parcat, confitet vt de⁹ ignoscat. Au. Quid miraris si deus ignoscit, q̃d ipse agnoscit.

¶ Quo ad tertium, bonitatem dei, in humiliter suam iniquitatem confitentes. Psal. indicat, dicens: Dixi confitebor aduersum me, non sicut illi qui dicunt, deus sic voluit, diabolus fecit, cõstellatio coegit, nec me de meis malis iactando, sed iniusticiam meam domino, non præsumendo de meis meritis, & tu remisisti impietatem peccati mei, quæ maior impietas q̃ sibi tribuere (non deo) iustificationem, & peccatum suum excusare. Pro hac (impietate & remissione) orabit ad te omnis sanctus, quia non aliter sanctus, nisi remitteretur, & ne recidiuet, in tempore opportuno, vitæ præsentis ne sera sit pœnitentia. Pharisæus tantum gratias agebat, nec confitetur errata sua, quum inter orandum grauissime peccaret sua iactans, ac pœnitentem despiciens. Contra, publicanus nihil cõmemorabat benefactorũ suorum, tantũ sua mala cognoscens tundens pectus suum, implorans diuinam clementiam. Aug. De pharisæo & publicano audisti controuersiam, accipe sententiam. Audisti superbum accusatorem, audisti reum & humilem, audi nunc iudicem. ⌊ Amẽ dico vobis ⌋veritas dicit, deus dicit, iudex dicit, ⌊ descendit hic ⌋scilicet publicanus ⌊ iustificatus ⌋.i. factus iust⁹ ⌊in domum suam ab illo ⌋quamuis iniustus ad templum accesserit, iustificatus tñ inde recessit, quod dicitur ab illo, dupliciter exponit, ab illo.i. templo: vel ab illo.i. præillo.s. pharisæo, qui sibi iustissimus videbatur. Nampha

risæus descendit iustitia sua iustus: publicanus iustificatione dei & gratia iustus, & ideo magis iustificatus illo, ꝙ̃ iustitia dei maior iustitia hominis. Aug. Dñe dic causam ꝙ̃ quare? ¶ Quia omnis qui se exaltat humiliabit ¶ quisquis enim semet extollit apud sese, deficietur in oculis dei. Prou. 18. Ante ruinam exaltatur cor hominis, & ante gaudium humiliatur. Quidam exaltãtur ab alijs (& isti se humiliare debent in animo) ob merita sua. Alij seipsos, isti humiliantur sicut capur eorum. Esa. 4. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo: verumtamen ad infernum detraheris in profundũ laci. Lu. 10. Videbam satanam tanq̃ fulgur de cælo cadẽtem. Quatuor sunt species tumoris, quum se quis bonum quod habet a se habere existimat, sed. 1. Cor. 4. quid habes quod non accepisti? Aut si datum a deo credit, putat pro meritis datũ, contra Rom. 11. quis prior dedit illi & retribuetur ei? Aut quum iactat se habere quod non habet. Gala. 6. Si qs existimat aliquid esse quum nihil sit. Aut quarto cum despectis ceteris appetit singulariter videri habere q̃ habet, hac pharisæus laborauit. Si ergo reprehendit q superbe gratias agit, quid ille q impugnat gratiam ¶ Et q se humiliat ¶ apud sese ¶ exaltabit ¶ in oculis dei. Augusti. Audisti sententiam, caue causam malam, aliud dico, audisti sententiã caue superbiam. Initium enim oñis peccati supbia. Eccl. 10. Ideo. 1. Pet. 5. Omnes inuicẽ humilitatem infinuate, quia deus superbis resistit, humilibus aũt dat gratiam. Rom. 8. Deus qui iustificat, quis est qui condẽnet? q.d. nullus. Quia ergo veritas falli non pt licet in pñti hæc non sp impleri videãtur, in futuro tñ cõplenda non dubitamus, vbi superbi cum suo capite humiliabuntur dicente dño: Ite maledicti in ignem æternũ qui paratus est diabolo & angelis eius. Mat. 25. & humiles cum suo capite. (Mat. 11. Discite a me, quia mitis sum & humilis corde) exaltabuntur ipso inuitante: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnũ a constitutione mundi.

¶ Dominica duodecima.

Exiens Iesus de finibus Tyri, venit per Sydonem ad mare Galilee. ¶ Marc. 7. Saluator noster omnium ad se currentium ac suam insufficientiam

confitentium plenarie subueniens necessitatibus, omnium ad se trahere studuit affectum. Hinc Apost .2. Cor.1. propter nostrum defectum & diuinum adiuuorium fidē
EPIST dum in deo ostendit, dicens: ¶ Fiduciam talem habem⁹ per Christum ad deum ⌋ non in homine, quia maledictus qui spem suam ponit in homine. Hier.17. sed ad deū ⌊ per Christum ⌋ tanquam mediatorem & redemptorē, cuius munere vobis ministrauimus euangelicam doctrinam ⌊ non q⁹ sufficientes simus cogitare aliquid ⌋ boni ⌊ a nobis quasi ex nobis ⌋ tanq̄ primaria causa ne dicam efficere ⌊ sed sufficientia nostra ex deo est ⌋ cogitādi, volendi, efficiendi: vnde commendatur gratia quæ non datur secundum aliqua merita, sed ipsa efficit omnia bona merita: vnde tangit initium boni cogitare, & consummationem, sufficientia. Rom.9. Non est volentis neque currentis, sed miserentis dei. Philip.2. Deus est qui operatur in nobis velle & perficere. Iohan.15. Sine me nihil potestis facere. ⌊ Qui & idoneos ⌋ scientia & vita ⌊ nos fecit ministros ⌋ docendo & exponendo scripturas ⌊ noui testamenti, non litera sed spiritu ⌋ quod spirituale est ac cæleste in affectibus situm, non in litera cuius administratio Mosi credita est, sed nouum non existit in litera tantum docente, sed in spiritu adiuuante, & intellectū dante. ⌊ Litera enim occidit ⌋ sine spirirali intelligentia ⌊ spiritus autem viuificat ⌋ qa facit & recte & spiritaliter intelligere & implere. Aug. Litera & spirit⁹ alio modo dicuntur, lex & gratia, lex ergo bona est, sed cum gratia, vt cum charitate prodest scientia, sine ea occidit, ita lex sine gratia occidit, cum sit virtus peccati, quæ cum iubet quod sine gratia impossibile est, indicat hominī quod infirmus est, vt q̄rat gratiā: nō qa lex malū est, sed quia mandatum bonum hæret tantum in litera demonstrante, non in spiritu adiuuante, quod mandatum si fit timore pœnæ non amore iustitiæ seruiliter fit, & ideo nō fit, quia non liberaliter. Non enim fructus est bonus, qui de charitatis radice non surgit. Si vero adsit fides operans per dilectionem, fit delectatio boni quæ nō literæ sed spiritus bonum est. Hæc ille. Litera enim quæ Mosi credita est, præscriptis legibus ad mortem adigit, dum & occasionem irritat peccandi libidinem, & peccantem capi-

tis supplicio punit. Contra spiritus qui per euangelicam doctrinam confertur, cõdonatis omnibus superioris vitæ commissis, mortem meritis vitam offert ⌊. Quod si ministratio mortis. ⌋Lex vetus mortem interens transgressoribus. ⌊ Literis deformata in lapidibus ⌋insculpta saxo quæ gratiam non conferebat, sed mortem adferebat præuaricatori. ⌊ Fuit in gloria ⌋in tantum ⌊ ita vt non possent intendere filij Israel in faciem Mosi ⌋ quum deferret tabulas ⌊ propter gloriam vultus eius quæ euacuatur ⌋ quia non diu permansit. Exod. 34. ⌊ quomodo non magis ministratio spiritus ⌋ noui testamẽti functio qua per fidem & spiritus benignitatẽ æterna salus confertur ⌊ erit in gloria ⌋ scilicet æterna. ⌊ Nam si ministratio damnationis ⌋ id est, legis q̃ damnare potuit, seruare non potuit ⌊ in gloria est, multo magis abũdat ministerium iusticiæ in gloria ⌋ .i. longe plus honoris meretur euangelium, per cuius p̃dicationem non solum aboletur peccatum, verumetiam iusticia confertur q̃ perdu cit in gloriam æternam.

¶ Quum dñs filiã mulieris Chananeæ a dæmonio ob magnitudinem fidei ipsius liberasset, nam veniens domum, inuenit puellã super lectum sedentem, & dæmonium exisse. In illo. t. Exiens Iesus &c.

¶ Dominica præcedenti audiuimus q̃ periculosa sit p̃sumptuosa elatio, & placita deo humilis, & deucta pro peccatis oratio. In hodierno ostendit dñs euangelium p factum etiam p̃cibus aliorum alĩs subueniri, quo auditum, & loquelam ad sui cognitionem & peccati confessionem recipiant.

¶ Primum: Opportuna bonorum precatio. In principio.

¶ Secundum: Plena morbor̃ curatio. Et apprehẽdens eum detur.

¶ Tertium, Recta donorum commendatio. Ibi. Et præcepit illis.

¶ Quoad primum dicit Psal. Tu es refugium meum a tribulatione quæ circũdedit me, exultatio mea, erue me a circundantibus me, quasi diceret: Non est mihi refugiũ a tribulationibus dæmonum & peccatorum nisi ad te, q̃ es mea exultatio in quo spero: ideo erue me a peccatis &c



dæmonibus vndiq; circundantibus me. Sed quæ maior tribulatio q̄ inimici, p curatione a laude dei obmutescere & non eē aures idoneas ad audiendum sermonē dei? Et enim breue ē historicum & euangeliū, sed quemadmodum vt plærunq; parabola est q̄d loquit Iesus: ita non raro parabola est q̄d facit. Bed. Surdus ille & mutus quem mirabiliter dñs sanauit, genus designat humanū, in his q̄ diabolicæ deceptionis ab errore, diuina merentur gratia liberari. Obsurduit nanq; hō ab audiendo vitæ ẏbo, posteaq̄ mortifera serpentis verba contra deū tumidus audiuit. Mutus a laude conditoris effectus est, ex q̄ cū se ductore colloquium habere p̄sumpsit. Et q̄ de radice vitiosum germinauit, vitiosius multo dilatari cœpit in, p-pagine ramoꝝ, ita vt veniēte in carne dño (exceptis paucis de Iudæa fidelibus) totus pene mundus ab agnitione

EVANG. & confessione veritatis surdus erraret & mutus. ¶Exiens Iesus de finibus Tyri, iacto semine p̄dicationis, venit per Sydonem, sita iuxta mare ad mare Galileę, quod alibi stagnum Genezareth dicit. Inter medios fines Decapoleos. Beda: Regio trans Iordanem decem vrbiū ad orientem, vnde dñs ex opposito illaꝝ ciuitatum intrasse dicit, fines eaꝝ existentes. Et adducunt ei surdum & mutum. Mutus enim sit oportet q̄ natura surdus est, & sic patet, quod p se non venisset, quum de Christi nihil audire potuit. Et deprecabantur eum, vt imponat illi manum. Iq̄ efficax est ad p̄standum salutem. Esa. 59. ¶Non est abbreuiata manus dñi, vt saluare neq̄at. Sic nimirū in spirituali necesse est curatione gerat. Nam miserabilius surdus est, cui non sunt aures idoneæ ad audiendum sermonem dei: pcius mutus, qui non habet linguam ad confessionem turpitudinis suæ ac diuinæ misericordiæ. ~~Per auditum fidei, salutis initium, p confessionem oris, salutis ē perfectio.~~ Habent quidam aurem, sed nō intus, & linguā ad obtrectandum, &c. Sed quid faciet miser, qui linguā non habet q̄ salutem petat a dño, nec aures quibus p̄cipiat vocem Iesu etiam mortuoꝝ excitatricem? Offerāt necesse est diuinę pietatis aspectibus ꝫ qui audire & loqui verbum dei longo didicerunt usu sanandum, ut eū quem humana fragilitas negt, gratiæ dextera, saluet. Sic visum est clementissimo dño, vt aliena etiam fides opitulet pe

catoribus. Iac. 5. Orate pro inuicem vt saluemini. Prim. Iohannis. 5. Qui scit fratrem suum peccare peccatum nõ ad mortem, petat & dabitur ei vita. Matthæi. 5. Orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Adducitur ad Iesum cathecuminus, desiit malefacere, desiit male loqui, sed nondum didicit benefacere nec confiteri dei bonitatem. Qui possit autem nisi Iesus illi manum imponat frustra laborant homines, nisi Iesu secreta vis accesserit. Non autem tardat cælestis misericordia medici, si intenta precantium non hæsitat nec deficit oratio. Vnde patri lunatici dixit: Si potes credere omnia possibilia sunt credenti. Mar. 9.

¶ Quantũ ad secundũ Psal. in ꝑsona dñi orãti respondet. Intellectum tibi dabo, quo exultare valeas in me, & instruã te in via hac q̃ gradieris, ne erres firmabo sup te oculos meos, non auertendos a te. Sicut diuinis plasmatus est hõ manibus: ita & reparari oportet. Erat in ꝓcliui dño vel simplici ꝟbo daret sanitatẽ, sed nobis hęc rerꝝ forma ꝓponitur. ⌊ Et appꝫhendens eum de turba seorsum. ⌋ Saluus est quemcunq; appꝫhenderit Ie. quẽ ab huiꝰ mundi tumultu semouerit. Prima siqdem salutis spes est assuetos vitiorꝝ tumultus turbasq; deserere, & sic ad suscipiẽda sanitatis munera caput humiliter inclinare. Hiero. Seorsum sp a turbulentis cogitationibus & actibus inordinatis, sermonibusq; incompositis ducit q sanari meretur. ⌊ Misit digitos suos in auriculas eius. ⌋ Vt verba cælestis legis cordi inscribat ꝑ dona spiritussancti, qui ꝑ digitum dei signatur dño teste Lucæ. 11. Porro si i digito dei, quod Matthæus manifestiꝰ ponit duodecimo. Si ego in spiritu dei eñcio dæmonia. Et vt ad operationis obedientiam instrueret. Et quia cognitiõem veritatis debet sequi cõfessio, sequitur: ⌊ Et expuens tetigit linguã eiꝰ ⌋ Iam in proximo est salus, vbi Iesus virtute sui spiritus q digitus dei est, dignatur aures mentis nostræ contingere, quoties saliua cælestis sapientiæ quæ ipse est, ex ore patris altissimi prodiens. Ecclesiasti. 24. dignatur animi nostri liguam contingere, vt sapiat nobis ea quæ dei sunt, Neque enim absque hoc humore fit gustus, & humana saliua vitiata, peruersum habet iudicium, q̃ tacta lingua nostra informatur ad proferendum sapiẽtiæ ver

ba. ⌊ Et suspiciens in cælum ⌋ vt ostenderet vbi nobis speranda salus, & inde mutis loquelam, surdis auditum, & cunctis infirmantibus medelam esse quærendam. Psalm. Auxilium meum a domino qui fecit cælum & terram. Iacob 1.1. Omne datum optimum & omne donum perfectum est de sursum descendens a patre luminum. ⌊ Ingemuit ⌋ non ex diffidentia, sed vt dicit: Chrys. compassus miseriæ tantarum infirmitatum, in quas genus humanum propter peccatum ceciderat, dolens nos (vt dicit Beda) in terrestria dejectos, quos ad possidenda cælestia creauit. Et vt nobis qui a cælestibus gaudijs per terrena oblectamenta discessimus, ad hæc per gemitus & suspiria insinuaret esse redeundum, docens secundum Hieronymum in cælum thesaurum nostri cordis erigere, quod per compunctionem cordis a friuola carnis lætitia purgatur. Psalmista. Rugiebam a gemitu cordis mei. Domine ante te omne desiderium meum, & gemitus meus a te non ē absconditus. Gemere ergo debemus pro nostris & aliorum peccatis. Hinc sequitur: ⌊ Et ait illi: Effeta quod est adaperire ⌋ signans quod sicut verbo dei omnia facta sunt, ita & reficiuntur. Psalm. Ipse dixit & facta sunt, ipe mādauit & creata sunt. Vocem illico secuta est vis. ⌊ Et statim apertæ sunt aures eius, & solutum est vinculum linguæ eius. ⌋ Quæ clausa erant & impedita aperta sunt & soluta, & qui nunquam loquutus fuerat neq; loqui potuisset etiamsi audisset, audiebat & loquebatur recte nō balbutiens, dei enim perfecta sunt opera. Deu. 32. Corde cr̄̄ creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutē Rom. 10. Magnum est recte loqui. Hiero. Ille solus recte loquitur vel deum confitendo, vel alijs prædicando, cuius auditum vt cælestibus possit auscultare & obsecūda re mandatis, diuina gratia reserat, cuius linguam dominus tactu sapientiæ quę ipse est ad loquendum instruit, hic talis dicere potest: Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. Beda: Hoc nobis in baptismo dominus contulit, vnde valde necesse est vt quod dominus in nobis propitius abluere & sanctificare dignatus est, ipsi passim contaminare & pro nihilo ducere & prophanare timeamus. Sed & si qui cenum nequitiæ lordidantis incidimus, festinemus rursum lachrymarū

& pœnitentiæ fonte inundari. Nec simus de quibus apo. 1. Tim. 4. A veritate quidem auditum auertent ad fabulas autem conuertentur. Cohibeamus linguam a malo: timeamus in ipsa in qua benedicimus dominum & patrē maledicere homines qui ad imaginem dei creati sunt. Iacobi, 3. Qui enim putat se religiosum esse non refrenans linguam suam, huius vana est religio. Iacobi 1. Si enim de omni verbo ocioso quod loquuti fuerint homines super terram, reddent rationem de eo in die iudicij. (Matth. 12.) quid de blasphematorijs, contumeliosis, detractorijs? Non solum autem a vanis aures linguamq; satis est castigare loquelis, si non etiam iuxta Psalmistam inclinemus aurem nostram in verba oris dei, si non os nostrum loquatur sapientiam, & meditatio cordis nostri prudentiam. Soluitur lingua vt eructet verbum bonum quod nō possunt nec minæ nec verbera cohibere. Vñ apostolus. 2. Timot. 2. Ego vinctus sum sed verbum dei non est alligatum.

¶ Quoad tertium dicit Psal. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Sequendo impetū passionis, non considerando beneficia diuina per debitā gratiarum actionem. Magnalia enim dei in ipsius laudē pronunciāda sunt. Tob. 12. ait Raphael: Etem̄ sacramentū regis abscōdere bonum est, opa autem dei reuelare & confiteri honorificum. Pręmissis ergo seorsum a turba. ⌊Et præcepit illis⌋ qui mutum adduxerāt ⌊ne cui dicerēt⌋ non quod nollet sciri quod gestum erat, sed quod virtutem cælestem melius loquitur ipsa res quam hominum prædicatio, & exemplum nobis vitandæ laudis daret. Hiero. Non in virtutibus gloriandum esse docuit, sed in cruce & humiliatione, Beda: Nunquid non æstimandum est ꝙ vnigenitus dei filius signum faciens, & hoc abscondi voluerit, & contra voluntatem illius sit patefactū in turbis, nec potuerit silētio signum tegere si voluisset, q̄d potuit facere cum voluit? An forte nobis dare exemplū voluit, vt virtutum opera facientes vitium iactantiæ ꝑ omnia gloriamq; vitemus humanam, ne bona nostra actio per inanē vulgi fauorem supernæ retributionis munere priuetur. Et tamen sciamus opera nostra si digna imitatione sint nullatenus posse celari, sed ad vtilitatem

fraternæ correctionis ipso dispensante patefieri qui dicit: Non potest ciuitas abscondi super montem posita. Matt. 5. & Lu. 12. Quæ dixistis in tenebris dicentur in lumine. Et reuera ita omnimode, ita intelligenda est dominici dispensatio præcepti. Quod non ita tamen dictũ qs æstimet, quasi bona facientes fraternos cauere debeam⁹ aspectus, cum dominus dicat. Luceat lux vestra corã hominibus, vt videant opera vestra bona. Mat. 5. sed vt p opera quæ fratribus ostendimus, non laudem ab illis sed profectum quæramus, vnde sequitur: Et glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Qui autem bona sua ideo ostendunt, non vt deus sed ipsi laudentur, audient: Amẽ dico vobis recepistis mercedem vestram. ⌊ Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prędicabant ⌋ hoc enim magis suspiciebant magnitudinem Iesu, qui cũ talia posset ac præstaret, non solum nihil exigebat præmiũ, verum ne gloria quidem tam insignis facti frui cupiebat, & eo amplius admirabantur, quum pharisæi summo studio gloriam piscarẽtur humanam. Hiero. Ciuitas in monte posita vndiq; circumspecta abscondi nõ potest, humilitas semper præcedit gloriam. Sed vt est hominis vere benefici non exigere laudem pro beneficio, ita grati est hominis, hoc impensius referre gratiam, q̃d qui bñficium dedit nullã expectet gratiam. Ita passim isti. ff. moti p̃dicabant de Iesu ⌊ dicẽtes: Bñ oĩa fecit. ⌋ Hæc laus in solum deũ competit, nemo mortalium bene omnia facit. Gen. 1. Vidit deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona. ⌊ Surdos fecit audire & mutos loqui. ⌋ Sic ergo & nos visitare dignetur qui tangit & sanat, & verbo potest oĩa vt audientes & loquentes nunquam ab obedientia & laude diuina cessemus, magnalia eius indies magis atq; magis prædicando, cui debetur creationis & recreationis & instaurationis nostræ gratia: Quanto enim feruentius prædicare debent quibus iubet vt p̃dicent, qñ illi qui prohibentur tacere non poterant: Vnde Lu. 19. Dico vobis si hi tacuerint lapides clamabunt.

¶ Dominica decimatertia.

BEati oculi qui vident que vos videtis. ⌋ Luc. 10. Saluator noster quo feruẽtiorem suorum ad sucipiendum diuina munera redderet affectum quã

to veteres desiderio expectarint quæ deus promiserat cõplenda,& iam sunt adimpleta indicauit.Hinc apost.Galat.3.Non lege sed dei gratia & promissione salutem nos consecutos ostendit per Christum dicens: ¶ Abrahæ dictæ sunt promissiones,& semini eius.⌋Gene.22. In semine tuo benedicentur omnes gentes.⌊Non dicit & seminibus quasi in multis⌋ne per Mosen,Dauid,aut alios,promissum expectaremus⌊sed quasi in vno, & semini tuo q̃ est Christus.Hoc autem dico testamentum confirmatum a deo⌋id est, promissiones illæ per modum testamenti factæ & iuramento firmatæ.Gen.22. Per meipsum iurauit dominus⌊quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex.⌋Exo.12.habitatio autem filiorum Israel qua manserunt in Aegypto fuit quadringentorũ triginta annorum. Quibus expletis eadem die egressus est omnis exercitus domini de terra Aegypti.⌊Non irritũ facit ad euacuãdam promissionem dei⌋quod fieret si benedictionis hæreditas Abrahæ posteris promissa , deberetur ex legis obseruatiõe, cum in pacto nulla sit legis conditio.⌊Nam si ex lege,hæreditas⌋benedictionis gratiæ⌊iam non ex promissione⌋& sic videtur irritum pactum dei.Rom.4. Non enim per legem promissio Abrahæ & semini eius vt hæres esset mundi sed per iusticiam fidei.⌊Abrahę aũt p̃ repromissionem donauit deus⌋bñdictionem non p̃ legem sed p̃missionem.1. fidẽ Christi.sæpe p̃missi,quia Abrahã credidit q̃ deus sibi p̃misit. Et sic patet q̃ oẽs antiqui qui iustificati sunt, ex ipsa fide Christi iustificati sunt,& non per opa legis. Gratuitum erat dei,p̃missum solaq; fidei conditiõe ratũ erat , eam quisq; p̃stat promissi ius habet. At dixerit quispiã,si hinc erat speranda salus.⌊Quid igit lex?⌋Videt inutiliter supadita.Respondet q̃ non.⌊Propter transgressionem posita est⌋nã tametsi non conferat innocentiam,tamen coercet peccandi licentiã,& hoc non semper , sed⌊donec veniret semen⌋illud vnicum⌊cui repromiserat⌋id est per quod deus Abrahæ promiserat salutem omnibus legitimis Abrahæ filijs⌊ordinata per angelos⌋non enim fuit data immediate per deum,sed mediãtibus angelis. Act.7.Hic(s.Moses)est qui fuit in ecclesia in solitudine cũ angelo qui loquebatur ei in monte Syna⌊in manu me-

EPIST

diatoris. ⌊ Sic enim lata est per angelos, vt totius legis potestas esset penes Christum, qui sic medius intercessit inter Mosaicam legem & euangelij gratiam: vt illius esset finis, huius initium. Sic medius interponens se inter deum & homines, vt ipse naturam vtramq; in se cõplecteretur, vtramq; alteri conciliaturus. ⌊ Mediator autem vnius non est. ⌋ Nemo enim secum ipse dissidet. ⌊ Deus autem vnus est ⌋ qui cum dissidium erat humano generi. Proinde tertio quopiam erat opus, qui naturæ vtriusq; particeps vtramq; inter se reconciliaret, deum placans sua morte, & homes sua doctrina ad verum dei cultũ pelliciens, 1 Tim, 2. Vnus mediator dei & hoim hõ Christus Iesus. ⌊ Lex ergo aduersus promissa dei? Absit. ⌋ Nec enim succedens irrita reddidit promissa dei, sed hoies in expectatione promissoꝝ continuit, q̃ magis capaces essent euãgelicæ doctrinæ & gr̃æ. Nec ideo nunc cessat lex q̃d aduersaret promissis diuinis, sed q̃d ꝑquã erat vmbras cedere veris, & rem inefficacem efficaci. ⌊ Si enim data esset lex q̃ posset viuificare, vere ex lege esset iusticia ⌋ & non ex promissione Abrahæ, & sic lex irritam fecisset ꝓmissionem, nec erat futurum q̃ abrogaretur, nec opus fuisset euangelij ꝓsidio cum ex lege vere contingeret homini iusticia. ⌊ Sed concluſit scriptura ⌋. 1. lex scripta ⌊ oĩa sub pcto ⌋ ostendens peccatum, sed non mundans ⌊ vt ꝓmissio ⌋ de iustificatione ⌊ ex fide Iesu Christi daret credentibus ⌋ fide formata charitate q̃ facit tendere in deũ Rom. 5, Per quem accessum habemus per fidem in gratiã istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filioꝝ dei. Ne ergo suis operibus freti negligerent Christi gratiam, in hoc data est lex, quæ præscriberet, quid agendũ quid vitandum, vt omnes intelligerent sese peccatis obnoxios, dum quod ꝑ legem didicerũt cẽ nefarium, nõ vitant tamen, nimirum victi suis prauis cupiditatibus, atque ita morbum agnoscentes suum, auidius amplecterentur oblatum euangelicæ gratiæ remedium. Nam ante præscriptum legis, impune peccabant, cum licere videbatur quod libebat, & habebãt quod admissis suis prę texerent. Ac lex sic eos constrinxit, vt non elabi possent, quin faterentur se commeruisse pœnam: qũando negari non poterat honestum esse quod lex præscriberet. Hoc

consilio cum deus nobis nostri fiduciam ademisset, ac malum nostrum nobis posuisset ob oculos, declaratum est promissum illud quod deus promisit Abrahæ, quodque soli Iudæi veluti sibi peculiariter promissum expectabant, tanquam soli Abrahæ filij, ad omnes pertinere, quoscunque fiducia erga deum reddidisset ueros Abrahæ filios, nō ex merito legis obseruatæ, sed ex eo ꝙd syncero pectore crederent euangelio, per mortem Iesu Christi, & omnibus innocentiam contingere, & vitam ac salutem.

¶Cum reuersi discipuli cum gaudio nunciarent domino, qūo in nomine eius etiam dæmonia ipsis subijcerent monuit non in hoc, sed ꝙ nomina ipsorum scripta essēt in cælis gaudendum. Exultans q; in spiritu patrem collaudauit, quod paruulis reuelasset quæ a prudentibus abscondisset, & ꝙ nemo nosset qui sit filius nisi pater, nec ꝙ qui sit pater nisi filius, & cui voluerit filius reuelare, & conuersus ad discipulos suos. In illo tempore: Dixit Iesus dis. suis. &c.

¶ Dominica præcedenti audiuimus quomodo proximis (qui per senon possuunt) in necessitatibus etiam apud deum sit succurendum, ideo in hodierno ostendit dominus euangelio quis noster sit proximus, & qualiter ei effectu subueniendum.

¶Primum, Sacra discipulorum contemplatio. In principio.

¶ Secundum, Temeraria mādatorum ponderatio. Ibi Et ecce quidam.

¶ Tertium, Vera proximorum indicatio. Ibi: Ille aūt volens se iustificare.

¶ Quo ad primum dicit Psalmista: In quacunq; die in uocauero te, siue pueritiæ, aut iuuentutis, vel senectutis, ecce cognoui, per experientiam, quoniam deus meus es tu, & non alius. Hiere. 9. In hoc glorietur qui gloriatur scire & nosse me. ¶ Dixit ergo Iesus discipulis suis. Beati oculi qui vident q̄ vos videtis. Sunt qui oculos suos statuerunt declinare in terram, sed non sunt beati: nec omnium oculi beati qui Christum viderunt. Ioh. 15. Nunc autem viderunt & oderunt, & me & patrem meū. Vnde q dam vident Christum corporaliter tm̄, & hæc visio non EVANG.

beatificat. Esaiæ. 40. Videbit omnis caro salutare dei. Sic tantum pharisæi & alij infideles viderunt corpus exterius, quum non haberent illuminatos oculos mentis: q bus deum cernere possent, vt alij, quia malicia & inuidia excæcati. Quidam vident eum oculo mentis tantum, & hoc per fidem. 2. Corinthio. 4. Nos autem reuelata facie gloriam domini speculantes, & sic videtur ab omnibus fidelibus. Quidam vident in gloria sicuti est in re, non iam in spe, & hæc perfecte beatificat in re, sed altera tantum in spe. Iohannis. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum deum, & quem misisti Iesum Christum. Quarto, est visio qua beatificantur apostoli, qui ipsum oculis corporis, hominem cernentes, deum oculis mentis illuminaris non dubitabant. Vnde Matthæ. 16. Petrus dixit: Tu es filius dei viui. Ideo dominus Mat. 11. Confiteor tibi domine pater cæli & terræ, quia abscõdisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. L. Dico enim vobis quia multi prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis & non viderunt, & audire quæ auditis J verba scilicet cælestis sapientiæ L & non audierunt. J Cum confiteor deum a priscis (sicut Abraham. Gene. 18: Moysi. Exod. 33. qui facie ad faciem sicut homo loquitur ad amicum, & Esaia Esa. 6. Vidi dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, & aliis prophetis) tẽporibus visum, quid sibi vult quod dicit: Multi reges? Sed aliud est videre per fidem aliud per speciem Viderunt præmemorati per speculum & imagines, & in subiecta creatura. Omnes enim manifestationes quæ in veteri testamento ad patres factæ sunt per angelos peractæ sunt: Vnde Actu. 7. Hunc MOSEN quem negauerunt dicentes: Quis te constituit principem & iudicem, hunc deus principem & redemptorem misit cum manu angeli qui apparuit illi in rubo. Viderunt quidem oculo fidei credentes venturum. Iohannis 8. Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum, vidit & gauisus est, sed non viderunt verbum caro factum oculo carnis, quod summe desiderabant. vnde sanus senex Symeon. Lucæ secundo J. Nunc dimittis seruum tuum domine secundum verbum tuum in pace, quia viderũt oculi mei salutare tuum. Verum sancti apostoli fide & sensu vide-

runt Christum, & ipsum semper præsentem habebant, & cum omni familiaritate, & etiam conuictu illi familiarissime adhærentes, quicquid cognoscere voluissent (nõ per speculum vel ænigmata, nec per angelos vel varias visionum species) per dominum interrogando discebant quare merito omnibus retro sanctis lege beatitudinis p̃ feruntur. Quod si ænigma beatificat (quum diuinitatẽ CHRISTI non nisi fide videre possent) & prophetis & regibus imprimebat sui desiderium, quam optabile nunc est videre & audire ipsum dominum in ipsa gloriæ, & manifestatis suæ veritate, quam beati non amplius videbunt in spe, sed in vera iam specie & secura totius boni fruitione? Digni quidem erant audire, sed nondum venerat plenitudo temporis, in quo deus non per prophetas sed in filio suo loqueretur, quem constituit hæredem vniuersorum per quem fecit & secula. Hebræorum 1.

¶ Quo ad secundum, Omnem cordis affectum in deum positum Psalmista indicat, dicens: In deo laudabo verbum, quicquid mihi acciderit gratias agendo, in domino laudabo sermonem, omnia in eius laudem referendo, in deo speraui, & ideo, non timebo quid faciat mihi homo. Nam quia temporalia contemno quæ auferri possunt, intus est quod auferri non possit. In me sunt deus vota tua (vt te diligam) quæ reddam laudationes tibi, quare extra nihil est quod turbare possit. Ideo omnis in deum affectus ponendus. ⌊ Et ecce quidam legisperitus surrexit ⌋ vt ab omnibus videretur & audiretur, velut ex intima legis cognitione quæstionem propositurus ⌊ tentans illum, & dicens: Magister quid faciendo vitam æternam possidebo ⌋ bene dicit faciendo, quia non auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Romanos. 2. Vitam æternam, o magnum præmium æternaliter viuere, possidebo, solus eñ beatus qui vitam æternam possidet, cum securitate non amittendi, q̃re non fuerunt angeli beati ante confirmationem. ⌊ At ille dixit ad eum. ⌋ Tentatorem legis ad ipsam legem reducit, vt suis verbis sibi ipsi satisfaceret. ⌊ In lege quid scriptum est? ⌋ quasi dicat: Quod ex me q̃ris, hoc alij debebant ex te discere, siquidem tu legis scri-

entiam profiteris. ⌊Quomodo legis?⌋ Interrogat q̃d scriptum est, ut ex suis verbis iustificetur vel damnetur. ⌊Ille autem respondens⌋ q̃d legerat sed non impleuerat ⌊dixit: Diliges dominum deum tuum⌋ ei seruiendo cum reuerentia, singulari charitatis affectu. Consequenter ponit modum, qui est fine modo: quia satis diligi non potest ⌊ex toto corde tuo⌋ vt oĩs cogitatio & affectio in ipsum tendat. Prou. 32. Fili p̃be mihi cor tuum ⌊& ex tota anima tua⌋ vt scilicet vegetatiua & itellectiua vis in ipsum ordinetur. ⌊Et ex omnibus viribus tuis⌋ non remisse sed viriliter, quia intensiue & extensiue sup oĩa, & ex omnibus diligi debet ⌊& ex omni mente tua⌋ .i. ratione secundum quam ad similitudinem & imaginem dei creatus est, cuius tres sunt vires, memoria, intellectus, & voluntas. Et sic patet q̃ deus totum habere vult qui totum creauit. Minus ergo eum diligit, qui quicquam cum ipso diligit q̃d non propter ipsum diligit. Adiũgit & secundum p̃ceptum ⌊& proximũ tuum sicut teipsum.⌋ In dilectione dei nullus modus ponit, sed proximi, quem sicut nos diligimus, q̃ñ omnia quæ nobis fieri volumus eidem impendimus, eadem charitate qua nos & eodem numero bonorum operum, & ad eundem finem non carnali sed spirituali amore. ⌊Dixitq; illi: Recte respondisti⌋ laudat responsum non laudat factum ⌊hoc fac & uiues⌋ quasi dicat recte respondisti sed non fecisti. Ostendit ergo per solam dilectionem ad vitam æternam peruenirí posse si non verbo & ligua sed opere & veritate habeat, viues ait: vita gratiæ. 1. Iohan. 4. Deus charitas est, & qui manet in charitate in deo manet & deus in eo, & post vita gloriæ.

¶ Quo ad tertium Psal. gratus pro redemptionis beneficio ait: Quoniã eripuisti animam meam de morte, in quam propter peccatum incideram, & pedes meos de lapsu, per gratiam, hic stabiliendo, sed post in gloria perfecte confirmando. Vnde sequitur, vt placcã corã deo (nõ coram hominibus) in lumine viuentium, quod erit quando libere diliget deum & proximum propter deum. 1. Iohan. 2. Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit in tenebris est vsq; adhuc, qui diligit fratrem suum in lumine manet & scandalum in eo non est. At ille responsum

domini quod erat detectio captiosæ interrogatiõis suæ, in sui laudẽ & gloriam (prout moris est superborum) conuertens quod docte respondisset volens doctior & iustior apparere, maioris fauoris factus est auid⁹ ⌊Ille autem volens iustificare seipsum⌋ quasi iam abunde præstitisset præceptũ de diligendo deo ⌊dixit ad Iesum. Et qs est meus proximus?⌋ quasi deum diligeret qui in proximum immitis esset ac maleficus. Iudæi enim proximi nomine ferme interpretabantur de suæ gentis hominibus, existimantes sibi fas esse odisse exteros, nec in hos quicquam conferre, beneficij. Iesus autem sciens animũ hominis, & docens præceptum de diligendo, pximo ad omnes extendi similitudinem induxit. ⌊Suspiciens autem Iesus⌋ quia de miserabili casu humani generis dictur⁹ ⌊dixit. Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones. Qui etiam despoliauerunt eũ & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto ⌋ & perituro si nemo succurrisset. ⌊Accidit autem vt sacerdos q dam descenderet eadem via, & viso illo preterijt ⌋ qui tamen ob religionis ¦ professionem potissime præstare debuisset dei præceptum, tamen Iudæus Iudæum deseruit. ⌊Similiter & leuita cum esset secus locum, & videret eũ pertransijt. Samaritanus autem quidam iter faciens venit secus eum, & videns eum misericordia motus est. Et appropians alligauit vulnera eius; infundens oleum & vinum. Et imponens in iumentum suum illum, duxit in stabulum & curam eius egit. Et altera die⌋ quum vrgeret itineris necessitas ⌊protulit duos denarios. & dedit stabulario⌋ hospiti meritorio, vt tantisper haberet curam vulnerati, donec ipse peracto itinere rediisset ⌊& ait; Curam illius habe⌋ de meo precio ⌊& quodcumque supererogaueris⌋ vltra summam hanc, mihi tibi peribit mihi imputa ⌊ego cum rediero reddam tibi. ⌋ Ambr. Hierico figura huius mundi est (qui vt luna mutatur) in quam deparadiso, hoc est beatitudine cælestis Hierusalem electus Adam præuaricationis prolapsione descendit ad miserias & defectum huius vitæ mutabilis & erroneæ cum intumescere cœpit, cui non loci sed morum mutatio naturæ suæ fecit exilium. Et per hoc incidit in latrones (potestatem diaboli transfigurantis se in angelum lucis cũ

sit angelus noctis) in quos non incidisset nisi his man dati cælestis deuius se fecisset obnoxium. Qui etiam in dumenta gratiæ spiritalis immortalitatis, scilicet & innocentiæ, iusticiam originalem, auterunt. Vnde protinus hoc spoliatus erubuit, faciens sibi perisomata, & postea deus fecit eis tunicas pelliceas. Genesis. 3. O misera commutatio. Et plagis. 1 peccatis quibus humanæ naturæ integritas violatur, & mors quasi fossis visceribus inducitur impositis, abierunt, non cessando ab infidijs sed occultando, semiuuo relicto, quia immortalitatem exuere, sed rationis sensum abolere non possunt quin homo sapere & cognoscere deum possit. Vere semiuuum, quia gratiæ & gloriæ priuatus vita, in miseram & terrenam delectus est vitam, quem nemo maiorum minorumue vsq; ad Christum sanauit, sanarue potuit. Sacerdos & leuita eadem via descenderunt, quia vna qua & omnes mortis conditione, præuaricationis & peccati iter descenderunt. Sed viso eo transeunt, quia sacerdotium & ministerium veteris testamenti vulnera languentis mundi monstrabant sed non curabant. Impossibile enim erat sanguine hircorum & taurorum auferri peccata. Heb. 10. Nihil enim ad perfectum adduxit lex. Heb. 7. Samaritan⁹ autem quidam, vere quidam, quia singularis qui potuit & voluit. Samaritanus syris custodem sonat. Ipse autem venit seruandis omnibus, aliquando Iudæis ipsis probri gratia dictus Samaritanus, sed non offendit vniuersas orbis nationes ignominia vocabuli, cum experiant rem nominis salutarem. Ipse enim Christus dominus noster verus humani generis custos. Psalm. Custodiens paruulos dominus, qui & custodit omnes diligentes se. Iter faciens non eadem via sicut cæteri descendens, quia peccatū non fecit nec inuentus est dolus in ore eius, 1. Pet. 2. Homo factus venit secus vulneratum in similitudinem hominum factus & habitu inuentus vt homo exinaniuit semetipsum formam serui accipiens. Phi. 2. Et videns eum misericordia motus est nullum inuenientes meritum q̄ dignus esset curari, sed sua misericordia de pct̄o dānauit pct̄m in carne. Rom. 8. In tm̄ aūt apppiauit vt sanaret vt socius & amicus publicanoꝝ diceret. Luc. 7. Amb. Multa medicamenta habet qbus sanare cōsueuit. Sermo eius

medicamentum est. Alligat vulnera, austeriori præcepto redarguēs. Luc.13. Nisi pœnitentiā egeritis simul omnes peribitis. Fouet oleo, remissionem peccatorum promittens. Matth.11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis & ego reficiam vos. Pœnitentiā agite, appropinquabit regnum cælorum. Mat.3. Compungit vino, denūtiationis iudicij. In iumentum imponit, 1. Pet. 2. Qui pctā nostra per tulit in corpore suo super ligno. Et pastor ouē impositam humeris reduxit. Luc.15. Matth.3. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Tunc autem quilibet super iumentum imponitur domini, & in stabulum ducitur, cum ad baptismū veniens fidem sanctæ trinitatis percipit, & in societatem sanctæ ecclesiæ collocatur. Stabulum est vbi viatores suas deponunt sarcinas & animalia reficiunt. Sic in ecclesia peccatorum deponuntur onera, & reficiuntur lassi pabulo verbi diuini, quo nemo ingreditur nisi ductu Christi vt dicit Beda. Curam egit fidem suam fideique dogmata dando, ne æger præcepta quæ acceperat dimitteret. Peccata nostra sustulit in corpore suo, de suo dependit quod commerueramus, ac nostri curam egit qui nullum peccatorem quamuis humilem aut abiectum auersatus est. Sed non vacat Samaritano diu in terra manere, redeundum erat vnde venerat. Itaque altera die, 1. post resurrectionem suam, quando amplior æternæ lucis splendor quam ante passionem, effulsit in mundo (Prima enim dies incarnationis erat, quando sedentibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Esa.9) Protulit duos denarios. 1. duo testamenta quæ imaginem in se habent expressam æterni regis, stabulario vicario suo. Nam resurgēs ex mortuis aperuit discipulis sensum, & vtriusq; testamenti mysteria ad eruditionem omnium gentium patefecit, vt saucium curarent peccatorem. Non enim solū per se nos regit sed & stabulario. 1. quorumuis susceptori qui est custos ouilis sui nos committit ad regendum, dicens: Curam habe, &c. Iohan. 21. Pasce oues meas, 1. Pet. 5. Pascite qui in vobis est, gregem. Si qd, super duobus præceptis charitatis. Cum rediero: Amb. quando reuerteris domine Iesu nisi in die iudicij? nam licet vbique sis, semper

stans in medio nostrum non cernaris a nobis, erit tamen tempus quo vniuersa caro te aspiciat reuertentem. Quomodo reddes bone Iesu? promisisti quidem in cælis copiosam mercedem esse, reddis tamen cum dicis. Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam intra in gaudium domini tui. Matt. 25. Sic præmiabitur, si quis ex abundantia charitatis supra quam præceptum est impenderit sanando misero. Adaptat Iesus parabolam dicens: ⌊ Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum. ⌋ Sacerdos & leuita proximi erant lege naturæ, sed samaritan⁹ miserationis officio. ⌊ Et ait illi: ⌋ Iesus ⌊ Vade & tu fac similiter. ⌋ misericordiam exhibens indigenti. Alludit quæstioni quid faciendo.

¶ Dominica decimaquarta.

Cumiret Iesus in Hierusalem, transibat p̄ mediā Samariam z Galileam. ⌋ Luc. 17. Saluator q̄ ad mundandam leprā animæ nostræ, vt lepsus in passione apparuit. quanta vigilantia ipsa, quæ a cō sortio segregat sanctorum, cauenda sit culpa indicauit.

EPISTO: Hinc apostolus Galat. 5. admonet: dicens: ¶ Spiritu ambulate. ⌋ proficiendo iuxta spiritus ductum in bono ⌊ & desideria carnis non perficietis. ⌋ delectationes & concupiscentias quæ caro suggerit, per consensum voluntatis non implebitis. ⌊ Caro enim concupiscit aduersus spiritum. ⌋ Augustin. Caro dicitur concupiscere, quia hoc secundum ipsam agit anima, sicut auris dicitur audire & oculus videre, cum potius anima, & per aurem audiat, & per oculum videat. Caro enim nihil nisi per animam concupiscit, sed concupiscere dicitur cum anima carnali concupiscentia spiritui reluctatur. Rom. 7. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. ⌊ Spiritus autem aduersus carnem. ⌋ ad honesta vocans. ⌊ Hæc enim sibi inuicem aduersantur. ⌋ Caro coerceri potest, prorsus opprimi non potest quin nitatur aduersus spiritum, quæ si vincat fit aliquoties, vt cum iuxta spiritum expetat ea quæ sunt pietatis, tamen superatus a carne faciat ea quæ nouit esse fugienda ⌊ vt non quæcunque vultis illa faciatis. ⌋ Caro terrestris & spiritus cælestis,

ideo meliori cedendum in hac pugna, id est, spiritui quo volumus bona: & si non perficiamus, volumus enim vt concupiscentiæ non sint, sed hoc non perficimus. Quod si spiritu ducemini, ad ea quæ sunt honesta & pia, non estis sub lege, scilicet Mosaica. Nam vbi spiritus domini ibi libertas, 2. Corinth. 3. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Romano. 8. Augustinus: Sub lege est qui timore non amore abstinet a malo, lex autem propter transgressionem posita est. Galatas. 3. Manifesta autem sunt opera carnis, facile est enim colligere carnis arbitrio seruiat aliquis an spiritus ductum sequatur. Cuiusmodi sunt fontes, eiusmodi sunt ea quæ proficiscuntur a fontibus. Vita mores factaque hominis testantur habitum animi. Hæc autem palam declarant hominem carni seruire, etiamsi baptismum adeptus sit, quæ sunt [fornicatio] Hebræorum. 13. Fornicatores & adulteros iudicabit deus, 2. Corinthiorum. 13. Lugeam multos ex eis qui peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super fornicatione sua [immundicia] & si non opere impleatur [impudicitia] quantum ad exteriorem inhonestatem in gestibus, osculis, tactibus, & cætera [luxuria] generale. Positis operibus carnis, id est, ad quæ inclinat caro quo ad luxuriam, consequenter ponit ea quæ sequuntur ad eam. [Idolorum seruitus] Vnde Salomon amore mulierum, ductus fuit ad sequendum deos alienos, 3. Regum. 11. [Veneficia] id est, sortilegia. Apocal. vltimo: Foris canes & venefici [inimicitiæ] perseuerantes. Vnde Absolon concepit odium contra Amō, propter violationem sororis, 2. Regum. 13. [Contentiones] in verbis clamosis. Iacobi. 3. Si contentiones sint in cordibus vestris, nolite gloriari aduersus veritatem. Romanorum. 13. Nō in contentione & æmulatione [æmulationes] in verbis & factis pungitiuis [Iræ] ex subita tempestate animi in affectu nocendi. Ephesiorum quarto: Sol non occidat super iracundiam vestram [rixæ] ex ira inuicem percutientes [dissensiones] quando partialitates fieri incipiunt [sectæ] id est, hæreses, secunda Petri secundo: Introducentes sectas perditionis. Item: Sectas non metuunt introducere blasphemantes [inuidi] in animo inueteratæ. Iob quinto; Paruulum occidit

Inuidia [homicidia] in facto prima Iohannis tertio: Qui odit fratrem suum homicida est. Consequenter ponit opera carnis quo ad gulam [ebrietates] quo ad superfluitatem potus [commessationes in cibo. Romanorum decimotertio: Non in commessationibus & ebrietatibus, Lucæ vicesimoprimo. Attendite ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate, & curis huius seculi. [Et his similia] ad quæ caro est prona [quæ prædico vobis] antequam veniat dies iudicij, dum licet pœnitere: quia tunc pœnitentia infructuosa [sicut prædixi] cum essem præsens [quoniam qui talia agunt, regnum dei non consequentur] Nec est quod sibi ob baptismum aut ædita miracula blandiantur. Augustinus: Nullus medius locus est, vt non sit in supplicio, qui non est in regno. Contra qui vere liberi sunt, & spiritus arbitrio ducuntur, huiusmodi dignoscuntur fructibus. Dicuntur autem fructus ad similitudinem fructus naturalis qui procedit de arbore, & cum suauitate percipitur, sic ista procedunt a spiritusancto: vel rationegratia illuminata quorum distinctio accipitur secundum quod mens hominis per processum in nobis bene disponitur in se, & ad id quod est iuxta, & quod infra. In se bene disponitur quando se bene habet in bonis & malis. Est ergo prima dispositio ad bonum, per amorem qui est prima affectio & radix aliarum affectionum. Vnde inter fructus spiritus primo ponitur. [Fructus autem spiritus est charitas] sine qua cætera nihil sunt. Romanorum quinto: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritumsanctum: qui datus est nobis, ad quam sequitur [gaudium] quia est digna lætitia ex puritate conscientiæ. Omnis amans gaudet ex præsentia amati [pax] quo ad deum, quo ad quietem ab exterioribus perturbationibus, alias non esset gaudium perfectum, vel quo ad sedationem desiderij interioris, non enim perfecte gaudet quis de aliq̃ cui non sufficit illud. Augustinus: Pax est hominum ordinata concordia. Non autem est pax impijs, dicit dominus, Esaiæ quadragesimooctauo: Secundo in malis bene disponitur mens. Primo, quando non perturbatur eximminentia malorum quod pertinet ad pacientiam [patientia] aduersa tolerando. Secundo, Vt non perturbe-

tur ex dilatione bonorum. ⌊ longanimitas ⌋ Nam carere bono habet rationem mali. iuxta se ad proximum dispo nitur. Primo, per voluntatem benefaciendi ⌊ bonitas ⌋ dulcedo animi interius Secundo, per beneficentiæ execu tionem ⌊ benignitas ⌋ largitas rerum, ostendens bonita tē animi. Tertio, æquanimiter tolerare mala ab eis ⌊ mā suetudo ⌋ quæ est quædam tractabilitas & bona conuersa tio cohibens iram. Quarto, non inferendo nocumentum proximo per fraudem vel dolum, quod facit ⌊ fides ⌋ si pro fidelitate capiatur. Si autem prout est virtus theolo gica, tunc homo bene disponitur per eam supra ad deum subijciendo intellectum, Infra se disponitur in actioni bus per modestiam ⌊ modestia ⌋ quæ in dictis & factis debitum modum obseruat. Prou. 22. Finis modestiæ ti mor domini. Secundo in interioribus cōcupiscentijs, &c. sunt ⌊ continentia & castitas ⌋ diuersimode tamen, quia continens patitur concupiscentias fortes: sed non vincitur. Castus nec patitur nec vincitur, vel continens qui alicitis propter deum abstinet: castus, qui licitis recte vtitur vt vxore, & sic patent duodecim fructus, de quibus Apo. vl. Ostendit mihi fluuium aquæ viuæ splendidum tanq̄ crystallum procedentem de sede dei & agni, in mediopla teæ eius & ex vtraq; parte fluminis lignum vitæ afferēs fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem gentium. ⌊ Aduersus huiusmodi non est lex ⌋ quia pro iustis non cōtra iustos, sed iniustis, paricidis, homicidis, &c. 1. Tim. 1. ⌋ Qui au tem Christi sunt ⌋ vere ⌊ carnem suam crucifixerunt ⌋ vt spirituales decet, conformando se Christo crucifixo. Au gust. Congruit nostræ deuotioni: vt qui domini cruci xi passionem celebramus, reprimendarum carnalium vo luptatum nobis crucem faciamus. In hac quidem cruce semper in hac vita pendere debet Christianus, vt sit cla uis & præceptis iusticiæ (vt Christus in cruce) confixus ⌊ cum vicijs & concupiscentijs ⌋ ita vt vicia & concupi scentiæ mortua sint.

¶ Dominus post suscitationem Lazari in Ephrem ci uitatem iuxta desertum (ob conspirationem ludæorum in mortem suam) declinans, paruo elapso tempore reuer sus est Hierusalem. In i. t. Cum iret.

Dominica decimaquarta post oct.

¶Dominica præcedenti, ostendit dominus quomodo proximum effectu diligere debemus exemplo sui, q̃ saucium genus sanauit humanum, vnde in hodierno ostendit euangelio, læpram animæ nõ nisi per ipsum posse, & facile curari.

¶Primum, Affectuosa leprosorum deprecatio. In principio.

¶Secundum. Benigna morborum curatio, ibi: Quos vt vidit.

¶Tertium: Certa ingratorum taxatio, ibi: Vnus autẽ ex eis.

¶Quantum ad primum Psalm. miseriæ humanæ læpram in se deplorans ait: Domine ne in furore tuo arguas me, nec̃ in ira tua corripias me, vt pœna sit a misericordia ad correctionem, non ab ira ad vltionem. Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti sup me manum tuam. Aug. Vindictæ quas minabaris Adæ, d. In quacunq; die comederis morte morieris. Gen. 2. quia comedit, infixæ sunt & nobis, & non ad horam sed confirmasti, vt sint vsq; in seculum seculi. Non est sanitas in carne mea (propter fomitem) a facie iræ tuæ, (quæ non est iniusta quia pro peccatis) non est pax ossibus meis, q̃ nec rationi est pax carne repugnãte. A facie peccatorum meorum ab instantia suggestionum mearum. Non iniuste passus sed peccatis imputo, q̃m iniquitates meæ supgressæ sunt caput meum. i. rationem quia regnat peccatum in mortali corpore, & sicut onus graue grauatę sunt super me. Aug. Leues iniquitates dum fiunt, tandem afflictionibus onerantur. Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ. Cass. quia plagæ per baptismum sanatæ com putruerunt, cum iam pctõ consentitur, ruptæ sunt dum ad actum perducitur & hoc a facie insipientiæ meæ. i. p stulticiam meam, quia non sum vsus viribus in baptismo receptis, quare non deo sed peccatis meis imputo miseri cordiam flagitãs, & a lepra animæ sanari postulans. Miracula domini hoc sibi vendicãt specialiter priuilegium, vt & iuxta historiam veraciter facta credantur, & spiritualiter excussa interius absconditam mysteriorum aperiant suauitatem, quod quando agimus, quid aliud quã obstrusis fauorum intimis mella producimus?

EVANG.

¶Cum ergo ad purgandam animæ nostræ (per sanguinis sui effusionem) lepram ueniret Iesus in Hierusalem memor salutis humanæ ob quam venerat cælitus restauranda, instante iam passionis suæ articulo, non reformidans gẽtem quamlibet atrocem, quamlibet effusionẽ sui sanguinis auide sitientem transibat per mediam Samariam & Galilæam prius per mediam Galilæam, qua per agrata intrauit Samariã, quæ interiacet Iudææ & Galilææ, vt topographiæ ostendũt. Itinera domini & saluatoris nostri tum miraculis, tum etiam mysteriis plena fuisse constat ex euangeliis: ambulabat enim de loco ad locum, vt omnibus subueniret, omnibus adesset, occurreret singulis, concurreret vniuersis, hos miraculis, illos prædicationib⁹ ad fidem cogeret. Et quum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi, i. ante ingressum, quia non licebat eis appropinquare castello. Contagiosum enim & abominandum genus, & id circo procul arcentur ab hominum commertio. Nullum tamen est mali genus quod non sanet Iesus, modo veniatur in illius conspectum, modo prodatur illi morbus, & adsit fiducia, Agnouerunt morbum suum, ideo non accedunt propius. Sequitur Qui steterunt a longe propter reuerentiã & leuauerũt vocẽ suam ex magno affectu, dicentes: Iesu præceptor miserere nobis q. d. solo ỹbo si vis potes nos saluare, qa Iesus & præceptor; cuius nutui omnia obediunt, non autem aurum vel argentum sed corporum petierunt sanitatem. Sic nos animarum, ex q̃rum salute, æterna corporum dependet posthac salus. Decem leprosi plenitudinem signant peccatorum, qui a longe stant: nam longe a peccatoribus salus Psalm. Esaiæ. 59 Peccata vestra diuiserunt inter vos & deum. Nam a consortio supernæ Hierusalem excludunt: vnde Abraham diuiti dixit epuloni. Lucæ 19. Chaos magnum est inter nos & vos, &c. Maxime tamen errores malarum doctrinarum autoritate principum ecclesiæ, procul sunt propellendæ. & autores earum a totius Christianitatis societate deficiendi. Corrumpunt enim bonos mores colloquia mala. 1. Corinthiorum. 15. Et modicum fermentum totam massam corrumpit. 1. Corinthiorum. 5. Est enim omnis erronea doctrina aliqua ỹitate pmixta (sicut lepra

bonam corporis ex toto non destruit repente valitudinem) ne si aut aperte mendax fuerit non recipiatur, aut si ex toto vera, erronea non sit. Permiscent enim vera falsis, vt dum veritas superducta recipitur, latens intrinsecus falsitatis morbus irrepat, more eorum qui venena pinantes ora calicis melle liniunt, vt dum mellis dulcedo inteditur, virus poculi auidius insumatur. Decem autem euangelista commemorat, pulchra quidem quantitate commendabiles, sed obscena cute deformes. Doctores falsi & hæretici intra denariam perfectionem se iactitant comprehensos, dum diuinorum quæ decalogo accipiant mandatorum impletores se affirmant, & Christiane fidei professores asseuerant. Delectat numerus, sed offendit sinistri dogmatis insyncritas vnde apost. 2. Tim. 3. Habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes Leuanda est vox ad dominum pro salute, vt qui in verbis saluatoris se erasse cognoscunt, saluandi præceptorem vocent, & per cognitionem præceptoris ad formam redeant salutis.

¶Quo ad secundum dicit Psalmista: Multa flagella peccatoris, hic vt conuertatur; si autem obstinatus perseuerauerit, in æternum: sicut claret Mat. 25. Ite maledicti in ignem æternum, sperantem autem in domino (non in homine) quia, Maledictus qui spem suam ponit in homine. Hierem. decimoseptimo. Misericordia circundabit, vndiq; consolationibus ne locus pateat hosti. Vnde & hic sequitur. ⌊Quos vt vidit,⌋ clementiæ suæ oculis ⌊dixit⌋ misericordia motus. ⌊Ite⌋ confidenter ⌊ostendite vos sacerdotibus.⌋ Dominus vt doceret diuinæ legi semper esse parendū, legis a se constitutæ mandatum exequutus ad sacerdotes eos direxit, penes quos erat autoritas discernendi læprosum a mundo, præcepit enim lex, vt si quis læpræ maculam incurrisset, ad sacerdotem duceretur, vt eius iudicio mundus vel immūdus iudicaretur. Leuit. decimo tertio: Vt ergo eis aditum calumniandi obstrueret, dum quererentur illum sacerdotibus suis debitum honorem ac reuerentiam non deferre: præsertim quum læprosorum curatio specialiter a sacerdotibus esset discernenda, missit ad eos. Secundo, vt videntes mundatos, quos ipsi læprosos iudicarunt, sed

nec per sacerdotium aut legem mundare quiuerant, aut crederent & saluarentur, aut de sua incredulitate inexcusabiles deeius aduentu redderentur. Tertio, vt per hoc sanctæ ecclesiæ sacerdotium, cuius illud figura fuit altius commendaret. Quod enim ad sacerdotes missi sunt signat, quia conuersi ministris ecclesiæ sese offerre debẽt, & praui dogmatis errorem quasi cutis morbidæ varietatem ad examinandum pandere, sicque ab eis fidei regulis instructi, pristinæ munditiæ & pulchritudini restituantur. Quamuis dominus qui verus magister est interna sua eruditione quid tenendum sit valeat inspirare, magna tamen dispensatione vult doctoribus obsequi, vt per hoc qui docendi sunt profunda humilitate solidentur, humiliati vero ad capessenda fidei sacramenta potiores efficiantur. Vnde Paulus qui euangelium non ab hominibus, sed per reuelationem Iesu Christi accepit. Gala. primo. ad Ananiam missus est, & per reuelationem ascendit Hierosolymam ad conferendum cum Apostolis, ne inuacuum curreret aut cucurrisset. Galat. secundo: Parent illi & abeunt pleni bona fiducia. ⌊ Et factum est dum irrent ⌋ vt sacerdotibus se ostenderent ⌊ mundati sunt, ⌋ antequam venirent ad eos, ne virtute legis, & non Christi crederentur mundati, & vt meritum fidei & obedientiæ ipsorum commendaretur, & vt immensam dei ostendat clementiam, vt quum peccatores vbi misericordiam a deo poposcerint, habent propositum satisfaciendi deo, & eius verbum implendi, iuxta suam in his inferioribus ordinationem, ipse præueniat & mundet eos, id est, culpam reatumque remittat, antequam ad suos etiam peruenient vicarios, vult tamen quod perueniant & iussa capessant iuxta suam ordinationem. Nam multi fide feruenti dum pro recuperanda sanitate animarum doctores sanctos expeterent, tanta præuenientis Dei gratia sunt donati, vt antequam per baptismi lauacrum animæ læpram deponerent, spiritus sancti illapsu ab originalibus peccatis emundari meruerint, vnde de Cornelio, & ijs qui cum ipso erant, dicitur quod disputante Petro cecidit spiritus sanctus super omnes, qui audierunt verbum dei, Et Petrus: Nunquid aquam quis prohibere potest, vt non baptizentur hi qui spiritum sanctum

receperunt sicut & nos. Actu. 10.

¶Quo ad tertium Psalm. Ad gratiarum actiõem pro impensis nobis beneficiis inuitans, ait: Lætamini in domino (non mundo) & exultate iusti, non iam meritis vestris sed gratia, qui prius peccatores: & gloriamini oēs recti corde, vt omnem gloriam in dominum referatis, q̃d est recti & non incuruati cordis. 1. Cor. 1. Qui gloriat, in domino glorietur. ⌊Vnus autem ex illis⌋ sc. decem, ⌊vt vidit quia mundatus est⌋ diligenter aduertens beneficium per Christum collatum ⌊regressus est cum magna voce magnificans deum⌋ pro tanto beneficio. Licet enim debeamus benefacere tacita laude hominum, hi tamen quibus benefacimus, beneficium debent prædicare, vt ex hoc deus laudetur, & tali exemplo cæteri moueantur, vt dicit Chrysosto. Sed ad beneficia præterita pauci animum retorquent, vt dicit Tul. Vnde par erat iustis omnibus fiducia, sed dispar gratitudo. Magni autem meriti ingentisq; fidei istum fuisse ex hoc constat, vel maxime quod cæteris ingratis remanentibus, ipse solus mundatori suo gratias acturus rediit. ⌊Et cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens⌋ exhibendo Christo reuerentiam. Dedit ei fiduciam accedendi suscepta purificatione, qui prius accedere non audebat. ⌊Et hic erat Samaritanus.⌋ Vnde eo magis commendatur eius deuotio. ⌊Respondēs autem Iesus⌋ sciens beneficium ad omnes decem peruenisse, & taxare volens illorum ingratitudinem, qui tantum beneficium dei suffurari studuerint ⌊dixit: Nonne decem mundati sunt, & nouem vbi sunt?⌋ Non nouit dominus ingratos, & indignos ostendit accepto beneficio, qui non agunt gratias benemerito. Non enim patitur deus celari beneficia sua. Merito enim ingratos quasi ignotos requirit, sicut enim eos quos eligit scire comprobatur, ita eos quos reprobat non incõgrue nescire dicitur, vnde in fine quibusdam dicturꝰ est: Amen dico vobis, nescio vos. Quum obticesceret Samaritanus, non solum gratus sed etiam modestus, qui venerat suo functurus officio, non accusaturus alios. Iesus ad circunstantes conuersus, ait: ⌊Non est inuentus qui rediret & daret gloriam deo, nisi hic alienigena⌋ qua sententia clam duritiam Iudæorum perculit, & gentium ad credendum

facilitatem collaudat. Pene enim in omnibus euãgelij locis, Iudæos ad fidem tardos, & gentiles promptos & paratissimos fuisse inuenimus. Hæc loquutus appellauit Samaritanum humi prostratum. ⌊Et ait illi. Surge vade⌋certus hoc meum tibi beneficium fore ppetuum⌊qa fides tua te saluum fecit⌋ quæ ad agendas gratias inclinauit. In q̃ aliorum taxat lepram in anima, quã ob ingratitudinem incurrerunt, qa profecto pfidia illos dãnauit, q de acceptis beneficijs fuerũt ingrati. O q̃t ingrati sanitate recepta dei obliuiscuntur & votorum. Multi mundantur in baptismo, sed multi vocati pauci electi. Matth. 20. qui agnoscunt benefactorem, pauci recurrũt ad gratias agendas. Sed iuxta literam facile est inuenire hominem corpore sanatum, & tamen persistere ingratum, spiritualiter autem mirum est, si enim perfecte mundatus est aliquis per fidem & baptismum, quomodo deo est ingratus cuius misericordia deductus est ad veram fidem. Sed sunt qui in congregatione fidelium mundantur per fidem & baptismum, ingrati vero existunt per bonorum operationem, qui cum cognouissent non sicut deum glorificauerũt. Rom. 1. Vnus autem ille signat deuotam vnius ecclesiæ in Christo humilitatem. Cadit ante pedes Iesu, qui repressis præsumptionis cogitationibus, quam sit infirmus videt, nihil virtutis sibi tribuens, bona quæ agit diuina intelligit, vnde & Samaritanus. 1. custos dicitur, qui ita bona quæ accepit deo tribuit, vt cum Psalm. dicere possit. Fortitudinem meam ad te custodiam. Qui ergo humiliter infirmitatem suam agnoscens ante deũ iacuit, diuina cõsolatione surgere ad fortiora opera, & ire crescendo vsq; ad perfectiora iubetur.

¶ Dominica decima quinta.

NEmo potest duobus dominis seruire⌋Mat. 6. Saluator, quo omnẽ suorum a trãsitorijs ad superna auocaret affectum, quanta deus pater, non solum rationalem, sed & irrationalem immo vegetatiuam creaturam, prouidentia sua gubernet & conseruet ostendit, quo magis homo ad cælestia vocatus secundum spiritum, deo non secundum carnem inimico studeat deseruire. Hinc apost. Gal. 5. (sicut aliqui incipiunt capitulum, alij ibi, fratres si præ.) ¶ Si spiritu viuimus, spi EPISTO.

ſpiritu & ambulemus ⌋ Si corpori vitam impartit ſpiritus, æquum eſt vt ſpiritus regatur arbitrio. Si nos vitam accepimus a ſpiritu Chriſti, non a lege, iuxta ſpiritus eiuſdem inſtinctum viuamus, huius fructus edamus, & paulabſimus a carnis operibus, Iohan. 12. Dum lucem habetis credite in lucem. Ambulate dum lucem habetis. ⌊ Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, ⌋ ex bonis operibus, q̃ eſt velle vincere vbi præmium non eſt, huius gratia ⌊ inuicem prouocantes ⌋ verbis iniurioſis ad contentiones & alia illicita. Phil. 2. Nihil per cõtentionem vel inanem gloriam, ſed in humilitate ſuperiores inuicem arbitrantes ⌊ inuicem inuidentes. ⌋ Si nõ audemus prouocare, de bonis proximi dolendo. Nam inuidia occidit Abel. Gen. 4. Vendidit Ioſeph. Gen. 37. Tradidit in mortem Chriſtũ Mat. 27. Adam eiecit de paradiſo. Sap. 2. Inuidia diaboli intrauit mors in orbem terrarum. Imitantur autem illã omnes qui ſunt ex parte illius. Siquidem hæc vitia frequenter obrepunt etiam iis qui pietatis ſtudium profitentur, cum tamen ſit p̃cipua peſtis pietatis. ⌊ Fratres & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto. ⌋ Non enim aufert nobis baptiſmus vt homines ſimus, ſi ergo per humanam fragilitatem paſſione inſurgente, non vſu quotidiano vel malitia, in delictum quis cadit, eſt enim peccatum perpetratio mali & deſertio boni. ⌊ Vos qui ſpirituales eſtis ⌋ ſpiritu robuſti, non ceſſiſtis cupiditati carnis, non deſpiciatis huiuſmodi, ſed ⌊ huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis ⌋ veſtræ partes erunt vt leniter blande q; reſtituatis, erigentes vt reſurgat, non ſæuis dictis proculcantes vt deſperet. Chriſti ſpiritus quoniam cupit oẽs ſaluos fieri, manſuetudine pellicit ad reſipiſcẽdum, ac ſæpe flectit & humiliat lenis fraterna q; correptio, q̃s prorſus alienat iurgatrix auſteritas. Hypocritarum eſt huiuſmodi ſupercilium ac ſæuitia. Quo melior es, hoc clementius accommoda te fraternæ infirmitati. Ad id ſi parum te hortatur exemplum Chriſti, qui ſuos leniſſime pertulit donec reſipiſcerẽt, ſaltem illud te adhortetur, quod intelligis fieri poſſe, vt in te recidant vices, ⌊ conſiderans teipm, ne & tu tenteris. ⌋ Accidit huic humanum quiddam, memineris & te hominem eſſe, huius lapſus doceat te non tibi fidere, non efferre criſtas. Auguſt. Nihil ſic ad

misericordiam inclinat, quam ꝓpriꝰ periculi cogitatio.
Bernardus: Cur hoc? Ne si proximi malum consideres & tuum non attendas, moueris non ad miserationem sed indignationem, non ad iuuandum sed iudicandum. Igitur in eo spiritu subuenias fratri ægrotāti, quo tibi subueniri vis cum ægrotas. Et homini potest vsu venire qđ quid humanum est. Peccantes autem ex certa malitia acriter sunt arguendi, vnde apostolus fornicatorem cum nouerca Sathanæ tradidit in interitum carnis, vt spiritus saluus fieret, & dure corripuit. 1. Cor. 5. Et Petrus Ananiam & Saphiram. Act. 5. Qui laborat sub onere subleuandus non deiciendus est. ⌊Alter alterius onera portate,⌋ infirmitates & labores mutuo sufferendo quasi nostra sit sarcina. Rom. 15. Debemus nos firmiores imbecillitates aliorꝫ supportare & ⌊ sic adimplebitis legem Christi⌋ id est, charitatis, quæ peculiariter Christi lex est. Is cū nec peccatis esset obnoxius, nec affinis esset peccandi periculo, tamen nostras iniquitates ipe portauit ac benignitate sua sanauit, non condemnauit austeritate. Augu. Breuis differentia legis, & euangelij timor & amor. Nemo sibi placeat tanquam iustus, & hac fiducia despiciat fratrē suum aliquo delicto præuentum. Nam hoc argumentum est falsæ iustitiæ, sibi iustum videri. ⌊ Nam si quis existimat se aliquid esse, ⌋ magnum quid in comparatione peccantis ⌊ cum nihil sit ⌋ nisi vanitas ⌊ ipe se seducit ⌋ in contemptum fratris, & in peccata ruendo propter superbiam. Nec enim ideo quisquam iustus est quod alteri lapso se præferat. Nec ideo contaminabitur alieno commisso, si se demittat vt lapsum erigat. E suis factis quisq; æstimandus est. ⌊ Opus autem suum probet vnusqsq;, ⌋ num quod recte facere videtur sit huiusmodi, vt probari deo possit, suum inquit. Multi sunt boni probatores operum aliorum, sicut pharisęus Lu. 18. Non sum sicut cæteri hominum, & cæ. cōtra illud. 1. Co. 11. Probet seipsum homo &. 2. Cor. 13. Vosmetipsos tentate si estis in fide ipi vos probate, ⌊ & sic ⌋ cum actus suos probauerit. ⌊ in semetipso tantum gloriam habebit & non in altero, ⌋ id est, testimonio cōscientiæ quo cognoscit si quid boni habet a deo habet, & si qđ mali a se, & non a deo. Si ergo te non remordet animus ne gloriosius ob alienam imbecillī

tatem, sed ob tuã firmitatẽ & glorieris apud te, de dono diuino gratulans, ne vero iactites apud alios, aut eos despicias, qui tuum robur non assequuntur. Nec delictum illius tuum diminuet præmium, nec tu pro alieno commisso plecteris. Vnusquisque enim apud deum iudicem onus suum portabit. Cæterum quam diu sumus in hoc seculo mutuis officijs nos inuicem fulcire debemus ⌊Communicet autem is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat in omnibus bonis⌋ Ita fiet inter vos omnium bonorum communio, si qui doctrina valent euangelica, erudiant, legant, fulciantque rudes, atque hi vicissim de suis facultatibus impertiãt doctoribus ac monitoribus suis .1. Corinthior. 9. Si nos vobis spiritualia seminauimus magnum est, si vestra carnalia metamus. Mat. 10. Dignus est operarius mercede sua. Videant autem qui docent vt digna Christo sint quæ tradũt, & Christi spiritum sapiant non carnem, alioquin expedit non assentiri doctori.

Porro qui perperam tradita doctrina euangelica præmium accipit ab eo quem instituit, hominem quidem fallit imo seipsum, cæterum deũ fallere non potest. Sic & qui prætextu necessitatis instruentibus negant subuentionem. ⌊Nolite errare deus non irridetur.⌋ Scit enim corda, scit & facultates, excusatio verisimilis hominem potest placare, deum non potest fallere ⌊Quæcunque seminauerit homo⌋ in præsenti ⌊hæc & metet⌋ id est, horũ mercedem in futuro, ⌊Quoniam qui seminat in carne⌋ vicia carnalia fouendo ⌊de carne metet corruptionem⌋ messem conuenientem, nihil enim sic conuenit carni sicut corruptio. Ro. 8. Si secundum carnem vixeritis mori emini. Oze. 10. Arastis impietatem & messuistis iniquitatem .1. pœnam pro iniquitate. Prouerb. 22, Qui seminat iniquitatem metet mala. ⌊Qui autem seminat in spiritu⌋ .1. bona in charitate quæ est a spiritu s. Ro. 5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per ss. qui datus est nobis ⌊de spiritu metet vitam æteram⌋ pro præmio. Nota dicens in carne addit sua sed non in spiritu, quia semen carnale ex homine est, spiritale autem ex dei spiritu. Messis vero hæc in fine promittitur, ideo seminandũ ꝑseueranter ⌊Bonum autem facientes non deficiamus⌋ a bono inchoato, siue benefaciendo gratos nãciscamur

siue ingratos, siue respondeat præmium ab hominibus, siue non respondeat, ⌊tempore enim suo⌋ opportuno & conuenienti ⌊metemus non deficientes⌋ proq; temporarijs beneficijs merces reponetur æterna. Non enim deus statim præstat quod oratur ad salutem, nec ideo negat quia differt, sed tempore congruo præstat. ⌊Ergo dum tempus habemus⌋ non enim semper erit sementis tempus, veniet tps cum neq; nostris neq; alienis benefactis subleuabimur. Quamdiu sumus in hoc mundo licet deum benefactis demereri, licet alijs opitulari, in die iudicij, nec benefectis locus erit, nec benemererdi de quoquam facultas erit, ergo ⌊operemur bonum ad omnes⌋ generaliter. Ambrosi. Omnibus impendenda est misericordia, in quo ꝑponendi sunt iusti, qui sunt ex fide ⌊maxime autem ad domesticos fidei.⌋ Aug. Omnibus enim pari dilectione vita æterna optanda est, & si non omnibus eadem possunt exhiberi dilectionis officia quæ fratribus sunt maxime adhibenda vt sit charitas ordinata. Mat. 5. Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. Ephe. 2. Non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici dei. Iudæus non agnoscit nisi suos. Christianus ad exemplum Christi de nemine non cupit benemereri.

¶Cum dominus inter cætera sermonis in monte, de puritate diceret intentionis q̃ omnia veluti oculo mundo pura redderentur, quo oculus purus & syncerus esset spectans optima, simplex vt hæc vel sola vel potissimum spectet, quia hæc philosophia sicut ingentia præmia polliceatur, ita totum requirit hominem. In illo tem. dixit Iesus discip. suis. Nemo.

¶Dominicis præcedentibus audiuimus quomodo alienigenæ bñ se habuerunt erga proximum & deū domesticis ne quid dispendij temporalis paterentur negligentibus. Ideo dominus in hodierno euangelio (quo fidelius si dentius q; sibi seruiamus) omnem a nobis temporalem auferat solicitudinem, vt cum Samaritanis inter gratos deo & beneficos proximo inueniri mereamur.

¶Primum. Debita seruitiorum ordinatio. In princip.

¶Secundum. Aequa necessariorum procuratio. Ibi. Ideo dico vobis.

Tertium Firma æternorum præordinatio. Ibi: Quæ rite ergo primum.

¶Quo ad primum dicit Psalm. Si obliti fumus nomen dei nostri, & si expandimus manus nostras ad deum alienum. Nonne deus requiret istaꝫ Ipse enim nouit abscondita cordis, in quo magis religio consistit, q. d. Non sinet impunitum, quia ¶Nemo potest duobus dominis seruire⌋ Non enim inter homines reperies duos tam commodis moribus, vt idem seruus possit duobꝰ satisfacere. Ita fit vt alter sit deserendus aut neutri fiet satis. Sin aũt dissident, tunc⌊ Aut enim vnum odio habebit & alterum diliget, aut vnum sustinebit & alterum contemnet,⌋ quia enim contrariꝫ, ideo contraria præcipiunt. Qui vero sic inter se pugnãt vt deus & mammona, quomõ vnus duobus seruiet cum imperent tam diuersaꝫ Deus imperat vt tua largiaris egenti. Mammona vt per phas nephasque rapias aliena. Deus vt consulas fratri periclitanti iubet, mammona vt tibi viuas. Deus imperat sobrietatẽ, mammona luxum docet. Ideo.⌊ Non potestis deo seruire & mammonæ⌋ Mammon opes significat, quæ maligno instrumentum vel præcipuum sunt ad id vt ei atq; mundo seruiatur, & homines aduersariꝫ constituantur dei, vnde oritur multiplex solicitudo ac varia, non de vitæ necessariis solum, sed superfluis vt cibo & potu ad voluptatem & ingluuiem conquirendis, de vestibus ad superbam vanitatem comparandis, denicq; de ingentibus copijs congerendis. Vt ergo dominus manifeste ostenderet diuitiarum seruos, etiam diaboli seruos, spirituali intellectu aperuit qui essent isti duo domini. Vnde & apostolus. Auaritiam idolorum nominat seruitutem. Col. 3. Sed solerter notandum quod non dicit non p. d. s. & diuitias possidere, quia multos sanctorum legimus temporalibus diuitijs abundasse & deo fideliter seruiuisse, quẽ admodum Abraham, Loth, Iob, &c. Non enim custodierunt diuitias vt serui, sed dispensarunt vt domini tenentes eas in vsu non in desiderio, bonus dispensator nõ est seruus. Hiero. Audiat auarus, audiat qui censetur vocabulo Christiano, nõ posse se simul deo seruire & diuitijs. Et tamen non dixit qui habet diuitias, sed qui seruit. Huius ergo mammonæ seruitio qui se mancipauit, non põt esse

seruus dei, totum ille requirit hominem, nec patitur tam sordidi fœdi q̃ dñi consortium nec fert seruum dimidiatum cum hoste communem. Dicitur hoc nomẽ esse dæmonis qui præest diuitijs, non quod in eius ditione sint, sed quod his vtitur ad decipiendum irretiendo laqueis diuitiarum. Quæ autem ptícipatio Christi ad Belial. 1. Cor. 6. Amb. Qdio habebit diabolum non naturam sed nequitiam, & alterum diliget deum, qui tanquam mansuetissimus dominus ex affectu præcipit amari. Mat. 22. Bonus seruus est dei. Seruus diaboli vnum sustinebit. Amb. Durum & pernitiosum patietur dominum quisquis seruit mammonæ, sua enim cupiditate implicatus subditur diabolo & non diligit eum, quia durissimis imperijs amatores sæculi quatit. Hiere. 9. Vt inique agerent laborauerunt. Contemnet deum nec timebit. Contemnitur deus ab illis, qui peccantes de impunitate scelerum sibi blandiuntur, putantes aut nescire deum scelera sua, aut visa statim indulgere, qui nesciunt quod dissimulando eos diuina bonitas ad pœnitentiam prouocet. Rom. 2. Cuius ẽ tanta mia credi põt, ficut eius qui donat omnia pcta conuersis & oleastrum facit participem pinguedinis oliuæ. Et cuius tanta seueritas, quam eius qui naturalibus ramis non pepercit, sed propter infidelitatem fregit; Rom. 11.

¶Quo ad secund. Psa. vanitatem p̃sentiũ attendẽs, ait: Veruntamẽ vniuersa vanitas (non solũ vanus) oĩs hõ viuens hic in mundo iucunde & voluptuose. Verũtñ in imagine pertransit homo, quia ad imaginem dei factus, sed & frustra conturbatur, superflue de cibo & potu solicitus & vestitu. Nihil enim nisi quod decreuerit de⁹ possumus acquirere vl retinere. Sed diuitum vulgus auaritiæ morbum excusare solet prætextu necessitatis. Sed pius dominus huic morbo medetur, ne cura eorum retrahamur ab æternis. ⌊ Ideo dico vobis ne soliciti sitis animæ, ⌋ id est, vitæ. Iohan. 10. Qui amat animam perdet eam, & Paulus. Act. 20. Non facio animam meam præciosiorem quam me, ⌊ quid manducetis, neq; corpori vestro quid induamini. ⌋ Si horum quæ nobis necessaria sunt anxia cura interdicitur, quantomagis non necessariorũ. Chrysosto. Nisi deus vellet conseruare quod est, ipsum non creasset, quia vero ipse instituit vt anima cibo, cor-

pus vestimento conseruetur, ideo vtrumq; tribuit. Et iõ quia non potestis deo seruire & mammonæ, sed oportet alterum contemnere. Noli. s. Solicitudo quasi res superflua & plus iusto anxia, quæ mentem perturbat, & ab æternis reuocat tollitur, prouidentia vero per quam in sudore vultus panis præparatur non prohibetur. Gene. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo: ne forte quamuis superflua iam non quærantur, propter ipsa tamen necessaria cor duplicetur, & ad ista conquirenda nostra detorqueatur intentio, cum quasi misericorditer aliquid operamur. i. vt consulere alicui videri volumus, nostrũ emolumentum ibi potius quam illius vtilitatem attendamus & non videamur nobis peccare, ideo quia non superflua, sed necessaria sunt quæ consequi volumus. Dominus aũt admonet vt meminerimus multo amplius nobis deũ dedisse quod nos fecit & composuit ex anima & corpore, quam est alimentum atq; tegumẽtum, quorum nobis curam duplicare non vult. Hæc Amb. Indecorum est homini curare de cibo & veste, qui militat in dei regno. Nouit rex quemadmodum familiam suam pascat & vestiat. Hieronym. Ergo quod omnibus natura tribuit, & iumentis ac bestijs hominibusq; commune est, huius cura pendentes liberamur. Labor exercendus, solicitudo cauenda, cæterum de spiritualibus cibis & vestimentis semper debemus esse soliciti. ⌊Nonne anima plus est quam esca?⌋ Quia ad hoc esca requiritur, vt vita præsens illa sustentetur ⌊& corpus quam vestimentum⌋ quod idcirco quæritur vt nuditas illo tegatur. Qui ergo tam excellentia nobis sine cura nostra prouidit, quomodo minora non prouidebit? Certe qui in his anxius solicitusq; est, diffidit neque tunc deo bene seruire potest. Si quæritis exemplum, ⌊Respicite volatilia cæli⌋ quæ perpetuo nonerunt ⌊quoniam non serunt neq; metunt neq; congregãt in horrea⌋ de futuro solicitæ, viuunt in diem vacantes omni solicitudine quod obuium datur sumunt cum omni alacritate ⌊& pater⌋ non quidem volatilium sed ⌊vester cælestis⌋ pascit illa. ⌋ Pascit paterfamilias seruos. pascit & animalia. sed in obsequium filiorum, quantomagis filios. ⌊Nonne vos magis pluris estis illis?⌋ quia rationales, immortales, & in filios adoptati. Exaggerat fi-

duciam filiorum & confirmat, quia si bonitas patris eti am ad illa se extendit, quanto magis ad filios adoptiõis. Hiero. Si volatilibus quorum anima mortalis, quæ cum esse cessauerint semper non erunt, deus prouidet, quanto magis hominibus quibus æternitas promittitur? Sit ergo homo quod debet esse, & mox adduntur ei omnia propter quem facta sunt. Si ergo volatilibus nõ laborantibus, nec communes fructus aliquo dominatu specialius vendicantibus prouidentia dei necessaria largiuntur, verum est causam inopiæ nostræ auaritiam indicare, qui communia quasi propria vendicamus, & alijs inuidemus. Vt corpus dedit suo arbitratu, ita & victum dabit suo arbitratu. Vis scire quam inutilis sit animi solicitudo de rebus huiusmodi. ⌊ Quis autem vestrum cogitans potest adiicere ad staturam suam ⌋ sua solicitudine & sagacitate ⌊ cubitum vnum ⌋ Quod ergo deus creauit etiam sine vestra solicitudine, vestire & pascere procurauit. Proinde qui te non solicito, facit vt corpus tuum augescat ac roboretur, idem prospiciet de victu citra tuam curam. Illi ergo curam regẽdi corporis relinque qui scit, vt ad hanc staturam perduceretur. Ambr. Dandum etiam erat documentum propter vestimentum, sicut datum est propter alimentum. Exhortationem de vestimento satis cõgruo confirmat exemplo. ⌊ Et de vestimento quid solliciti estis Considerate lilia agri ⌋ quæ non in hortis quibus nonnihil curæ humanæ tribuitur: ⌊ quomodo crescunt ⌋ sponte prouenientes, terra illis fomentum ministrante & rore cæli. ⌊ Non laborant nec nent ⌋ ad varietatem sui coloris, & tamen excedunt omnem ornatum. Nihil enim tam elegans præstare potest hominum cura, quam præstat ipsa naturæ prouidentia. ⌊ Dico autem vobis, quoniam nec Salomon ⌋ qui super omnes reges delitijs abundauit ⌊ in omni gloria sua ⌋ quando magis fuit glorioſus ⌊ coopertus est ficut vnum ex istis. ⌋ Hiero. Reuera nec sericum regum; purpura pictura textricum potest floribus comparari, quid ita rubet vt rosa? quid ita candet vt lilium? Violæ veronullo superari possunt colore. Ipe color opperimentum dicitur florum, sicut dicimus istum operuit rubor. Quomorali exemplo docemur, si enim ea quę sunt sensu & ratione carentia sic dei

prouidentia vestiuntur, vt nullo vel vsu ad gratiam egē
ant vel ad ornatum multomagis credas rationalem hō-
minem si omnem fiduciam in deum collocauerit nunquā
posse egere. ⌊ Si enim fœnum agri quod hodie est ⌋ viri
de & floridum ⌊ & cras ⌋ exciccatum ⌊ in clibanum mit
tiur ⌋ i. ignem quia ad nihil vtile amplius ⌊ deus sic ve-
stit ⌋ Chrysostomus. Statuto tempore lilia formantur in
frondibus, vestiuntur candore, implentur odoribus &
quod terra radici nō dederat deus inuisibili opatiōe lar-
git, ⌊ quanto magis vos ⌋ q ad imaginē dei creati ad æ-
terna vocati estis procurabit in necessarijs. Ideo oīs fidu
cia in eo habenda. Quod si nec de his fidentes sumus quō
ad inuisibilia speramus? pmodica fides est q̄ nec de mīmis cer
ta est. Ideo de æternis ingerit fiduciam & condemnat in
fidelitatē ⌊ Modicæ fidei ⌋. Quicunq; in aliqua promissi
one dubitat, modicus est fide, & quanto plus dubitat tan
to minus inuenit ea, p̄ quibus solicitus fuit. ⌊ Nolite ergo
soliciti esse dicētes, quid māducabimus aut qd bibemus, ⌋
non necessitatem sed voluptatem quærendo, quia solici
tudo suffocat ẏbum ne fructum referat, & facit simílem
gentili ⌊ aut quo operiemur ⌋ non enim ad ornatum sed
necessitatem quærenda sunt vestimenta. ⌊ Hæc enī oia
gentes ingrunt ⌋ q aut deum ignorāt, aut non credunt a-
gere curam inferiorē, nec; didicerunt aliam esse potiorē
vitam ad quam omnis cura sit dirigenda, ideo nullam fu
turorē hītes spem totaliter sup p̄fitium delectationibus
effunduntur. Qui ergo fideles sumus & deum cognosci-
mus & eius, puidentiam, & ad cæleſtem compositi digni
tatem, de cæleſtibus cogitare debemus. Nec timēdū quia
ista agentibus, temporalium desit vsus bonorē, nec de dei
potentia diffidēdum, qui melius quam nosipsi nouit quo
indigeamus, & multo salubrius nobis prospicit quā nos-
ipsi prouidere possimus. ⌊ Scit enim ⌋ inquit, ⌊ pater ve
ster cæleſtis quia his omnibus indigetis. ⌋ Dum patrem
audis non dubites de bona voluntate, q bonis filijs vise
ra sua non claudit. Chrys. Qui creauit naturam scit indi
gentiam, quod si pater, non potest despicere filios. Nam
patres & si filijs non dent supflua, tribuūt tamen necessa
ria. Itaq; dei p̄fidēs diffisi, & in his quæ corpis sunt felici
tatem hoīes constituentes, magna solicitudine parant q

ad victum vestitumq; aut reliqua corpis commoda faciunt, gestiunt gaudio cum hęc obtigerint, exanimant mœrore quum his cõtigerit periculum, discruciant mœrore ac nonnunq̃ ad laqueum currunt quum hæc eripiunt, ac per has curas affixi rebus perituris, nec hic viuũt suauiter, nec ad cælestem bonor̃ studiũ possunt animi erigere Sed dicet qs: An non pabimus opa manuaria, q̃ nos vxorẽ, liberosq; nrõs alamus, q̃ paupeꝝ inopiã subleuemus? Maxime, sed absq; solicitudine. Siqdẽ vulgus cõduplicat suã miseriã simul & laborãs corpe, & animo solicitũ. Ad copias spectat non ad p̃sentem necessitatem, & in longin quum congerit quasi certum sit diu victuros, & nihil vn quam satis est. Psal. Iacta sup dominum curam tuam, & ipse te enutriet. Idem. Dñs regit me & nihil mihi deerit.

¶Quo ad tertium. Quam diuerso homines calle incedant, p̃s indicat, d. Thesaurizat, homo s. vanus, & ignorat cui congregabit ea, nam & filij transibunt quemadmodum ipse. Et nunc quæ est expectatio mea? quasi dicere non diuitiæ perituræ, nonne dominus? & substantia mea (id est, diuitiæ quas quæro) apud te est, quia satiabor cum apparuerit gloria tua. Vnde quid præcipuo nobis mentis affectu sit quærendum summoque studio, dominus indicat, dicens: ⌊ Quærite ergo primum regnum dei ⌋ id est, Regnum Christi summum bonum, qa solum satiat appetitum ⌊ & iusticiam eius ⌋ per quam quæritur. Est autem iusticia huius regni iustitia nouæ legis quæ constitit in tribus. Primo, vt regni insignis figuremur, hoc fit per baptismum. Iohan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non potest videre regnũ dei. Secundo, vt inimicis regni reluctemur, qui sunt caro mũdus, & diabolus. Lucæ. 11. Qui non est mecum, contra me est. Tertio, vt opera regni operemur, quæ sunt quasi statuta quæ Christus docuit obseruare. Vnde regnum q̃rere est ipsam iusticiam operibus implẽre (quam imitando Christum & mandata eius implẽdo assegmur) tm̃ vt deus glorificetur, & vt nos ei per omnia placeamus. Altera iusticia fidei, q̃ a deo iustificamur, & hæc iustcia gr̃æ est & fidem consummatam sequitur, vt opera bona, virtus: hæc charisma, illa habitus, hæc vt lux desursum aduenies, omnia purificans, omnia pandens & ornans, illa

vt pulcher thalamus luci suscipiendæ paratus vt pulchri or fiat, vt decor eius appareat, & omnis eius perficiatur ornatus. Hæc igitur consumans & perficiens, illa præparans & incipiens. Porro regni dei solicitudo, & iusticiæ eius non torquet sed solatur, non excæcat sed illuminat, non corrumpit sed viuificat, credit, sperat, amat, qua qui tenetur nihil prorsus de terrenis rebus solicitus est, sed iuxta Petri præceptum. 1. Petri 5. Humilians se sub potẽti manu dei, omnem suam solicitudinem proiicit in eum quoniam ipsi cura est de eo, qui dat abunde, Iacobi pri. Hanc solam curam habentibus, quæcunq; sunt necessaria cum corpori tum animæ. Illa quidem vera & summa bona dabuntur, hæc vero temporalia quasi minima adiicientur, sine quibus viuere non possumus. Aliud ergo est quod principaliter datur, aliud quod superadditur, quia in intentione æternitas, in vsu debet esse temporalitas. Ambrosius: Hic manifestissime dominus ostendit non hæc esse appetenda tanquam talia nostra bona, vt propter ipsa debeamus benefacere si quid faciamus, sed tamen esse necessaria. Regnum ergo dei & iustitia dei, (non nostra) bonum nostrum est, & hoc appetendum &, ibi finis constituendus, propter quod omnia faciamus q̃cunque facimus. Sed quia in hac vita militamus, vt ad illud peruenire possimus, quę vita sine his necessariis agi non potest, adponentur, inquit, hæc vobis, sed vos regnum dei & iusticiam eius primum quærite. Cum enim dixit illud primum, quia hoc posterius quærendum est, nõ tempore sed dignitate. Illud tanquam bonum nostrum, hoc tanquam necessarium nostrum, necessarium autem propter illud bonum. Neq; enim (verbi gratia) ideo debemus euangelizare vt manducemus, sed ideo manducare vt euangelizemus. Si ergo quærimus cibum vt habeamus regnum dei facimus quod debemus. Hæc ille. Prima ergo cura sit eius boni, ad quod ista collata nullius sunt momenti. Reliqua leuiora, quæ pertinent ad huius vitæ necessitatem, pater optimus vltro nobis non solicitis, velut auctarium adiiciet, vt vtroque nomine gratias agentes illius munificentiæ, & quod illa summa nobis adnitentibus præstiterit, & hæc citra nostram solicitudinem adiecerit gaudeamus. Non vult nos grauari cu

ris quæ faciunt afflictiores, meliores non faciunt. Ideo 1. Timoth. 6. Diuitibus huius seculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum sed in deo viuo (qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum) bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam.

¶ Dominica decimasexta.

IBat Jesus in ciuitatem que vocatur Naym, et ibant cum eo discipuli eius, et turba copiosa. Lucæ. 7. Saluator noster fons pietatis nunquam desolatos (& si a toto mundo desperatos) ad se confugientes (quia ad hoc venit) dereliquit, sed benigne consolatus est, quo omnium affectum ad se traheret, qui solus vitam & naturæ, gratiæ, & gloriæ dare possit, & in se firmaret. Hinc Apostolus Ephesiorum. 3. admonet ne prosperis vel aduersis a bonis auellamur, dicens: ¶ Obsecro vos ne deficiatis a fide & bonis operibus in tribulationibus meis pro vobis quas vestra causa patior ob prædicationem euangelij, ne quid vos perturbent aut deficiant quæ est gloria vestra. Nam quemadmodū crux Christi nostra est gloria, ita mea vincula, quæ non ob flagitia, sed ob euangelij synceritatem gesto, vobis decori sunt non probro. Etenim quo plus malorum infracto animo ferimus ob euangelium Christi, hoc pleniorem fidem facimus, non esse vana Christi promissa, quorum spe fulti nullis huius vitæ malis labefactamur. Nec mihi solum gloriosum est ob euāgelij negotium affligi, verum omnibus etiam Christo initiatis pulchrum fuerit autoris & capitis sui exemplum sequi. Huius rei gratia scilicet ne deficiatis in fide & bono opere flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi ipsum deuote deprecando, vt gratia cooperetur in vobis, vos peto, deo supplico ex intimo mentis affectu ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur quia pater omnium creatione, fidelium recreatione quos adoptat in filios. Matthæi. 23. Vnus est pater vester qui est in cælis. Malach. 2. Nunquid non vnus pater omnium nostrum, a quo ceu summo capite pendet omnis cognatio spiritualis, qua conglutinantur siue angeli in cælis, siue fidelis

EPISTO.

in terris, & a quo vno ceu fonte proficiscitur quicquid ad veram felicitatem pertinet ⌊vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ⌋ id est, abundantiã bonitatis suæ, quia magnifici est magna dare. Iac. 1. Dat omnibus abundanter, & non improperat ⌊virtutem corroborari per spiritum eius in interiori homine⌋ id est, constantiam qua fitis roborati in mente contra aduersa, vt licet caro patiatur, spiritus tamen eius mentem corroboret, secundum illud 2. Corinth. 4. Licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is, qui intus est, renouatur de die in diem ⌊habitare Christum per fidem in cordibus vestris⌋ s. peto per fidem quæ purificat habitaculum cordis. Act. 15. quia aliquando hæretici fortes sunt in passionibus, in quibus tamen non habitat Christus. Et peto vt fitis ⌊in charitate radicati⌋ vt penitus infideat animis, quemadmodum arbor quo firmius radices in terra figit, eo minus euellitur, & plus crescit & fructificat ⌊& fundati⌋ ad modum stabilis ædificij in quo. ff. habitat. Mar. 7. & non cecidit, fundata enim erat supra firmam petram. Rom. 8. quis nos separabit a charitate Christi, &c. ⌊vt possitis comprehendere⌋ .1. perfecte intelligere ⌊cum omnibus sanctis⌋ fidelibus qui per fidem euangelicam adglutinantur in corpus Christi, quam in immẽsum se porrigat dei patris bonitas, quamque non angustis finibus cohibeatur, altitudine ad angelos vsque se proferens, profunditate ad inferos vsq; penetrans, Longitudine ac latitudine ad omnes huius mundi plagas sese dilatans. Item quæ sit ⌊latitudo⌋ charitatis in extensione ad inimicos. Matt. 5. Diligite inimicos vestros, & quod i hilaritate sit dandũ quia qui tristis dat perdit quod dat. Rom. 12. gaudere cũ gaudentibus, flere cum flentibus. ⌊Longitudo⌋ patienter in aduersis expectando præmium, quia abundante in iquitate refrigescet charitas multorum. Mat. 24. qui autem perseuerauerit vsq; in finem saluus erit. ⌊Sublimitas⌋ sursum cor dirigens in deum, vt ipse in præmium expectetur. Colossenses tertio, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera dei sedẽs. Roman. 8. spe salui facti sumus. ⌊Et profundum⌋ diuinorum iudiciorum. Psalmista: Iudicia dei abyssus multa. Nam de profundo iudiciorum dei (quæ scrutari & contemplari nequimus)

procedit quod possumus, sed quare illi det & illi non, nescimus, quod possum video, vnde possum non video, nisi quia noui esse a deo. Rom. 11. O altitudo sapientiæ & scientiæ dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, hoc considerato, facit nos humiliare & proximo condescendere. Scire etiam .i. intelligere supereminentem scientiæ charitatem Christi .i. inæstimabilem Christi charitatem erga genus mortalium, cuius cognitio præpollet omni scientiæ humanæ, quantumuis excellenti, quod deus homo iustus pro iniustis moreretur. Iohan. 15 Maiorem hac dilectionem nemo habet vt animam suam ponat quis pro amicis suis vt impleamini in omnem plenitudinem dei charismatibus & donis quæ a deo donantur cum charitate. i. omni fructu instici in præsenti, & tandem omni fructu gloriæ in futuro, quia tunc nihil deest Christiano, cum patrem & filium sic cognoscit & imitatur. Ei autem quasi dicat, ego quidem hæc oro sed ei qui potest facere sit gloria qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus aut intelligimus quia nostrum intelligere finitum, suum posse infinitum, q.d. & si hæc supra vires sint humanas, tamen ab eo pcto cuius est tãta potentia, ut nihil queat a nobis excogitari tam ingens quin ille possit longe maiora, tã bonus ac benignus, vt sua liberalitate non modo æquet vota nostra, verumetiam spem superet secundum virtutem quæ operatur in nobis. Nam ipse operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate. Phil. 2. Nihil ergo nostris viribus aut meritis tribuendum, sed huius largitati transcribenda est omnis gloria quæ relucet in ecclesia per Christum Iesum. Ipsi gloria 1. Timo. 1. Soli deo honor & gloria in ecclesia quam sanguine suo lauit in Christo Iesu in omnes generationes seculi seculorum huius gloriæ nullus erit finis, sed per omne suum perseuerabit in æternum.

¶Quum saluator ad confirmandam doctrinam euangelicam seruum sanasset cẽturionis, factum est deinceps: In illo tempore, Ibat Iesus.

¶Dominica præcedenti ostendit saluator suos non solicitari pro necessariis corporis, quia ipsi cura esset de oibus, vnde & in hodierno oñdit euangelio se vitæ & mor

tis habere imperium, & omnium necessitatibus succurre re & posse & velle plenissime.

¶Primum: Gemebunda populorum obuiatio, in principio.

¶Secundum: Abunda desolatorum consolatio, ibi. Q̃ quum vidisset.

¶Tertium: Iucunda omnium magnificatio. Ibi. Accepit autem omnes timor.

¶Quantum ad primum dicit Psalmi. Inclina domine aurem tuam, & exaudi me, quoniam inops & pauper sum ego. Et vere quia sine ipso nihil sumus, quum ipse sit vita nostra. Col. 3. Quum Christus apparuerit vita nostra, vnde & dominus infideles mortuos appellat. Matt. 8. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos: O q̃ flebile funus coram angelis, anima Christiana mortua. Vt ergo animas a morte ad vitam reuocaret, venit in mundum, quia verba eius spiritus & vita sunt. Iohan. 6. cuius hoc miraculum vmbra fuit. Ad hoc enim ibat de ciuitate in ciuitatem, de loco in locum, vt seminaret semina vitæ. Lucæ. 8. Exiit qui seminat seminare semen suum. ¶Ibat ergo Iesus ⌋non curru vectus aut equo, humilitatis præbens exemplum ⌊ in ciuitatem quæ vocatur Naim ⌋ quæ in Galilæa in terra Zabulon, sub mõte Thabor sita fertur ⌊ & ibant cum eo discipuli eius ⌋ Iohan. 6. Domine, inquit Petrus, ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes. Adest libenter dominus discipulis de se loquentibus. Lucæ. 24. Econtra Iohan. 8. Qui ex deo est, verba dei audit: propterea vos non auditis, qa ex deo non estis ⌊ & turba copiosa ⌋ tracta partim operum nouitate, doctrinæ suauitate, conuersationis sanctitate. ⌊ Quum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur ⌋ a societate hominum. O misera conditio humana, effertur mortuus, qui erat filius & vnicus matris viduæ: sic diues, quum interierit non sumet omnia, nec̃ descendet cum illo gloria eius, Psalm. 1. Pet. 1. Omnis caro fœnum & omnis gloria eius quasi flos fœni, exiccatum est fœnum & flos eius decidit. Quid ergo superbis terra & cinis. Eccle sia. 10. Sed væ quum effertur anima in infernum. Lucæ. 16. Mortuus est diues & sepultus est in inferno. Ideo dominus. Luc. 12. Stulte hac nocte repetent a te animam tuam, & quæ cõpa-

EVANG.

gregasti cuius erunt ⌊filius vnicus matris suæ⌋ Aerumnæ molem breuibus verbis explicauit, erat autem flebile: primum, q̃ adolescens esset mortuus, & ipso vitæ flore, vitę exemptus: deinde q̃ viduæ filius vnicus periisset, quę mariti solatio orbata, totam vitæ spem collocarat in filio: vnde sequitur ⌊& hæc vidua erat⌋ carens marito, vnde vlterius spem omnem amiserat solatiũ ⌊& turba ciuitatis multa cum illa⌋ vnde claret ipsam honestæ fuisse cõuersationis, & non infimi generis. Non sine diuina prouidentia gestum est, vt cum domino & cum muliere multa turba esset, quo gerendi miraculi multi fierẽt testes, multi etiã diuinæ potentiæ laudatores. Aderant aũt ad cõsolationem viduæ. Eccl's. 7. Melius est enim ire ad domũ luctus q̃ ad domum cõuiuij, in illa. n. finis cunctoꝝ ammonetur hominum, & viuẽs cogitat quid futuꝝ sit. Reuera hæc in conductu cogitare deberemus mortui, sed nos ne mortis cogitatio delicias (quas solas quærere nos oftendimus) obnubilet, de morte audire nolumus, sed ducere in bonis dies nostros. Iob. 21. Vere magna & in Christiano homine culpanda stultitia, mortem tanto fugere studio, quasi post alia non sequatur (& melior) vita quũ tamen ineuitabilis sit. Hebr. 9. Statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium, 2. Reg. 14. Omnes morimur & quasi aquæ dilabimur in terram quæ non reuertuntur: Voluntati ergo eius quis resistit. Romanorũ 9. Sed mortis & infirmitatis occasionem non vitamus. Nam per peccatum mors intrauit in mundum. Roma. 5. Gene. 2. In quacunq; die comederis ex eo morte morieris. Ioban. 5. Ecce sanus factus es, vade amplius noli peccare, ne deterius tibi contingat. Quid clarius dici potest? O miseri & viui deplorandi. Tobias angelico commendatur testimonio de sepultura. (Quando, inquit Raphael, orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, & dimittebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam domino) Ibidem. 12. Eccleſiast. 38. Fili in mortuum produc lachrymas, & secundum iudicium contege corpus illius, & non despicias sepulturam illius. Saluator comminatur. Matthæi. 25. Ite maledicti in ignem æternum, quare domine? nonne sanguine tuo redempti?

nõne baptismo abluti? Infirmus fui, & nõ visitastis me, ī. Iohannis. 3. In hoc cognouimus charitatem dei in nobis quia ille pro nobis animam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in eo.

¶Quo ad secundã dicit Psal. Miserere mei dñe qm̃ ad te clamaui tota die, Lætifica animam serui tui, quoniam ad te domine animam meam leuaui. Qm̃ tu dñe suauis & mitis & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te. Vnde Iesus misertus est viduæ sese; illi, quæ consolatorem non habebat, efficacem consolatorem præbuit & reopitulaturus & verbis. L Quam quum vidisset J sic tristem & desolatam dñs L misericordia motus super eam J 1. Tim. 5. quę vere vidua est & desolata, speret in deum & instet orationibus] & obsecrationibus die ac nocte. Nam dicitur pr̃ pauper orphanor & iudex viduar. Audiant & contremiscant oppressores eorum. Esa. 1. [Pupillo non iudicant, causa viduæ non ingreditur ad eos, quid ergo? nunquid impune? Eccles. 35. Nonne lachrymæ viduæ ad maxillas descendunt, & exclamatio illarum super deducentem illas? a maxilla ascendunt ad cælos, & dominus exauditor non delectabitur in illis. Luc. 18. Deus non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Dico autem vobis quia cito faciet vindictam illorum L dixit illi J verbo consolatorio. L Noli flere J q.d. noli flere defunctum, quẽ mox accipies viuum. Monet ergo de præsentibus defunctis consolationem accipere resurrectionem sperantes. Eccl. 22. Super mortuum plora, defecit enim lux eius. ī. tempus gratiæ ad merendum (Iohan. 12. Ambulate dum lucem habetis. Iohan. 9. Venit nox quando nemo potest operari) Super fatuum plora, defecit enim sensu. Modicũ plora super mortuum quoniam requieuit. Apoc. 14. Amodo iam dicit spiritus, vt requiescant a laboribus suis. Est enim præsens hæc vita miseriis & ærumnis plena. Ideo dicit Apostolus, 1. Cor. 15. Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnib' hominibus, q.d. non, sed meliorem post hanc expectam' s

vnde Phil.1. Mihi viuere Christus est & mori lucrum. Hieron. super illud, 1. Thessa. 4. Non contristemini sicut cæteri qui spem non habent. Si nos defunctos plangimus quos tñ resurrecturos credimus, quid faceremus, si mori tñ præciperet deus, voluntas eius sufficeret vtiq; ad solatium, cui nullum præponere iubemur affectum: pagani & infideles causam habent lugendi resurrectionem ignorantes, nō aũt Christiani, ideo (fideli Iob. 1.) in morte oĩum filiorũ assimilari debemus, dicenti: Dñs dedit dñs abstulit, sicut dño placuit ita factum est, sit nomen domini benedictum, & illud saluatoris Mat. 26. Nō sicut ego volo sed sicut tu: vnde & orare docuit: fiat voluntas tua. Moderatus tamen luctus non prohibetur, vnde Eccl. 38. Fac luctum secundum meritum eius vno die, vel duobus propter detractionem. A tristitia enim festinat mors. ⌊Et accessit & tetigit loculum⌋ cuidens suæ dignationis dans indicium. Et quidem quum posset sine tactu solo verbo eum vitæ restituere, maluit tamen primo feretrum tangere, vt per hoc & signum clementiæ suæ daret, & matris viduæ deiectum mœrore animum erigeret. O inops humana cupiditas, cui magna in vita non sufficiunt pallacia, in morte non locus sed loculus datur. ⌊ Hi autem qui portabant steterunt⌋ ex reuerentia cum viderent dominum appropinquare, cupientes misericordiam illius in resurrectione mortui cernere. Vtraque enim turba intenta erat in euentum. Iesus ergo versus est ad adulescentem exanimem. ⌊Et ait: Adulescens⌋ mortuus quidem erat ille, sed quia domino omnia viuunt, mortuo velut viuo loquebatur. ⌊tibi dico⌋ ego scilicet cuius dicere facere est ⌊surge. Et resedit qui erat mortuus.⌋ Inter dicere & facere domini nulla distantia est, ipse enim dixit & facta sunt, mãdauit & creata sunt. Omnia enim quæcunq; voluit fecit, vnde ad hanc vocem velut a somno excitatus adulescens resedit in loculo, quoque certius esset vitæ redditę argumentũ ⌊& cœpit loqui⌋ sermone etiam vigorem animi declarans. August. Eos qui dormiunt nobis, excitare possumꝰ vt surgant, si quis nobis sit mortuus, quantumcunq; impellimus non surgit, quia vero Christo omnes dormiũt, ideo facilius facis a morte surgere quam nos dormientem.

tes a somno. ⌊ Et dedit illum matri suæ ⌋ in cumulum gaudiorum.

¶Quantum ad tertium Psal. regius ex sua, de periculis, per dominum liberatione in laudem dei prorumpens dicit. Expectans expectaui dominum, per seueranter & intendit mihi, & exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miseriæ & de luto fecis, id est, profundo peccati & occasione peccati, & statuit supra petram. 1. Christum pedes meos firmando affectus in eo in bono, & direxit gressus meos, ne p me iterę errarem. Et immisit in os meum canticum nouum, pro gratiarum actione, carmen deo nostro, qui consolatur omnes, vnde sequitur. Videbunt multi & timebunt præ admiratione, & sperabunt in domino, qui solus saluare potest. Nouum ergo & seculis antea inauditum miraculum, magnus intuentium sub secutus est stupor, ita vt laudes dei prius tacentia ora resonarent. ⌊ Accepit autem omnes timor ⌋ reuerentiæ & admirationis ⌊ & magnificabant deum ⌋ quia magnificus opere, miraculum deo attribuentes ⌊ Dicentes, Quia propheta magnus surrexit in nobis. ⌋ Nihil enim altius de Christo suspicabantur Iudæi, nisi quod propheta qui spiam esset insignis. Propheta quidem erat, vnde ipse de se loquitur. Lucæ. 13. Non capit prophetam perire extra Hierusalem, & Matthæi. 11. non est propheta sine honore nisi in patria sua, sed ille de quo. Deuterono. 18. Prophetam de fratribus vestris suscitabit vobis dominus, quem sicut me audietis. Nam dominus prophetarum, sicut & rex regum & dominus dominantium. Apoc. 19 ⌊ Et quia deus visitabit plebem suam ⌋ Vere visitauit mittendo verbum suum incarnatum, quod pia subuentione illam redimeret, & a longa infirmitate, imo a morte qua diutius torpebat liberaret. Lucæ. 1. d. Benedictus dominus deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Nec tunc solum, sed & nunc quotidie per euangelium suum, per dicta prophetarum, atq; exempla patrum præcedentium visitat, & cum vnicuiq; electorum per administrationem. ſſ. vel terrorem æterni supplicij, vel dulcedinem cælestis patriæ intrinsecus demonstrat, & quemadmodum a morte animæ resurgere valeat occulta inspiratione edocet. Agamus ergo gratias deo patri & filio ei⁹

dñ omino nostro Iesu Christo qui p assumptam humanitatem ad nos venire dignatus est, & præceptis mandatorū suorum obtemperantibus cælestem beatitudinem repromittere.

¶ Dominica decima septima

CVm intraret Iesus domum cuiusdam principis pharisęorum' sabbato, manducare panem, ipsi obseruabant eum. ⌊Luc. 14. Saluator noster vt optimus & verus animarum medicus, contra præcipuum (qui angelum e cælo & hominem eiecit de paradiso) superbiæ morbum, humilitatis in se exemplum, in animis fidelium radicare studuit. Hinc Apostolus Ephe. 4. ⌊ Obsecro ego vinctus in domino ⌋ id est, propter dominum non mea facinora. Seneca: Generosus est animus humanus, potius vult verbor' dulcedine duci, quam importunitate trahi ⌊ vt digne ambuletis vocatione qua uocati estis ⌋ de abiecta conditiõe ad magnam dignitatem, de desperatione ad eximia p̃mia, ideo hoc intelligentes, quod supereſt, vestræ professioni, deiq; erga nos benignitati, morũ innocentia respondcatis. Col. 1. Ambuletis digne deo per omnia placentes, & in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia dei. Ioh. 12. Ambulate dum lucem habetis Non ergo iuxta apostolum sufficit vocatio ad fidem, sed requiritur vita digna. ⌊ Cum omni humilitate ⌋ interiori, scilicet in mẽte, & exteriori in conuersatione, quia deus superbis resistit humilibus autem dat gratiam. Lu. 4. ⌊ & mansuetudine ⌋ per repressionem iræ ne professio dignitatis reddat vos elatiores ac ferociores ⌊ cum patientia supportantes vos inuicem in charitate ⌋ obsecundantes alienæ infirmitati per mutuam charitatem. Gal. 6. Alter alteri' onera portate, & sic adimplebitis legem Chri. 1. Cor. 13. Charitas omnia suffert. & 16. Omnia vestra in charitate fiant, scilicet dei & proximi. Augu. Ipsa est actio recti intieris quæ oculos semper habet ad deũm, talis actio nec frangitur negotio, nec turbulẽta est, nec marcida, nec audax, nec fugax, nec præceps, nec iacens. ⌊ Soliciti seruare vnitatem spiritus ⌋ id est, ecclesiæ quam facit spiritus sanctus, sicut econtra schisma diabolus. Actu. 4. Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna ⌊ in vni-

culo pacis ⌋quia est nutrimentum vnitatis. Hæc pax est, si bona nostra inuicem diligamus, si peccata quæ sine da mno tritici, aut cum spe salutis corrigendorum eradicari non possunt, vsq; ad messem vltimam tolerámus. ⌊ Vnum corpus. ⌋ Romanorum .12. Multi vnum corpus sumus in Christo ⌊ vnus spiritus ⌋ quia eundem Christi spiritum sortiti idem velle bonum sit nobis. i. Corinth. i. Idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata ⌊ sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ ⌋ id est, ad vnam rem, quæ est effectus vocationis, speratam, id est, æternam beatitudinẽ. Non ergo cõuenit eos inter se dissidijs animorum distrahi, quibus tam multa sunt cõmunia, quia vnum corpus in Christo, vno eiº spiritu vegetati, ad eãdem hæreditatis spem vocati. Augustinus Sicut vnum corpus hominis multis constat membris & vegetat omnia membra vna anima, faciens in oculo vt videat: in aure vt audiat, & cætera: ita spiritus sanctus membra corporis quod est ecclesia cõtinet & vegetat. Et sicut humani corporis membrum p̃cisum formam quidẽ qua cognoscitur retinet, sed nequaquam spiritus sequitur quo præter vnitatem viuat, sic quicunque a prędicta vnitate pacis diuisus est, sacramentum quidem tanquam formam retinet, sed spiritu præter vnitatem non viuit. Frustra ergo foris de forma gloriatur, nisi intus spiritu vegetetur. Hęc ille. ⌊ Vnus dñs ⌋ Iesus omnium, ideo vnitas seruanda, non enim sunt multi dñi, quorum diuersis voluntatibus oporteat discordare ⌊ vna fides ⌋ de eodẽ cui iubemur credere & eodem modo operari. Vna nõ numero in omnibus sed gẽe quia similis in singulis. ⌊ Vnũ baptisma ⌋ quo regeneramur, æquale a quocunq; detur nec iterabile quia vnus qui intus baptizat. Ioh. i. Hic ẽ q baptizat in. ſſ. Ideo æqualiter efficax est in omnes q̃ credunt euangelio. ⌊ Vnus deus & pater omniũ ⌋ deus creator, pater procurando: ideo nemo potest se alteri p̃ferre, ⌊ qui est sup̃ omnes ⌋ per excellentiã veluti autor & princeps vniuersorum, præsidens omnibus ⌊ & per oia ⌋ spiritu suo quo nos moderatur, fusus per oẽs, quia vbique. Ideo timendus cũ nusq̃ possit euitari ⌊ & in omnibus nobis ⌋ fidelibus per gratiã qui vnitatem seruamus, nobis præsens & opitulans. Necessario ergo concordes eẽ debe

mus, & corpore subueniendo, & spiritu volendo, sicut cõ cordes sumus idem põium expectando, quia sub vno do mino militamus & eadem fide & eisdem sacramentis im buti sumus. Vnius igitur est quicquid in nobis ẽ bonarũ rerum.

¶ Cum dñs post parabolam de vocatione operariorũ iter faceret per castella & ciuitates docens, in Hierusalẽ cũ de paucitate saluandorum interroganti dixisset contẽ dite intrare p angustam portã. Lu.13. dicentibus sibi vt exiret quia Herodes q̃reret eum occidere, respõdit: Ite di cite vulpi illi. Ecce eiçio dæmonia & sanitates pficio ho die & cras & tertia die cõsumor. Veruntñ oportet me ho die & cras ambulare, quia non capit prophetam perire extra Hierusalem, & factum est. In illo tempore cum in traret Iesus.

¶ Dñicis p̃cedentibus audiuimus q̃ benigne dñs neces sitatibus confugientiũ ad se subuenit, hoc idem hodier no ostendit in euangelio simul declarans quibus medñs ad salutem peruenitur animarũ verã & æternam.

¶ Prima. Liuida pharisæorum obseruatio. In princi pio.

¶ Secundum. manifesta obseruatorum cõfutatio, ibi: Cuius vestrum.

¶ Tertium. Nitida inuitatoris instructio, ibi: Dicebat autem.

¶ Quo ad primum dicit Psal. timebunt gentes nomẽ tuum dñe, & omnes reges gloriam tuam, & merito nam ipse est scrutans renes & corda. Apo.2. Omnia enim nu da & aperta sunt oculis eius. Heb.4. Hoc non considera uerunt pharisæi, quare non sicut deum timuerunt sed vt hominem, vñs ipsorum contrarium, persecuti sunt. ¶ Cũ intraret Iesus domum cuiusdam principis pharisæorum sabbato manducare panem. ⌊ Nam propter nos egenus factus est cum esset diues, vt illius inopia diuites essem⁹ .2.Cor.8. vnde & cuidam se sequi volenti respondit, vul pes foueas habent & volucres cæli nidos, filius autẽ ho minis non habet vbi caput suum reclinet. Matt.8. Inui tatus ergo a principe pharisæorum, licet malicia non i gnoraret insidiantium, locum intrauit conuiuii, vt ybo prodesset p̃sentibus & mercedem redderet ei q̃ eũ inui- EVANG:

tauerat, in aia verbo curando [& ipſi obſeruabant eũ.] Nam ſimul accubuerunt multi phariſæi more ſuo obſeruantes eum ſi quid in conuiuio (quo facilĩ delinquitur) diceret faceretue quod in eo calumniarentur, ideo & ſabbato quia apud ipſos ſolemne erat. Mos eſt inuidorũ bonos obſeruare, quia gaudent de aduerſis eorum & dolẽt de proſperis . Inuidus alterius rebus marceſcit optimis. [Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illũ] in quo dupliciter eum obſeruabant, vt ſi curaret damnarent quaſi legis tranſgreſſorem & contemptorem, ſi non arguerent impietatis & impotentiæ. Eſt enim hydropis morbus aquaticus ſubcutaneus de vitio veſicæ naſcens cum inflatione turgente & anhelitu fœtido, & eſt proprium hydropiæ quo plus bibit tanto plus ſitit . Non petebat verbo ſalutem propter phariſæos & ſabbatum, ſed tantum præſentia. Infelix peccator qui ſe ſubducit ab eius conſpectu, qui cupit omnes ſaluos fieri. [Et reſpondens Ieſus] non ignarus quid apud ſe cogitarẽt, qui eũ non minus cogitatus q̃ opera intuetur, non immerito ſic ad cogitata quaſi ad dicta vel facta reſpondet [dixit ad legiſperitos] quibus debebat eſſe notum quid ſabbato liceret vel non [& phariſæos] quia tanq̃ iuſti ſingulariter erant curioſi circa legis obſeruationem [dicens: Si licet ſabbato curare] hæc enim eorũ erat cogitatio, an in ſabbato ſaluum vellet facere hominem perituru, vt nõ ſoluatur ſabbatum. [At illi tacuerunt] vndiq; ſe concluſos cernentes, quia contra ſe dictum quicquid dixerit vident. Si enim licet cur obſeruantẽ ſi non licet, cur pecora curant? Sua ergo conſcientia percuſſos & tacentes inſpexit. [Ipſe vero] quum obticuiſſent [apprehenſum ſanauit eum] videntibus ipſis, ſolius (plus quam benedictæ) manus attactu [ac dimiſit] in ſignum perfectæ ſanitatis, vt qui prius morbo grauabatur ambularet expeditus quo vellet.

¶ Quo ad ſecundum Pſalmi . ne pereãt inimici orat, vt vel confuſione ad dominum conuertantur, dicẽs: Cõfundantur & reuertantur qui quærunt animam meam, vt auferant eam . Sic dominus ex re geſta, vera ratione ſumpta confutauit quod volebant obiicere. Cum enim hoc factum effet mirabile tñ phariſæos offendebat viola

ta sabbati religio. Iesus autem ostendens eorum religio
nem præposteram, qui in salute hominis offenderentur
in seruato asino nō offenderent, tacitis illorum respon-
det cogitationibus. Et respondens dixit: ¶ Cuius vestrū
asinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extra-
het illum die sabbati ¶ etiā cū magno labore nō animali
sed suæ auaritiæ consulens, quantumcunq; zelatores &
obseruatores legis fitis, & hoc sine conscientia vlla sol-
uendi sabbati, quasi diceret: Si tātum valet apud vos bo
uis aut asini salus, vt non putetis violari sabbatum, cur
offenditur animus vester in hominis salute. Si opus expē
ditur, Plus est operis in iumento extrahēdo quam in ho
mine sanando, vidi, contigi, & dimisi. Si personam æsti-
matis, potior esse debet vobis vnius hominis salus, quā
plurimorum asinorum aut boum. ¶ Et non poterant ad
hæc respondere illi. ¶ Splendidissima nanq; luce veritatis
euanescere videbant omnes tenebras falsitatis, sic enim
eos conuicit vt eosdem etiam auaritiæ condemnet, ostēn
dens eos violare sabbatum in operibus cupiditatis, qui
eum violare arguunt in operibus charitatis, legem male
interpretantes. Non enim in sabbato a bonis, sed malis
operibus feriandum: unde dicitur Leu. 23. Omne opus ser
uile non facietis in eo, sic in æterna reqe a malis tantū fe
riabitur non a bonis. Beda: Quia ipsum dominum obser
uabant, prouida dispensatione dominus ante eos hydro
picum sanat, & mox contra auariciam disputat, vt scili-
cet per huius ægritudinem corporis in illis ægritudo ex
primeretur cordis. Deniq; post multa hortamenta subiū
ctum est. Audiebant hæc pharisæi, qui erant auari, & de
ridebant eum. Lu. 16. Bene hydropico comparatur aua-
rus, qui quanto copiosior diuitijs quibus nonbene vtit;
tanto ardentius per fas & nefas alia acqrere laborat. Ec
cls. 5. Auarus nunquā implebit pecunia, qa sitis eius nec
inopia minuitur, nec copia implet, & ita quandam sitim
multiplicat, vnde dicitur: semper auarus eget. Sic & lu-
xuriosus quo magis voluptatem carnis expleuerit, eo ad
peiora perpetranda accenditur, sicq; fit vt vnde ad horā
libidinis incētiuum extinguitur, inde mox deterius in-
flammatur.

¶ Quantum ad tertium. Directionis diuinæ vtilitatē

ſimul & neceſſitatem expertus Pſalm. petit, dicens: Deus docuiſti me a iuuentute mea, & vſq; nunc pronunciabo mirabilia tua, & vſq; in ſenecta & ſenũ deus ne derelinquas me, quia ſine te nihil poſſum intelligere boni aut facere. Quum ergo phariſæi ad hunc dñi ſermonem reſpõdere non poſſent, nec tamen a concepta malicia deſiſterent & inuidia, quoꝝ animi adeo erant corrupti deprauatiq;, vt quum non haberent quod dilucidę veritati reſponderent, tñ approbare nõ poſſent quod a Ieſu fieri videbant, dñs ſua benignitate qui contactu ſanarat hydropicum, cupit & horum morbo ſalutiferi ſermonis pharmaco mederi, inuitans ad humilitatem contra tumorem quem habebant in lege, & admuitatos qui ex eius verbo proficere poterant, ſermonem conuertit. ⌊ Dicebat aut ẽ ad inuitatos parabolam intendens qũo primos accubitus ⌋ id eſt, locos ſublimiores ⌊ eligerent ⌋ ex faſtu in cõ uiuiũs, ciuiliter tangens vniuſcuiuſq; conſcientiam, vt neminem tamen proderet. Nam morbus animi ſanari non poteſt, ſi non agnoſcas. ⌊ Quum inuitatus fueris ad nuptias, non diſcumbas in primo loco. ⌋ Beda: Aperta eſt hæc ſaluatoris admonitio ad literam docens, non ſolum apud deum, ſed etiam apud homines humilitatem cẽ laudabilem, cauſam adiungit, ⌊ ne forte honoratior te ſit inuitatus ab eo ⌋ dignus maiori honore ⌊ & veniens qui & illum inuitauit, dicat tibi: Da huic locum. ⌋ Sæpe hoc contingit qui ſua ſunt reputatione magni ab aliis deſpiciuntur, & alii eliguntur, ⌊ & tunc incipies cum rubore ⌋ pro capta gloria ⌊ nouiſſimum locum tenere ⌋ confuſionem reportando. Sic contigit Lucifero Lucæ 10. Videbam ſatanã tanq; fulgur de cælo cadentem: Quare Eſai. 14. Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo. ⌊ Sed quum vocatus fueris, vade & recumbe in nouiſſimo loco ⌋ reputans te minimum merito, licet excellentior dignitate vel originis nobilitate, ⌊ vt quũ venerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice: ⌋ & vere, ga amici in domo familiares ſe humiliant, & alios honorari volunt. ⌊ Aſcende ſuperius ⌋ tum ga amicus, tum quia te humiliaſti. ⌊ Tunc erit tibi gloria ⌋ ob tuam modeſtiã ⌊ coram ſimul diſcumbentibus, ⌋ quia tuam modeſtiam agnoſcent ex eo quod tibi poſtremum delegeris lo-

eum, dignitatem agnoscent ex conuiuatore qui te vt singularem amicum dignum honore iudicauit. Præmissorum omnium ponit rationem. ⌊Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: ⌋ quia enim non a se, sed ab alijs honorari debet, ideo ab ipsis an dignus sit debet iudicari ⌊ & qui se humiliat, exaltabitur. ⌋ Nulla enim virtus sine humilitate exaltari potest: vnde quo quisq; maior est hoc se magis debet deijcere donec veniat ille qui vera perpetua gloria subuehit humiles iuxta mundum, & elatos ac sublimes deijcit. Qm euangelista præsentem lectionē parabolam vocat quæ mystice similitudo dicitur aliud significans, quid per istas nuptias nisi Christi & ecclesiæ per incarnationis mysterium signatur coniunctio? vnde Marc. 2. Non possunt filij sponsi quam diu cum ipsis est sponsus lugere. Et Matth. 22. Simile est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Sponsam ergo sibi Christus sanctam ecclesiam cōiunxit (qui enim habet sponsam sponsus est. Ioh. 3.) vt multos filios p adoptionis gratiam generaret. Has nuptias quisquis intrauerit vocatus, id ē, per gratiam fidei ecclesiæ membris se coniunxerit, non se in loco primo ponat de suis meritis singulariter gloriando, sed semper humilia de se sentire studeat, & iuxta aliam parabolam (. Matth. 22.) veste vestitus nuptiali, id est, virtutum fulgore coruscus appare re, sed ipsarum virtutum habitum locum deuotæ humilitatis adornet, ne forte honoratiori post inuitato locum dare cogatur, qui de longæ conuersationis suæ confidentia securior factus, videt se preiri in bono opere cita agilitate illorum qui se in CHRISTO sequuti sunt, & tunc incipiat cum rubore, & cætera, de alijs meliora cognoscens quam de se, quicquid prius in sua actione magnum putabat, ex comparatione alieni meriti infirmum humileq; iudicat; cum propheta dicens: Ego autem pauper sum & egenus, in laboribus a iuuentute mea, exaltatus autem humiliatus sum & confusus, cognoscens se minoris meriti. Quid ergo nobis agendum insinuat, quia humilia de nobis sentire, iuxta illud Eccle. 3. Quanto magnus es humilia te in omnibus, id est, noli de tuis virtutibus gloriari, sed oēs æstima tibi superiores; minimū te omnium inferiorem q; cunctis deputa, tam

to enim eris in dei oculis precioſior, quanto fueris in tuis oculis deſpectior, quantoq; tibi magis vilueris, tanto magis deo placebis. Sequitur: Veniens enim dominus ad iudicium, quemcunq; humilem inuenerit glorificabit & exaltabit, ac ad ſuperiora aſcendere præcipiet, quia illos ſublimabit in æterna beatitudine, quos in hac vita de ſuis virtutibus humilia ſentire perſpexit. Hinc Petrus hortatur. i. Petri. 5. Humiliamini ſub potẽti manu dei, vt vos exaltet in die viſitationis. Sed & quotidie augendo humilibus gratiam quam ſuperbis aufert. Ex humilitate te amicum recognoſcet, qui ex præſumptione poſtponebaris. Tunc erit tibi gloria: non ergo nunc incipias quærere quod tibi ſeruatur in fine, ſi quid boni agis ab hominibus in præſenti laudem quærendo, quia tunc in futuro erit tibi gloria quando videbimus eum ſicuti eſt. Subditur parabolæ declaratio & vniuerſale ad vitam noſtram documentum. Quia omnis &c. Ex hac ſubiecta concluſione claret myſtice præſentem intelligendum ſermonem. Non enim omnis qui ſe coram hominibus exaltat, mox humiliatur: nec econtra, quum contrarium nonnũquam contingere ſoleat, vt is qui indignitatis capite aliquo ſublimari incipit vel in aliq̃ acquirenda gloria ſubleuat vſq; ad finem vitæ exaltari non deſinat. Et rurſum is q humilis & verecundus eſſe inchoat, in ipſa ſua mediocritate vſq; in terminum vitæ perdurat. Ergo quia deus falli non p̃t, cuius hæc verba ſunt, & ſi in præſenti hoc non impleat, reſtat ſine dubio in futuro implendum, tũc .ſ. qñ impĩ & ſuperbi humiliabuntur cũ capite ſuo diabolo in inferno audientes a domino: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Matth. 25. Et iuſti & humiles exaltabuntur, percipientes vocem ab eo optabilem: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum a conſtitutione mũdi. Noſtri ergo quantum ex nobis eſt, nõ eſt niſi humiliari, dei autem ſolius exaltare.

¶ Dominica decima octaua.

Accesserunt ad Iesum pharisei, interrogauit eum vnus ex eis legis doctor tentãs cũ, dicens. Magister, quod est mãdatum magnum in lege. Matth. 22. Saluator noster ad cælestes

omnes vocare studuit delitias, per amorem dei & proxi
mi comparandas, & ideo merito omnibus mundi diui-
tijs & delitijs a Christi fidelibus prę poni debet amor dei
& proximi, per quem gratia & gloria acquiritur æterna
Hinc Apostolus. 1. Corint. 1. ¶ Gratias ago deo corde, lin- EPIST.
gua, opere deo meo qui licet sit omnium per creationē
ipsaliter tamen fidelium, qui eum diligunt & colunt,
semper pro omnibus vobis tāquam filijs charissimis
in gratia dei quæ data est vobis in Christo Iesu id ē,
pro gratia meritis Christi vobis data quia in omnibus
diuites facti estis necessarijs ad salutem in illo id est
per illum in omni verbo doctrinæ & in omni scien
tia id est, scripturarū intelligentia, vt qui antehac opes
terrenas fluxas ac temporarias venabamini, nunc cæle-
stibus nunq̄ perituris opibus (Christi beneficio) sitis lo-
cupletati quæ solæ beatos reddunt. Nullum est enim vel
scientiæ vel sermonis donum, q̄ non sitis ampliter con-
sequuti sicut testimonium Christi confirmatum est in
vobis id est, ita tenetis verbum & scientiam sicut com-
probari audistis per testimonium prophetarum a me. Cū
in eo quod optimum esse cognoscitis constanter persti-
tistis, vnde & euangelij veritas, & Christi fides per vos
facta est illustrior confirmatioq;, dum ipsa re declara-
tum est omnibus, quod in vobis gestum est, non esse ge-
stū humanis auspicijs, sed autore deo, q̄ suis dotibus ad-
ditis nostram prædicationem comprobauit, ita vt ni
hil vobis desit in vlla gratia earum rerum quibus deus
solet apostolorum ministerium comprobare, in quo vi-
deamini cęteris inferiores, vt satis liqueat, licet diuersus
sit minister, autorem eundem esse, cum idem effectus con
sequatur. Expectantibus reuelationem domini nostri
Iesu Christi id est, claram eius visionem quæ facit bo-
nos & beatos, tunc in re, sicut nunc in spe. Esai. 30. Beati
omnes qui expectant eum, scilicet cum desiderio, qa im-
pij cum timore, quasi dicat; Huius diei desiderio toleratis
incommoda, huius metus contineat uos in officio. Siqui-
dem, vt perperam damnent aut absoluant homines, cer-
te dies ille certis calculis aut æternis supplicijs addictu-
rus est, aut immortalitati destinaturus. Nec est q̄d diffi-
datis, quem olim estis habituri iudicem, nūc habetis opi

tulatorem. ⌊ Qui & confirmabit vos ⌋ donis collatis ⌊ vsq; in finem sine crimine ⌋ vt quemadmodũ cœpistis piam puramq; virã agere, ita pseueretis moribus eẽ ícul patis ⌊ in die dñi nostri Iesu Christi ⌋ aduentus, ne qd re pertat in vobis dies ille formidabilis dñi nostri Ie. Chri sti, quod atrum calculum mereatur, & sic non fraudabi mini expectatione, vestra, pura coram deo conscientia conuersantes.

¶ Cum dominus Saducæos q̃stionem de resurrectiõe præponentes ostendisset ignorantia laborare scripturæ & ideo ipsam negare, audientes turbæ, mirabãtur de do ctrina eius, pharisæi aũt audientes q̃ silentium imposu isset Saducæis conuenerũt in vnum. In illo tempore. Ac cesserunt &c.

¶ Dominica præcedenti audiuimus quam solicite do minus monet cauere superbiam, quam æterna sequitur delectio. In hodierno ostenditur euangelio quanta & q̃ lis esse debeat dei & proximi dilectio, per quam ad cæle stia debita fit profectio.

¶ Primum, Obtecta phariseorũ interrogatio. In prin cipio.

¶ Secundum, Perfecta mandatorum demõstratio. Ibi Ait illi Iesus.

¶ Tertium, Recta promissorum declaratio. Ibi; Con gregatis autem.

¶ Quo ad primum, Admirabilem diuinorum consi derans operum dispositionem Psalm. ait: Dominus dissi pat consilia gentium, reprobat autem cogitationes popu lorum, & reprobat consilia principum. 1. Cor. 1. Scriptũ est enim: Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Chry. Frequenter Iudæi diuer sis interrogationibus dominum tentantes, sibi quidẽ ac quisierunt interitum, nobis autem prouiderunt salutem, Nam verba Christi illis profecerunt ad confusionem, no bis autem ad ædificationem, quoniam responsis eius vin cebantur, & non placabantur. Malitia enim frequenter cõ fundatur, placatur autem nunquam. Pharisæi sunt omes qui contra veritatem contendunt, qui non veritatem de fendere decertant, sed subuertere festinãt. Qui enim pro veritate decertat, cognita veritate consentit veritati, ꝙ

autem cognita veritate non consentit veritati, manifestum est, quoniam prius non p veritate, sed cōtra veritatis partem certabat. Audi igitur homo fidelis qui contra hæreticum libenter contendis. Si pharisæi placati sunt, & tu certando contra hæreticum poteris eum placare cum viceris. Sed pharisæi victi quidem sunt, placati autem non sunt. quomodo tu poteris eos placare cum viceris? Nunquid Christo fortior es, vt quos illenon placauit tu places? Debuissent quidem timere Saducæorum exemplū, vt ne similiter contunderentur, confutati fuerant in denarij ostensione, sed malivolentia & liuor nutrit impudentiam, & ardens malitia dum se saciare festinat, non aspicit exitum rei, vt tantummō alteri noceat: nec sibi parcens. Venena enim inuidiæ superari possunt, sed difficile conquiescunt. Conuenerunt, vt multitudine vincerent quem ratione non potuerunt. A veritate se cē nudos profeſi sunt, qui se multitudine armauerunt. Dicebant enim: vnus loquat pro omnibus, & omnes loquantur per vnum, vt siquidem vicerit, omnes videamur vicisse, sin autem victus fuerit, solus videatur confusus. O phariſei qui omnia propter homines facitis & cogitatis, putatis quia vno victo homines non intelligant vos esse victos, nunquid non conscientiæ vestræ non sentiunt se esse confusas? Leuis est consolatio, qui in seipso confusus est, quod ab alijs ignoratur. O quot habent hodie imitatores. ⌊ Accesserunt ad Iesum pharisæi ⌋ non amore sed odio, non vt discerent sed tentarent ⌊ & interrogauit eū vnus ex eis ⌋ scilicet pharisæis ⌊ legisdoctor ⌋ duplici notatus dignitate, sci. vitæ, quia pharisæus, & doctrinæ quia legisdoctor ⌊ tentans eum ⌋ in quo agit contra seipsum, quia nec vitæ probitas, nec doctrinæ veritas hoc requirit ⌊ & dicens: Magister ⌋ magistrum vocat cuius non vult esse discipulus, sed vt facilius decipiat ⌊ quod est mandatum magnum in lege? ⌋ Chrysostomus: De magno interrogat qui nec minimum implevit. Ille interrogare debet de maiori, qui iam minora implevit. Quæstio tunc versabatur inter pharisæos, quodnam maximum in mandatis legis esset mandatum, hīntes semper in quo respondentem apparenter arguerent, quare sperabant

se nonnihil habituros quod arguere possent, sed fefellit eos sua opinio, nam sic dominus respondit, vt calumniæ non pateret locus.

¶ Quo ad secundū dicit Psalmista. Beata gens cui⁹ ē dominus deus eorum, populus quem elegit in hæreditatem sibi. Dominus est velint nolint omnium, sed non omnes sibi in hæreditatem elegit, quia nec ab omnibus p fidem & amorem eligitur. Volens ergo dominus ostendere, illos qui legis professione venditabant sese, longissime abeē a vera eius præcepti obseruatione, qui flagrarent odio & liuore proximi, cæterisq; vicijs, quæ nihil habent affine cum syncera charitate, nec quenq; amare deum qui in proximum sit iniquus. ¶ Ait illi Iesus: ¶ Mira saluatoris benignitas, qui suos etiam tētatores in cognitionem conatur inducere veritatis. ¶ Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. ¶ Chrys. Non dicit timebis, quia diligere maius est q̄ timere. 1. Ioh. 4. Perfecta charitas foras mittit timorem. Non enim vult deus vt timeatur ab hominibus tanquam dñs, sed vt diligatur quasi pater, qui adoptionis spiritum donauit hominibus. Quid autem est diligere ex toto corde, nisi vt cor tuum non sit inclinatū ad vllius rei dilectionem amplius quam dei, nec delecteris quasi specie mundi amplius quam dei, siue auri, filiorum & cæt. sed hæc omnia æstimes tibi esse in deo, vt præ his omnibus ames deum. Si autem in aliquo horum amor tuus fuerit occupatus, iam non ex toto corde amas deum. Pro quanta enim parte cor tuum fuerit ad aliquam rem pro tanto minus est ad deum. Aug. Totum exigit a te q̄ totum te fecit, sed noli tristis eē quasi nihil vnde gaudeas remaneat in te, ex hoc enim totum diligis te, quia diligis deum ex toto corde. Chrys. Quid est in tota anima? id est, certissimum animum habere in veritate, & firmū in fide. Alius est amor cordis, alius amor animæ. Amor cordis quodammodo carnalis, vt etiam carnaliter deū amemus, quod facere non possumus nisi recesserimus ab amore rerum mundialium. Amor cordis nō intelligitur in corde, sed sentitur, quia quodammodo carnalis est. Amor autem animæ non sentitur in corde, sed intelligitur, quia amor animæ indicium est, puta quod didicisti

vnum deum ex quo omnia, & per quem omnia. Si ergo intellectus in aliquo errauerit ad deum pertinens, vel incantationes aliquid eē credentes, non diligit ex tota anima. Quid est tota mente, nisi vt omnes sensus tui qui pertinet ad mentem deo vacent. Cuius intellectus deo ministrat, cuius sapientia circa deum est, cuius cogitatio ea q̄ dei sunt tractat, cuius memoria q̄ bona sunt recordat, tota mente deum diligit. Vnde Apost. 1. Cor. 14. Psallā spiritu, psalliam & mente. Econtra &cætera. In toto corde, integritas fidei exprimitur, in tota anima perfecta obedientia exigitur, in tota mente perseuerantia ostēditur. Augu. Deum ex toto corde diligere præciperis, vt omnes cogitationes tuas: ex tota anima, vt omnem vitam tuā: ex tota mente, ut omnem intellectum tuum in illum conferas. hoc est maximum dignitate & primum ordine mandatum quia nihil maius ab homine potest fieri, quam vt se totum deo det quantum potest, & ga maxima facit opera. 1. Cori. 13. & sine eo cætera nihil sunt. Hoc aūt nemo seruat nisi seruet & secundum simile huic siquidem alterum ex altero pendet. Secundum autem simile huic. Diliges proximum tuū sicut teipsum Chry. Legisperitus de magno quæsiuit mandato, respōdit dns: Diliges &c. Hoc, inquit, primum & magnum, sed diliges proximum etiam magnum sed non primum: sed simile, quia qui proximum amat imaginem dei amat. Faciam⁹, inquit, hominem ad imaginem & similitudinem nr̄am. Gene. 1. Et hæc est ratio amandi proximum, pinde ac sei psum, quia dei imago & similitudo est, & æque quoq; vt ipse quantum est ex natura. Sicut rex in sua imagine vel contemnitur vel honoratur, sic deus in homine vel oditur vel diligitur, non enim potest hominem odire q̄ deum amauerit, nec potest deum amare qui hoiem odit. 1. Ioh. 4. qui dicit quia diligo deum, & fratrem suū odit mendax est. Aug. Ad hoc debet homo seipsum diligere: vt sic operetur quatenus deum toto corde, tota anima, tota mente diligat, sic & proximus est diligendus. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & prophetę quia ad hæc duo refertur totus decalogus & monita prophetarum ibi habent finem, Plenitudo enim legis est dilectio. Roma. 13. Sicut enim odium omne malum fugge-

rit, sic dilectio omne bonum, quisquis enim deum toto pectore diligit, nihil negliget quod ille præcepit, & qui proximum diligit, nihil illi faciet quod sibi nolit fieri. Tum pharisæus ex tentatore factus, ppemodum discipulus subiecit, vt dicit Marci 12. Bene magister in veritate dixisti: quia vnus est deus, Deuteronom. 6. Audi Israel deus tuus vnus est, & non est alius præter eum, & vt diligatur ex toto corde & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine, & diligere proximum tanquam seipsum, maius est omnibus holocaustomatibus & sacrificijs. In hoc dominus pharisæos auaros, qui conuenerant vt reprehenderent ore illius reprehendit, sacrificia oblationum magna ob suam auaritiam facientes, proximo neglecto. Iesus autem videns quod sapienter respondisset, nec pergeret insidiari, dixit illi: Non es longe a regno dei. Intelligebat enim pharisæus quid esset optimum, tantum hoc decrat vt affectu sequeretur quod intellectu tenebat. Atque inde tacite, mordet conscientiã eorum, qui IESV moliebantur insidias capitales. Eoque cum illi tantum interrogassent de summo mandato cuius obseruantiam sibi falso arrogabant, vltro adiecit & secundum de diligendo proximo. Nondum enim suspicabantur CHRISTVM esse deum. Certe proximum & benemeritum negare non poterant, in quem tamen machinabantur, quod nemo sibi velles accidere.

¶ Quo ad tertium, dicit Psalmista: Vouete & reddite domino deo vestro omnes qui in circuitu eius affertis munera (causam subnectit) terribili, & ei qui auferet spiritum principum terribili apud reges terræ. Dominꝰ ergo ostendere volens quod cognosceret cogitationes eorum, quia non solum homo sed & deus, vbi maior pharisæorum frequentia conuenisset, tot quæstionibus ab illis tentatus, proposuit & illis vicissim quæstionem, obscure quidem & per ænigma subindicans, quod post apostolis explicandum reliquit suo tempore, sibi non solum naturam esse humanam quã videbant, & in quam essent sæuituri, verumetiam diuinam quam vtcunque ex ipsis factis poterant coniectare, nisi liuore, auaritia, & cæteris vicijs animos habuissent excæcatos. Vnde duplicitꝰ

errabant circa Christi personam, qa non credebant tunc sicut nec nũc venisse, sed futurum, Secundo, quia purum hominem, de quo errore hic. ⌊Congregatis autem pharisæis interrogauit eos Iesus⌋ Hierony. Qui ad tentandum venerant occasionem suæ cõfutationis præbuerũt, vt eo tacente ipsa interrogatio eius ipsis respõderet ⌊dicens: Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est? Dicunt ei⌋ incontanter ⌊Dauid⌋ Verum responderunt secundum humanam naturam. Mat. 1. Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham, sed secundum diuinam Petrus. Mat. 16. Tu es Christus filius dei viui. ⌊Ait illis⌋ quia nihil de generatione Christi supra carnem (qa erant carnales & mente crassi) cogitabant ⌊Quomõ ergo Dauid in spiritu⌋ sancto s. non in sensu suo ⌊vocat eum dominum dicens⌋ Psalm. 109. ⌊Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Si ergo Dauid vocat eum dominum, quomodo filius eius est? Chrysostomus. Nam filius nobis esse potest qui post nos futurus est, dominus autẽ esse non potest, nisi qui aut nobiscum aut ante nos. Christus autem secundum carnem post Dauid, vnde ista deductio clare ostendit Christi diuinitatem, indicans eum habere cum patre naturæ consortium, æquum regnum, paremq; maiestatem, quare nõ tantum dominus Dauid sed omnium, quasi dicat: Secundum vestrum intellectum repugnantia sunt hæc vt sit dominus & filius. ⌊Et nemo poterat ei respondere verbum⌋ quia prophetam non intelligebant, nec habebant quid responderent, præ confusione potius quam vltro tacuerunt ⌊Nec; ausus fuit qs quam illa die amplius eum interrogare⌋ quum viderent insidias in illum intentatas in suum caput recidere. Nã primo sacerdotibus, postea Saducæis, hic pharisæis silentium imposuit. Sed quia non interrogabant nec differebant cum eo caussa cognoscendæ veritatis (alioquin videntes eum prudentem in quæstionibus, & subtilem in responsis, amplius animati fuissent eum interrogare) sed captionis & illaqueationis, ideo videntes se non posse perficere intentum, a sermone desiterunt, manu valida

post modicum ipsum inuadentes & cruci appendentes.

¶ Dominica decimanona

Ascendens Jesus in naviculam transfretauit & venit in ciuitatem suam. Matth. 9. Saluator qui ad curandum animarum venerat morbum, quo plenius ad se conuerteret (a mundi & peccati fœditate auersos) homines, etiam corporibus langui dis salutem reddebat optatam, vt quemadmodum corpore sic & mente homines renouari (pristinis reiectis erroribus) studerent. Hinc Apostolus. Ephe. 4. Renouamini exuto veteri homine primam illam originē malis ac mortiferis cupiditatibus referentem spiritu mentis vestræ non iuxta corpus sed iuxta mentem in quam potissimum agit spiritus Christi & induite nouum hominem vetustate vitæ depositā, id est, Christum p imitationem. Ro. 13. Induimini dominum Iesum Christum qui secundum deum creatus est spirituali quadam ratione conditus est nuper in vobis opificio diuino. Nam sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omes viuificabuntur. 1 Corin. 15. secundum deum, id est, imaginem dei creatus est in iusticia & sanctitate veritatis q̄ peccando amisit. Ponit tria cōtra tria q̄ sunt in mundo 1. Ioh. 2. Omne q̄d est in mūdo aut est cōcupiscentia oculorū, aut concupiscentia carnis, vel superbia vitæ. Vnde in iustitia. 1. communi operatione omnibus bona præstādo contra auaritiam, & sanctitate perfecta contra luxuriam. 1. Thess. 4. Hæc est voluntas dei sanctificatio vestra, vt sciat vnusquisq; vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij sicut & gentes quæ ignorant deum. Ideo sequuntur desideria passionum. Veritatis dicit contra superbiæ hypocrisin. Galat. 5. Non efficiamini inanis gloriæ cupidi. Propter quod quia vetus hō deponendus est. Deponentes mēdacium loquimini veritatem, vnusquisq; cum proximo suo p quam cum eo recte viuitur. Est aūt omnis homo proximus conditione primæ natiuitatis quoniā sum' inuicem membra. Romanorum. 12. Multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Vnum autem membrum non decipit aliud in eodem corpore, sed condolet & adiuuat. 1. Corint. 12. Irascimini & nolite peccare perfectum est ira non tangi, sed sob

perfectum est ira non tangi

imbecillitatem humanæ naturæ nonnullus iræ impetus perstringat animum, sic irā erumpere gestientem cohibete, vt non exeat in conuitium, aut iniuriam, aut odium. Amb. Naturalis animi motus contra peccantes, ne modum excedat asperius obiurgando temperandus est. Ecclesiastes. 7. Noli esse iustus multum Sol non occidat super iracundiam vestram vt non solum sit innoxia sed etiam breuis ira vestra, quæ citius animos vestros relinquat quam sol terras Nolite locum dare diabolo. In ira perseuerando. Iratus enim male cogitat, & sic se Diabolus inserit vt mala peragat. (Qui) iuxta pristinū vitæ institutū furabatur, iam non furetur sed vltro de suis impartiat, quod si desit facultas, honestis laboribus paret Magis autem laboret opando manib⁹ suis quod bonum est non praua opera lucri vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti non tantum vt sibi sufficiat, sed & vt indigenti subueniat.

¶Cum homines ciuitatis Gerasenorum rogarent Iesum vt transiret a finibus eorum. Matth. 8. In illo tempore. Ascendens. Mat. 9.

¶Dominica p̄cedenti audiuimus quō saluator dicto, & phetę spiritusancto afflati se non solum hominem sed & deum fore ostendit. In hodierno hoc idem ostendit euangelio, morbum tam animæ per peccati remissionem quā corporis solo verbo sanando.

¶Primum, Solicita deuotorum præsentatio in principio.

¶Secūdum. Temeraria pharisæorum blasphemiæ, ibi. Et ecce qui.

¶Tertium. Venusta populi magnificatio, ibi. Videntes autem.

¶Quo ad primum, Psalm. ait: Adiuua nos deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui libera nos, non propter merita nostra, & propitius esto peccatis nostris, propter quæ in varias incidimus miserias, propter nomen tuum. Non enim est aliud nomen sub cælo datum hominib⁹ in quo oporteat nos saluos fieri. Actu. 4. ¶A- EVANG.
scendens Iesum in nauim transfretauit Nauigio transiuit qui pedes potuit. Chrysost. Non sic mundant q ambulant in magnis & mirabilib⁹ sup se, humilia nō sentiētes

⌊ & venit in ciuitatem suam ⌋Caparnaum, vt d. Mar. 2. Eo quod tunc ibi moraretur, & plurima illic fecit miracula. Matth. 11. Sed hic maxime tempore prædicationis conuersatus. ⌊Et ecce offerebant ei paralyticum iacentē in lecto⌋ Mar. 2. Iterū intrauit Caparnaum, & auditum est quod esset in domo, & confestim conuenerunt multi: ita vt non caperent, neq; ad ianuam, & loquebatur eis verbum. Luc. 5. Et ipse sedebat docens, & erant pharisei sedentes & legisdoctores qui venerant ex omni castello Galilææ & Iudææ & Hierusalē, & virtus domini erat ad sanandum eos. Et ecce viri portantes in lecto hominem. (Marc. quia quatuor portabatur) qui erat paralyticus, & quærebant eum inferre & ponere ante eum. Et non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba, ascenderunt supra tectum & per tegulas submiserunt eum cum lecto in medium ante Iesum. Iesus non offensus hac importunitate famulorum, sed potius approbans ardorem fidei (quanquam oportuit non minorem esse fidem ægroti q ipse demitti se vel iusserit vel passus fuerit) cōuersus est ad decumbentem, vt circūstantibus fidem etiam atq; etiā cōmendaret. Nam quod attulerunt eum cum lectica, signū erat fidei; quod dñs eum sanare posset, sed dñs voluit primis eis augere fidem & quod posset illum sanare, & quod insuper ipse is esset, q non solum morbos corporis tolleret, sed etiam pctā remitteret q̄d est dei, & sic eū deū cognoscerent non solum hoiem, primoq; eos doceret primam esse debere curā salutis animæ & vltimā corporis ⌊ Et videns Iesus fidem illorum⌋ offerentiū s. & paralytici ⌊ dixit paralytico ⌋ ficut bonus medicus dans confidentiā de morbo relcuando. ⌊ Confide fili remittuntur tibi peccata tua. ⌋ Prius eam partem morbo liberat, vnde corporis morbus erat, pfectus. Glo. Quantum valet apud deum fides propria, apud quem sic valuit aliena, vt intus & extra sanaret. Hierony. O magna humilitas despectum & debilem & totis membrorum compagibus dissolutum filium vocat, quem sacerdotes dedignarentur tangere. Vel mō dimissis peccatis suis filius, & bene filius quia credebat. Gal. 3. Omnes vos filij estis per fidem. Ioh. 1. Dedit eis potestatem filios dei fieri, his q credunt in noīe eius. Tacite ergo pharisæis & scribis supercilium & arrogantiā exprobrat

¶Quo ad secundum Psalm. ait: Domine refugium factus es nobis a generatione in generationem. Ideo semp saluare potes. Quia ergo scribæ Christum deum esse non credebant, ideo temerarie iudicabant. ⌊Et ecce qdam de scribis⌋ qui sibi sapientes iustiq; videbantur ⌊dicebant intra se⌋ cum non auderent in tanta frequentia fauentiū palā obmurmurare ⌊Hic blasphemat⌋ quid vocarent blasphemiam. Mar. 2. indicat. Quid hic sic loquitur? blasphemat ⌊Quis potest peccata dimittere nisi solus deus⌋ legerant illud. Esa. 43. Ego sum qui deleo iniquitates tuas. Est autem blasphemia attribuere deo quod ei non comperit, aut homini quod solius dei est, ideo indignabātur quod Christus (quem purum hominem existimabant) peccatorum veniam paralytico promisisset tanquam deus. Dominus autem qui dimittendo peccata diuinam suā potētiam subindicarat scribis, vt eos quoq; qui in se blasphemabant saluaret ad veram adducens fidem (tāta est benignitas eius tanta misericordia) se illis vel apertissimo signo manifestauit esse deum, demonstrans sese non latere quid quisq; cogitet, reserando eis secreta cordiū, ac intima cogitationum quæ solius dei est nosse, vt vel sic intelligerent eum non esse blasphemum, nec hominem solum sed deum. ⌊Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum dixit. Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris⌋ iniuidentes benefactis meis. Non cogitabant malum quod solus deus peccata condonaret (quia nemo potest peccata dimittere nisi solus deus. Lucæ. 5. Qui per eos quoque dimittit quibus potestatem dimittendi tribuit. Iohannis 20. Accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt) sed quod Christus non esset deus & blasphemaret. Sed ipse se deum ostendit occulta cordium consilia cognoscendo & propalando, quasi diceret. Ea potestate deitatis qua cogitationes vestras intueri valeo, cognoscite etiam hominibus peccata me posse dimittere. An quia morbus animi nō cernitur oculis corporis, vti nec salus, suspicamini me falso mihi sumere, & aliis polliceri quod p̄stare nō queā. ⌊Quid est facilius dicere⌋ peccatis obnoxio q̄d modo dixi ⌊remittūtur tibi peccata tua⌋, an dicere ⌊paralytico quem totum videtis obstrictum morbo ⌊surge

& ambula. ¶ Vt igitur ex his quæ videtis credatis & illa quæ non videtis, ac filio hominis vtrunq; æque esse procliue, & morbum dicto tollere & peccata condonare, dabo signum omnium sensibus conspicuum. ¶ Vt autem sciatis quoniam filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico. Surge ¶ sanus factus ¶ tolle lectum tuum & vade in domum tuam. ¶ Vt hi qui te nouerunt ægrotum ac salutem desperabant, videant te sic esse factum subito validum, vt non solum pedibus tuis ingredi possis, qui pauloante a quatuor baiulis portabaris, verum etiam lectum tuum gestare cum te gestarit hactenus. Chrysost. Id quod fuit signum infirmitatis sit signum sanitatis. ¶ Et surrexit & abiit in domum suam. ¶ Continuo quod dixit factum est. Nam paralysis omnes vires corporis eneruat & dissoluit, vt peccatum mentis, atqui facile creditu esse debet eum, qui solo verbi imperio totius corporis morbum aufert & solidam in instanti instaurat sanitatem, verbo quoq; posse animæ morbos, quæ peccata sunt tollere, neq; hoc difficilius illo est, quia vtrunq; solius dei. Ipse enim dixit & facta sunt. Quid enim est paralyticus in lecto, quam anima carnis illecebris resoluta, corpore voluptatibus seculi dedito iacens, nec ad bona se erigere valens, quæ surgit animum a carnalibus desiderijs abstrahendo, tollit lectum, carnem spiritui subijciendo. Galat. 5. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Reuertitur in domum, id est, ad internam sui custodiam ne iterum peccet. Sed hoc fieri non potest nisi domino iubente salus restituatur & virtus.

¶ Quo ad tertiũ Psal. ad laudem dei inuitans ait: Qui timetis deum laudate eum, quasi diceret. Alij nõ laudant sed oppugnant, vniuersum semen Iacob glorificate eum, causam subdit, quoniam non spreuit neq; despexit deprecationem pauperis. Vnde hic sequitur. ¶ Videntes autem turbæ ¶ hoc tam euidens miraculum planeq; intelligerent rem non esse potestatis humanæ sed diuinæ ¶ timuerunt. ¶ Solus deus timendus. Deut. 6. Dominum deum tuum timebis & illi soli seruies. Matth. decimo. Eum timete, qui potest & animam & corpus perdere in gehẽnam. Sicut est maledictus qui relicto deo confidit in ho-

mine. Hierem. 17. Maledictus homo qui confidit in homine & ponit carnem brachium suum, & a domino recedit cor eius, sic & qui contempto deo timet hominem. Chrysostomus. Facile deuiat a iusticia, qui in causa non deum timet sed hominem. ⌊ Et glorificauerunt deum ⌋ talem potestatem dedit hominibus ⌊ id est, Christo. Vere nos deum glorificare debemus, qui hanc sibi soli competentem (dimittendi peccata) hominibus .i. apostolis & eorū successoribus dedit potestatem. Vis non dubitare de remissione peccatorum, vade ad eos quibus Christus dixit: Quorū remiseritis, &c. Scribis autem sic erat impositum silentium vt magis exacerbarentur inuidia, nimirū magis suam quærentibus gloriam quam dei, qua per Iesum indies illucescente videbant se obscurari. Quemadmodum enim sol obscurat lucernam, ita diuina gloria obscurat & euanescere cogit omnem inanem hoīm gloriā. Sed horū liuor non in aliud ꝓfuit, nisi ꝙd Christi gloriam obsistendo reddidit illustriorem. Nouit enim deus etiā malitia mortalium ad suam abuti gloriam.

¶ Dominica vicesima.

SImile est regnum celorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. ⌋ Matth. 22. Saluator noster omnes ad salutem vocans æternam, multos qui & si numero vere vocatis hic iungantur, sed non merito, quia veste carent nuptiali indignos admitti ostendit. Hinc apo. Eph. 5. admonet, dicēs: ¶ Videte itaq; ⌊ oculo interiori ⌊ quomodo caute ambuletis non quasi insipientes ⌋ gentium more viuentes, quæ ob mentis cæcitatem non sapiunt qđ sit honestum ⌊ sed vt sapientes ⌋ .i. prouidi de prosequendis & vitandis, vt decet eos qui vere sapiunt euangelicam doctrinam ⌊ redimentes tempus ⌋ omnium rerum dispendio redimentes istam opportunitatem parandæ salutis, bonis operibus insistendo eo auditus ⌊ quoniam dies mali sunt ⌋ dies quantum pertinet ad spatia horarum ordinati sunt, ducunt enim vices, agunt tempora, oritur enim sol & occidit, transeunt tempora. Cui molesta sunt tempora si homines sibi non sunt molesti? Dicuntur ergo dies mali pro miseria hominum & malitia, prima Iohannis quinto. Totus mundus in maligno positus est. Vnde frequenter ex improuiso impedi-

EPISTO.

menta superueniunt retrahentia a syncæritate vitæ & doctrinæ Christianæ, propterea nolite fieri imprudentes, id est, considerati. Matthæi decimo. Estote prudentes sicut serpentes, ne per imprudentiam occasionem detis impijs, vel ut ipsi sæuiant in Euangelium, vel vt vos auocent a professione vestra ⌊ sed intelligentes quæ sit voluntas dei ⌋ a quo expectatis remunerari, quærite quid ei placeat, vt secundum illud operemini & ei conformemini, nam is cupit omnes ad euangelicam salutem adduci si fieri possit. ⌊ Et nolite inebriari vino in quo est luxuria ⌋ non formaliter sed effectiue & causaliter, vt patet in Loth. Genesis decimonono: Qui post vinum commisit incæstum. Hieronymus. Quos Sodoma non vicit vina vicerunt. Prouerbiorum viceſi. Luxuriosa res est vinum & tumultuosa ebrietas, qui in his delectatur non erit sapiens, quia vitia carnis obnubilant intellectum, Ecclesiastici decimonono: Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes. ⌊ Sed impleamini spiritu sancto ⌋ qui datur sobrijs & castis. Hæc est enim felix ebrietas quæ extimulat non ad lasciuas choreas aut ineptas cantiunculas, quibus gentes dæmones suos inclamant ⌊ loquentes ⌋ spiritu sancto instigante non vino ⌊ in psalmis & hymnis & canticis spiritalibus. ⌋ Hoc enim modo poteritis impleri spiritu sancto si vos intelligitis & vos intus instruitis de his quę dictis, scilicet psalmis qui ad bonam operationē admonent. Hymnis qui de laudibus dei, & canticis quæ de æterno gaudio & ideo spiritualiter spiritualia intelligenda sunt, & post locutionem horum ⌊ cantantes ⌋ deum laudantes & de æternis exultantes sicut hymnus & canticum docet ⌊ & psallentes ⌋ opere vt psalmus docet ⌊ in cordibus vestris ⌋ spontanea voluntate ⌊ domino ⌋ intentionem ad deum dirigendo. Colossenses tertio. In omni sapientia docentes & commonentes vosmet ipsos in psalmis & canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris domino ⌊ gratias agentes semper pro omnibus ⌋ donis, & pro omnibus prospe-
ris a propitio deo, & aduersis a consulente vestrę saluti. Primo Thessalonicens. quinto: In omnibus gratias agite, quia gratitudo beneficij accepti, disponit ad receptionem alterius ⌊ in nomine domini Iesu Christi, per quem

nobis largitur omnia: qui cum sibi laudem omnium vult esse communem, deo & patri. Subiecti inuicem in timore Christi. Ambrosius: Non solum auditores prælatis sed etiam prælati subditis, in charitate eis subueniendo & humiliter curam gerendo. Nam etsi dignitas maiorū est, tamen administratoria est, vnde Apost. 1. Corinth. 9. Quum essem liber omnium me seruum feci, vt plures lucrifacerem. Est ergo maiorum (salua tamen dignitate) seruire, sicut minorum est humiliter obedire. Agnoscat inferior autoritatem superioris. At vicissim superior inferioris modulo semet accommodet, quo magis queat prodesse. Nam qui inter Christianos præcellit honore, nō in aliud præcellit, nisi vt vberius prosit. Hæc autem tam maiorum quam minorum ordinata subiectio debet esse in casto timore Christi, qui humilitatē mandauit, & mōstrauit, se per omnia patri subijciens, factus obediens vsque ad mortem. Phi. 2. In timore Christi, qui est timor castus & charitati annexus.

¶Quum pharisæi & principes sacerdotum intelligerent adisse dictam parabolam de locatione vineæ, & ob persequutionem seruorum, & occisionem vnici filij extra vineam alijs locandam, quærebant eum tenere, sed timebant populum qui eum vt prophetam habebant. In illo tempore loquebatur Iesus principibus sacerdotum, & pharisæis in parabolis, dicens: Simile est regnum cælorum homini regi.

¶Dominica præcedenti audiuimus quam benigne dominus confidentes sibi a defectu, & corporis & animę sanuat, peccata condonando & languorem sanando, quo apti nuptiali, quod filio præparauit, reddamur conuiuio. In hodierno ostendit euangelio diram eum qui (veteris conuersationis resumpta veste) intrat ipsum (quū rex ipe venerit) conuiuium, quū inuentus fuerit, æternæ damnationis pœnam passurum.

¶Primum: Amicabilis inuitatorum vocatio, in principio. Simile.

¶Secundum: Bestialis missorum tractatio. Ibi. Reliqui vero.

¶Tertium: Curialis vocatorum perscrutatio. Ibi. Intrauit autem rex, vt videret.

¶Quo ad primum dicit Pſalm. Venite exultemus domino, iubilemus deo ſalutari noſtro. Venite adoremus & procidamus ante deum, ploremus coram domino qui fecit nos, quia ipſe eſt dominus deus noſter, & nos populus paſcuæ eius & oues manus eius. Nam pabulo verbidiuini intra eccleſiam nos paſcit, quam ſibi ſponſam iunxit

EVANG. ¶Loquebatur Ieſus principibus ſacerdotum, & phariſæis in parabolis, dicens: Simile eſt regnum cœlorum ⌊ .i. regnum Chriſti in terra ⌋ homini regi ⌊ ſ. i. deo patri ⌋ qui fecit nuptias filio ſuo ⌊ Gregor. In hoc pater cæleſtis filio ſuo nuptias fecit, quo ei per incarnationis myſteriũ ſanctam eccleſiam ex Iudæis & gentibus ſociauit. Vterus autem virginis huius ſponſi fuit thalamus. Pſalm. In ſole poſuit tabernaculum ſuum, & ipſe tanq̃ ſponſus procedens de thalamo ſuo. Iohan. 3. Qui habet ſponſam ſponſus eſt. Marci ſecun. Non poſſunt filij ſponſi lugere quam diu cum illis eſt ſponſus. Vnde ad coniungendam ſibi eccleſiam incarnatus deus de incorrupto virginis vtero exiuit ⌊ Et miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias ⌋ Miſit prius per prophetas prænuncios incarnationis, miſit poſt apoſtolos vocare inuitatos, id eſt, Iudæos quib⁹ in patriarchis hoc promiſerat. Mira dei benignitas, non ſuffecit inuitaſſe ſed & vocat. ⌊ Et nolebant venire ⌋ id eſt, credere. Ecce nec impotentia nec ignorantia, ſed ſola malicia excludit a regni dei conuiuio, ſed quia noluerũt. Vnde oſtendit obſtinata malicia fieri, quod Iudæi reiciantur ab euangelica ſalute, quodque gentes ſint occupaturæ quo illi ſe reddidiſſent indignos, nullum excludi a regno dei: ſed hoc honoris habitũ eſſe gẽti Iudaice quod primum omnium eſt vocata, & vocata blande, non ad triſtia aut abiecta, ſed ad nuptias, hoc eſt, honorem, delitias ad libertatem euangelicam. ⌊ Iterum miſit alios ſeruos, dicens: Dicite inuitatis, Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia occiſa ſunt, & omnia parata. ⌋ Doctrinam iuſticiæ & menſam ſcripturarum ex omnibus prophetis ordinaui, introitus regni apertus eſt, in fide meæ incarnationis, qui ante fuit clauſus, & omnia parata, nihil reſtat niſi vt venientes diu deſideratis fruamini nuptijs cæteris fide communicando ⌊ venite ad nuptias. ⌋ Sed heu tam felicibus conuiuijs prætulerunt,

(adeo dementes erant) curas quasdam rerum fluxarum viles ac sordidas. ⌊Illi autem neglexerunt⌋ salutis suæ præconium per accidiam ⌊& abierunt,⌋ non venerunt ⌊alius in villam suam⌋ terrenæ ambitioni nimis intendere ⌊alius vero ad negociationem suam⌋ terrenis lucris inhiare per auaritiam, non ad negociationem dei q̄ laudabilis est. Vnde prudens negociator datis omnibus euangelicam comparauit margaritam. Matt.13. vnde dicit suam, id est, terrenam.

¶Quo ad secundum dicit Psalm. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto. Vbi tentauerunt me patres vestri, probauerunt & viderunt opera mea, quadraginta annis offensus fui generationi illi, & dixi semper hi errant corde. Et isti non cognouerunt vias meas, vt iurauī in ira mea, si introibūt in requiem meam. Hæc Paulus Hebræorum: tertio inducit de nouo testamento. Sed Iudæi non solum non receperunt, sed missos ludibriis & contumeliis affectos abiecerāt, vt merito ad gentium transmigrarent vocationem. Nulli ergo imputare valent quod postea tot calamitatibus punirentur. q̄ toties oblatam dei beneuolentiam spreuerint, crudelitatem addentes ingratitudini. ⌊Reliqui vero tenuerunt seruos eius & contumeliis affectos occiderunt⌋ verbis & factis persequendo. Mat.23. Hierusalem quæ occidis prophetas, &c. vide in Festo Stephani. Amos.5. Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfecte abominati sunt. ⌊Rex autem quum audisset iratus est⌋ Audire dei est culpæ perfecta cognitio. Clamat ēm vox sanguinis. Gene.4. Clamant flagitia. Gen.18. Clamor Sodomorum peruenit ad me. Item: Oppressio pauperum & pupillorum. Exod.22. Si læseritis eos, vociferabūtur ad me, & ego exaudiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus. Iræ passio non est in deo sed effectus, s. vindicta, vnde seq. ⌊& missis exercitibus suis perdidit homicidas illos. & ciuitatem illorum succēdit⌋ Hæc dicens: recte illis prædixit excidium vrbis Hierosolymitanæ. Nam per Titum & Vespasianum ciuitatem destruxit, & populum perdidit. Gregorius: Nonnulli vocantis gratiam non solum respuunt, sed & persequuntur, sed missis

exercitibus & angelis qui sunt exercitus dei (vnde & dominus Sabaoth dicitur, id est, exercituum,) perdidit homicidas, quia non solum illorum animæ, sed caro quoq; in qua habitauerant æterna gehennæ flamma cruciatur. Vbi nunc sunt superbi martyrum persequutores, vbi illi qui cõtra conditorem suum ceruicem cordis erexerãt & de huius mundi mortifera gloria tumebant? Ecce iam mors martyrum floret in fide viuentium, & hi qui cõtra eos de crudelitate sua gloriati sunt nequaquã ad memoriam nostram veniunt, vel in numero mortuorum sunt. Sed is qui inuitantem se contemni conspicit regis filij sui vacuas non habebit nuptias, quia sermo dei, & si alicui laborat alibi tamen requiescit. ⌊Tunc ait rex seruis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt.⌋ Omne sacramentum incarnationis peractum est, natiuitas, passio, resurrectio, &c. ⌊sed qui inuitati erant⌋ Iudæi per legem & pphetas ⌊non fuerunt digni,⌋ quia renuerunt quum tamen ipũs potissimum parauerim. Act. 13. Vobis oportebat primum loqui verbum dei, sed quoniam repellitis illud & indignos vos iudicatis æternæ vitæ: ecce conuertimur ad gentes, sic enim præcepit nobis dominus. ⌊Ite ergo ad exitus viarum & quoscũq; inueneritis⌋ sine delectu ⌊vocate ad nuptias⌋ Mar. 16. Ite in mundum vniuersum & pdicate euangelium omni creaturæ. Grego. Si in scripturis sanctis vias actiones accipimus, exitus viarum intelligimus defectus actionum, quia plærunq; facile conuertuntur, quos in terrenis actibus prospera nulla comitantur. ⌊Et egressi serui eius⌋ in vias, dictum erat eis: In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne introieris. Mat. 10. Ascendens vero ait. Actuum primo: Eritis mihi testes in Hierusalem & Samaria & vsq; ad vltimum terræ ⌊congregauerunt omnes quos inuenerunt, bonos & malos.⌋ Sicut ecclesia inter cælum & infernũ est, ita indistincte bonos & malos colligit. Quousque enim hic viuimus, necesse est vt viam permixti pgamus, tunc autem discernimur cum peruenimus. Matthæi decimo tertio. Simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mari & ex omni genere piscium congreganti; quam cum impleta esset educentes, & secus littus sedentes elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras mi-

ferunt, sic erit in consummatione seculi, exibunt angeli & separabunt malos de medio iustorum, boni enim nusquam soli sunt nisi in cælo, & mali nusquam soli nisi in inferno, sed sancta ecclesia hic indiscrete ciues vtrorumq; suscipit, sed tamen in egressione discernit. Si ergo boni estis quamdiu in hac vita subsistitis æquanimiter tolerate malos, nam quisquis malos non tolerat, ipe sibi per intolerantiam suam testis est, quia bonus non est. Terrere autem nos nō debet quod in ecclesia multi mali & pauci sunt boni, quia lata via quæ ducit ad perditionem & multi qui ambulant per eam. Matth. 7. Tanto ergo magis mali tolerandi sunt quanto amplius abundant, quia & in areæ tritura pauca sunt grana quæ seruātur in horreis, & grandes acerui palearum qui ignibus comburuntur. ⌊Et impletæ sunt nuptiæ discumbentium⌋ quæ durant ad finem mundi, vnde & prandium dicitur, quia cœna in nouissimo tempore erit & complebitur (saluandorum impleto numero) in regno cælorum Vt patet Lucæ decimo quarto.

¶Quo ad tertium Psalm. vestem nuptialem spiritu sancto illustratus indicat, dicens; Custodit dominus oēs diligentes se, & omnes vias peccatorum disperdet. Dñs enim quoniam superius ostenderat graues pœnas daturos esse Iudæos, qui toties vocantes affixerint, ac demū occiderint, subindicat & illos manere graue supplicium, qui semel professi vitam euangelicam redirent ad pristinæ vitæ sordes, ne torpeant sui. ⌊Intrauit autem rex vt videret discumbentes⌋ Ad Iudicium veniens illuminabit conscientias vt pateant iudicandorum merita & demerita, primæ Corinthiorum quarto. Illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, ⌊& vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali⌋ fide per dilectionem operante, numero non merito iunctum fidelibus. Gregorius. Si vestem nuptialem fidem vel baptisma accipimus, omnes cum ea ecclesiam intrauerunt, sed charitas est quam conditor in se habuit, quando associādæ sibi ecclesiæ nuptias fecit. Iohan. tertio. Sic deus dilexit mūdum, vt filium suum vnigenitum daret. Qui ergo per charitatem venit ad homines, eandem charitatem innotuit vestem esse nuptialem, q ergo ad Chri-

ti nuptias venimus, cordis vestem mutemus. Quisquis hanc vestem recumbens non habet iam solicitus metuat quod sequitur. ⌊Et ait illi: Amice⌋ per fidem non per operationem. Amicus quia vocatus ad nuptias, sed non de his de quibus dixi Ioh. 15. Vos amici mei estis si feceritis quæ præcipio vobis ⌊quomodo huc intrasti⌋ in congregationem fidelium. Impudentiæ arguit ⌊non habes vestem nuptialem⌋ noui hominis, sed veteris. Ecce rex ad nuptias ingreditur & cordis nostri habitum contemplatur atque ei quem charitate vestitum non inuenit protinus dicit amice, & c. ⌊At ille obmutuit,⌋ Gregorius. Quod dici sine gemitu non potest in illa districtione vltimæ increpationis omne argumentum cessat excusationis, quippe quia ille foris increpat, qui testis conscientiæ intus animam accusat. ⌊Tunc ait rex ministris⌋ malignis spiritibus, vt qui fuerunt culpæ suggestores sint pœnæ actores ⌊ligatis pedibus eius & manibus⌋ tunc ligat pœna quos hic a bonis operibus ligauit culpa, ligat tunc pœna, quia noluerunt ligari a malis, pedes enim qui nunc visitare ægrum negligunt, & manus quæ indigentibus nihil tribuunt, sponte nunc ligantur in vicio, tunc in suplicio ligantur inuitæ, vt bene operari nec velint nec possint. Iohannis nono. Venit nox in qua nemo potest operari ⌊mittite eum in tenebras exteriores⌋ inferni, quia interiores habuit animi, procul a luco beatorum. ⌊Ibi erit fletus & stridor dentium⌋ Ecce pœna dãni & sensus, quatenus singula quæque membra supplicio subiacent, quæ hic singulis vitijs subacta seruiebant Oculi in vanis & vagis effusi fletu, dentes edacitate gauisi, stridore torqeantur, qui causatur a contrarijs causis scilicet acuto & penetrabili ardore ignis & frigore infernali. Iob. 24. transibunt ab aquis niuium ad calorem nimiũ. Item ex furia rationis contra deum, seipsum, & illata tormenta. Sic ergo erit miseris mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu, quia & mors viuit, & finis incipit. & defectus deficere nescit, hæc est causa stridoris dentium, quia sempiternus ibi horror inhabitat. Repulso vno in quo omne corpus malorum exprimitur, generalis sententia infertur. ⌊Multi enim sunt vocati⌋ ad nuptias, fide ⌊pauci vero electi⌋ ad regnum, quasi di

eat & si de vno dixi de multis intelligendum. Vltro vocantur omnes, sed electi non sunt nisi qui vocati parent, quiq; vsque in finem respondẽt diuinæ erga se beneficẽtiæ, in euangelicæ pietatis studio perseuerantes, non enim initium sed finis quæritur. Grego. Tremendum est valde quod audiuimus, ecce omnes nos per fidem vocati ad cælestis regni nuptias venimus, sed sumus electi nescimus, tanto ergo necesse est vt vnusquisque nostrum in humilitate se deprimat, quanto si sit electus ignorat. Nõ nulli enim bona nec incipiunt, nonnulli vero in bonis q̃ inceperunt minime perseuerant. Alter vero pene totam vitam ducere in prauitate conspicitur, sed iuxta finem vitæ a prauitate sua per districtæ pœnitentiæ lamenta reuocatur. Alter electam vitam videtur ducere, & tamen hunc contingit ad erroris nequitiam iuxta finem vitæ declinare. Alius bonum inchoat & melius consummat. Alius in malis actibus a primæua ætate exercetur, & in eisdem operibus semper seipso deterior cõsummatur. Tanto ergo vnusquisque sibi solicite metuat, quanto ignorat q̃ restat, quia quod sæpe dicendum est & nunquã obliuiscendum, multi sunt vocati & pauci electi.

¶ Dominica vicesima prima.

Domine descende priusquam moriatur filius meus ⌊ Ioh. 4. Verba hæc secũdum literam regii salutẽ filij petẽtis, nõ icõcinne esse possũt tẽtati, auxilij gr̃æ postulãtis ne succũbat, aut peccatis aggrauati ne finaliter intereat. Non enim cessat hostis antiqui malitia fideles insectari, quare apostolus in hodierna epistola ad vigilẽ nos hortat armaturã. Eph. 6. ¶ Fratres cõfortamini ⌊ Nihil veriti q̃ minus q̃ dei sũt exeq̃ posiitis, sed ⌊ in dño ⌋ fine quo nihil possumus Iohan. 15. Sine me nihil poteſtis facere. Phil. 4. Omnia possũ in eo q̃ me cõfortat. Ideo Hiere. 20. Dominus autem mecum est tanquam bellator fortis, idcirco qui persequuntur me cadent & infirmi erunt & confundentur vehementer. Vnde Iob. 17. Pone me iuxta te & cuiusuis manus pugnet cõtra me ⌊ & in potentia virtutis eius. ⌋ Vim enim habet ineffabilem quæ omnia superat, qui & dat potẽtem virtutem. 1. Cor. 10. *Fidelis deus qui non patietur* vos tentari supra id qđ

EPISTO.

potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum vt possitis sustinere, ⌊ Induite vos armaturam dei ⌋ qua de us suos armat. 2. Cor. 10. Arma militiæ nostræ nō carna lia sunt, de quibus Rom. 13. Abiiciamus opera tenebraꝝ & induamur arma lucis ⌊ vt possitis stare aduersus insidias diaboli. ⌋ Insidias dicit non bellum, vtpote qui dolo & variis machinationibus captat animas non virtute Leo. ⌈Omniū discutit consuetudines, ventilat curas, scrutatur affectus, & ibi quærit causas nocēdi vbi quemq; viderit curiosius occupari. Vt ergo cautiores reddat subditur hostium q̄litas. ⌊ qm̄ non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem ⌋ .i. hoies passibiles ⌊ sed aduersus principes & potestates, aduersus mūdi rectores ⌋ non machinę mundialis sed hominum mundanorum, de quibus Ioh. 1. Et mundus eum non cognouit, qbus præsident cum per opera se ipsis subiiciant ⌊ tenebraꝝ harū ⌋ .i. negtiarum q̄ in hoc seculo pro valida & clara habent, in altero vero pro tenebris Ioh. 1. Tenebræ eam non cōprehenderunt ⌊ contra spiritualia negtiæ in cælestibus. ⌋ Non cauendi qa spirituales & inuisibiles, sed qa nequam Sunt enim spīritꝰ, sed nequitiæ, sed angeli, lucis sunt spīritus & bonitatis. Nec pro parua re pugnant, sed cælesti hæreditate tollenda, nosq; circundant, quia in hoc aere in cælestibus sunt, vnde & per aues cæli, domino teste signantur. Matt. 13. ⌊ Propterea accipite armaturam dei, vt possitis resistere in die malo ⌋ Iac. 4. Resistite diabolo & fugiet a vobis. 1. Petri. 5. Cui resistite fortes in fide. In die dicit propter breuitatem. Malo, quia Iob. 7. militia ē vita hominis super terram. Vñ Ephe. 5. Redimentes tempus quoniam dies mali sunt ⌊ & in omnibus perfecte stare ⌋ quia aliter non potestis. Quoniam multi post victoriam cecidere, standum est inquit. Aduerte autem quem admodum liceat nobis hostem vincere & statum seruare. Sed quō standum. ⌊ State ergo succincti lumbos vestros in veritate ⌋ .i. non inclinati terrenis, lumbi animę vires concupiscentiæ non relaxando ad malum, cingulo castitatis frenantes nō simulatorie, sed vere, ppter Christum ⌊ Induti loricam iusticiæ ⌋ Aug. Iusticia, ius cuiq; faciendo q̄ sicut thorax quenq; tutatur. Esa. 59. Indutus ē iusticia vt lorica. 1. Thes. 5. Nos autem qui dici sum' so

brij simꝰ, induti loricam fidei & charitatis ⌊ & calceati pedes in præparationē euangelij pacis, ⌋ vt secundū euangelium viuentes, per opera recta præparemus euangelium pacis. Notanter pacis dicit insinuans non cum hominibꝰ sed dæmonibus nobis belligerandum, & cum deo pace fruendum. ⌊ In omnibus ⌋ tam prosperis quam aduersis ⌊ sumentes scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere ⌋ Aug. Fides scutum est sub q̄ tuta est iusticia, sicut sub munimine omnium virtutum. Ignea dicuntur tela, nedum quia ad fœdiora incendunt, sed quia in conscientia ipsa harum sentimus ardorem. Nequissimi, id est, diaboli. Caro enim mala, quæ concupiscit aduersus spiritum. Galat. 5. Mundus nequior quī totus in maligno positus est. 1. Iohan. 5. Sed diabolus ne quissimus, qui non cessat nos persequi, 1. Petri. 5. Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret. ⌊ & Galeam salutis assumite. ⌋ 1. Thessalonicensis quinto. Galeam spem salutis. Cuius memoria mentem obnubilat ne deficiat. Nam qui sperat æterna facile contemnit temporalia ⌊ & gladium spiritus quod est verbum dei. ⌋ Matthæi decimo. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Hic gladius quem percutit a mundo diuidit. Viuus enim est sermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ & corporis compagumque & medullarum. Hebræorum quarto: hunc gladium venit dominus mittere in terram. Matthæi decimo: Non veni pacem mittere sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam, & inimici hominis domestici eius. Si a domesticis, quanto magis ab aduersarijs diuidit & defendit verbum dei non auditum, sed factum. Iohannis decimotertio: Si hæc scitis beati eritis, si feceritis ea.

¶Cum dominus relicta Iudæa iterum in Galilæam rediret per Samariam, venit in Cana Galilææ, vbi fecerat ex aqua vinum. Exceperunt autem eum Galilæi cum oia vidissent q̄ fecerat Ie. Hieroscly. in die festo, & ipsi enim venerant ad diem festum. In il. t. Erat qdā reg.

Dominica vicesima pri. post Octa.

¶ Dominica præcedenti audiuimus quomodo rex noster Christus curiam cælestium proclamauit nuptiarum, sed inter paucos qui venerant, vnus nuptiali contempta veste ligatis manibus pedibusq; in tenebras protectus est exteriores. Quare hodierno in euangelio exemplo reguli, si filius noster (spiritus scilicet) peccati infirmitate nuptiali destitui incipiat veste, moneamur humili apũ deum prece virtualem vitalis gratiæ amictum quærere antequam morte & hoc æterna succumbat. In quo tria summantur.

¶ Primum, Diffidentialis reguli deprecatio. In principio.

¶ Secundum, Effectualis dubij increpatio. Ibi: Dixit autem Iesus.

¶ Tertium, Fontalis infirmi curatio. Ibi

¶ Circa primum, Solent homines præposteró ordine post medicorum expertam inualitudinem diuinum requirere auxilium, quo contra sapiẽs. Eccle. 38. Fili in tua infirmitate ne despicias teipm, sed ora dominum & ipse curabit te. Auerte a delicto & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuum. Vnde & Saluator Iohan. 5. cuidam triginta octo annos in infirmitate habẽti sanato dixit: Ecce sanus factus es, iam noli peccare ne deterius tibi contingat. Infinuans nonnunquam ob peccata infirmitates infligi. Cum ergo nullum eẽt filio reguli salutis remedium (nam incipiebat mori) audita miraculorum Iesu fama periculum timens iuit ad Iesum. Chrysost. Regulus dicebatur, eo quod de genere regio, aut qa aliquam principatus dignitatem obtinebat, aut quia sic vocatus. Non legitur rex aliquis tunc in Galilæa, nisi Herodes, fuisse: quare regius præfectus videtur. ¶ Erat ergo quidam regulus cuius filius infirmabatur Caparnaum ⌋ Erat Caparnaum Metropolis Galilææ, quare præfecti ibi erant. Solicitus regulus de salute filij, quem animam agere cernebat ad Christum properabat. Non enim est census super salutem corporis. Ideo, Melior est pauper sanus & fortis viribus, quam dives imbecillis & flagellatus malitia. Eccl. 30. Ideo Iob. 2. Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo dabit pro anima sua. Si tam preciosa est vita corporis, quam preciosa est vita animæ? Sed nouissima

EV ANG.

de hac nobis cura est, cum tamen Saluator dicat Matth. 16. Quid prodest homini si mũdum vniuersum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur. Rationem anne ctit. Filius enim hominis vẽturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vnicuiq; secundum opera sua. Homo vero per malitiam occidit animam suam. Sap. 16. Nam stipendia peccati mors. Rom. 6. Sit ergo prima nobis de salute animæ cura, prout admonet Saluator Mat. 6. Quærite primum regnum dei & iusticiam eius, & hæc omnia (victus, vestitus, salus corporis) adijci entur vobis. ⌊ Hic cum audisset quia Iesus aduenisset a Iudæa in Galilęam. ⌋ Nam plura signa fecerat, prout Nicodemus ait Iohannis tertio: Scimus quia a deo venisti magister. Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo. Vnde audiuit ab ijs forte, qui vini miraculo interfuerant, vel a Galilæis qui venerant ad diem festum Hierosolymis, & viderant quæ fecerat Iesus. Ecce quam bonum est de Christo log & audire. Nam Rom. 10. Fides ex auditu. Non vano non turpi, sed auditus per verbum Christi. Ideo. 1. Petri. 4. Si quis loquitur quasi sermones dei, quia. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. 1. Cor. 15. Concepit hic regulus bonam quandam de Christo opinionem, licet minus rectam, quia hominem quidem sanctum curare valentem credidit, sed non deum, quare ⌊ abijt ad eum, & rogabat eum vt descenderet & sanaret filium eius ⌋ vt ex pñtia magis incli naret eum ad descendendum ⌊ incipiebat enim mori, ⌋ quare nullum ammodo erat medicinæ remedium, vnde se contulit ad Iesum. Non ad Pythones, quemadmodum Ochozias qui cadens per cancellos cœnaculi sui misit ad consulendum Beelzebub deum Accaron, vtrum viuere q ret de infirmitate. Cui angelus per Eliam nunciauit, dicens: Nunquid non est deus in Israel vt eatis ad consulendum deum Accaron. Quamobrem hæc dicit dominus: De lectulo super quem ascendisti non descendes, sed morte morieris. 4. Reg. 1. De talibus Leuit. 20. Anima quæ declinauerit ad Magos & Ariolos, & fornicata cum eis fuerit ponam faciem meam cõtra eam, & interficiam illam de medio populi mei. Vere incipimus mori quam primũ incipimus viuere, ex ea hora qua inuidia diaboli mors in

trauit in orbem terrarum. Sap. 2. Vnde. 2. regum. 14. Oēs morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram quæ non reuertuntur. Morimur in præsenti dicit. Cum multo periculosior sit infirmitas animæ quam corporis, exemplo huius reguli ad dominum accedere debemus, dicentes: Ego dixi domine miserere mei, sana animam meam, qa peccaui tibi. Psalmo quadragesimo. Ecce infirmitatis causa peccatum. Sed peccatum cum consummatum fuerit generat mortem. Iac. 1.

¶ Quantum ad secundum. Constat Iudæis quasi ex natura insitam hanc fuisse consuetudinem, vt quibuscunq; rebus licet diuinis fidē nō nisi per signa ac commodarēt. Vnde. 1. Cor. 1. Iudæi signa petunt, & græci sapientiam quærunt. Vnde Iohan. 12. Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis, & Mat. 12. Magister volumus a te signum videre. Sed obstruit dominus ora signa quærentium. Lu. 16. Habent Mosen & prophetas audiāt illos. Si Mosen & prophetas non audiunt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit credent. Vidēs ergo dominus debilitatem fidei cordis sui, ad altiora eleuādo secreta cordis idicat, vt saluberiter confundatur & ad cognitionem diuinitatis consurgat, cuius solius est cordis secreta scire. 1. regum. 16. Homo videt ea quæ patent, deus autem intuetur cor.

[Dixit ergo Iesus ad eum] imperfectam ipsius indicās fidem. [Nisi signa & prodigia videritis non creditis.] Signa miracula sunt secundum naturam, vt infirmi curatio. Prodigia quæ præter & supra naturam, vt cæci illuminatio, mortui suscitatio. Gregor. Mirū cur is qui ad filiū salutē petendā venerat audiuit. Nisi signa, &c. Nisi. n. crederet saluare posse non peteret. Sed mementote quid petiit, & aperte cognoscetis quia in fide dubitauit. Hæc ille [dixit ad eum regulus. Domine descende priusquam moriatur filius meus.] In tribus ergo dubitauit. Primo. In eius essentia quæ vbiq; præsens est cum sit diuina. Nam ait: (Domine descende) Dominum vocat cui tamen vere dominationis dignitatem non concedit. Gregori. Corporalem domini præsentiam petebat, qui per spiritum nusquam deerat. Minus ergo in illum credidit quē non putauit salutem posse dare nisi presens esset corpore. Hiere. 23. Nunquid cælum & terram ego impleo. Ideo

ps. Quo ibo a spiritu tuo, & quo a facie tua fugiam Si ascendero in cælum tu illic es, & cæ. Regulus ergo vt erat totus intentus periculo filij morientis nihil domino respondit quod existimaret huiusmodi colloquio tempus eximi, quum morbus poscret præsens remedium. Vrget vt veniat quasi frustra venturus si post ex halatam semel animã veniret, vnde. Secundo dubitauit in eius potentia. d. (priusquam) quasi non posset mortuum suscitare, cum ipse habeat claues mortis & inferni. Vnde Apoc. i. Sap. 16. Tu es domine qui vitæ & mortis habes potestatem, deducis ad portas mortis & reducis. Deut. 32. Videte quod ego sim solus, & non sit alius deus præter me. Ego occidam & ego viuere faciã, percutiam & ego sanabo & non sit qui de manu mea possit eruere. Nam super corpus & animam habet potestatem. Mat. 10. Timete eum qui postquam occiderit habet potestatem corpus & animam mittere in gehennam. Tertio. In eius scientia d. (moriatur) q. d. Propinquus morti est, quasi nesciret quantã infirmaretur. Cum tamen omnia nuda & aperta sint oculis eius. Hebr. 4. O quam multi & hodie & si non verbo facto tamen ostendunt se nõ credere dei prouidentiam ad hæc inferiora se extendere iuxta illud Iob. 22. Circa cardines cæli perambulat nec nostra considerat, de quibus Eccl's. 8. Etenim quia non profert cito contra malos sententia, absq; timore vllo filij hominum perpetrant mala Sed Eccle. 5. Ne dixeris peccaui & quid mihi accidit triste, altissimus est enim paciens redditor.

¶Quantum ad tertium. Quamuis exiguæ esset fidei, non credens, nisi præsentia corporali sanare nec mortuum posse suscitare, tamen dominus sua benignitate plus quam petebat fecit, signum & prodigium ostẽdens. Non enim imperitiam nostram Christus in omnibus respicit, sed vt diues in misericordia. (Ephe. secundo) etiam peccantibus auxilium affert. Plus enim semper dat quam rogari possit. Ideo apostolus. 2. Corin. 1. Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum & deus totius consolationis, qui cosolatur nos in omni tribulatione nostra. Iesus ergo non obiurgata fide reguli ostendit re ipsa longe plus se posse quam ille confideret absens curado solum voluntatis suæ beneplacito, vt fi-

dem probaret regulo, etiam absentem posse conferre salutem ⌊dicit ei Iesus. Vade⌋ confidenter nihil hæsitans aut solicitus ⌊quia filius tuus viuit,⌋ quem morientem reliquisti. In quo ostendit verbum suum esse factum suū. Greg. Sed dominus rogatus vt veniat, quia non desit vbi inuitatur indicat, solo iussu suo salutem reddidit, quivo luntate omnia creauit. ⌊Credidit homo sermoni quem dixit ei Iesus & ibat.⌋ Hoc dicto nonnihil cōfirmata est fides reguli, nam domum properat fretus sermone Iesu. Claret & quantum iste profecerit ex increpatione saluatoris quia enim dixerat nisi signa, &c. statim vt audiuit, vade filius tuus viuit, continuo credens ibat. Sed vnde hoc nisi quia is qui foris increpabat intus illuminabat. Ipse ēm illuminat omnem hominem venientem in hunc mundū. Iohan. 1. Ideo apostoli dixerunt. Luc. 17. Domine adauge nobis fidem. Et pater lunatici. Credo domine adiuua incredulitatem meam. Mar. 9. Credidit ergo Christum verbo illo sanitatem dedisse, quo dixit: Vade filius tuus viuit & ibat, facto ostendēs se credere, nam necessaria est fides per dilectionem operans. Gal. 5. ⌊Iam autem eo descendente serui occurrerunt ei,⌋ repentina sanitate stupefacti rem lætam nunciaturi patri de filio, ne iam solicitaret Iesum opera nihil esse opus ⌊ & nunciauerunt dicentes ga filius eius viueret. ⌋Suspicabant ēm casu q̄piā puerum conualuisse, ignari quid actum esset inter regulum & Iesum. Volens autem de miraculo certior fieri ⌊interrogabat ergo horā abeis in qua melius habuerat, Et dixerunt ei, quia heri hora septima reliquit eum febris.⌋ Nota. Primo euangelista posuit filium infirmari. Secundo, periculum quia incipiebat mori. Tertio, speciem infirmitatis, quia febris ⌊Cognouit ergo pater quia illa hora erat in qua dixit ei Iesus filius tuus viuit⌋ Eodem enim puncto horæ Christus verbū protulit & sanitatis affuit effectus. Ipe enim dixit & facta sunt. Iamq; certum habebat non casu sed virtute Iesu filium conualuisse. Nec fructu caruit hoc miraculum quanq̄ in hominem ethnicū collatum ⌊ Et credidit ipse ⌋Chm esse messiam ⌊ & domus eius tota⌋ exemplo & persuasione eius inducta, qui didicit ab eo diuinæ potentiæ virtutem, ac solius verbi dei beneficium, effectum enim viderant, sed virtutis ope

fationem non nouerat. Duos eodem tempore saluator curauit, regulum in anima filium in corpore. Gregorius Quid est quod Saluator noster ad filium reguli rogatus ire noluit, ad seruum autem centurionis non rogatus iuit nisi quia superbiam nostram retundit, qui in hominibus non naturam qua ad imaginē dei facti sunt, sed honores & diuitias veneramur, & sola quæ circunstant homines pensamus, Iacobi. secundo. Fratres nolite in personarum acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi gloriæ. Etenim si introierit in conuentum vestrum vir aureum annulum habens in veste candida, introierit autem & pauper in sordido habitu, & intendatis in eum, qui indutus est veste præclara & dixeritis: Tu sede hic bene, pauperi autem dicatis. Tu sta illic aut sede sub scabello pedum meorum, nonne iudicatis apud vosmetipsos, & facti estis iudices cogitationum iniquarum? Si tamen legem perficitis regalem secundum scripturas, Diliges proximum tuum sicut teipsum, benefacitis, si autem personam accipitis, peccatum operamini redarguti a lege quasi trāsgressores. Deut. primo. ita paruum audietis vt magnum nec accipietis personam cuiusquam, Alio modo vt fidem reguli confirmaret se absentem posse sanare. Centurionem autem hoc credentem laudauit. Matth. octauo. Exemplo ergo huius reguli in infirmitate tam corpali quā spirituali ad dominum curramus, sanati gratias referamus, & alios ad deum laudandum inuitemus.

¶ Dominica vicesima secunda

MIsertus dominus serui illius dimisit eum, & debitum dimisit ei. Matt. 18. Saluator noster cuius misericordiæ plena est terra, peccatores ad veram adducens pœnitentiam, verbis, parabolis, & factis clementiæ suæ ostendit immensitatem, quatenus relecto peccatorum pondere, fidenter ad ipsum curreremus, totam spem in ipsum ponētes. Vnde apostolus in hodierna epistola Philipp. 1. ¶ Confidimus in domino. non in vobis vel aliqua creatura, quia Hiere. 17. Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & a domino recedit cor eius. Erit enim quasi myricæ in deserto, & non videbit cum venerit bonum, sed habitabit in ficcitate in deserto, in terra salsugi

ad Philipen. 1.
EVANG.

ginis & inhabitabili. Benedictus vir qui confidit in domino, & erit dominus fiducia eius, & erit quaſi lignum quod trāſplantatur ſuper aquas, quod ad humorem mittit radices ſuas, & non timebit cum venerit æſtus, & erit folium eius viride, & in tempore ſiccitatis non erit ſolicitum, nec aliquando deſinet facere fructum, vnde ſequitur ⌊ in hoc ipſum, quia qui cœpit in vobis opus bonum perficiet vſq; in diem Chriſti Ieſu ⌋ qui cœpit opans perficiet cooperans. Phi. 2. Deus eſt enim qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate. Auguſt. Ipſe vt velimus operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens, vnde 1. Cor. 15. Ego ſum minimus apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari apoſtolus, quoniam perſecutus ſum eccleſiam dei. Gratia autem dei ſum id quod ſum, & gratia eius in me vacua nō fuit, ſed abundantius illis omnibus laboraui. Non ego autem, ſed gratia dei mecum. ⌈ Sed qui perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit. Mat. 10. Ideo addidit vſq;, & cōid eſt, mortem cuiuſlibet hominis, tunc enim deus cuilibet ſe manifeſtabit reddens vnicuiq; ſecundum opera ſua. Phil. 3. Fratres ego non arbitror me comprehendiſſe. Vnum autem, quę quidem retro ſunt obliuiſcens: ad ea vero quæ ſunt priora extendnes meipſum, ad deſtinatum perſequor ad brauium ſupernæ vocationis dei in Chriſto Ieſu. Ad humilitatem ergo inducit deo ſoli omnium rerum ſummam tribuens, quia qui cœpit perficiet. Laudat etiam ipſos, quia in vobis dicit. i. vobis volentibus. ~~Nam niſi in homine in~~ ~~ſi recte agendi voluntas, nec deus in~~ ipo boni aliquid operabitur. Sicut autem inchoatio operis meritorij eſt a deo, ita & cōtinuatio & conſummatio. ⌊ Sicut eſt mihi iuſtum hoc ſentire pro omnibus vobis ⌋ Nā de bono principio iuſtum eſt ſentire finem bonum, maxime circa istā dilectos, quia dilectio facit ſopinari bonum de dilecto, vnde ſequitur: ⌊ eo p habeam vos in corde ⌋ .i. intimo affectu charitatis, non in ſolis labijs. 2. Cor. 11. Aemulor vos dei æmulatione ⌊ & in vinculis meis ⌋ in nullo veſtrum immemor ſiue vinctus. ſciens vos quoq; vinctos pro euangelio patiendo ⌊ & in defenſione & cōfirmatione euāgelij ⌋ Certum erat enim, niſi verum eſſet euangelium tam ita Paulus non ſuſtinuiſſet, p eo defendendo ⌊ ſocios mei

gaudñ omnes vos esse ⌋ q.d. iustum est sentire vos futuros socios consolationis meæ in patria, sicut estis tribulatiõis i pugna, q̃re & nũc gaudeo. Act. 5. Ibãt apostoli gaudentes a conspectu concilñ, quoniam digni habiti sunt, p nomine Iesu contumeliam pati, vnde Phi. 1. Vobis donatum est pro Christo, non solũ vt in eum credatis, sed etiam vt pro illo patiamini, idem certamen habentes, quale & vidistis in me & nũc auditis de me. ⌊ Testis enim mihi est deus quõ cupiam omnes vos esse in visceribus Iesu Christi ⌋ Quum immensum animi sui desiderium nequeat explicare deo relinquit, qui scrutat corda, ipsis se non adulari vel simulato animo dicere. In. vis. Ie. Chri. i. Non gratia alicuius rei humanæ, nec quia necessaria ministratis, sed dei in charitate hæc dixi, vel cupio vt eo affectu diligatis Christum & proximum, quo ipse qui animã suã posuit. Ioh. 10. Vel diligamini a Christo quasi ei' viscera ⌊ Et hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet ⌋ .i. crescat quia semp debet crescere in via ⌊ in omni scientia ⌋ discretionis. Orat pro eis, vt augmentũ habeãt charitatis, vt sciant in quibus diligendus sit deus & proximus, vt amẽt proximos, non vicia ⌊ & in omni sensu ⌋ vt memoria teneãt, bonis proximi congaudendo ac malis compaciendo ⌊ vt probetis potiora ⌋ non vt tantum sciatis discernere inter bona & mala, sed etiam inter bona quæ sint potiora probetis. i. approbetis. Eph. 5. Nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas dei. Sed quo fine? ⌊ vt sitis synceri, ⌋ .i. puri & mundi in vobisipsis. Nam qui mundus est rectum est opus eius. Pro. 21 Beati autem mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Mat. 5. Sitis ergo syceres sine operibus corruptionis ⌊ integri ⌋ quo ad deũ & quo ad proximum ⌊ sine offensa ⌋ 1. Corint. 10. Sine offensione estote Iudæis & gentibus, & ecclesiæ dei, sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant. Et hoc perseueranter ⌊ in diem Christi, ⌋ id est, finem vitæ. Non solum sine malis, sed & ⌊ Repleti fructu iusticiæ, ⌋ id est, operibus quæ sunt fructus insticiæ. Ephesi. quinto: Fructus enim lucis est in omni bonitate & iusticia & veritate, probantes quid sit beneplacitum deo. Vel fructu iusticiæ, id est, mercede æterna, ⌊ per

Iesum Christum ⌋ per quem venit omne meritum, nō viribus vestris ⌊ in gloriam & laudem dei, ⌋ non vestram, vt digni sitis ipsum laudare. Psalmista. Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt.

Matth. xviij. ¶Cum Petrus audisset a domino correptum ecclesiam contemnentem tanquam ethnicum & publicanum habēdum, obaudientem lucratum fore, tanquam magni quid faceret gloriabundus, interrogauit an vsq; septies parceret peccanti. Respondit Christus, non dico tibi vsq; septies, sed septuagies septies, id est, toties quoties poscceret ignoscendum. Et ne videretur oneri esum toties dimittere, adiecit. In illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc.

¶Dominica præcedente audiuimus quam benigne dominus petentibus sanitatem tam mentis quam corporis tribuit in regulo & eius filio. Hodie ostēdit quod sui seruiexemplo sui, benigni inuicem esse debent, alioquin in pristinam relapsuri iacturam misericorditer relaxatam.

¶Primum: Generalis debiti remissio. In princ.

¶Secundum: Horribilis serui peruersio. Ibi: Egressus autem seruus.

¶Tertium. Interminabilis ingrati punitio. Ibi: Tunc vocauit eum.

¶Quo ad primum dicit dominus Luc. 17. *Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus, quod debuimus fecimus.* Vbi ostendit semp nos ipsi obligatos & misericordia indigere, vtpote cum ipse bonorum nostrorum non egeat. Quia ergo ad obseruandam pacem non minus necessaria est relaxatio iniuriæ, quam recompensatio beneficij. Ideo dominus in regno ecclesiæ hanc promulgauit legem, vt vnusquisq; in se peccantibus remittat, alioquin sibi non remitteretur tanq; offendenti in legem, quum nos aliquando vicissim peccemus in proximum, sed multo cum crebrius tum grauius in deum, in quem quoties delinquimus hoc grauius peccamus, quo maioris est in quem peccamus, quoq; maiora beneficia ab illo cepimus indigni simus qui veniam impetremus, vel a proximo vel a deo, qui vel millies peccanti condonat, si modo resipiscat, si fratri tanto leuius

peccanti, non grauemur offensam remittere, presertim cũ deus hac lege nobis ignoscat commissa nostra, vt illius exemplo prouocati faciles & exorabiles simus in proximum. Hinc dominus ⌊Simile est regnum cælorum⌋ præsens. s. ecclesia congregatio fidelium, quæ modo bonos & malos habet. Mittet autem (in fine scilicet mundi) filius hominis angelos suos & colligent de regno eius omnia scandala. Mat. 13. & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis. Regnum quidẽ est sine tyrannia, quia libere ex amore seruitur. Cælorum dicitur, qa legibus cæli subiicitur, nam licet in terris peregrinetur, cælum tamen sibi patriam reputat, ad eam tendens desiderio, 2. Cor. 5. Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex deo habemus domum non manufactam sed æternam in cælis. Ideo Phil. 3. Nostra conuersatio in cælis est ⌊Homini⌋ i. Christo quia in similitudinem hominum factus & habitu inuentus vt homo Phil. 2. ⌊Regi⌋ Apocal. 19. Rex regum & dominus dominantium, quia omnia manuete regit. Sap. 8. Attingit a fine vsq; in finem fortiter & disponit omnia suauiter. Item. 12. Tu autem dominator virtutis, cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis. Hoc est contra austeros prælatos. Est autem misericors, misericordiam quærentibus & iudex durus ingratis. ⌊Qui voluit rationem ponere cum seruis suis⌋ Remigius. Christus meritorum examinator, iam per scripturarum ratiõem cum seruis ponit. Exigit rationem cum rationalis sic, an secundum rationem vixerit vt homo, an secundum passionem desiderij, vt brutum. Item de bonis commissis vt animæ, corporis, fortunæ gratiæ. Matt. 25. Sicut homo qui peregre proficiscens vocauit seruos suos & tradidit illis bona sua, & vni dedit quinq; talenta, alij duo, alij vero vnum, vnicuiq; secundũ propriam virtutem, & profectꝰ est, statim sequitur. Post multum vero temporis venit dominus seruorum illoꝝ & posuit rationem cum eis, Vbi nota quod dominus generalem ponet omnium rationem, vbi nulli datur spatium pœnitendi, in qua exacte etiam de verbis otiosis rationem exiget. Matth. 12. Omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines reddent rationem de eo. Immo

in cogitationibus impij erit interrogatio. Sap.1. Huius hic incipit consummationem. Vnde hic dicitur. ⌊ Et cū cœpisset rationem ponere ⌋ .i. intus examinare. Incipit rationem ponere, cum nunc terrore mortis, nunc flagello conscientiæ, nunc gehennæ metu, aut similibus ad cogitandum dissipationem gratiarum, & peccata cōmissa compellit. ⌊ Oblatus est ei vnus qui debebat ei decem milia talenta ⌋ Omnes debitores sumus regis altissimi, vnde orare nos docuit. Dimitte nobis debita nostra. Et quid per debita intelligat ostendit ibidem. Si enim non dimiseritis hominibus peccata eorum, &c. Matth. 6. Omnes autem peccauerunt & egent gloria dei Roman. 3. In multis enim offendimus omnes. Iaco. 3. Duo sunt quæ offerunt peccatorem. Primum conscientia. Cum enim deus sit omnibus præsens, euidentia tamen conscientiæ facit peccatorem deo præsentem. Non enim potuit latere primus homo, quem conscientiæ reatus demonstrabat in publicum, velabat quidem pudenda foliis abscondit se inter fruteta, & tamen euidentia criminis fecit ipsum præsentem deo. Nonē est qui se abscondat a calore eius. Greg. Mala hominum & cogitata nec deus ignorat, nec perpetrata obliuiscitur: nisi ab eius oculis pœnitendo deleantur. Deus enim quia lux est, quoties indigne aliquid mente concipimus, toties in lucem peccamus, qa etiam ipse sibi non præsentibus præsto est, ideo peruerse gradientes in ipso impingimus, a quo per meritum longe sumus. Cum vero videri nos non credimus in sole clausos oculos tenemus, illum videlicet a nobis abscōdimus, non nos illi. Hæc ille. Rom. 2. Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium aut etiam defendentium in die cū iudicabit deus occulta hominum secundum euangelium meum, per Iesum Christum. Secundum diabolus de quo Apocal. 12. Audiui vocem magnam in cælo dicentem: Nūc facta est salus, & virtus & regnum dei nostri, & potestas Christi eius, quia proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum dei nostri die & nocte. Debitum decem milium talentorum, obligatio est perfecta decem præceptorum qua neglecta pec

tata grauia & multa in locum suffecta sunt. ⌊ Cum autē non haberet vnde redderet, iussit eum dominus eius venundari, & vxorem eius & filios, & omnia quæ habebat & reddi.⌋ Nihil aliud domino pro acceptis retribuere possumus beneficijs nisi gratiarum actionem, sed, p commissis culpis cum nihil in peccatore deo gratum sit, satisfacere non possumus. Potest enim homo per se in peccatum ruere, sed non per se resurgere. Psalm. Nisi quia dominus adiuuit me paulominus habitasset in inferno anima mea. Venditio est pœnæ æternæ obligatio, cui omnia per peccatum sunt obnoxia, & diuinæ iusticiæ commination. Chrysost. Terrere vult vt per minas ad supplicationem ducat. ⌊ Procidens autem seruus ille rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.⌋ Humiliauit se corpore & ore. Cum sponte nollet malus coactus pœnituit vitæ resipiscentiam & emendationem & iuxta diuinæ legis sanctionem satisfactionem pollicēdo, quasi d. Domine ne in furore tuo arguas me. Iob. 10. Dimitte me vt plangam paululum dolorem meum, ante quam vadam & non reuertar ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine. Psal. Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Remigius: Vox peccatoris exprimitur, poscentis tēpus viuendi & spacium corrigendi. Procidit cum seipm abiecit, cum superbam mentem & erectam inclinat. Cucurrerat enim aduersus deum erecto collo & pingui ceruice armat⁹ est. Iob. 15. Sed timore iudicis se ad pedes deiecit. Omnia autem dedit qui se deo dedit. Romano. 6. Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iusticiæ in sanctificationem. Q̄ grata fuerit humiliatio, patet ⌊ Misertus autem dominus serui illius⌋ supplicis & pelui, & si seruus tamen misertus est eius tanq̄ pater filij. Psal. Quō miseretur pater filiorū, misertus est dominus timentibus se ⌊ dimisit eum⌋ liberum quem incarcerari iusserat, & venundari ⌊ & debitum dimisit ei⌋ Aduerte diuinæ dignationis magnitudinem, plus dedit quam petierat. Dilationem petierat, & meruit remissionem, promisit satisfactionem: & hanc de

psto: xxxvij

us reputauit sufficientem emendationem. Vere miserati ones eius super omnia opera eius, quia non solum electis sed & reprobis qui ad tempus credūt siue ad tempus fructus pœnitentiæ exercent, per baptismum aut pœnitentiam peccata dimittet, sicut per prophetam dicit. Ezech. 18. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iusticiam vita viuet & non morietur Omnium iniquitatum eius quas operatus est non recordabor. Vnde quam grata sit humilis oratio dicitur Eccl. 35. Oratio humiliantis se nubes penetrat. Dicit dominus de Achab. 3. Reg. 21. Nonne vidisti Achab humiliatum coram me. quia ergo humiliatus est mei causa non inducā malum in diebus suis. Conuertimini (ergo ait Ioel. 2.) ad dominum deum vestrum qa benignus & misericors est, patiens & multæ misericordiæ, & præstabilis super malicia. Quæ tanta est vt peccata hominum videatur non aduertere dum non statim corrigit, sed quare hoc indicat apostolus. Roman. 2. An ignoras quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit. Chry. Cur non ante ratiocinationē debitum dimisit. Responsio, vt ad conseruū mansuetior fiat.

¶ Quo ad secundum dicitur. Eccl. 27. Si non in timore domini tenueris te instanter cito subuertetur dom⁹ tua. Vnde ⌊ Egressus autem seruus ille ⌋ sicut Cayn a facie domini non reueritus maiestatem nec timens potestatem, oblitus clementiæ dominicæ erga se. August. At ille debito liber sed iniquitatis seruus. Rom. 6. Cum serui essetis peccati liberi fuistis iusticiæ ⌊ inuenit vnum de conseruis suis ⌋ ideo conditio ipsum debebat exhibere placabilem. Non enim erat seruus suus sed conseruus. Omnes enim vnius domini serui sumus, qui fecit cælum & terrā ⌊ qui debebat ei centum denarios ⌋ Attende quam exiguum sit ad præcedens quo ad numerum, quia centesima pars, & quantum ad pondus, quia denarius ad talentum Remig. Centum denariorum debitor erat quem de commissis in fratrem aliquibus satisfacere oportebat ⌊ & tenens suffocabat eum dicens redde quod debes ⌋ non sinebat reddere rationem ⌊ & procidens conseruus eius rogabat eum dicens. Patientiam habe in me & omnia reddam

tibi ⌊Eisdem & totidem verbis quibus ipse a domino veniam meruerat rogat, sed hæc verba (vt dicit Chryso.) ingratus seruus reueritus non est, quibus saluatus est. ⌊Ille autē noluit sed abiit & misit eum in carcerem donec redderet debitum⌋ Augu. At ille rogauit conseruum suum sicut ille rogauerat dominum suum, sed talem iste non inuenit conseruum qualem ille dominum. Nō solum remittere debitum noluit, sed nec dilationem dedit, ⌊contortum rapiebat ad solutionem iam debito liberi: hæc illæ. Ille tenet debitorem qui offensam retinet & odium, suffocat nolens humilem audire confessionem & recognitionem sed contumelioſe increpando & obiurgando dicit, redde quod debes. Notatur enim in verbo suffocandi crudelis & tyrannica exactio debiti, quæ fit cum vel per vim vel asperas obiurgationes debitor ita opprimitur vt vix excusandi vel respondendi facultatem possit habere. In carcerem mittitur, cum coram iudice sistitur ac per districtam iusticiam vndique coartatur, vt nullus euadendi locus relinquatur. ⌊ Videntes autem conserui⌋ qui miram domini viderant clementiam ⌊ quæ fiebāt⌋ .i. crudelitatem nimiam ⌊ contristati sunt valde⌋ de vnius afflictione & alterius ingratitudine vnius pœna alterius culpa. Chrysostomus. non solum deo sed & hominibus displicebat valde ⌊ & venerunt & narrauerunt domino suo quæ fiebant⌋ tantam. s. crudelitatem conserui in conseruū. Conserui angeli (Apoc. vlti. conseruus tuus sum & fratrum tuorum) qui pro salute credentium contra dolū psequentium dñm implorant. Sic & iusti qui iusticiæ zelo accensi dum enormitates nostras corrigere nō valēt ad deū suspirāt & correctionē illi cōmittūt. Vere nō parui pēdendum nuncium. Luc. 18. deus nō faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte & pacientiam habebit in illis. Dico autem vobis quia cito faciet vindictam illorum.

¶Quo ad tertium dicitur. Sap. 16. Ingrati spes tanquā hybernalis glacies, tabescet & disperiet tāquā aqua supernacua. Vnde seruus de ingratitudine a domino iudicandus vocatur. ⌊ Tunc vocauit eum dominus suus & ait illi ⌊Ista vocatio fit nūc in cōscientia, postea in morte & dānationis iudicio⌋ ⌊ Serue nequam⌋ Ecce quam aspere ag-

greditur, dicens serue. i. cogitare debueras te seruum nõ dominum & tantam tibi misericordiam a me præstitam ideo subdit, neq̃ .i. sine ægritate quia accepit misericordiã & seruo intulit vindictam. Chrysost. Qũ. 1000. talentorũ debebat non vocauit eum seruum neq̃, nec cõiuiciatus est qñ aũt ingratus factus est tunc ait. s.n. ⌊Omne debitum dimisi tibi⌋ tam numerosum q̃ ponderosum non obstitit ⌊quoniam rogasti me⌋ dilationem & recepisti remissionem. ⌊Nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui sicut & ego⌋ dñs. s. ⌊tui misertus sum⌋ Eccl. 30. Intellige ex teipso quæ sunt, pximi tui. Vt tali bñficio, quo catus etiam remisisses, sed tu q̃d peius est nec dilationem dare voluisti, insup afflixisti: Certe mea in te tã recens leuitas te docere debuit lenitatem in conseruum. ⌊Et iratus dñs eius tradidit eum tortoribus⌋ angelis pœnarũ in carcere infernali puniendum ⌊q̃adusq; redderet vniuersum debitum⌋ quod qa nunquam soluitur, ideo nunquã exibit, nunquam enim debebitur culpa ideo nunquam cessabit pœna. Qui diuini oblitus beneficij suas vult vindicare iniurias non solum de futuris peccatis veniam non meretur, sed etiam pterita q̃ sibi dimissa credebat ad vindictam replicabuntur. Ezech. 18. Si auerterit se iustus a iustitia sua & fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes quas operari solet impius, nunqd viuet? Omnes iustitiæ eius quas fecerat non recordabuntur. Sed quomodo dimissum, si iterum imputabitur? Responsio eo tempore in tali statu per gratiam domini constitutus fuerat in quo si permansisset nequaquam ei peccata præterita nocitura fuissent. ⌊Sic & pater meus cælestis⌋ non vester in quantum mali⌊ faciet vobis si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris⌋ Repetendo vel de mala voluntate damnando a qua omne malum, vel de inobedientia quæ est origo totius mali, quoties enim peccat toties inobediẽs efficitur. Augu. Omnis homo debitor est dei, & habet debitorem proximum, vnde dominus iust9 constituit tibi regulam in debitore tuo, quod ipse faciet de suo. Duo sunt enim opera misericordiæ quæ dominus breuiter posuit. Dimittite & dimittetur vobis, date & dabitur vobis. Lucæ sexto: Primum ad ignoscendum, alterum ad tribuendum pertinet. Quotidie clamamus, dimit-

te nobis debita nostra. Quæ debita nostra? omnia an aliquam partem? Respondes omnia: ergo & tu debitori tuo Nemo ergo contra se teneat non ignoscendo, ne contra illum teneatur quando orat. Dimitte nobis. & cætera. Dicit enim deus dimittite & dimittetur. Si ego prior dimisi dimitte postea. Nam si non dimiseris reuocabo te, & quicquid dimiseram replicabo tibi. Non enim mentitur Christus, nec fallitur nec fallit qui subiecit. Sic & pater. Inuenis patrem imitare patrem, si enim imitari non vis exhæreditari disponis. Hæc ille. Notandum quod dominus nō simpliciter ait, si non dimiseritis sed addit de cordibus vestris. Hoc quippe additamento simulatam excludit reconciliationem, quæ fit cum quis importunitate rogantium deuictus, odio in corde rerento, pacem simulat, Psalmista: Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Chrysostomus: Audiamus auari quantus ad nos sermo factus est, audiamus & immisericordes: quoniam non aliis sed nobis ipsis sumꝰ crudeles. Duo quærit a nobis deus, & nostram partem recognoscere, & alijs dimittere, qui enim sua intelligit facilius conseruo dimittit. Quanto maiora tibi fecit, tanto maiorum tibi peccatorum remissionis causa exstitit. Notat tria dominus ad remissionē inducentia. Primum, Beneficij accepti magnitudo. Omne enim debitum, & facilius solum quia rogauit. O quoties a domino petimus misericordiam. Ideo Ephesiorum quarto: Nolite contristare spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis (baptismatis scilicet quando effectus passionis applicatur baptizato.) Omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor & blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia. Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem sicut & deus in CHRISTO donauit vobis. Colossenses tertio: Supportantes inuicem & donantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut & dominus donauit vobis, ita & vos. Secundum, Conserui nostri aptitudo, non enim diuersorum sed vnius domini omnes sumus serui, Ecclesi. vicesimooctauo: Homo homini reseruat iram, & a deo quærit medelam. In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur, qua

si dicat frustra. Tertio, Delicti magni turpitudo. Valde enim turpe est, vt sub tam pio domino inuicem indigne-mur, quare magnum delictum & grauiter puniendum. Ecclesiast. 28. (Qui vindicari vult, a domino inueniet vin dictam, & peccata illius seruans seruabit. Chrysostom°: Et si graue videtur præceptum cogita pragnium. Eccle. 28. Relinque proximo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Chrysost. Si graue videtur damnum, oportet inspicere lucrum. Si diabolus factus est Iob & aliis sanctis occasio coronarum, cur o homo & tu formi das inimicum. Nam si graue est reconciliari ei qui con-tristauit, hoc est grauius incidere in gehennam. Ideo. Ec clesi. 28. Memento nouissimorum & desine inimicari. Me morare testamentum altissimi, & despice ignorantiam proximi. Rom. 12. Nulli malum pro malo reddentes. No li vinci a malo, sed vince in bono malum, &c.

¶Dominica vicesimatertia post oct. Pentecostes.

EPISTO.

Reddite que sunt Cesaris Cesari, & que sunt dei deo]Matth. 22. Saluator noster secretor; co gnitor & scrutator, subdolam pharisæorum p di scipulos quæstionem vera responsione confutans, quan ta diuinis intendendum sit (simul ostendit) mandatis. De us enim quæ sui sunt iuris, non minus quam Cæsar exi get, quare vigilanter attendendum ne seducti imaginē ipsius fœdis peccatis ingnemus. Hinc hodierna in epistio la Apostolus Phil. 3. admonet dicens: ¶ Imitatores mei estote fratres.]Felix qui hoc dicere potest. sunt enim qui dicunt & non faciunt. Matth. 23. Super cathedram Mosi sederunt scribæ & pharisæi, quæ dicunt vobis facite, secundū opa aūt illorum nolite facere, dicunt enim & non faciunt. Apostolus autem imitabilem se verbis & factis exhibuit, 1. Corin. 4: Rogo ergo vos fratres, imitatores mei estote sicut & ego Christi L Et obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis formam nostram.]vult eos dili-gentes esse & cautos, ne subtilitate prauorum capiantur. Neque enim eos verbo tantum docebat, sed vitæ melio-ris profectu seipsum formam exhibebat. Est quippe per fecta doctrina, factis exequi quod docemus. Ideo prima Petri 5. Forma facti gregis ex animo, 1. Timotheum. 4.

Exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Causam obseruationis adiungit dicens: ⌊Multi enim ambulant⌋ nullum nomine indicat ne eos incesset, sed ita indicat, vt possint facile innotescι, cum ait: ⌊quos sæpe dicebam vobis, nūc autem flens dico⌋ tum pro illorum perditione, 2. Cor. 12. Et lugeam multos ex his qui peccauerunt & non egerūt pœnitētiam de immundicia & fornicatiōe & impudicitia quam gesserunt, tum pro simplicium subuersione, quia propagatum est malum & passim diffusum, nec hos sine lachrymis possum cōmemorare. ⌊Inimicos crucis Christi quorum finis interitus.⌋ In fine enim eorum pœna erit æterna. Iob. 21. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. ⌊Quorū deus venter est⌋ hūc vt deum colunt, huic perpetuo obsequuntur, hoc ingurgitato prorumpitur in venerem. De ventris hoc cultu alibi idem dicit. 1. Corin. 15. Edamus & bibamus, cras enim morιemur. Aug. Hoc ab homine pro deo colitur, ꝙd præ cæteris diligit. Argumentum, quod gulosi & amici ventris crucis sunt inimici. Qui enim crucis desiderio tenentē studeant vitam ducere cruci hærentem, tormentiq; & amaritudinis plenam. Nil itaq; affici admiratione debemus, si hi qui dediti delitijs sunt, & vitæ præsentis ocio quietiori addicti, crucis sint hostes & Christo infensi⌊& gloria in confusione ipsorum⌋ quasi dicat, esset necesse vt confusione & verecundia afficerentur, qui prauis adstricti sunt facinoribus, hi vero gloriæ ducunt, (Prou. 2 Qui lætantur cum malefecerint & exultant in rebus pessimis) peccata. ⌊Qui terrena sapiunt.⌋ Hi quidem pro deo ventrem sunt nacti, qui spiritale aut cęleste nihil meditantur, nam omnia spiritualia ipsis sunt insipida & amara, terrena dulcia. Nihil enim in terrenis nisi quod vident intelligunt. Rom. 8. Qui secundum carnem sunt, ꝙ carnis sunt sapiunt. Animalis enim homo nō percipit ea quæ sunt spiritus. 1. Cor. 2. Tangit igitur hic concupiscētiam carnis, quorum deus, &c. Ro. 16. Huiusmodi domino Christo non seruiunt sed suo ventri. Superbiam (& glo.) Prou. 29. Superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria. Auaritiam (qui ter. sa.) Illi tam praue ambulant. ⌊Nostra aūt conuersatio in cælis est,⌋

& si adhuc in terra sumus. 2. Corin. 10. In carne enim ambulantes non secundum carnem militamus. Debemus ita q̃ cælestia sapere, & ad nostram illam superiorem patriam contendere, vbi nobis versari & venire est constitutum. Ibi nanq; & dominus noster & imperator iam residet, vnde eundem ad nos descensurum paterna gloria & sanctis angelis comitãtibus expectamus, sequitur: ⌊ Vnde etiam saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum, ⌋ Luc. 12. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur a nuptijs, ad quid. ⌊ Qui reformabit corpus humilitatis nostræ. ⌋ Multa nunc patitur corpus nostrum infinitis malis obnoxium, quare humilitatis corpus, nam & subiectum est corruptioni & doloribus. hoc tamen trãsfigurabitur, id est, idipsum permanens incorruptionem obducet; sicut enim reformauit animas, sic & reformabit corpora simul cum animabus cum secundam stolam dabit. ⌊ Configuratũ corpori claritatis suę ⌋ 1. Ioh. 3. Scimus quoniã cum apparuerit similes ei erimus. Cum igitur corpus humanum persimile sit Christi corpori redditum (nam & eque patitur mala & tolerat cruciatus) futurum est certe vt illi & gloria & claritate fiat conforme. Sed nunquid illius corporis formę corpus hoc nostrum assimile erit, quẽ angeli venerantur, adorantq; ad patris dexteram assidẽtem, cuius & corpus gloria & claritate effulgeat, & adeo fore terreum hoc corpusculum glorificandum, vt diuinũ illud splendore & maiestate exæquet. Ergo si orbis terrarum vniuersus vna defleret eos, qui tanta ex gloria dilabuntur, & excidũt haud dubie merito deploraret. Ostẽdit dominus in transfiguratione huius gloriæ specimen Matthęi 17. vnde. 13. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Et quoniam rem satis magnam & pene multis incredibilem dixit, subdit ⌊ secundum operationem virtutis suæ, ⌋ id est, potentiam operandi ⌊ qua etiam possit sibi subijcere omnia ⌋ velint nolint quasi diceret: Nil diffidas habet nanque deus virtutem qua omnia operatur & angelos sibi subiecit & dæmones. Cum itaque maiora hæc fecerit longe magis & id quod minoris est faciet. Lucæ. 1. quia non erit impossibile apud dẽ omne verbum.

¶Pharisæi cum plurimis constricti a dño parabolis, malitiam & pertinaciam ipsorum innuentibus, cognoscerent quoniam de ipsis erant. (Marc.12.Lu.20.) Indignati sunt sed propter turbam manus in ipsum mittere non audebant. In il.t. Abeuntes pha.

¶ Dñica p̄cedenti docuit nos saluator inuicem cē misericordes & benignos. Hodie reddit nos q̄ ad malignos cautos, & superiores subiectos maxime ad deum.

¶ Primum. Lætalis pharisæorum cōsultatio, In principio.

¶ Secund. Mirabilis missorum q̄stio. Ibi: Magister scimus quia verax es.

¶ Tertium. Notabilis Christi responsio. Ibi: Cognita autem Iesus nequitia.

¶ Quo ad primum dicitur. 2. Tim. 3. Mali homines, proficient in peius. Impius enim cum in profundum peccatorum venerit contemnit. Prou. 18. Sic pharisæi vidētes se parabolis perstringi, non sunt compuncti ad pœnitentiam, sed aliud nil animis cogitabāt, nisi de occidēdo Christo, tantum malum est liuor & ambitio. Aderat occidendi voluntas sed deerat facultas, non enim metuebant deum talium facinorum vltorem sed populum. Chrysostō. Omnis malitia confundit aliquoties corrigitur aūt nunquam, maxime eorum qui proposito malo non ignorantia peccant: Sicut enim non potest fieri vt ligna mittendo extinguas incendium, sic non potest fieri vt rationem reddendo places hominem malum. Quemadmodū si aliquis occludere voluerit aquæ currentis meatū, si ex vna parte exclusa fuerit violentia aliunde sibi semitam rumpit, sic eoꝝ malignitas vna ex parte confusa, aliū sibi aditum adinuenit. Hæc ille. Visum est ergo illis sic rem agere cuniculis, vt inuidia facti in cæsarem & cæsaris præfectos deriuaretur, vnde in præsentia ira dissimulata. ⌊ Abeuntes pharisæi consilium inierunt vt Iesum caperent in sermone. ⌋ Chrys. Quo abierunt? ad hærodianos vt coꝝ patrocinio agerent contra Christum. Nam hoīes coloni cuius terram possident eius auxilio opus habent, qui vero iusticiā tenet nulliꝰ patrocinio indiget nisi dei qui autem in diaboli iniquitatibus ambulat diaboli adiutorium necessarium habet. Colonus dei diaboli ad-

iutorium non quærit, colonus autem diaboli & si dei adiutorium quærat non inuenit. Hæc ille. Sic isti Christum expugnare cupientes non ad seruos dei sed ad herodianos confugiunt. Quale consilium tales & consiliatores. Hæc ille. Esai. 29. Væ qui profundi estis corde, vt a domino absconditis consilium, quorum sunt in tenebris opera & dicunt, quis videt nos & quis nouit nos. Peruersa & hęc vestra cogitatio quasi si lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori suo: Non feciſti me, & figmẽtum dicat fictori suo. Non intelliges. Stulti consilium ceperunt nescientes contra dominum non esse consilium. Sed Prou. 21. Vir impius procaciter obfirmat vultum suũ qui aũt rectus est corrigit viam suam. Non est sapientia non est prudentia, non est consilium contra dominum. Erat consilium hoc impiorum de quo Psal. beatus vir q non abiit in consilio impiorum. Ratio quia consilia impiorum fraudulenta. Prou. 12. Sed Eccle, 27. Facienti nequissimum consilium super ipsum deuoluetur, & non cognoscet vnde veniat illi. Sic isti, nam consilium inierunt vt eum caperent in sermone vt hic. Item quomodo eum caperent dolo & occiderent. Matt. 26. Psalmi. Animã mea accipere consiliati sunt. Sũt aliqui opportunum ad finem malum scientes dare consilium sicut Achitophel. 2. Reg. 16. Consilium autem Achitophel, quod dabat in diebus illis, quasi si quis consuleret deum. Psalmista: Supplantum tuum malignauerunt consilium. Prou. 12. Dolus in corde cogitantium mala, qui autem pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium. Vnde Psalmista. Confitebor tibi domine in toto corde meo, in consilio iustorũ & congregatione. Idem: Consilium meum iustificationes tuæ. Ideo. Tob. 4. Omni tempore benedic dominum & pete vt vias tuas dirigat, & omnia consilia tua in ipso permaneant. Salus aũt vbi multa consilia (Prou. 24.) sunt. Erat autem istud malum ratione modi & finis. Sapientiã dei in verbis capere volunt sed. Iob. 5. Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilia prauorum dissipat.

Et mittunt discipulos suos cum herodianis qui ab Augusto censui colligendo præerant. Et quales magistri, q tales discipulos habebant. Nam vt dicit Chryſ. erant magistris suis ætate inferiores, sed malitia pares. Nam &

pulli serpentum statura breuiores, æquales veneno. Vn de Lu. 20. Et obseruantes miserunt insidiatores qui se iustos simularent, vt caperent eum in sermone, & traderẽt eũ principatui & potestati præsidis. Non ergo per se accesserunt scientes se haberi suspectos apud Christum, q̃re discipulos vt minus notos mittunt vt facilius decipe rent, & vt reprehensi minus erubescerent, & per hærodianos puniretur. Cum enim Iudæa tributaria facta esset Rom. quibusdam indignum videbatur populum deo sacrum qui in primitijs, decimis, sacrificijs, deo seruiebat pendere tributum principibus idolatris. Rursus alij cæsari fauentes iustum iudicabant, ob pacem & terræ negotia conseruanda per suos, quod sine expensis fieri nõ potuit. Pauloante extiterant Theudas & Iudas, qui dũ publice dicerent. Iudæos populum deo sacrum non debere tributum cuiq̃ prophano principi, velut seditiosi supplicio sunt affecti, Sperabant ergo q̃ Christus religioni fauens magis, q̃ cæsari, solita libertate pronunciaret non esse pendendum tributum, moxq; per hærodianos deferretur Hærodi (qui ab Augusto censui colligendo præfectus erat) daturus pœnas quas ante Iudas & Theudas dederant. Sin autem pronuntiasset reddendum, iam calũniarentur illum adulari principibus impijs, & minus fauentem religioni diuinæ. *Sed frustra iacitur rete añ oculos pennatorum. Prou. 1.*

¶ Quo ad secundum ait Apost. Roma. 16. per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentiũ. Quia vt dicit Chry. Volebãt Christum capere ideo a laudibus incipiunt quoniam hæc prima hypocritarum malicia est, simulata laudatio. Laudant enim quos perdere volunt, vt per delectationem laudis corda hominum ad simplicitatem confessionis inducant. Interrogant autem coram multitudine ne res careat testibus. Tanta erat cautelas vt re toties frustra tentata non conquiescerent credentes nũc se firmiter ipsum illaqueaturos. Quemadmodum Cayphas de morte domini dans consilium præter intentionem prophetauit. Ioh. 11. sic isti laudando vera, quamuis non crederent dixerunt dicentes: Magister scimus quia verax es. Mat. 23. Nec vocemini magistri, q̃ magister vester vnus est Christus. Triplicem in ipso lau

dabant veritatem. ſ. vitæ ſcimus aiunt quia verax es. Ro
ma. 3. Eſt autem deus verax omnis autem homo mendax.
Fuit enim verus deus, verus homo, & verus conuerſatio
ne, nam ſæpe obſeruabant eum, nec tamen capere potue-
runt. Secundo doctrinæ. ⌊ Et viam dei ⌋ i. legem qua p-
tenitur ad deum. Pſalm. viam mandatorum tuor cucur
ri ⌊ in veritate doces ⌋ Iohan. 6. dñe ad quem ibimus? ꝟ-
ba vitæ æternæ habes. Iohan. 18. Ego in hoc natus ſum,
& ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam
veritati. Tertio. Iuſticiæ ⌊ Et nō eſt tibi cura de aliquo ⌋
in proferenda veritate, nullius vel amicitiam vel inimici
tiam curas. Cauſam adiungunt ⌊ Non enim reſpicis ꝑſo
nam hominum ⌋ i. Indiſtincte dicis veritatem minorib⁹
& maioribus, non timens prælatam perſonam. Hoc pa-
tet. Luc. 11. Væ vobis qa eſtis vt monumenta q̄ nō parent
& homines ambulantes ſupra neſciunt. Rñdens quidam
ex legiſperitis ait illi: Magiſter hæc dicens etiam contu-
meliam nobis facis. At ille ait: Et vobis legiſperitis væ,
quia oneratis homines oneribus quæ portare non poſ-
ſunt, & ipſi vno digito veſtro non tangitis ſarcinas. Nō
pudet incōſtantiæ qua nōc magiſtrum appellant, quum
antea calumniati fuerint ipſum ſpiritum malignum ha-
bere. Lucæ vndecimo, & Iohan. 8. cum ipſe diceret. Quis
ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis
quare non creditis mihi? (ecce veritas vitæ & doctrinæ)
Reſponderunt. Nonne benedicimus nos, qa ſamaritanus
es tu & dæmonium habes, & infra. Nunc ſcimus qa dæ-
monium habes. Sed hic laudant, vt illic, puocent vt deum
magis quam hoies timens, legis ipſius zelator, & Iudai-
cæ libertatis amator, diceret non reddendum, & ſic tan-
quam ſeditioſus puniretur. Vnde p̄miſſa laude adulato-
ria, quæſtionem ſubiungunt. ⌊ Dic ergo nobis qd tibi vi
det ⌋ non dixerunt quid eſt bonum vel expediens, ſed qd
tibi videtur, cum vnus ſic alius ſic dicat. ⌊ Licet tributū
dare cæſari an non ⌋ Nota de facto ipſos dare oportebat,
ideo interrogant an etiā de iure liceat ꝓphano principi,
cum ſpecialis populus eſſet dei, credentes ipſum reſponſu
rum quod non, & ſic ab hærodianis caperetur.

¶Quo ad tertium dicitur Apocalypſis ſecundo. Scient
omnes eccleſiæ qa ego ſum ſcrutans renes & corda, & da

bō vnicuiq; vestrum secundum opa sua. Dñs ergo oīa
noscens & versutum consilium, & subdolam tam mitten
tium quam missorum mentem, non respondit vt cogita-
uerant, quin & eorum vāfridiem aperuit, sic respondens
vt neutri factioni fieret obnoxius. ¶ Cognita autem Ie-
sus nequitia eorum dixit: Quid me tentatis hypocritæ ¶
Chrysost. Non secundum sermones eorum pacificos blā-
de respondit, sed secundum conscientiam eorum crude-
lem & asperam dixit, quia deus plerunq; ad animam loq
tur non ad corpus, voluntatibus respondet non verbis.
Hypocritæ (aliud habentes in corde, & aliud in ore) dicit
vt quod audierunt ab eo in aure, apud seipsos inuenirēt
in corde, & considerantes ipsum humanorum cordiū co
gnitorem, quod facere cogitabant perficere nō auderēt.
Vide ergo quoniam pharisæi blandiebantur vt perde-
rent, Iesus cōfundebat vt saluaret. Prou. 27. meliora sunt
vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis.
¶ Ostendite mihi nummisma census ¶ id est, inscriptionē
¶ At illi obtulerunt ei denarium ¶ qui pro censu soluebā
tur, habentem imaginem cęsaris qui valebat decem num
mos. ¶ Et ait illis Iesus: Cuius est imago hæc & superscri
ptio? ¶ Satis patet quod non de ignorātia sed vt conueni
entius ad eorū dicta responderet quæ fiuit. Sapientia dei
inundanam in sua semper comprehendens astutia, eos q
se illaqueare venerant verbis propriis suis illaqueauit
responsis. Prouerb. 26 Qui fodit foueam incidet in eam
¶ dicunt ei, Cæsaris ¶ contra quem machinati fuerant, q
eos cepit ex proprio sermone, nam nummisma & inscri-
ptionem cæsaris fatebantur, quare conclusit dominus.
¶ Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt cæsaris cæsari,
& quæ sunt dei deo ¶ quasi dicat, quia profitemini ima-
ginem & superscriptionem fore cæsaris, reddite cæsari
ius suum, & deo suum. Vtrunque enim se compatitur,
nec alterum alteri præiudicat, qui enim regna constitu-
it, & ius regni ordinauit. Vnde 1. Reg. 8. hoc erit ius, &c.
Sed cum dominus non dixerit determinate quid dandū,
ex alijs scripturæ locis, & saluatoris actis videndum.
Vnde apostolus Romanor. 13. ponit tria. Primum. Ho-
nesta subiectio. Omnis (inquit) anima potestatibus subli
mioribus subdita sit: Huius duplex ratio. Prima. Qrdina

tio diuina. Non est enim potestas nisi a deo, q̃ autẽ sunt: a deo ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi damnationẽ sibi acquirunt. Non solum substantiæ sed & animæ, vnde subdit. Ideoq; necessitate subditi estote non solũ propter iram, sed etiam propter conscientiam. Secunda. Pacifica tio humana. 1. Pet. 2. Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter deum (ecce prima) siue regi quasi præcellẽti, siue ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum laudem vero bonorum. Vnde Roman. 13. Nam principes non sunt timori boni operis sed mali. Vis autẽ non timere potestatem, bonum fac & habebis laudem ex illa, dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris time, non enim sine causa glaudium portat, dei enim minister est, vindex in iram ei male agit. Ach ach sic deberet esse. Nam Hæbr. 13. Obedite præpositis vestris & subiacete eis, ipsi enim perui gilant quasi rationẽ pro animabus vestris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant & non gementes, hoc enim non expedit vobis. Vnde Sap. 6. Audite reges & intelligite, discite iudices finium terræ. Præbete aures vos qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum quoniam data est a domino vobis potestas, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur, quoniã cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, neq; secundum voluntatẽ dei ambulastis. Horrende & cito apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum in his qui præsunt fiet. Exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personam cuiusquam deus, nec reuerebitur magnitudinem cuiusquã, quoniam pusillum & magnum ipse fecit & æqualiter cura est illi de omnibus. Secundum. Iusta subuentio Ro. 13. Reddite omnibus debita, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal. Ideo enim tributa præstatis. Ministri enim dei sunt, in hoc ipsum seruientes. Vnde Mat. 17. Cũ venissent Capharnaum accesserunt qui didrachma accipiebant ad Petrum & dixerunt ei: Magister vester non soluit didrachma? Ait, etiam, & cum intrasset in domum præuenit eum Iesus dicens: Quid tibi videtur Symon, re

ges gentiũ, a quibus accipiunt tributũ vel censum, a filijs suis an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Iesus. Ergo liberi sunt filij. Vt autẽ non scandalizemꝰ eos vade ad mare & mitte hamũ, & eum piscem qui primus ascẽderit tolle, & apto ore eius inuenies staterẽ, illũ sumens da eis pro me & te. Tertiũ: Læta honoratio, 1. Pet. 2. Deum timete: Regem honorificate. Rom. 13. cui honorem honorem. cui timorem timorem. Et quæ sunt dei deo. Chrysosto. Nummisma cæsaris aurum est, nũmisma dei homo. Ideo diuitias vestras cæsari date, deo autem conscientiæ vræ solam innocentiã reseruate vbi deus videt. Sicut enim in denario census, imago Cæsaris exprimitur, sic deus reqret a nobis animam vultus sui lumine insignitam. Psal. Signatum est super nos lumẽ vultus tui domine. Ad imaginem enim dei homo creatus est. Gen. 3. Sed heu multipliciter deformata. Ideo apostolus Ephe. 4. admonet, d. Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite vos nouũ hominem qui secundum deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis. 1. Cor. 15. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis, qualis terrenus tales & terreni, & qualis cælestis tales & cælestes. Igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis. Roma. 8. Quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitꝰ in multis fratribus. Consistit hæc conformitas in veritate vitæ, doctrinæ, & iustitiæ.

¶Dominica vicesimaquarta

LOquente Iesu ad turbas, ecce princeps vnus accessit & adorabat eum. Mat. 9. Saluator noster ad animarum salutem perficiendam veniens, tenebris errorum depulsis, lumen cognitionis diuinæ plantare in suis studuit fidelibus, quo a morte animæ liberamur. Hinc apostolus Coloss. 1. ¶Non cessamus pro vobis orantes, mente & postulãtes, ore, vt impleamini agnitione voluntatis dei, plene cognoscendo voluntatem dei, in omni sapientia & intellectu spirituali, non humana edocti philosophia aut superstitiosa quorundam hominum persuasione, sed sapientia prudentiaq; spirituali, cuius iam bonam portionem estis assequuti, in qua cupio vobis nihil deesse, quo perfecti sic o- EPIST

mnem vitam agatis, vt digna deo videatur ⌊ vt ambu-
leris digne deo ⌋ per viam huius vitæ ad patriam de bo
no in melius ⌊ per omnia ⌋ non per quædam ⌊ placen-
tes ⌋ non omittentes vllum opus bonum, nam iſs rebus iſ
li placetur. 1. Theſſa. 2. Teſtificati ſumus vt ambuletis di-
gne deo. Phil. 1. Tantum digne euangelio conuerſamini,
⌊ in omni opere bono fructificãres. ⌋ Phil. 1. repleti fru
ctu iuſticiæ. Siquidem credidiſſe euangelio, rudimẽtum
eſt ſalutis, abſoluitur autem & perficitur piis actiõibus.
Neq; enim ſatis eſt per euangelium didiciſſe deum eſſe ſa
lutis autorem per Ieſum Chriſtum filium ſuum, niſi per
hanc ſcientiam Chriſtianæ charitatis officiis adoleſca-
tis & fructificetis, vſque & vſque in melius proficien-
tes ⌊ & creſcentes in ſcientia dei ⌋ id eſt, cog-
nitione ⌊ in omni virtute confortati ſecundum poten-
tiam claritatis eius, ⌋ ne qua vis & procella perſecutiõis
dimoueat a recto curſu, quam ad rem ſane magnis viri-
bus op⁹ eſt, eas nõ eſt q̃d ipſi nobis ex nobis ipis pollicea
mur. Deus illas ſuppeditet oportet, ſic vt omnis gloria
eorum quæ per nos fortiter geruntur, ad illum redeat,
⌊ In omni potentia ⌋ per aduerſorum tolerantiam ⌊ &
longanimitate ⌋ per certam præmiorum expectatiõem,
⌊ cum gaudio gratias agentes ⌋ Roma. 5. Gloriamur in
tribulationibus. Iacobi primo: Omne gaudium exiſtima
te fratres, cum in varias tentationes incideritis ⌊ deo
& patri, qui dignos nos fecit ⌋ non inuenit ⌊ in partem
ſortis ſanctorum ⌋ id eſt, hæreditatis æternæ ⌊ in lumi-
ne ⌋ euangelicæ veritatis. Ephe. 1. In qua etiam nos ſorte
vocati ſumus, prædeſtinati ſecundum propoſitum eius.
⌊ Qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum, ⌋ qui nobis
dominabantur. Iohann. 12. Nunc iudicium eſt mundi,
nunc princeps huius mundi eiçietur foras ⌊ & tranſtulit
in regnum filij dilectionis ſuæ ⌋ id eſt, filij quo nihil ha-
buit charius. ⌊ In quo habemus redemptionem ⌋ deſtru
cta poteſtate diaboli facultas libertatis quæ nobis data
eſt, fuſo illius ſanguine qui nullum habuit peccatum ⌊ &
remiſſionem peccatorum. ⌋ Ephe. 1. In quo habemus re-
demptionem per ſanguinem eius, remiſſionem peccato-
rum ſecundum diuitias gratiæ eius.

¶ Cum dominus murmur phariſaicum compeſcens,

non valentibus sed malehabentibus necessarium diceret medicum, & filios ad præsentiam sponsi non posse lugere, vinumq; nouum in vtres nouos, quo ambo conseruarentur mittendum. In illo tempore: Loquēte Iesu ad turbas. Ecce, &c.

Dominica præcedenti audiuimus quomodo Saluator monuit nos exemplo suo cautos contra insidias esse malorum, & deo quæ dei sunt, & Cæsari quæ ipsius reddenda. In hodierno ostendit euangelio quod primariæ deo, quia ipse (quod nullus medicorum potest) a morbo, & morte saluare potest.

¶Primum: Optabilis auxilij imploratio, in princip. Loquente Iesu ad.

¶Secund. Pœnalis morbi curatio. ibi: Et ecce mulier.

¶Tertium: Realis mortui suscitatio. ibi. Et quum venisset Iesus.

¶Quo ad primum dicit Psal. Deus ne elongeris a me, deus meus in auxilium meum respice. In omni pressura ad ipm currendum, non ad diuinos, quia pernitiosum. 4 Regum 1. de Ochozia. Cecidit Ochozias p cancellos cœnaculi quod habebat in Samaria, & ægrotauit, misitque nuncios, dicens: Ite & consulite Beelzebub deum Accaron, vtrum viuere queam de infirmitate mea hac. Angelus autem domini loquutus est ad Eliam Thesbytem, dicens: Surge & ascende in occursum nunciorum regis Samariæ, & dices ad eos: Nunquid non est deus in Israel, vt eatis ad consulendum Beelzebub deum Accaron? Quam obrem hæc dicit dominus: De lectulo super quem ascendisti non descendes, sed morte morieris. Nam ideo vocatum est nomen eius Iesus. Mat. 1. ¶Loquente Iesu ad turbas ⌊ q nemo vinum nouum mittet in vtres veteres, sed nouos, vt ambo conseruentur, nec immittit cōmissuram panni rudis in vestimentum vetus, tollit enim plenitudinem eius & peior scissura fit, insinuans vitā exigere euangelicam veteris hominis depositionem & noui induitionem. ⌊ Ecce princeps vnus accessit, & adorauit eum. ⌋ Luc. 8. nomine Iairus & ipe princeps Synagogæ erat & cecidit ad pedes Iesu, rogans eum vt intraret in domum eius, quia vnica filia erat ei fere annor duodecim, & hæc moriebatur ⌊ dicens: Dñe, filia mea modo defuncta est. ⌋ EVANG.

Quia vt dicit Marci .v. incipiebat iam mori, erat in extremis quando .s. eam reliquit, credebat ipsam mortuam, & quia secundum Chrysost. proprium rogantium est propriam augere miseriam, ideo vt amplius prouocaret, dixit eam mortuam. ⌊ sed veni impone manum tuam super eam & viuet; & surgens Iesus sequebatur eum & discipuli eius. ⌋ Mira Iesu benignitas q tam cito votis annuit supplicū. Ideo: Appropinquate deo & appropinquabit vobis. Ia. 4. sed quō Heb. 10. Accedamus ad eū cū ỹo corde.

¶ Quantum ad secundum dicit Psalm. Benedic anima mea domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius, Benedic anima mea domino & noli obliuisci omes retributiões eius, Causam subnectit. Qui propitiatur ōibus iniqtatibus tuis, q sanat oēs infirmitates tuas, tā corpis q̄ animæ, hoc claret in ista muliere ⌊ Et ecce mulier q̄ sanguinis fluxum patiebatur annis duodecim ⌋ Marci. .v. & fuerat multa perpessa a compluribus medicis, & erogauerat omnia sua, nec quicq̄ profecerat, sed magis deterius habebat. Itaq; bis misera post q̄ malæ valetudini accesserat inopia. Hæc quum summam fiduciam animo concepisset de Iesu, ob morbi fœditatem non audebat tot testibus appellare Iesum, itaq; veluti suffuratura beneficiū clanculum, ⌊ accessit retro & tetigit fimbriam vestimēti eius, Dicebat enim intra se ⌋ fide firma ⌊ Si tetigero tantum vestimentum eius salua ero. ⌋ Marc. .v. Et confestim siccatus est fons sanguinis eius, & sensit quia corpore sanata esset a plaga. Rab. In desperatis causis magna gratia est extrema necessitas, vnde desperans hæc mulier ab oī humano auxilio, didicit ex vestimentis Christi habere salutem, & docuit nos quantum sit corpus Christi, q̄ in fimbria tantum monstrauit esse salutis. Luc. 6. Omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat & sanabat omnes, vnde sequit in Marco, & statim Iesus i semetipō cognoscens virtutem quæ exierat de illo, conuersus ad turbā aiebat; Quis me tetigit? Nō q̄rit ignorās, sed nolens latere beneficium, tam insigne fidei exemplum, si mulq; docens non esse celandam gloriam dei, ideo vt eliceret beneficij confessionem interrogauit. Luc. quinto: Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum eo erant. Præceptor, turbæ te comprimunt & affligunt,

& dicis, quis me tetigit? Et dixit IESVS: Tetigit me aliquis. Nam & ego noui virtutē de me exisse. Videns autem mulier, quia non latuit, quæ sibi soli erat conscia, tremens venit, & procidit ante pedes eius, & ob quam causam tetigerit eum, indicauit coram oi populo, & quēadmodū sanata consestim sit, quū prius profusis in medicos omnibus facultatibus suis nihil remedij imo deterius habuerit. Hæc Iesus teste turba prædicari voluit, non vt pudefaceret mulierem immundam secundum legem, & ab hominum contactu prohibitam (Leui. 15) aut sibi laudem apud homines vindicaret, sed vt hoc exemplo doceret omnes quantum valeret firma fidutia, ac mulieris exemplo firmaret fidem archisynagogi quam intelligebat nō nihil vacillare, simulque phariſæis suam exprobraret incredulitatem. ⌊At Iesus conuersus & videns eam dixit: Confide filia⌋, id est, spem habe, ⌊fides tua te saluam fecit.⌋ Non dixit factura est. In eo enim quod credidisti sanata es. ⌊& salua facta est mulier ex illa hora⌋ scilicet qua fide Christum tetigit, vnde Marcus addit. Vade in pace & esto sana a plaga tua, sine scilicet timore recidiui. O felix anima quæ hoc meretur a domino audire, sed faciat sicut ista fecit. Credidit, dixit, & tetigit, quia his tribus verbo, fide & opere, omnis salus acquiritur. Sanguinis patitur fluxum, qui ingenti carnalium delectationum fluxu pollutus fluit, atque a cœtu iam fidelium se gregatur. Psalmista, libera me de sanguinibus deus deus salutis meæ. Tangat ergo manu fidei, quia virtus de ipō exit quæ sanat omnes infirmitates nostras, non autē de nobis, quia Iesus conuersus de iudicio ad misericordiam spem ingerit dicens. Cōfide pseuerando in eo q̄d cœpisti.

¶Quo ad Tertium Psalmista, ad diuinæ laudis honorem excitans causam infert dicēs. Qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus. Nam secūdum suam misericordiam saluos nos fecit. non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos Titum. 3 Loquente adhuc illo venit quidam ad principem synagogæ dicens ei, quia mortua est filia tua, noli vexare illum. Iesus autem audito hoc verbo respondit patri puellæ. Noli timere, crede tantum & salua erit. Luc. 8. Et non permisit quemquam se sequi nisi Petrum, & Iacobum, & Iohan

nem fratrem Iacobi. Marc.5. ⌊Et cum venisset Iesus in domum principis & vidisset tibicines⌋ leyt cleyger ⌊Et turbam tumultuantem⌋ in præparatione funeralium, ⌊dicebat. Recedite non est mortua puella sed dormit⌋ deo enim omnia viuunt. Beda: Hominibus mortua erat qui suscitare non possunt, deo autem dormiebat, in cuius dispositione & anima recepta viuebat, & caro resuscitanda quiescebat. Licet ergo alijs mortua esset, sibi tamen dormiebat, cui facilius erat excitare a morte quam alijs a somno, hoc cum alij non intelligerent deridebant cum scientes, pro certo quia mortua est. ⌊Et cum eiecta esset turba⌋ quia non erant digni videre quod non credebāt. Luc.8. Et non permisit intrare secum quenquam, nisi Petrum Iacobum & Iohannem & patrem & matrem puellæ ⌊intrauit & tenuit manum eius⌋ Luc.8. Clamauit dicens: Puella surge, & reuersus est spiritus eius ⌊Et surrexit puella⌋ Cuius resurrectionis Marcus duo ponit signa, & Lucas.8. Et ambulauit, quo certior esset fides miraculi. Non enim solum vitam reddidit subito, sed & alacritatem & vires, & iussit illi dare manducare. Et obstupuerunt parentes eius, quibus præcepit ne alicui dicerēt quod factum erat. Simul vt vitaret suspitionem affectatæ laudis, hoc enim potissimum agendum erat propter synagogæ primores, qui nihil non faciebant ad laudem hominum emendam, simul vt illi cum maiori fide prædicarent quod gestum erat, si tacere iussi tamen pharisæis suis & proceribus synagogæ rem gestam quam viderāt denarrarent, quia virtus diuina occultari nō pōt. ⌊Et exijt fama hæc in vniuersam terram⌋ Modicum est verbis extendere famam, sed virtus tantæ est efficaciæ, vt q̄to occultatur tantoamplius proditur, nec ꝟtus esse manifestat, nisi cum laudibus hominum absconditur. Sciendum ꝙ mulier fide salua facta est propria, filia autem fidepatris. Anima autem quæ peccauerit ipsa moriet. Ezechie.18. Stipendia autem peccati mors. Rom.6. Et hęc maxime deflenda, tamē ea quæ resuscitari a Christo meruerit, nobis quidem mortua est, sed Christo obdormisse potest. Ideo admonet Iohannes. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat & dabitur ei vita, peccāti non ad mortem. Iohan.5. ideo Rom.10. Fratres

voluntas quidem cordis mei & obsecratio ad deum, fit pro illis ad salutem. Secūdum Bedā: Turba eīcitur vt puella suscitetur, quia nisi secularium curarum multitudo a corde eīciatur, anima quæ intus iacet mortua non suscitatur. dum enim se pervniuersas cogitatiōes spargit, ad considerationem sui sese nullatenus colligit, quum erāt reprobati irrisores intrauit in electorum mentes. Quisquis ergo a morte animæ Christo manum sibi confortante respiscit, non modo resurgere a sordibus vitiorum, sed & in bonis continuo proficere debet operum, ac tunc necesse habet pane verbi satiari diuini, & sacrosancti altaris particeps effici.

¶ In festo Dedicationis

INgressus Iesus perambulabat Hiericho. Luc. 19. Saluator noster tua benignitate, omnes sibi p fidem copulare, & a defectibilitate mundana, ad supnā indefectibilitatē, ac gloriam supernæ ciuitatis Hieru salem studuit attrahere, de qua Iohan. Apoc. 21. ¶ Vidi EPIST. ciuitatem sanctam Hierusalem nouam ⌋ electorum societatem charitate vnitam. Psalm. Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Nouam non illam terrenam quæ occidit prophetas. Matthæi. 23. ⌊ descendentem de cælo ⌋ quicquid boni habet ecclesia, descendit a sola gratia dei ⌊ a deo paratā sicut sponsam ornatam viro suo ⌋ virtutibus: Sicut sponsus præmittit munera sponsæ antequam ducat, sic Christus ecclesiæ fidem & virtutes. & bona opera antequā ducat eam. 2. Corinth. 11. Aemulor vos dei æmulatione, despondi enim vos vni viro virginem castā exhibere Christo ⌊ Et audiui vocem magnam de throno dicentem. Ecce tabernaculum dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erunt, & ipse deus cum eis erit eorum deus ⌋ Psalm. Beatus populus cuius dominus deus eius, populus quem elegit in hæreditatem sibi. ⌊ Et absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum ⌋ hoc erit, quando resumptis corporibus Christo coniungentur, quia ibi gloria & nulla tristitia, quum vtrunq; simul esse non posset ⌊ & mors vltra non erit, ⌋ separatio animæ & corporis ⌊ neq; luctus ⌋ i. continuus fletus ⌊ neq; clamor ⌋ i. aliqua inquietatio ⌊ neq; dolor erit vltra ⌋ in

bitus & transitorius ⌊ quæ prima abierunt.⌋ Iam enim non est locus eorum, quum non sit peccatum de quo hæc procedant, & in præsenti boni hæc sustinuerunt, quare in futuro nil mali sustinebunt. Esa. 51. Lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium & exultationem obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus ⌊. Et dixit qui sedebat in throno ⌋præsidens omnibus⌊. Ecce noua facio omnia.⌋ Esai. 65. Ecce ego creo cælos nouos & terram nouam, gaudebitis & exultabitis in sempiternum.

¶Quum dominus assumptis discipulis ascenderet versus Hierusalem ad consumandum redemptionis humanę mysterium, cæcum quendam famosum, & alium cum eo minus famosum (quia Lucas de vno, Matt. 20. de duobus mentionem facit) illuminasset: In illo tempore, Ingressus Iesus per Hier.

¶Saluator noster vberiorem semper quam petitur exhibet gratiam, prout & in hoc ostendit euāgelio nedum visendum sed & ad colloquendum & conuescendum exhibendo seipsum.

¶Pri. Ampla affectio in princi.

¶Secundum, benigna respectio. ibi. Et quum venisset ad locum.

¶Tetium, Congrua directio. ibi. Stans autem Zachæus, dixit ad.

¶Quo ad primum dicit Psalm. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescit ignis. Nam quo plus amoris flamma attenditur, eo magis accenditur Vnde quum dominus. ¶Ingressus peramlaret Hiericho ⌋quam Iordane transmisso subuerterunt Iudæi. Iosue 9. rege eius interfecto, quā reædificauit Ahiel de Bethel (ponens in primogenito fundamenta & morte vltimi filij portas eius, prout Iosue imprecatus fuit) 3. Regu. decimo sex. ⌊Et ecce vir nomine Zachæus⌋ex re nomen habēs, ardens studio iusticiæ ⌊ & hic erat princeps publicanorum⌋ qui publica vectigalia recipiebāt, lucra mundi per fas & nefas sectantes, magnus offitio, paruus statura, ⌊ & ipse diues⌋ Ostēdit dñs in isto Zachæo quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia apud deum, Ecce camelus depositā gibbi sarcina, per foramen acus transit, id est, diues & publicanus relicto onere diui-

tiarum, contempto censu fraudum, angustam portam, arctamq; viam quæ ducit ad vitam ascendit. ⌊ Et quærebat videre Iesum quis esset ⌋ vt eum facie nosse posset, de quo rumor tam admirãda sparserat, credebat & amabat quod audierat, & iuxta votum Symeonis ac patriarcharum, sancta cupiditate uidere gestiebat, maiora conaturus nisi modestia obstetisset. Non magnum videre Iesum iuxta carnem, his oculis quibus eum quotidie cernebant phærisæi & deridebant, sed discipulorum beati oculi qui videre meruerunt quis esset, vnde beatus Symon Bariona pronuntiatur: quia vidit ipsum esse filium dei viui Matt. 16. Non viderant Iudæi quis esset, dicentes: Nonne hic est filius fabri? Marc. 6. Non Herodes, & si longo desiderio affectus, qui eum derisit cum exercitu suo. Luc. 23. Zachæus q̃rebat videre, quis esset ille vnicus mundi saluator, ⌊ & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. ⌋ Pusilli sunt, qui rebus sordidis & fluxis incũbunt: quicquid. n. habet hic mundus humile est, si confertur ad maiestatẽ euangelicam, his nõ est conspicuus Iesus, nisi sese subducant in altũ. ⌊ Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum, vt videret illum, quia inde erat trãsiturus. ⌋ Sycomorus dicitur, q̃ ficus gignat sui generis, vnde & ficus ægyptia dicitur, sed foliis morum arborem referens. Quod ergo natura minus habuit, ascensu supplet arboris, atq; ideo iuste (quamuis rogare non audebat) benedictionem dominicæ susceptionis quam desiderabat, accepit, Si ergo volumus Christum videre, arborem crucis ascendamus. Iohan. 12. Ego si exaltatus fuero a terra omnia traham ad meipsum. Ibi videbimus eum, imo ibidem videbimur a deo. Gal. 5. Qui Christi sunt, carnẽ suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis suis. Hinc idem Gal. 2. Christo confixus sum cruci, viuo ego iã non ego, viuit vero in me Christus.

¶ Quo ad secundum Psalm. q̃ salubre sit diuinæ misericordiæ habere respectum indicat, dicens: Veruntamen deus redimet animam meam de manu inferi, quum susceperit me, & vere hoc claret in isto principe publicanorũ. ⌊ Et quum venisset ad locum, suspiciens Iesus vidit illum, ⌋ non ignarus quis esset in arbore. Fortasis zachæus multis Iudæorum erat risui, dives & publicanus sub-

limis in arbore spectator vnius hominis · Iesus autem delectatus hominis insigni cupiditate, quam ipso facto vultu atq; oculis præ se ferebat, quanquam & ante viderit illum, tamen vt euidens ostenderet exemplum prõptæ credulitatis, respexit illum. Habẽt illius oculi salutare fascinum. Ille videre tantum ambiebat, sed dominus ampliori cum gratia dignatus est ⌊ & dixit ad eum ⌋ voce familiari ⌊ zachæe, festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere ⌋ Vocat ex nomine, quia iam scriptus in libro vitæ. Luc. 10. Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cælis. q.d. Noui te ex nomine, non enim de illis es quibus dicturus sum. Non noui vos, discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Matth. 7. Ecce aspectum desiderans, vocem audire meruit, & vt notus vocari nomine. Accipimus frequenter dominum rogatum iuisse ad conuiuium, nunquam autem accepimus vltro se non inuitatum ingessisse sese, atq; id vulgo parum habetur ciuile sed introspexerat dominus affectum hominis, cui tanti erat vidisse Iesum prætereuntem. Plura tentaturus erat, nisi propriæ indignitatis obstitisset cõscientia. Plus enim impetrat humilis qui quod tacite secum optat & propter conscientiam imbecillitatis suæ nõ audet petere, q̃ qui veluti deuincturus officio Iesum vocat illum ad se. Vocat Iesus ad festinam sui humiliationẽ, & ipsius humilitatis imitationẽ, quemadmodũ ipse nos sua ad se trahit gratia. Ioh. 6. Nemo venit ad me nisi pater qui misit me traxerit eum, sic nos ipsum ad nos nostra humilitate, inclinamus. Esa. 66. Super quem requiescet spiritus meus nisi super humilem & quietum, & trementem sermones meos. Luc. primo: Respexit humilitatem ancillæ suæ. Manet in domo quæ est per fidem repente iustificata, magni peccatoris conscientia. O quantum gaudebat hæc audiens zachæus, vnde sequitur. ⌊ Et festinans descendit & excepit illum gaudens. ⌋ Factus iam obedientiæ filius. E sublimi speculatus fuerat Iesum per fidem, descendit ad opera pietatis. Non enim satis est contemplari IESVM quoties eget hospitio. Eget autem quoties eget proximus. Ambrosius: Qui domicilio interno recipit dominum maximis exuberantium pascitur delectationibus voluptatum, Sapientiæ 7. Venerunt mihi omnia

bona pariter cum illa, scilicet sapientia. Hinc Elizabeth admirabunda ait Lucæ 1. Vnde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me? O quid si ipse dominus? Sed semper virtutes persequitur inuidia, vnde & inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Sapientiæ.2. Imitantur autem illum omnes qui sunt ex parte illius. Nam diabolus per sua membra Christi persequitur membra, id est, bonos. Hinc dominus Iohannis 15. Si de mundo fuissetis, mundus vtique quod suum erat diligeret, quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Vnde hic sequitur. ⌊Et cũ viderent omnes murmurabant, dicentes quod ad hominẽ peccatorem diuertisset⌋ O contaminatam & inuisam deo iusticiam, quæ mauult fastidiri quam sanari inuidere proximo, quam communicare Ecce vnde sanari debuerant inuidia cæcante peiorati sunt, quasi non sit maius peccatum, & primum omnium inuidere proximo, & quasi bonus esse posset, qui fratri salutem inuideat.

¶Quo ad tertium Psalmista cernens homines per abrupta vitiorum incedere, eo quod non spiritu ducerentur diuino (nam qui spiritu dei aguntur hi sunt filij dei. Roma.8.) orat dicens; Dirige me in veritate tua & doce me quia tu es deus saluator meus. Sic ergo zachæus contempto murmure Iudaici populi stat ante Iesum, ambiens etiam in discipulorum ascisci numerum, ostendens quousque iam profecisset. ⌊Stans autem zachæus dixit ad Iesum. Ecce dimidium bonorum meorum do⌋ in præsenti ⌊pauperibus⌋ non histrionibus & cæt. Quo patet plurima iuste ipsum possidere, quũ & defraudata in qua druplum restitueret. O vices rerum mire inuersas! quod intus erat in pharisæis id erat plenum rapina & dolo, & zachæum habemus iustum & liberalem, hominem non solum diuitem sed & publicanum, atque adeo huius generis principem: quo magis apud iudæos erat abominabilis, Sed nihil moratur titulos dominus, mentem intuetur, & ex factis æstimat, ex his autem factis quæ ex fide & charitate proficiscuntur, vnde sequitur. ⌊Et si quid aliquem defraudaui reddo quadruplum⌋ Non eñ placet liberalitas, si in iniuria perseuerat. Neque vero ita stanter hæc de se prædicabat zachæus, quemadmodum

ille phariſæus ſuæ iuſticiæ buccinator apud deum, & publicani deriſor. Non enim ſuam præfert iuſticiam alienæ inſticiæ. Sic enim expediebat, vt hæc vox Zachæi, audiretur ab inuidis iudæis, & a Chriſto iſdem audientibus probaretur. Non enim poterat efficatius illis ſuam exprobrare fraudulentiã auaritiam & rapacitatem, qui non ſolum ipſi non largiebant egenti proximo, verum etiam prætextu pietatis parentes fraudabant a filiis debito ſubſidio. Quoniam ergo non parce ſeminauerat & hilariter. ⌊ Ait Ieſus ad eum ⌋ audientibus cunctis.

⌊ Quia hodie ſalus domui huic facta eſt. ⌋ Vnde non illi ſoli, ſed toti familiæ eius facta eſt gratia & ſalus, quæ non parua erat cum eſſet princeps, tanta eſt benignitas dei ⌊ eo q̃d & ipſe filius ſit Abrahæ ⌋ Beda: Non de ſtirpe generatus, ſed quia eius fidem eſt imitatus. Gal. 4. Si aũt vos Chriſti, ergo & ſemen Abrahæ eſtis. Quiſquis enim fide & ſyncritate vitæ, pietateq; refert Abraham, is filius eſt Abrahæ. conſors benedictionis olim Abrahæ promiſſæ. Filius Abrahæ eo quod crediderat, & in diſpẽſandis opibus magnanimꝰ, & pauperum amator qualis erat ille, vnde & nunc dicit filium Abrahæ, quum morum ſi militudinem oſtendit, nõ enim dixit quod fuerit, ſed q̃d ſit filius Abrahæ. Sed ne propriæ tribuatur virtuti adiũgit. ⌊ Venit enim filius hominis quærere & ſaluum facere quod perierat. ⌋ Beda: Hoc eſt quod alibi dicit Mat. 9. Non veni vocare iuſtos. Pius ſane magiſter, qui turbis murmurantibus ſua myſteria non dedignatur aperire, adeo peccatorum pœnitentiam non eſſe reſpuendam, vt ipſe dei filius ob hanc maxime quærendam ſit deſtinatus ad terras. Quid enim magis periit quam peccator? qui q̃ maior fuerit peccator, eo magis periit. Nam deo periit quam diu a Chriſto inuentus non eſt & ſaluatus. Hodie ergo .i. tempore gratiæ, de quo apoſt. Hebr. 3. Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra. Vere ſalus facta domui eccleſiæ vniuerſalis, de qua 1. Timo. 3. Hæc ſcribo tibi, vt ſcias quomõ oporteat te in domo dei conuerſari, quæ eſt eccleſia dei viui, columna & firmamentum veritatis Hebr. 3. Et Moſes quidem fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus, in teſtimonium eorum quæ dicenda erant, Chriſtus vero tanquam filius in

domo sua, quæ domus sumus nos, si fiduciam & gloriã spei vsq; ad finem firmam teneamus. Pro hac domo tradidit seipsum vt illam sanctificaret. Ephe. 5. Item. Domui ecclesiæ æternalis. Iohan, 14. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Col. 1. Complacuit in ipso omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare, & per eum omnia reconciliare in ipsum, pacificans p sanguinem crucis eius, siue quæ in cælis siue quæ in terris sunt. Tertio, domui ecclesiæ materialis, quæ figura est domus æternalis, quemad modum & tabernaculum veteris testamẽti. Nam cultus veteris testamenti, cultum noui figurauit: & perficiendũ in cælo. Vnde Hebr. 10. Vmbram habens lex futurorum bonorum non ipsam imaginem rerum. i. substantiam. Vñ 1. Cor. 10. dicit patres veteris testam. in Mose baptizatos, & manna eucharistiam figurasse & aquam de petra gratiam spiritus sancti, &c. Omnia, inquit, in figura contingebant illis. Cum ergo hic sit veritas, multo fortius Christus per pontificem consecrat ecclesiam, in qua non manna figurale, sed verum corpus Christi consecratur, quam olim per Mosen in tabernaculũ, similiterq; ministros ad hoc idoneos. De veteri legimus quod domino præcipiente factum sit tabernaculum fœderis. Exo. 25. Facient mihi sanctuarium, & habitabo in medio eorum, iuxta omnem similitudinem tabernaculi quod ostendam tibi, & omnium vasorum in cultum eius. Secundo de ministris. Exodi. 28. Applica quoq; ad te Aaron fratrem tuum cum filiis suis de medio filiorum Israel vt sacerdotio fungantur mihi Aaron, Nadab, Abiu, Eleazar, & Itamar, faciesq; vestem sanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem. Tertio de sanctificatione. Exodi. 29. Sanctificabo & tabernaculum testimonij cum altari, & Aaron cum filiis suis vt sacerdotio fungantur mihi, & habitabo in medio filiorum Israel. eroq; eis deus. Hæc ibi; Quis nunc fidelium dubitare possit per specialem gratiam ibi habitare deum, vbi sacrosancta ipsius tractantur, conseruantur q; corporis & sanguinis sui mysteria, ipsumq; locum specialem orationis, vbi salus confertur & acquiritur p sacramentorum susceptionem.

De gloriosa virgine Maria.

EPIST

Beati qui audiunt verbum dei & custodiunt illud ¶ Luc. 11. Saluator noster veritatis & autor & defensor, quia ipsa via, veritas, & vita. Iohan. 14. Contra ludęorum falsas in ipsum calumnias, veram matris huius matrem gloriosam commendantis (& hoc propter ipsum & ex ipō) exclamatiōem approbauit. Sic dem vt secundario legitur de ipa. Eccle. 24. Ante secula præordinata mater dei futura. ¶ Ab initio (ait) & ante secula creata sum ¶ Nec mirum cum dicat apost. Ephe. 1. Elegit nos ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in cōspectu eius. Quid ergo de matre. Certe Rom. 8. Quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipe primogenit⁹ in multis fratribus. Quos autem ꝓdestinauit, hos & vocauit, & ꝙs vocauit, hos & iustificauit, quos autem iustificauit, hos & magnificauit. Nam. 2. Cor. 3. Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, ergo & matrem, &c. Vnde Hier. 1. Priusquam te formarem in vtero noui te, & anteq̄ exires de vulua sanctificaui te, & prophetā in gentibus dedi. Seq. ¶ & vsq; ad futurum seculum non desinam ¶ Vnde in figura dicitur Iudith. 13. Benedicta es tu filia a dño deo excelso p̄ oīmbus mulieribus super terram. Bñdict⁹ dñs qui creauit cælum & terram, qui te direxit in vulnera capitis principis inimicoꝝ nostrorū, qa hodie nomen tuū ita magnificauit, vt nō recedat laus tua de ore hoīm. Vere gladio verbi diuini caput amputauit serpentis venenosi, inimici gñis humani cum ait: Ecce ancilla dñi fiat mihi secundum verbum tuum. Vnde ipa Luc. 1. Respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce em ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia vt Psalm. ait: Generatio & generatio laudabit opera domini. Sed non illa q̄ non direxit ad deum cor suum, de qua Luc. xi. Generatio hæc generatio nequam est. Imo pessima vt ibidem. Nam verba & miracula peruertit non aduertit. ¶ Et in habitatione sancta coram ipo ministrauit. ¶ Nam semper in sanctis primo in templo a. 3. anno vsq; 14. enutrita cum aliis (vt dicit Hieronymus) quo a parentibus post ablactationem fuit oblata, vbi domino in omni humilitate & omnium morum honestate vacabat, vt omnium oculis esset admirabilis, angelis affabilis, deo amabilis. Deinde

cum sancto suo sponso Ioseph. Postea in sancto apostolorum collegio. Deum in cælesti collegio sedule nobis suis deuotis suffragñs. Nam verbum dei audiuit, quare nũc ab eo auditur, & c.

¶ Iudæis miracula Saluatoris tanquam adiutorio dæmonum (quare mala) & circa terrena (ideo non reputanda) calumniantibus. Ipe saluator rationibus & similitudinibus contrarium ostendit. In il.t. Extollens.

¶ Primum: Accommoda malignæ deprauationis relatio. In principio.

¶ Secundum: Beata virgineæ decorationis commendatio, ibi: Beatus venter qui.

¶ Tertium: Certa deuotæ commendationis approbatio, ibi: At ille dixit:

¶ Circa primũ dicit apostolus, 2. Cor. 13. Nõ possumus aliquid aduersus veritatem, sed pro veritate. Causa tangit. Esd. 4. Magna est veritas & prævalet. Nam maligni quantumcunq; contra veritatem nitantur, finaliter veritas prævalebit, & si non huc tamen alibi sicut Sapi. 5. Strabunt iusti in magna constantia, aduersus eos qui se angustiauerunt, & abstulerũt labores eorum, & c. Vnde Iudæi quantumcunq; odio laborarent contra veritatem verborum & miraculorum Christi, finaliter semper fuerũt confusi. Vnde Matthæi vicesimoprimo. Videntes principes sacerdotum mirabilia quæ faciebat, & pueros clamantes in templo & dicentes Osanna filio Dauid indignati sunt & dixerunt ei. Audis quid isti dicunt? Iesus dixit eis. Vtique, nunquam legistis quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Sic & hic per os huius mulieris obstruxit os loquentium iniqua. Nam expulsionem dæmonis Beelzebub ascribebant. Alĩ tentantes signum quærebant e cælo. Lucæ vndecimo, quasi alia nullius valoris: quia circa terrena. ¶ Loquente Iesu ad turbas, & rationabiliter ostendente nil se habere cum dæmone commercĩ, sed diuinitatis virtute eicere dæmonia, ac ipos Iudæos ob ingratitudinis vitium grauiter lapsuros, spiritus. per os mulieris, quæ infans respectu scribarum & pharisæorum, & lactens diuinæ gratiæ dulcedinem, calumnias ipsorum plene confutauit, cum beatum ventrem qui ipsum portauerat, clamauit. Nam cum fuerit- EVANG.

mus filꝫ iræ. Epheſio. ſecundo, ſi ipſe beatificat & ſaluificat, ita vt propter ipſum, & per ipſum, mater beata, neceſſe eſt ipſum fore deum, qui ſalua re poſſit de manu fortis armati, ſicut ait Lucæ vndecimo. Ideo angelus claritatis hoc exprimens. Matthæi primo: Vocabis (inquit) nomen eius Ieſum. Rationem annectit, dicens: Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum. Et ſic iſta contra malignantium calũnias deum confitebatur & hominem, ventrem beatificans in quo quieuit, & vbera quę ſuxit. Iſta enim duo requirebantur ad hoc vt quis humanum ſaluare poſſet genus. Vt ſcilicet eſſet deus qui poſſet & homo quo poſſet. Ideo dictus non ſolum Ieſus, ſed & Chriſtus, id eſt, vnctus. Matt. 1. De qua, ſcilicet virgine Maria, natus eſt Ieſus qui vocat Chriſtus. Vnctus enim fuit præ participibus ſuis oleo lætitiæ, id eſt, plenitudine gr̃æ, Heb. 1. Iohann. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti a patre, plenum gratiæ & veritatis. Cooperatur ergo vnctio ad redemptionem generis humani, quia niſi plenus gratia alĩs dare non poſſet. Ideo de plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia, quia lex per Moſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Plene ergo oſtendit nullum ipſum habere cum diabolo commertium prout phariſæi calumniabantur. Quæ enim conuẽtio Chriſti ad Belial, ſecundo Corinthiorum ſexto. Vnde ait. Lucæ vndecimo. Qui non eſt mecum contra me eſt. Similiter miracula ipſius non ſpernenda, cum ait qui te, talem ac tantum, portauit. Iohannis nono. A ſæculo non eſt auditum q̃d aperuit alĩqs oculos cæci nati. Mira ſſ. operatio vt mulier ſimplex videns ſupremos religione & autoritate contradicentes, clamoſa voce econtra benediceret.

¶ Quo ad ſecundum ait Apoſt. ¶. Cor. i. Qui gloriatur in domino glorietur. 2. Cor. 10. Non enim qui ſeipſum commendat ille probatus eſt, ſed quem deus commẽdat. Vnde ipſa plauſit: Fecit mihi magna qui potẽs eſt, & ſanctum nomen eius. Luc. 1. & quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius dei. Vere ſanctum quia ipſe qui ſanctificat. Hebr. 2. Qui enim ſanctificat & qui ſanctificantur ex vno omnes. Commendat ſſ. p hanc mulierem matrẽ dñi in ſuggillationem phariſæoꝝ a duobus. Primo. A ma-

ternitatis dignitate ⌊extollens⌋ id est, ex corde in altū ⌊vocem⌋ non erubescens Christi matrisq; eius præconia inter aduersarios proclamare ⌊quædam mulier de turba⌋ simplex a deo docta ⌊dixit: Beatus venter qui te portauit & vbera quæ suxisti⌋ hoc contra hæreticos veram in Christo negantes carnem. Beatificat corpus tanq̄ sensibus magis notum, quo Christo ministrauerat, cum tñ nihil habeat beatitudinis nisi ab aīa. Ideo Elizabeth ſſ. illuminante primo animam deinde ad corpus. Lucæ. 1. Beata quæ credidisti, qm̄ perficientur in te q̄ dicta sunt tibi a domino. Ideo dicit Aug. Beatior fuit Maria concipiēdo Christum fide q̄ carne. Et angelus. Aue gratia plena. Hieron. In sanctis patribus & prophetis gratia fuisse creditur, non tamen eatenus vt in Maria. In Mariā enim totius plenitudo gratiæ q̄ est in Christo se infudit quāq̄ aliter. Nam in Christo tanq̄ in capite influente. Ioh. 1. de ple. In Maria tanquam in collo. Vnde quanto quid plus appropinquat causę, tanto plus participat de effectu, Sed quis sic deo corde & corpore appropinquauit 1. Corin. 6 Qui adhæret domino vnus spiritus est. ipse autem de ea nostræ sumpsit precium redemptionis, quod in ara crucis pro nobis obtulit, 1. Pet. 2. Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. Esa. 53. Ipse vulneratus est propter delicta nostra. Secundo. Virginitatis puritate. Non enim dixit: Beati parentes vel pater, sed venter, quasi dicat: In quo spiritusancto operante conceptus es? Luc. 1. spiritus sanctus superueniet in te. Fuit enim virgo sancta corpore & spiritu cogitans quæ domini sunt 1. Corinthio. 7. intantum vt angelo promittenti filiū altissimi conceptum diceret se virum non cognoscere, virginitatem deo promissam (spe etiam tantæ prolis) violare nolens, quanto minus tali & tanta prole habita. Vere ergo beatus venter, qui incorruptus permanens, tali ac tanto gaudere meruit filio, vnigenito scilicet filio dei. Quod considerans Elizabeth admirabunda ait: Luc. 1. Vñ hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me. Gloriamur secundum Apostol. (Romanor. 5.) In spe gloriæ filiorū dei, hæc ipsa matris. Nam audacter suum nuncupat filiū dicens: Lu. 2. Fili, quid fecisti nobis sic? Vnde ipse, qui nō venit soluere legem, sed implere legem. Matthæi. 5. ipsi

matri obediuit. Lucæ. 2. Erat subditus illis. Ipsam petẽtem in nuptijs pro vini defectus sublevatione exaudiuit. Iohannis secundo. Finaliter in cruce pendens in vltimo IOHANNI commendauit. Iohannis 19. Haud dubiũ quin magnifice in cælis honorauit. Iohannis 12. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus qui est in cælis.

¶ Quo ad tertium, Considerans Apostolus quia iuxta verbum saluatoris sine eo nihil possumus facere. Iohan. 15 ait. 1. Corinth. 15. Gratia dei sum id quod sum. Volens igitur dominus approbare verum mulieris dictum, conclusionis ipsius radicale posuit fundamentum. Et primo per locum a causa ad effectum. At ille ait: ∟ Quinimo ⌋ id est, vere beatus, quia ∟ beati qui audiũt verbum dei & custodiunt illud ⌋ hoc patet per Psalmist. Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum. Sed quomodo vel ad quid custodienda idem indicat: In corde meo abscondi eloquia tua vt non peccem tibi. Sed nunquam aliqua pura creatura sic custodiuit quemadmodum ipsa. Si enim Iohan. qui venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine. (Ioh. 1.) sic custodiuit vt maior eo inter natos mulierũ non surrexerit. Quid illa q̃ venit vt mater esset filij dei: Vñ scriptum est Lu. 2. Maria aũt conseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo scilicet testamentum vetus cum actis noui, vt illuminaretur intellectu, & inflammaretur affectu. Si ergo beati, ergo maxime ipsa. Secundo per locum a minori. Si beati, ergo ipsa q̃ nõ solũ hoc fecit, s. aure corporis audiendo, & corde ruminando, ac ope seruãdo, sed & verbum dei substantiale concipiendo, & carne sua sanctissima vestiendo. Eccle. 24. Qui creauit me requiuit in tabernaculo meo. Vere quieuit, nec venialiter turbat nec mortali expulsus, sed nouẽ mensibus dulciter fotus. Itẽ Ioh. 1. Quotq̃t receperunt eũ dedit eis potestatem filios dei fieri, ergo si illi, quammaxime ipsa q̃ cum hoc corporaliter recepit. Vnde figuratur p Arcam testamenti. 1. (Cor. 10. Omnia in figura contingebant illis) q̃ maxime fuit apud Iudæos reputationis non propter se, sed ꝓpter contenta, & hoc propter tria.

¶ Primo. Materiam. Fuit enim de lignis Sethim, intus

& foris deaurata. Exod. 25. Ligna illa dicuntur imputribilia, sic ipsa mente & corpore incorrupta, vnde & deo grata. Incorruptio enim deo proximum facit. Sapi. 6. O quãta solicitudine templum filij inuiolatum seruare studuit. Nã. 1. Cor. 3. Si quis templum dei violauerit disperdet illum deus. Deauratio interior dilectionem dei, exterior proximi designat qua plena fuit, patet ex euangeliis.

¶ Secundo. Contenta, Hebræo. 9. In qua erat vrna aurea, habens manna, & virga Aaron quæ fronduerat, & tabulæ testamenti. Vrna humilitatem signat Christi charitate assumptam, vnde aurea. In qua fuit manna. Ipse autem ait Iohan. 6. Non Moses dedit vobis panem de cælo, sed pater meus cæleftis dat vobis de cælo panem verum sequitur: Ego sum panis vitæ. Tabulæ plenitudinem signant sapientiæ & gratiæ in Christo. Col. 2. In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Virga Aaron quæ fronduerat. Deutero. 17. Quæ signat potestatem regiam in Christo. Psal. Virgam virtutis tuæ emittet dominus ex Syon, dominare in medio inimicorum tuorum. Item dignitatem sacerdotalem, quæ germinat bonitate conscientiæ. Hæc est gloria nostra testimonium conscientiæ nostræ. 2. Corinthio. 1. Frondet veritate doctrinæ. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius. Malachiæ. 2. Floret celebritate famæ. 2. Cor. 2. Christi bonus odor sumus in omni loco. Fructificat sanctitate vitæ. Titu. 2. In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum. Vere tali dignitas debetur sacerdotalis. Christus autem sacerdos est in æternum. Hebr. 7.

¶ Tertio. Locum. inuenimus tria loca principalia, quibus longo tpe fuit. Primo. Sylo in mõte Ephraim vbi locus fuit. Iosue 17. vsq; ad tempora Heli. 1. Reg. 4. psal. Audiuimus eam in Ephrata, scilicet fuisse. Signat statum virginalem Mariæ, quo fuit in monte contemplationis. Non autem fuit fatua virgo, sed lampadem bonorum habuit operum oleo charitatis inflammatam. Interpretatur enim ephrata frugifer, signans fructum bonorum operum. Notanter dicit audiuimus. Nunquam enim similis visa. Sola enim sine exemplo placuit virgo Christo.

Eccl.24. Et dixit mihi in Iacob inhabita, qui ſupplantator dicitur, & in Iſrael hæreditare, qui videns deum dicitur: Secundo Cariathiarim.1.Reg.7. Et manſit vſque ad tempus Dauid.2.Reg.6. In domo Aminadab. Interpretatur autem ciuitas ſyluarum. Pſalmi. Inuenimus eã in campis ſyluæ. Signat nobis ſtatum quo filio miniſtrãs per locorum varietates ambulauit. Sicut autem ſylua auibus eſt refugium, hominibus ab æſtu ſolatium, ſic ipſa tutiſſima ab omni impugnatione dæmonum æſtum concupiſcentiæ non ſentit. Et ad ſe confugientibus tutiſſimũ ab omni tentatione refugium. Eccleſia. Sub tuum præſidium confugimus. Vnde in laudum præconia, ſicut aues in ſyluis a rapacitate malarum liberatæ, aſſurgamus quẽ admodum ipſa. Lu.1. Magnificat anima mea dominum. Tertio. Hieruſalem in templo, vbi ſtabilem habuit manſionem.3.Reg.8. Signans cælum prout deducit Apoſtolus. Hæbr 9. Chriſtus aſſiſtens pontifex futurorum bonorum, peramplius & perfectius tabernaculum nõ manufactum, id eſt, non huius creationis, neq; per ſanguinẽ hircorum aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinẽ introiuit ſemel in ſancta æterna redemptione inuenta. Fuit autem maximæ reputationis locus ipſe vbi arcã ponebatur, vt nemo niſi ſummus ſacerdos, & hoc ſemel in anno tantum illuc intraret. Hebr. 9. Sic ipſa in ſummo poſt filiũ loco honoris poſita, merito omni reuerentia & laude poſt filium digniſſima, ſicut idem locus diuini cultus fuit & laudis. Hanc igit tantæ dignitatis eminentiæ virginem & matrẽ domini nos homines nullo dignabimur honore? Indigni certe habebimur æternæ hæreditatis cum benedicta hac matre noſtra participatione in cælis ſi nullum ei volumus deferre honorem in terris, quæ nimirum omni laude eſt digniſſima. Nonne ipſa angelico præconio mirifice celebrata eſt, & gratiã plena in honorantiſſima ſalutatione, quæ e cælo allata eſt, magnifice prædicata? Luc.1. Nonne eadem a ſancta Elizabeth ſpiritu ſancto repleta, benedicta eſſe inter mulieres ſicut & prius ab angelo eſt pronunciata? Nonne & de eadem acclamauit fructu eius benedicto in ſecula, mulier illa ſynceræ fidei & deuotionis, voces blaſphemantium ſcribarum & phariſæorum hac laudatoria confeſſione retundens.

Beatus.v.q.t.p.& v.quæ.s. quam quidem egregiã matris laudem & ipse filius respõsione sua approbauit. Nos igitur ab angelo tantope laudatam,& a.ff.in beata Elizabeth & illa muliere de turba extollente vocem suã tantis laudum titulis honoratam,nequaq̃ honorabimusnec vlla laude celebrabimusé Absit,quoniam, teste Damasceno,honor ad ipsam matrem, in illum qui ex ipsa natus est reuocatur.Quare ediuerso matris dei inhonoratio,et iam Christi ex ea nati inhonoratio est, quemadmodum in euangelio testatur,Iohanni.v, dominus Iudæis quod qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum.

¶ In festo Purificationis Marie.

POstquam impleti sunt dies purgatiõis Marie secundum legem Mosi, tulerunt illum in Hierusalem,vt sisterent eũ domino.Luc.2. Saluator noster dubios discipulorum suorum sua de resurrectione animos certificare volens, ad scripturarum remisit,de ipso loquentium,considerationem, vtpote q̃ nec fallunt,nec fallere possunt,cum spiritusancto inspirati locuti sint sancti de homines.2.Pet.1.dicens Luc.24 Hæc sunt verba quæ locutus sum vobis, cũ adhuc essem vobiscum,quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Mosi,& prophetis & psalmis de me. Mysterium enim incarnationis,passionis, sicut prædictũ erat,impleuit.Vnde & Iudæos in scripturarum direxit indaginem qua verius ipsum agnoscerent.Ioh.v. Scrutamini,inquit,scripturas in quibus putatis vos vitã æternam habere,id est,veram dei cognitionem.Ioh.17. Hæc est vita æterna,vt cognoscant te solum deum verum, & quem misisti Iesum Christum.Signanter autem dixit putatis,quasi dicat,minime tñ habetis,Ideo scrutamini.Vnde per Malachiam claræ suæ oblationis tã in tẽplo q̃ crucis in patibulo prædixit: Malach.3. ¶ Ecce ego mittam EPIST
angelum meum,& præparabit viam ante faciem meam, & statim veniet ad templum sanctum suum dominator quem vos quæritis,& angelus testamenti quem vos vultis.Hic angelus saluatore interprete sanctus est Iohan. Matth.11.Hic est de quo scriptum est.Ecce ego mitto angelum meum ante faciẽ tuam,qui præparabit viam tuã

ante te. Angelicam siquidem in terris duxit vitam. Vnde ibidem: Venit Iohannes neq; manducans neq; bibens, si licet panem neq; vinum, dicit Luc. 7, Esca enim eius erat locusta & mel syluestre. Matt. 3 Haud dubium quin aqua potus. Idoneus nuncius & præcursor Christi. Viam p̄ parauit prædicatione. Ioh. 1. Ego vox clamantis in deser to parate viam domino, rectas facite semitas ei⁹. Matth, 3 Pœnitentiam agite appropinquauit regnum cælorum Item baptizatione, Iohan. 1. Sed vt manifestetur in Israel, propterea ego veni in aqua baptizans. Act. 19, ait Paulus: Iohannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populū, dicens in eum qui venturus est crederent, hoc est in Iesum. Et statim veniet, quia ibi oblatus hodie a matre, & pluries ibi p̄dicauit. Dominator, id est saluator omnium & creator. Angelus magni consilij & noui testamenti nū cius, quem vos quæritis, vt iuste iudicet, & personam ho minis non accipiat. ⌊Ecce venit⌋ id est, certitudinaliter veniet⌊ dicit dominus exercituū. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius ⌋Act. 2. Non est vestrum nosse tpa vel momenta, q̄ pater in sua posuit potestate ⌊ Et quis stabit ad videndum eum⌋ Iob. 26. Cum vix paruā scintillam sermonum eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis eius intuerie? Sicut enim prim⁹ in humilitate, ita secundus erit aduentus in maiestate. Matthæi 25. Cū venerit filius hoīs in maiestate sua &c⌊ Ipse enim quasi ignis conflans⌋ peccata grauia grauius puniē do. Eccl, 2. In igne probatur aur⁹ & argentum, hoīes vero receptibiles in camino humiliationis⌊ Et quasi herba fullonum⌋ Leuius leuia puniendo. Esa, 4. Si abluerit dñs sordes filiorū Israel in spū iudicij, & sanguinem in spiritu ardoris. Deu, 4. Deus tuus ignis consumens est. ⌊ Et sedebit⌋ in q̄ notatur diligentia ⌊ conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui⌋ id est, apostolos & eorum successores igne passionis, vt iudicium incipiat a domo dei, i. Pet, 4. vel igne ſſ. Ioha, 15. Iam vos mundi estis propter sermonē quem locutus sum vobis⌊ Et conflabit eos q̄si aurum & q̄si argentum⌋ ad pfectam mundiciam deducendo, vt nouum induant hominem⌊ & erunt⌋ sic colati & mundati⌊ dño offerentes sacrificia in iusticia⌋ Eucharistiam per varia legis sacrificia figuratam, sicut

perfectum per plura imperfecta. Et placebit dño sacrificium Iuda & Hierusalem. Id est, fidelium confitentium, & videntium deum per fidem quia acceptissimum. Sicut dies seculi & sicut anni antiqui. Id est, sicut illi vel sacrificia illorum qui fuerunt in diebus antiquis. Vnde in canone dicitur: Sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificium patriarchæ nostræ Abrahæ. Istud tamen sicut, non designat æqualitatē, sed correspondentiam rei figuratæ ad figuram. Sicut enim figuratum excellit figuram, sic sacrificium nouæ legis, veteris sacrificia. Cum propheta secundum literam (saluatore adstipulante Mat, 11) de aduentu loquatur Christi in carnem, nullumq; nobis fit sacrificium nisi corporis & sanguinis in ecclesia, claret spiritusancto per prophetam testante missam, sacrificium (in qua offertur eucharistia) esse & dici iure.

¶ Euangelista Lucas post circuncisionem saluatoris, legis ordine purificationis (prætermissa magorum, quā Mat, 2. ponit, aduentu & adoratione) Mariæ ponit ordinem, quæ quadragesimo post partum die fiebat, dicens: Postquam impleti sunt &c.

¶ Primum, Deuota mandatiobseruatio. In princ,

¶ Secūdum, Exacta iusti commendatio. Ibi: Et ecce homo.

¶ Tertium, Fausta dei magnificatio. Ibi: Et cum inducerent.

¶ Quantum ad primum spiritusancto inflammatus Psalmista ait: In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs. Et merito, cum vere diuitiæ sint virtutes, & ad perpetuas deducant diuitias. Ideo Prou. 21. Gaudium. est iusto facere iusticiam. Iusti enim in perpetuum viuent, & apud dominum merces eorum, & cogitatio illorum apud altissimum. Sapientiæ 5. Vnde patres veteris Testamenti magna cum deuotione legem a deo per Mosen datam obseruabant expectantes Christi aduentum: quo iustificari & saluari credebant, sed non per legem quæ nihil ad perfectum adduxit, Heb: 7. Finis autem legis Christus ad iusticiam omni credēti: Romanos decimo: Nam factus est nobis a deo patre sapientia & iusticia & sanctificatio & redemptio, 1. Cor, 1.

Vnde sacrificia legis accepta non erant, nisi in fide offerentium, inquantum & figurabant Christũ verum & perfectum sacrificium. Vnde Hebr. 10. Impossibile est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Ideo ingrediens mundum dicit, hostiam, de animatis, & oblationem de inanimatis, noluisti, corpus autem aptasti mihi. Holocaustomata & pro peccato, id est, sacrificium quod totũ incendebatur, & hostia pro peccato, nõ tibi placuerunt. Tunc dixi, ecce venio, per incarnationem. In capite libri scriptum est de me, psalmorum vel prædestinationis, ut faciam deus voluntatem tuam. In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel. Hunc ergo eundem, virgo beatissima hodie, partum immaculatis & manibus & affectibus obtulit. Nunquam talis patri oblatio facta est & tanta. Sed quanta credis animi deuotione, & spiritus iucunditate, quis enim tanta fide quanta virgo gloriosa? cuius & credulitatem Elizabeth beatificat. Lucæ. 1. Ipsam autem oblationem domino placuisse pater testatus est, filium hunc suum dilectum in quo sibi complacuit affirmans. Matth. 3. & 17.

EVANG. Ponit autem Lucas duo quæ lege notantur. Primum matrem concernens. ¶ Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ, secundum legem Mosi. ¶ Secundum legem Leuit. 12. Post nativitatem infantis mulier immunda erat quadraginta diebus. Omne, inquit, sanctum non tanget, nec ingredietur sanctuarium, donec impleantur dies purificationis suæ. Sed hæc lex ipsam non tangebat. Beda: Cum lex dicat quod mulier quæ suscepto semine pepererit immunda fit, & per longa tẽpora simul cum prole quam genuisset, oblatis victimis debere mundari, patet profecto quia illam quæ sine virilis susceptione seminis virgo peperit, vna cum filio qui natus est ei, neque immundam describebat, neque per hostias salutares doceat esse mundandam: Ipsa autem spiritussancti operatione concepit & peperit, partuque suo non immunda, sed mundissima facta & sanctificata est. Sanctificauit enim tabernaculum suum altissimus, nedum figurale sed virginale, in quo & nouem requieuit mensibus, de quo tanquam sponsus de thalamo egressus est, & sicut radius de lucidissima solis camera filius eius. Vnde &

mnem contraxit decorem. Figurata fuit per portam quę clausa principi erat. Ezechiel. 44. Porta hæc clausa erit (ait dominus) & non aperietur, quoniam dominus deus ingressus est per eam, erit q; clausa principi. Licet ergo secundum hoc legi non esset subiecta, voluit tamen purificationis legem obseruare. Primo, Ex humilitate. Vera enim humilitas non vult humilis prædicari sed vilis reputari, vt dicit Bernar. Beda: Sicut dominus noster & saluator qui diuinitate legem dedit, apparens in homine fieri voluit sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Gal. 4. Ita etiam beata virgo genetrix illius quæ singulari priuilegio supra legem fuit, pro ostendendo humilitatis exemplo legalibus non refugit subdi institutis, iuxta illud Ecclesiastici 3. Quanto magnus es humilia te in omnibus, & coram deo inuenies gratiam. Secundo, Ad scandalum vitandum. Necdum enim notum erat. ff. operatione concepisse. Vnde scandalizati fuissent Iudæi videntes eam non purificari, & sic filium quasi sine lege repudiassent, qui tamen ait Non veni soluere legem sed adimplere. Matth. 5. Secundum concernit prolem, de quo duo ponuntur. Primum, q; in templo debebat præsentari. Secundum, quia oblatio fieri, vnde Leui. 12. Cumque expleti fuerint dies purificationis suæ pro filio siue pro filia, deferet agnum agniculum in holocaustum, & pullum columbæ, siue turturē pro peccato ad ostium tabernaculi testimonii, & tradet sacerdoti, qui offeret illa coram domino, & rogabit pro ea, & sic mundabitur, &c. Quod si non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, sumet duos turtures, vel duos pullos columbarum, vnum in holocaustum, & alterum pro peccato, orabitque pro ea sacerdos & sic mūdabitur. Hæc ibi. Si autem fuerunt primogeniti tunc supra prædicta, si de tribu Leui reportabantur domum, & in adulta ætate redibant domino seruientes, nec redimi poterant. Alii primogeniti redimebantur. 5. sicliis templi. Vnde sequitur. ⌊Tulerunt illum in Hierusalem, vt sisterent eum domino ⌋quia non erat eis licitum sacrificare nisi in loco quem elegerat dominus. Deuter. 12. ⌊sicut scriptum est in lege domini. Quia omne masculinum ad aperiens vuluam sanctum domino vocabitur ⌋i. sancti-

ficabitur & ꝑsentabitur. Beda: Cõsueto more loquit̃ scr̃ ptura, non q̃ dñs vter⁹ virginis ingrediens vel egrediẽs deuirginaſſet. Exod. 13. Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vuluam in filijs Iſrael, tam de hominibus quam de iumentis, mea enim ſunt omnia. Vnde primogenita animalium ſacerdotum erant. Immundorum animaliummutabantur in aliud vel occidẽbantur. Primogenita leuitarum domini erant in perpetuum, quia poſt adultam ætatem in templo ſeruiebant. Alĩ deferebãtur ad templum & redimebantur. ſ. ſiclis. Exod. 34. L. Et vt darent hoſtiam ſecundũ q̃d dictũ eſt in lege domini, par turturum aut duos pullos columbarũ. Hæc oblatio pauperum erat, vt patet Leu. 12. Nam ipſe agnus erat pro omnium ſalute immolandus, & figuralem impleturus cõ ſummaturus q̃ oblationem. Vtrum autem horum obtulerit, euangeliſta non ponit, ſed verba tantum legis recenſet. Leu. 12. Beda: Dominus noſter per omnia memor ſalutis, non ſolum homo fieri cum deus eſſet, ſed etiam cum diues eſſet, paup fieri dignatus eſt pro nobis, vt nos ſua pauptate & humanitate diuitias⁹ & diuinitatis ſuæ conaret eſſe participes. Myſtice autem deſignat fidelĩ gratiſſimum deo per has aues oblationem. Columba ſimplicitatẽ turtur caſtitatem deſignat, q̃a & ſimplicitatis colũba, & caſtitatis amatrix eſt turtur, ita vt ſi coniugem caſu perdat non aliam quærere curet. Vnde in laudibus eccleſiæ loquitur dominus. Cant. 1. Pulchræ ſunt genæ tuæ vt turturis (& infra) Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra oculi tui columbarum. Genas quippe turturis habet, qui ab omni impudicitiæ peſte caſtum ſe cuſtodit & immunem. Oculos habet columbarum, qui nulli nocere deſiderans, etiam inimicos ſimplici amore intuetur. Et quia vtraq; auis gemitum pro cantu ædere ſolet, ſanctorum in hoc ſeculo deſignat ploratum, de quo dominus. Iohannis decimoſexto. Amen amen dico vobis quia plorabitis & flebitis vos, & Matthæi quinto. Beati qui lugent. Merito ergo turtur & columba domino offerũtur in hoſtiam, quia nimirum ſimplex & pudica fidelium conuerſatio, gratum eſt illi ſacrificium iuſticiæ, q̃ q̃ laborat in gemitu ſuo, q lachrymis ſtratũ ſuũ p ſingulas noctes abluit, acceptiſſimam prorſus deo victimam mactat.

¶Quantum ad secundum dicit Psalmista. Peccatori autem dixit deus: Quare tu enarras iustitias meas & assumis testamentum meum per os tuum? Beda. Non solum angeli sed omnis ætas & sexus testimonium nato reddunt puero, & sicut ab omnium seculorum fidelibus præsagiebatur, ita veniens omnium sanctorum laudibus prædicatur. Vnde & Simeon inducitur de quo Luc. ⌊Et ecce homo erat in Hierusalem cui nomen Simeon⌋ vnde a tribus commendatur. Primo quia bene ordinatus erga deum ⌊ & homo iste iustus ⌋ per operationem boni. Sapientiæ decimo. Iustum deduxit dominus per vias rectas. ⌊ Et timoratus ⌋ & sic commendatur ab altera parte iusticiæ, quæ est declinare a malo. Prouerbi orum decimoquinto: Per timorem domini declinat omnis a malo. Beda: Difficile iusticia sine timore custoditur non seruili sed filiali, quia iustus quanto plus diligit deum, tanto solertius offendere cauet. Ecclesiastici primo: Qui sine timore est non poterit iustificari. Secundo: Fuit bene ordinatus erga proximum. ⌊ Expectans consolationem Israel⌋ quæ erat aduentus Messiæ, desiderium prophetarum & sanctorum omnium. Esaiæ quadragesimoquinto: Rorate cæli desuper & nubes pluant iustum aperiatur terra & germinet saluatorem. 64. Vtinam disrumperes cælum & descenderes; Merito ergo iustus qui non suam sed populi expectabat consolationem. Tertio, quia bene ordinatus ad seipsum. ⌊Et spiritussanctus erat in eo.⌋ Non autem fuisset iustus & timoratus, nisi spiritussanctus fuisset in eo. Deus autem superbis resistit humilibus autem dat gratiam, Iac. 4. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. In maliuolam quoque animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Sapien. 1. ergo, &c. ⌊ Et responsum acceperat a spiritusancto nõ visurum se mortem nisi prius videret Christum domini⌋ Christus græce, vnctus latine Messias Hebraice. Beda: Quomodo videtur quibusve oculis quod cuiuslibet oculos claudit. i. mors: Resp. Oculis cordis per intelligentiam, carnisper experientiam. Vñ videre mortẽ est experiri Chm in lege & prophetis ꝓmissum. Non autem dicitur responsum nisi respectu petitionis, vnde intelligitur frequenter clamasse ad dñm vt

mitteret redemptorem plebis suæ. Et venit in spiritu sancto reuelante. in templum. Beda. Eadem gratia qua venturum prænouerat venientem cognouit. Esa. 64. Occurristi lætanti & facienti iusticiam. Veniunt quidam in templum in spiritu superbiæ, vt ambitiosi dignitates & honores cupientes. Alij in spiritu auaritiæ, vt Simoniaci. Alij inanis gloriæ & simulationis vt hypocritæ. Alij vanitatis sicut fabulatores, &c. Sed tales nec Christum vident nec fidei brachijs amplexantur. Simeon autem venit in spiritu humilitatis & sanctitatis, vt aduenientem Christum videret & susciperet.

¶Quo ad tertium ait Psalmista. Magnificate dominũ mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum. Benedic anima mea dominum, & noli obliuisci omnes retributiones eius, & quæ sint subdit. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Hæc considerans san. Simeon desiderat videre Christum domini, per quem saluari & sanari sciebat genus humanum Cum ergo ſſ. cognouisset adesse, venit in templũ. Et cũ inducerent puerum Iesum parentes eius Mater vera Maria, sed pater putatiuus Ioseph. Luc. 3. vt putabatur filius Ioseph. Vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo. ſ. ipsum domino præsentando, sacrificiũ offerendo, & quia primogenitus erat ipsum. ſ. filiis redimendo. Notanter euangelista dicit vtrobiq; secundum cõsuetudinem legis, quia secundum veritatem nec matrẽ (quæ sine virili commixtione genuit) nec filium qui matris ỹginale signaculum non aperuit tangebat. Et ipse accepit eum in vlnas suas. O quam felix senex qui tantã meruit consolationem, quam prophetæ & patriarchę tanto expectarunt desiderio. Si Iohannes in vtero matris spiritu sancto operante ad præsentiam saluatoris exultauit: q̃ta dulcedine hic sanctus repletus est, quem tanto desiderio expetierat pectori suo stringens? Vnde sequitur. Et benedixit deum & dixit. gratias agens, cernendo impletum quod olim fuerat promissum. Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuum in pace. qua si dicat hactenus dilatus est dies dormitionis serui tui, at modo domine finis me seruum tuum (impleto iam desiderio) abire in pace. Vere in pace. Nam ipe est pax nostra

qui fecit vtraq; vnum (scilicet ex gentibus & Iudæis) Ephe. 2. Pacificans per sanguinem crucis siue quæ in cælis siue quæ in terris sunt. Colo. 1. Ammodo ergo in pace moriar & tranquillitate [quia viderunt oculi mei salutare tuum] Prou. 13. Spes quæ differtur affligit animam lignum vitæ desiderium veniens. Sciebat quia beati oculi qui visuri essent Christum. Lucæ. 10. Ideo noluit dissolui morte nisi prius videret, quem cum vidit mox optauit in pace dimitti. Oculi carnis hominem, mentis deum viderunt & cognouerunt, quia per ipsum nobis pax & in ipso. Iohan. 16. In mundo pressuram in me pacem habebitis. Ipse & salus. Matth. 1. Ipse saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Non enim venit filius hominis animas perdere sed saluare. Luc. 9. Quid nos miseri dicimus qui mori, iantia regni iam aperta timemus, claret quianõ serui dei, sed vel carnis, vel mundi, &c. qui non dimittuntur in pace quemadmodum boni, cupientes dissolui & esse cum Christo. Phil. 1. sed rapiuntur inuiti. Luc. 12. Stulte hac nocte rapient animam tuam, & quæ parasti cuius erunt? [Quod (i. saluare) parasti ante faciem omnium populorum] In primo aduentu paratus est omnibus vt crederent & diligerent & sanentur, in secundo parabitur vt videant & rationem reddant. Pro salute ergo omnium gentium paratum est istud saluare, & ante faciem, quia in promptu est omnibus se præsentans. Esaiæ. 56. videbunt omnes fines terræ, salutare dei nostri. Psal. Notum fecit dominus salutare suum, in conspectu gentium reuelauit iusticiam suam. Omnes enim gentes quæ saluandæ sunt, p ipsum saluant. Non enim est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Act. 4. [Lumen ad reuelationem gentium] differenter hoc salutare paratum est, nam gentibus nulla spe dominici aduentus erectis, sed oculis cæcis idola pro deo colentibus, ad reuelationem, quia in tenebris erant ad nullam veritatis lucem aspirantes. Quod autem in tenebris est manet occultum, & ne se quidem cognoscit, cum vero ad est lumen reuelatur manifestat q;, & se & alia videre potest. At hoc lumine sic reuelatæ sunt gentes (Esa. 9. populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam) vt & deum & se agnoscerent. Nam cum p ea quæ facta sunt

deum intellexissent, non tamen sicut deum glorificauerunt, qua propter obscuratum est insipiens cor eorum. Roman. 1. Quare indigebant lumine, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ioha. 1. Iudæis autem paratum est in gloriam, vt ipso glorientur excipiētes promissum & desideratum. Magna enim ipsis gloria quia salus ex Iudæis. Iohan. 4. Verius tamen ipse gloria omnium est electorum deum per fidem videntiū. Ambr. Qui vult in pace dimitti, veniat in Hierusalem, cō uersationem habens cælestem. Veniat in templum. Imitetur exempla eorum in quibus deus habitat. Expectet dominum. Accipiat in manibus verbum dei brachijs fidei, spei, ac charitatis amplexans, tunc dimittetur vt non videat mortem, quia viderat vitam.

¶Annunciationis.

EPISTO.

MIssus est angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen virginis Maria. Luc. 1. Saluator noster per incarnationis mysterium genus redempturus humanum, quo cartus vtilius nihil, plurimis id, quo amabilius fideliusq; susciperetur, susceptumq; teneretur, & verbis prænunciauit & figuris vnde Esa. 7. ¶Locutus est dominus per Esaiam ad achaz dicens. Pete tibi signum liberationis tui & populi de potestate duorum regum Syriæ. s. & Samariæ, quæ figura fuit liberationis per Christum fiendę cuius hic dat signū a domino deo tuo non idolis tuis in profundum infernī, siue in excelsum supra quemadmodum Moses in exodo habuit, vel Iosue stationem solis, pugnans contra gabaonitas. Et dixit acham simulato corde. Non petam & non tentabo dominum hoc pro dolosi cordis sui accepit velamine, nam hoc fecit ne deus tali signo glorificaretur cum esset idolatra pessimus, & idola sua per hoc vilipenderentur, vnde in alia translatione habetur & non exaltabo dominum Et dixit Is. Esaias, Audite ergo domus Dauid quia rex audire non vult Nunquid parum est vobis molestos esse hominibus prophetis, q̄rum dicta & facta contemnitis & impugnatis deridendo, affligendo, &c. & occidendo quia molesti estis &

deo meo ⌊iubenti cõtradicendo, & signum a deo oblatum ob eius honorem renuendo ⌊propter hoc⌋ quia vestra malicia ei onerosi estis, inuidentes eius signis & gloriæ ⌊dabit dominus ipse vobis signum ⌋ ex sua bonitate qua solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super ingratos & gratos. Matthæi quinto non meritis vestris signum inauditum & nouum, salutis & liberationis. ⌊Ecce virgo concipiet & pariet⌋ virgo permanens ⌊filium & vocabitur nomen eius emanuel⌋id est, nobiscum deus, vbi Christi insinuat diuinitatem. ⌊Butyrum & mel comedet ⌋ ad probandum veram humanitatem ⌊Vt sciat reprobare malum & eligere bonum⌋id est, superbos pharisæos & scribas, humiles assumens peccatores. Christi infantia non minuit eius sapientiam, non enim plus fuit sapiens adultus quam paruulus, sed plus ostendit sapientiam suam, adultus, quam paruulus. Hanc propheticam promissionem. Matth. 1. in Christo complet am affirmat.

¶Cum angelus peracta legatione de Iohannis conceptione gaudium non modicum suis in cælo fecisset, ad complementum gaudiorum missus est nunciare filij dei conceptionem, per quem restauranda erant & quæ in cælis & q̃ in terris erant. Colo. 1. In mense scilicet sexto cõceptionis præcursoris. In illo tempore. Missus est angelus Gabriel.

¶Exordium nostræ redemptionis lectio euangelij (cõmemorans angelum de cælis a deo missum) insinuat ad ỹginem, qui nouam in carne natiuitatem filij dei prædicaret, per quam nos abiecta vetustate noxia, renouari atq; inter filios dei computari possimus.

¶Primum. Grata angeli legatio. In principio.

¶Secundum. Honesta legati ruminatio, ibi. Et ait angelus ei.

¶Tertium. Interna responsi moderatio, ibi. Dixit autem Maria.

¶Quo ad primum. Psal. fidelem admonet animam ad considerationem tanti beneficij. Audi filia (id est, anima fidelis) & vide (intellectu cordis) & inclina aurem tuam (humiliter obsequẽdo) & obliuiscere populum tuum & domum patris tui, id est, gentilitatem vel iudai

ſmum & vicia quorum diabolus pater . Et concupiſcet rex decorem tuum, quem ipſe fecit, quoniam ipſe eſt dominus deus tuus & adorabunt eum. Quis autem ſic vt beata virgo diuinis ſe inclinauit mandatis? vnde & præcæteris mundi creaturis electa, Nam quia mors intrauit per fœminam, apte redit & vita per fœminam. Illa a diabolo ſeducta, per ſerpentem, viro guſtum necis obtulit, hæc a deo edocta per angelum, mundo ſalutis autorem edidit. Vnde in menſe. 6. ¶ Miſſus eſt angelus ⌊ Ad Euam primam mulierem venit diabolus non miſſus, ideo ad ſecundam noua iniungitur legatio archangelo vt ſecundum Chryſoſt. nunciet regis ſecretum, quod quidem fide cognoſcitur, ſed non requiritur diſcuſſione. ⌊ Gabriel a deo ⌋ qui fortitudo dei dicitur, quia naſcituro in carne domino teſtimonium perhibet, de quo propheta, dominus fortis & potens, dominus potens in prælio, illo nimirum prælio, quo poteſtates aereas debellare, & ab earum tyrannide mundum venichat eripere, alligando fortem. Luc. 11. & illi eum nunciat, quæ caput ſerpentis fortitudine ſua contritura erat. Gene. tertio de qua Prouer. 31. Mulierem fortem quis inueniet . Miſſus eſt autem a deo, cui competit mittere eos quos condidit. pſalm. Qui facit angelos ſuos ſpiritus . ⌊ In ciuitatem Galilææ cui nomen Nazareth ⌋ quæ ſita eſt in Galilæa in ſorte Zabulon vicina tribui Neptalim, de quibus præceſſit oraculũ. Eſa. 9. Primo tempore alleuiata eſt terra Zabulon & terra Neptalim, &c. Matth. 4 ⌊ Ad virginem deſponſatam viro cui nomen erat Ioſeph ⌋ virginem. ſ. mente, & corpore, & profeſſione, non caſu inuentam, ſed ab æterno præordinatam & deſponſatam. Beda: Oportebat Mariam habere virum, qui teſtis eius eſſet integritatis certiſſimus, & nati ex ea domini ac ſaluatoris noſtri eſſet nutricius fidelisſimus, quique & pro eo paruulo ſecundum leges hoſtias ad templum deferret, & eum inſtante perſequutionis articulo in Aegyptum cum matre deferret ac referret, aliaque illi perplura quæ aſſumptæ humanitatis fragilitas poſcebat neceſſaria miniſtraret, & contra legis transgreſſionem teſtimonium ferret, hæc ille; ⌊ de domo Dauid ⌋ quæ erat regalis, non ſolum Ioſeph ſed & Maria fuit de modo Dauid, 2. Timothe. 3. Memor eſto dominum

Iesum Christum resurrexisse a mortuis, ex semine Dauid secundum euangelium meum. ⌊ Et nomen virginis Maria ⌋ Solet quæri de sponsæ origine, & nomine: & respondet Lucas, ꝙ fuit de domo Dauid, & nomen eius Maria. ⌊ Et ingressus angelus ad eam, ⌋ in quo eius ostenditur pudicitia, quia non foris vagantem inuenit, sed solam (vt dicit Amb.) in penetralibus quam nemori rorum videret, sol⁹ angelus repperit solam sine comite, solam sine teste, ne quo degeneri deprauetur affatu ab angelo salutatur ⌊ dixit: Aue gr̃a plena ⌋ Curialiter antequam legationem expleat salutauit, in qua salutatione laudabiles ipsius ponit cõditiones, d. Aue. 1. sine væ (rem & nomen primæ mulieris mutans) maledictionis, sed econtra g. p. quæ sola gratiam, quam nulla alia meruerat consequuta est, vt gratiæ repleret autore, vnde seq. ⌊ dominus tecum ⌋ non sicut cum omnibus creaturis, seu etiam sanctis, sed excellentissimo quodam modo. Nam vere dominus cum illa erat, quam & prius nouo castitatis amore a terrenis ad cælestia desideranda sustulit, & post modum mediante humana natura omni plenitudine diuinitatis consecrauit ⌊ benedicta tu in mulieribus ⌋ Mulier quæ peccatum intulit mundo, quid aliud audiuit q̃ maledictionis verbum. Multiplicabo, inquit, ærumnas tuas, &c. Gen. 3. Quid ergo quæ paritura erat mſdo gaudiũ & salutẽ, audire debuit nisi benedictiõis verbũ? Sicut .n. illa fuit vniuersalis mali initiũ ex seip̃a facta seip̃a inferior afflatu maligni, in hoc maledicta pl⁹ q̃ cæteræ mulieres, sic ista fuit nõ ex se, sed supra se, & dei dono inter mulieres totius boni, totius ꝙ gratiæ initiũ, & in hoc benedicta plus q̃ cæteræ mulieres. Christus autem simpliciter & absolute tot⁹ boni initium, vt & Adam potius nobis initium mali q̃ Eua fuisse creditur. Vere ergo benedicta in mulieribus, quæ fine exemplo mulierbris conditionis, cum decore virginitatis gaudia est honore parentis, quodq; virginem matrem decebat, deũ filium ꝓcreauit.

¶ Quo ad secundum Psal. in persona fidelis animæ, dicit: Audiam quid loquatur in me dominus deus, non qd homines foris tumultuent, quoniam loquetur pacem in plebem suam, & super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad cor, & q̃ sit illa & vnde pax subdit. Verũtamen

prope timẽtes eum salutare ipsius, vt inhabitet gloria in terra nostra. i. Christ⁹ corporaliter, qui est gloria patris Hanc pacem, hoc salutare, angelus nunciare venit virgini, quæ auditis tot suis præconijs, tam immodica sui commendatione, cogitabat quid nam prætenderet hæc tã rara, tam sublimis, tam insolita, & nusquam antea comperta vel lecta salutatio ⌊ Quæ quum audisset ⌋ nouam salutationis formulam ⌊ turbata est in sermone eius. ⌋ Ambro. Trepidare virginum est, & ad omnes viri ingressus pauere, omnes viri affatus vereri. Discite mulieres propositum pudoris imitari ⌊ & cogitabat qualis esset ista salutatio ⌋ Sanctæ mentes q̃to magis laudibus gratuitis extolluntur, tanto amplius timent: vnde dicit in sermone eius, cogitans. q. e. i. s, cui similem non legerat vel audierat. Considera virginis grauitatem, quia non fuit prompta respondere, sed tacuit, considera prudentiã q̃a cogibat, pudicitiã q̃a (vt dicit Amb.) Q̃uis esset ẏgo curialis & humilis p̃ verecundia nõ resalutauit angelũ salutantẽ nec vllũ tulit rñsum a virgine. Discant cæteræ virgines, ẏborum vitare lasciuiã. Sed angelus mentẽ eius sedauit, aperiens qualis, & gratia cuius esset ista salutatio ⌊ Et ait angelus ei: Ne timeas Maria ⌋ familiariter vocat ex nomine. Proprium em̃ est bonoꝝ spirituum turbatos cõsolari, quia licet in primo eorum aspectu timeat humana fragilitas, consequenter tñ timorem expellunt ⌊ iuenisti .n. gratiam apud deum ⌋ vt merito plena gr̃a dicaris ⌊ Ecce concipies & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum ⌋ .i. salutem. saluatorẽ, salutare, Rõnem addit ⌊ Hic erit magnus & filius altissimi vocabitur ⌋ naturalis. s. Nemo ita intelligendum putet q̃d ante partum virginis magnus non fuerit, sed quia potentiam quam dei fili⁹ naturalier habet, hõ accepturus erat ex tpe. Nihil. n. maius q̃ esse filium omnipotentis dei, non per adoptionis gr̃am sicut nos, sed ꝑ naturam, vt vna in duabus naturis ꝑsona esset mediatoris & redẽptoris nr̃i ⌊ Et dabit illi dñs deus sedẽ patris eius ⌋ Sed ꝙ hoc non foret humanũ tpale et caducum regnũ in fastu hominum collocatũ, sed diuinũ æternũ & vere gloriosum ostendit, dicens: ⌊ Et regnabit in domo Iacob in æternũ ⌋ Domus Iacob domus fidelium, & oim qui in spiritu renouati, carnẽ carnisq; operã

pariter & cõcupiscentias eius supplantarũt. Dedit dñs redemptori nro sedem d.p e.qñ hũc de genere Dauid incarnari dispositum, vt populũ quẽ Dauid tpali rexit imperio, ipe gratia spirituali ad æternum pueheret regnum, de q̃ Apo.Col.1.Qui eripuit nos de ptãte tanebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ. Vnde in die palmarũ spũ sctõ ispirari, clamabãt: Benedictus qui venit in nomine domini rex Israel. Iohannis duodecimo. Et benedictum q̃d venit patris nostri regnum. Marci.11. Regnat in psenti vita, quum electorũ corda p fidem & dilectionẽ suam inhabitans, regit atq; ad percipienda supernæ retributionis dona, continua protectiõe gubernat: regnabit in futuro cũ eosdem finito statu tẽporalis exilij, ad habitationẽ patriæ cælestis introducit, in q̃ psenti eius visione semper adiuncti, nihil aliud agere q̃ eius vacare laudibus gaudẽt, de q̃ dicit ⌊ & regni eius non erit finis ⌋ Dan. 7. Potestas eius potestas æterna, & regnum eius q̃d non corrumpet. His auditis sciens impleri oportere quod audiuit ab angelo, & prius a propheta dictum legerat, q̃ ordine id impleri debeat (quum perpetuum castitatis habere propositum) interrogat ⌊ Dixit autem Maria ad angelum. Quõ fiet istud, qm̃ virum non cognosco ⌋ Mira virginis pudicitia, q̃ audiens se non solum conceptura, sed & parituram altissimi cuius regni non esset finis, de virginitatis inquirit proposito. Amb. Videtur hic non credidisse Maria, nisi diligẽter aduertas, neq; enim fas erat vt electa ad generandum filium dei vnigenitum, fuisse crederatur incredula. Vnde non dixit sicut Zacharias, vnde hoc sciam: sed quomodo fiet, non de effectu sicut ille dubitans, sed qualitatem ipius effectus quærens Non enim dubitat faciendum, quod quomodo fieri possit inquirit. Legerat virgo illud Esa.7. Ecce virgo concipiet, q̃d credidit futurum, sed quõ fieret non legerat. Non.n. quẽad modum fieret vel propheræ fuerat reuelatum, vnde & audire meruit: Beata quæ credidisti. Luc.1. ⌊ Et respondens angelus, dixit ⌋ et modum insinuãs ⌊ Spũs sanctus superueniet in te, cuius virtute concipies ⌊ & ỹtus altissimi ⌋ i, filius patris æterni, qui virtus dei dicitur secundũ apostolo.1.Cor. 1. ⌊ obumbrabit tibi ⌋ Beda: Cum Christus sol dicatur Mal.4. Vobis timentibus nomen meũ orietur sol iustitiæ. Huius solis radios virgo concipiendo sus-

cepit. Sed Idem ſol. i. diuinitas redemptoris noſtri, tegmine humanæ naturæ q̃ſi obũbraculo quodam obtexit, quo mediante virginis eam viſcera ferre ſufficerent. ⌊ Ideoque & quod naſcetur ex te ſanctum, ⌋ imo ſanctum ſanctorum. Dan. 9. Et vngatur ſanctus ſanctorum, carne ſcilicet velatum & obumbratum ⌊ vocabitur filius dei ⌋ ſolum deum habens patrem, & te virginem matrem ⌊ Et ecce Eliza beth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſene ctute ſua ⌋ contra naturæ curſum, gratia dei ſpeciali ⌊ & hic menſis eſt ſextus ⌋ a conceptu ⌊ illi quæ vocatur ſteri lis ⌋ nam ſterilitate famoſa erat, & ætate annoſa. Adiecit autem communem fidei regulam, dicẽs: ⌊ quia non erit impoſſibile apud deum omne verbũ ⌋ Pſalmiſta. Omnia quæcunque voluit dominus fecit. Beda: Non quaſi incredulam verbis hortatur ad fidem, ſed vt bene iam credenti quæ audierat, ampliora ſupernæ diſpenſationis miracula replicat, vt quæ deum erat paritura, præcurſorem quoque domini de anu ac diu ſterili parente cognoſceret eſſe naſciturum, ad maiorem cumulum gaudiorum

¶ Quo ad tertium gratulabundus de incarnationis vtiliſſima opatione Pſal. ait: Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi, miſericordia in gentium vocatione, veritas in promiſſionum impletione. Roman. 15. Dico enim Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circunciſionis ad confirmandas promiſſiones patrum, gentes autem ſuper miſericordia honorare deum. Iuſticia & pax oſculatæ ſint in Chriſto qui factus eſt nobis a deo patre iuſticia. 1. Co. 2. Ipſe eſt etiam pax noſtra qui fecit vtraq; vnum Eph. 2. Vnde ſequitur. Veritas de terra orta eſt, id eſt, Chriſtꝰ qui eſt veritas. Iohan. 14. de beata virgine ſecũdum naturam humanam, & iuſticia de cælo proſpexit, ad iuſtificandum homines per fidem per dilectionem operantem. Hoc autem totum non meritis noſtris ſed miſericordia diuina prouenit, vnde ſequitur. Etenim dominus dabit benignitatẽ, & terra noſtra dabit fructum ſuũ. Fuit em̃ ſolus benedictus fructus ventris virginalis, operatione ſpiritus ſ. conceptus. Cum ergo a Gabriele audiſſet quomodo ſſ. operante virgo permanens conciperet, paucis reſpondit, ſed quæ ſummam animi modeſtiam, cum ſum-

na fiducia pictatecq; coniunctam testarentur. Pauca sed plena respondit verba. ⌊Dixit autem Maria: Ecce ancilla domini⌋ q.d. Si visum est sic altissimo me puellam omnium infimam ad huius mysterij ministerium deligere nihil est quod hinc mihi vindicem vel meriti vel gratiæ. Totum erit diuinæ gratiæ, totum diuinæ virtutis, me tã tum offero ancillam domino, cui semel dicata sum, paratam ad omne obsequiũ. O in quanta humilitatis arce persistebat, fuit enim responsum non modo fide sed & humilitate plenum Prima mulier audiens a serpente. Eritis sicut dij statim in superbiam elata, contra creatoris imperium manum extendit ad ligni prohibiti fructum, hæc virgo audiens se matrem salutaris. i. Messiæ filij altissimi matrem regis qui regnaturus in domo Iacob in æternũ, & cuius regni non esset futurus finis non respondit. Ecce mater domini sed ecce anc. ⌊fiat mihi secundum verbũ tuum⌋ assentientis est, & toto animo sanctoq; voto domino suo gratulantis. Simulq; cum dicto peractus est insensibiliter cælestis ille conceptus, habebat in vtero filium dei replera est spiritu sancto. O quam lætus angelus virginalis pudicitiæ tam integrum audiens testimonium, & nihilominus tam humile veræ fidei desiderium. Reuertitur ad eum cuius fideliter pertecerat legationem, totam cælestem lætificaturus congregationem. O quanta in carne & mente virginis immutatio, spiritus s. virtute facta est, cum creatorem intra virginea clauderet viscera, nõ minus mente imo felicius quam carne concipiens dei verbum & suscipiens. Precemur & nos vt fiat nobis secundũ verbum Christi, illud scilicet quo rationem suæ incarnationis ipse disposuit dicens: Iohan. 3. Sic deus dilexit mũdum vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam. Nec dubitandum quin nos de profundis ad se clamantes citius exaudire dignabitur, propter quos necdum se cognoscentes, ipse ad profundam hanc conuallem lachrymarũ descendere dignatus est.

¶In festo Visitationis.

EXurgens Maria, abijt in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda, ꝛc.⌋

EPIST.

Luc.1. Saluator noster qui mira operaturus veherat hominum pro salute verbo & opere, nondum natus hęc ostendit per matrem, ipsam ad visitandam cognatam in montanis habitantem instigans, quo præcursorem suum oleo gratiæ suæ inungeret, matrēq; ipsius spiritu sancto in propheten consecraret, ac mutuis alloquijs aspectibus q; materna gaudia cumularet. Hinc Can. 2. ¶ Ecce iste venit saliens in montibus transiliens colles ⌊ veram carnem de patribus sumpsit, sed ipos transilijt, quia ponderе peccatorum non (sicut ipsi) pressus. Baruch. 3. In terris visus est & cum hominibus conuersatus est. Ex sinu pris in vterum venit virginis, de vtero in mundum, de mundo in patibulum, de patibulo in sepulchrū, de sepulchro in cælum. ⌊ Similis est dilectus meus capreæ hinnuleq; ceruorum ⌋ quia in similitudine carnis peccati absq; peccato, formam serui accipiens. Phil. 2. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. 1. Pet. 2. Acute videt cum omnia nuda & aperta sint oculis eius. Heb. 4. & in altis habitet excelsior cælis factus. Heb. ⌊ En ipse stat post parietem nostrum ⌋ indutus parietem carnis nostrę ita manet in nobis vt a nobis non videatur, diuinitas cū latet in humanitate ⌊ respiciens per fenestras prospiciēs per cancellos ⌋ Sicut enim sol intrat per fenestras illuminans domum, sic Christus exemplo & admonitione apostolorum nos illuminat. Mat. v. Vos estis lux mundi. Per cancellos. 1. parua foramina lux parua intrat, sic obscura cognitio per prophetas, vnde ait prospiciens. 1. procul aspiciens. ⌊ En dilectus meus loquitur mihi ⌋ Hebr. 1. Multipharіam multisque modis, olim deus loquēs patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, loquitur per scripturam & inspiratiōem. Sed qdē ⌊ Surge ⌋ ab ocio contemplationis ad laborem actionis vel a somno peccati. Ephe. 5. Surge qui dormis & exurge a mortuis & illuminabit te Christus ⌊ propera ⌋ quia tps breue, via periculosa ⌊ amica mea ⌋ Ideo merito surgere debes, quia amo te ⌊ columba mea ⌋ simplex non inuida si illustrata per intentionis rectitudinem ⌊ formosa mea ⌋ per morum honestatem ⌊ & veni ⌋ in tuā recreationem, & merito quia impedimenta sublata. ⌊ Iam ēm hyems transit ⌋ congelatio infidelitatis paganoꝝ, fidē

recipere nolentium ⌊ imber abijt & recessit. ⌋ tyrannorꝝ ꝑsecutio infrigidans calorem claritatis ⌊ flores apparuerunt in terra nostra ⌋ Initia bonorꝝ operꝝ, vel fides operum, ꝑ suos vsus in ecclesia ⌊ tẽpus putationis aduenit ⌋ resecandi vitia, vt vites plus fructum afferant. Et q̃d ita sit probat ⌊ vox turturis ⌋ .i. ss, q gemere nos facit pro peccatis Ro. 8. Ipse enim spũs postulat pro nobis gemitibus inenarrabilib. 1. postulare facit ⌊ audita est in terra nr̃a, ficus protulit grossos suos ⌋ Iudæa apl̃os ⌊ vineæ florentes dederunt odorem suum ⌋ gentium collectiões, famã bonæ conuersationis. Vel synagoga protulit grossos suos ante fructũ proijciendo s, ecclesia odorem bonæ famę dedit q̃ vinea dñi alijs locata agricolis. Mat. 21. ⌊ Surge ergo propera amica mea ⌋ per charitatis latitudinem, q̃ amas & amaris ⌊ speciosa mea ⌋ non mũdi per gratiam meã ⌊ & veni ⌋ ad me ⌊ columba mea ⌋ sine felle amaritudinis ⌊ in foraminibus petræ ⌋ pedũ & manuũ Christi ⌊ in cauerna maceriæ ⌋ lateris Christi. ⌊ Oñde mihi faciem tuam ⌋ non alienam sicut hypocritæ, conuersationẽ eam quam in te feci ⌊ Sonet vox tua ⌋ obediæ tuæ ⌊ in auribus meis. Vox enim tua dulcis ⌋ quia laudem dei cogitat ⌊ & facies ⌋ conuersationis tuæ ⌊ tua decora ⌋

¶ Cum angelus accepto a virgine rñso. Ecce ancilla dñi, fiat mihi scd̃m ꝟbũ tuũ, discessisset ab ea. In il. t. Exurgẽs.

¶ Ostenditur hoc in euangelio quam mira in mentib. fidelium gratia operetur diuina.

¶ Primum: Læta cognatæ salutatio. In princ.

¶ Secund. Mira gratiæ operatio. Ibi: Et factum est.

¶ Ter, Nitida potẽtiæ magnificatio. ibi. Et ait Maria

¶ Quo ad primum dicit Psalm. Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum, nam & si in tabernaculis impiorum vox exultationis videatur, sed non salutis cũ lætentur si malefecerint, & exultent in rebus pessimis. Prou 2. Volens ergo ss. ostendere q̃lis futurus eẽt partus mira post conceptionẽ opabat̃ in matre. ¶ Exurgẽs Maria ⌋ a qete contẽplationis ad dilectionis operationem, qd enim ageret deo plena, nisi id ad q̃d impellebat eã inhabitans ss. ⌊ abijt in montana ⌋ qa sp in cælestib⁹ montanis desiderio erat, vbi pastor pastorũ nonagintanouẽ reliquit oues, q̃rens centesimã. Abijt aũt comitata quibus EVANG.

oportuit, sed quam maxime angelis quibus cognata est virginitas, qui nunquam similiorem habuerunt, & iam dominam, & se gratia superiorem ⌊cum festinatione,⌋ ne diu videretur in publico. Amat secretum virginitas, non euocatur ab ædium intimis, nisi prouocet officium, in publico properat, in officio lentior est ⌊Et intrauit in domum Zachariæ & salutauit Elizabeth⌋ Eandem quã angelo exhibuerat, hominibus quoq; curauit exhibere humilitatem (& quod maioris est meriti & virtutis) etiam minoribus, memor scripturæ q.d. Eccle.3. Quanto magnus es humilia te in omnibus, & corã deo inuenies gratiam, gestans in vtero deum seruorum dei habitacula petijt, & requirit alloquia. Non autem perrexit vt videret si verum esset quod angelus nũciauerat, quia non fuit dubia de oraculo vt Zacharias, quam ſſ. per os Elizabeth commendat, nec incerta de nuncio quum sciret angelum non dubia de exemplo ſ. Elizabeth, sed læta pro voto, religiosa pro officio, festina præ gaudio in montana perrexit, quatenus grandæuæ seruiret iuuencula. Mira charitatis operatio quæ tantam pudicitiæ amatricem p tam longam & asperam a quiete contemplationis traxit viã. Festinandum ergo exemplo eius ad opera charitatis

¶Quo ad secundum dicit Psalm. Cor meum & caro mea exultauerunt in deum viuum, gaudent siquidẽ mundani in his quæ mũdi & carnis, sancti vero quæ dei sunt Phil. 4. Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete. Idcirco enim paracletus .i. consolator dicitur. Quã ergo fuerit felix & benedictione plena Mariæ salutatio patet, neq; enim vulgaris fuit ista saluratio. Creuit vtriq; ex mutua gratulatione felicitas, exuberauit spiritus diuinus. Maria fontem omnium dotium spiritualium secũ ferebat in vtero, suiq; fœtus affiatu iam tota deum spirabat. ⌊Et factum est vt audiuit salutationem Mariæ Elizabeth, exultauit infans in vtero eius⌋ Amb. Cito q̃que aduentus Mariæ & præsentiæ dominicæ beneficia declarantur. Bẽda: Aperiente os ad salutandum beata Maria, repleta est mox spiritu ſ. Elizabeth, repletus est & Iohannes, atq; vno eodemq; spiritu edocti ambo, illa salutantem quæ esset agnouit, & vt matrem domini sui debita cum veneratione venerata est, ille ipsum dominum esse,

qui in vtero portabatur intellexit, & quia lingua necdũ valuit, animo exultante salutauit, officiumq; suæ p̃cursionis quam deuote, quam libenter, iuuenis esset expleturus, antequam nasceretur aduenientе domino quibus valebat indicijs intimauit. Aderat enim tempus quo impleretur angeli sermo, quo spiritusancto ex vtero ipsum replendum prædixerat matris. Erat enim conceptus eius sexto mense. Luc. 1. ⌊ Et exclamauit voce magna ⌋ Beda: Recte voce magna, quia magna dei dona cognouit, quæ illum quem vbiq; præsentem nouerat, etiam corporaliter adesse sentiebat. Magna voce, non tam clamosa quam deuota, qa vocem verbi habuit in vtero. Luc. 3. Ego vox clamantis in deserto. Spiritus enim infantis non valens clamare voce, gestu facit clamare matrem, vt iam nõ valuerit continere animi sui gaudia, quæ prius latuerat tacita, conceptum pudore dissimulans, & dixit, ea promẽs quæ afflatu spiritus, q̃ nec ex vteri tumore suspicari poterat, nec ex homine didicerat, & perinde quasi angelum audisset cum Maria loquentem, ita verbis angelicis suam gratulationem auspicatur. ⌊ Benedicta tu inter mulieres ⌋ etiam benedictas, vere inter omnes etiam laudatas mulieres benedicta, quia immunis a maledictiõibus quæ super muliere sententiantur. Gen. 3. Quia per eius ꝑtum, a natis mulierum maledictio primę matris exclusa est, in q̃ benedicuntur omnes gentes. Gen. 22. Gal. 3. Benedicta incomparabiliter quæ & diuini germinis suscepit gloriam, & integritatis seruauit coronam. ⌊ Et benedictus fructus ventris tui ⌋ absolute benedictus & super omne benedictum benedictus, de quo olim vaticinati sunt prophetæ. Qui ergo te o virgo benedicta dicit non benedictam inter & super mulieres, propter diuinæ electionis sortem, diuinumq; beneplacitum beatissimam, & sublimis virtutis, angelum & spiritum sanctum facit mendacem. ⌊ Et vnde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me. ⌋ Amb. Non quasi ignorans hoc dicit: Scit enim esse ss. gratiam & operationem, vt mater prophetæ a matre domini ad profectum sui pignoris salutetur, sed quasi humani non sit hoc meriti, sed diuinæ gratiæ hoc munus esse cognoscat. Ipse enim spiritus qui ei donum prophetiæ quo matrem domini cognouit, cõtulit, munus pari-

ter humilitatis quo se minus dignam eius aduentu iudi cauit præstitit. Sic & filius Matt.3. Ego, inquit, a te de beo baptizari & tu venis ad me, & Iohan.1. Cuius non sum dignus calciamenta soluere. Vere Esa.vlt. dicitur. Super quem requiesceret spiritus meus nisi super quietum & humilem, q.d. Vnde hoc mihi, quantum bonum mihi accidit, vt veniat (tam humiliter & reuerenter non in curribus & equis, non in auro & argẽto & gemmis pre ciosis) mater domini mei ad me, senem & contemptam. Siqdem argumento indubitato sensi domini mei aduen tum. ⌊ Ecce enim vt facta est vox salutatiõis tuæ in au ribus meis, exultauit in gaudio infans invtero meo ⌋ve lut occurrere gestiẽs domino suo ac debitũ honoris offi cium exhibere. Intellexit enim quid illa infantis exulta tio signaret. O quã mira & cita spirituſsancti operatio. Nulla quippe in discendo mora est vbi spirituſsanct. do ctor adest. En vno eodemque momento cum voce salu tãtis nascitur gaudium infantis, quia cum vox ad aures venit corporis, virtus spiritualis cor intrauit audientis, nec solã genitricem sed & sobolem amore dei aducnien tis accendit ⌊ Et beata quæ credidisti, quoniam perfici entur in te quæ dicta sunt tibi a domino, ⌋ Mirũ in mo dum idem spiritus cum eam impleuit, præsentium simul præteritorum & futurorũ scientia instruxit. De præsen tibus quia matrem domini agnouit & p̃sentem redem ptorem in vtero eius, vnde & benedictum fructum ven tris eius dixit: de præteritis quia verba angeli ad Mari am & consensum Mariæ credentis ꝓdidit dicens: beata quæ credidisti. De futuris cũ perficienda a domino quæ ei dicta essent aperuit, scilicet quod paritura filiũ altissi mi. Ecce quanta virtus fidei, quam etiam in matre pro pria Christus voluit esse, qa sine fide impossibile est pla cere deo. Heb.11. Quis dicere aut æstimare sufficiat, quæ tunc gratia spirituſsancti genitricem repleuerit, cum tã ta in matre præcursoris lux doni cœlestis emicuit.

¶ Quo ad Tertium. Totum salutis effectum deo tribu ens Psalmista ait: Fortitudo mea & laus mea dominus, effectiue & finaliter, et factus est mihi in salutẽ. Sic & be atissima virgo, audita responsione Elizabeth, qua eam beatam in mulieribus diceret, ac matrẽ domini cogno-

minaret, fide fortem laudaret, ac ad ingressum ipsius se ipsam & sobolem spiritusancto repletos diceret, oraculum cælitus acceptum et virginali pudore absconditũ, videns per alios (ss. reuelante) patefactum, mox ipsa. ss. plenissima in magnanimitate spũs, q̃ est ꝓfundiss. sui humilitas omnia deo tribuit, sibi nihil ⌊ Et ait Maria: Magnificat anima mea dñm ⌋ Amb. Sicut peccatum a mulieribus cœpit, ita est bona a mulieribus inchoãtur, vñ nõ ociosum videt q̃d ante Ioẽm Elizabeth prophetauit, & Maria añ dñi gñationẽ seq. Mariæ quo ꝑsona melior eo ꝓphetia sit plenior. Basil. Virgo intentiõe sublimi ac speculatõe ꝓfunda īmẽsitatẽ cõtẽplãs mysterij, q̃si ꝓfundi⁹ gradiens magnificat deũ. Grecus. q. d. Mirabilia q̃ deus ꝑnũciauit, in corpore exercebit, sed aĩa mea infructuosa apud deũ non erit, conuenit aũt mihi, et voluntatis fructũ afferre, nam q̃tum amplo doceor miraculo, tantum teneor glorificare in me mirabilia operantem. Ambrosius. Quis plus magnificare deum potest, quam anima mariæ quæ et deum secum quem cæli et terra capere nõ possunt habebat? ⌊ Et exultauit spiritus meus ⌋ non in sese, sed ⌊ in deo salutari meo ⌋ Ambrosius. Magnificauit anima Mariæ dominũ, & exultauit spũs ei⁹ in deo salutari suo, eo quod anima & spiritu patri filioq; deuota vnum deũ ex quo omnia, & vnum dominum per quem omnia, pio veneratur affectu. Bas. Primus fructus spiritus est pax & gaudium, & quia beata virgo totam. ss. hauserat gr̃am merito exultauit. Cõsueta autem in scripturis exultationis prolatio insinuat alacrem quendam habitum & iucundum animæ in his qui digni sunt. Proinde virgo & exultauit in domino ineffabili cordis tripudio, et resultatione in strepitu honesti effectus. Nam spiritus eius spiritusancto plenus, & ei agglutinatus in deo quem cum omnibus, sed supra omnes suum habebat salutare, vnde omne bonũ suum pendere agnoscebat exultauit. Beda. Eius anima dominum magnificat qui omnes interioris hominis sui affectus diuinis laudib⁹ ac seruitijs mancipat, qui obseruantia p̃ceptorum dei semper potẽtiã eius maiestatis se cogitare demonstrat. Eius spiritus. e. i. d. quem nihil in terrenis liber, nulla caducarum rerum affluentia emollit, nulla aduersitas frangit,

sed sola illius a quo salus speratur æterna sui conditoris memoria delectat. Quæ (cum perfectis conueniant) verba, maxime tamen beatam virginem decebat proferre, q̃ merito priuilegii singularis spirituali ipsius dilectiõe flagrabat, cuius conceptione corporali gaudebat, quæ iure in Iesu s. s. speciali præ cæteris sanctis gaudio potuit exultare, quia quem perpetuum salutis autorem nouerat, hunc ipsum temporali ortu de carne sua nasciturum esse sciebat, quatenus in vna eademq; persona veraciter & suus esset filius & dominus. Origenes. Prius anima magn. domi. & postea spũs exul. in deo, nisi enim anima crediderimus, exultare non possumus. Theo. Ille deum magnificat, q digne seqtur Christum, & dum Christianus vocatur, Christi non minuit dignitatem, magna & cælestia opando, & tũc spiritus eius .i. spũale charisma exultabit .i. perficiet & non mortificat. Magnificat ergo ait, non lingua mea, sed aĩa dñm ex intimis p̃cordijs, suæ imbecillitatis conscia gaudetq; & exultat s. m. in d. s. m. q mihi cunctisque salutis est autor. Beda: Sequentibus verbis q̃ vilia de seip̃a senserit edocet, & quod omne quicqd boni meriti habuit, hoc superna gratia largiẽte perceperit, d. ⌊ Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ⌋ pro sua bonitate tanto me dignatus munere, vt posthac iuxta tuũ & angeli sermonem, me felicissimam sint predicaturi nõ solum huius ætatis Iudæi, verumetiam seculis omnibus oẽs totius orbis nationes, quibus contigerit ex me seruator. ⌊ Ecce enim ex hoc beatam me dicent oẽs gñationes ⌋ Bed: Humilem se suo iudicio Christi ancillam fuisse demonstrat, sed respectu gratiæ cælestis repente sublimatam, atq; in tantum glorificatam, vt sua beatitudo p̃cipua, merito cunctarũ gentium voce miretur. Videam⁹ ergo ne excludamur a generationibus, & generatiõibus quidem dei quæ solæ veræ sunt, dicendo eam in aliq̃ maledictam, qn potius solam beatitudinem eius cogitemus quam deus sic impleuit gratia, sic supra mulieres benedictam reddidit. sic respexit, vt voluerit ab omnibus dici beatam, q̃d si ab om̃ibus ergo a nullo maledictam. Aug. O vera humilitas quæ deum hominibus peperit, vitam mortalibus ædidit, cælos innouauit, mundum purificauit, paradysum aperuit, & hoĩm animas liberauit. Facta

est Mariæ humilitas scala cælestis, per quam deus descendit ad terras, quid enim est dicere respexit, nisi approbauit? Nihil ergo suis meritis tribuit, sed totam suam magnitudinem ad illius donum refert, qui essentialiter magnus & potēs exīs, fideles suos de paruis atq; infirmis fortes facere consuecuit ac magnos, d. ⌊Quia fecit mihi magna⌋ in me humillima puella rem miram & inauditam perficiens ⌊qui potens est⌋ q immensa virtute sua nihil nō pt. Theo. Quæ magna? Credo vt creatura æderes creatorē, famula dñm generares, vt per te mundum deus redimeret, per te illuminaret, per te ad vitā reuocaret. Hæc ille⌊. Et sanctum nomen eius⌋ & adorandum, ad quod se flectet ōne genu cælestiū terrestriū & infernorū. Phil. 2. Per quod vnum continget salus vniuerso mundo. Act. 4. Ad hoc nomen inuocatum, pellentur morbi, torpescent venena fugient dæmones, reuiuiscent mortui. Mar. 16. Quicunq; ergo sanctitatis & æternæ salutis volunt esse participes, ad huius nominis aduolare inuocationē necesse est. Ioel. 2. Et erit omnis quicunque inuocauerit nomen domini saluus erit⌊. Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum⌋ quia in omni gente qui timet deum acceptus est illi. Act. 10. Græcus: Et misericordia eius quam habet in generatione & generationē, ego cōcipio ac ipse corpori animato cōiungitur, nostrā tractās salutem solius pietatis intuitu, miseretur aūt non qualitercunq;, sed his quos timor eius compescuit in qualibet natione, qui scilicet pœnitētia ducti & ad fidē & pœnitētiam conuertuntur relictis vitiis: nā q obtinati sunt, incredulitatis vitio clauserunt sibi ianuā pietatis. Bed. Constituit his B. Mariæ verbis ipsius dñi sermo, q̄ non tantum matrem q̄ se corporaliter meruit generare, sed & omnes q̄ sua p̄cepta seruarent pronunciauit esse beatos. Luc. 11. Beati q audiūt verbū dei & custodiunt illud, q. d. quāuis singulare priuilegiū beatitudinis habeat q̄ filiū dei incarnatū ẏ go in vtero gestare, parere, ac nutrire digna est, p̄cipuum tñ in eadem vita ppetua, beatitudinis locū & ipsi habituri sunt, q̄ fidem corde concipiunt p ẏbū dei, & custodiunt p dilectionem fidem opantem. Non ergo erga se solam, magna ex misericordia facta ostendit, sed erga oēs generationes, non Iudæos tantum q̄bus tū peculiari

ter hæc salus promissa & missa. Mat.15. Non sum missus nisi ad oues q̃ perierunt domus Israel, sed qui timere cœperunt deum, ac per fidem sese submiserint ipi. Verum qa uenerabilis dei genitrix mĩam eius omnibus per orbem, qui eum timerẽt affuturam esse prædixit, restat vt superbi contemnẽtes monita veritatis quid mereant insinuet. ⌊Fecit potentiam in brachio suo⌋ Volens deus deiicere supercilium sapiæ, potentiæq; mundanæ, per filium suũ tactum humilem, exeruit robur brachii sui, ac stultã fecit huius seculi sapientiam, deiecit & fregit huius mundi potentiam, declarans se, etiam quum maxime sese demittit, tamen esse potentiorem totius humanæ potentiæ fastigio: & quod in illo stultum esse videtur sapientius esse quãlibet admirabili huius mundi sapiẽtia. Beda. Brachio .i. ditione propriæ virtutis, non enim alieno ad operandum indiget auxilio, cui sicut scriptum est (Sapie.12.) subest quum voluerit posse, quod ad distinctionẽ nostræ bonæ operationis dicit, qui non in nostræ viribus libertatis, sed in deo facimus virtutem, sicut scriptum est, & brachium eorum non saluauit eos, sed brachium tuum & illuminatio vultus tui. Orig. Licet infirmus ad deum accesseris, si timueris eum, promissam virtutem consequeris. Theoph. In filio incarnato potentiam fecit, qa natura deuicta est virgine pariente & deo humanato. ⌊Dissperfit superbos mente cordis sui⌋ Qui freti sua sapientia, qui cõfisi suis viribus, ceruices suas erexerunt aduersus deum, hos mirabiliter dissipauit suis ipsorũ consiliis sicut scriptum est: Comphendam sepientes in astutia sua 2.Cor.3. Dũ enim astutia humana pugnant aduersus cõsilium diuinum & suam prodiderunt stultitiam, & diuinam sapientiam imprudentes illustrarunt. Dumque suis ꝓsidijs huius mundi, conãtur opprimere institutum dei declararunt q̃ nihil possit hic mundus aduersus ꝟtutem diuinam, quam sua rebellione confirmarunt. Beda: Quia initium omnis peccati superbia Eccle.10. Ob cuius meritum dominus genus humanum a stabili habitatione patriæ cælestis eiciens in huius pegrinationem exiliũ longe late q̃ dispulit, sed & his q̃ in peccatis perdurare nolunt grauiorem futuræ dispersionis vindictam reseruauit. Gregor. Dissperfit quamlibet mentem elatam non

parentem eius aduentui, quin etiam apuit et vitiosas ostendit superbas cogitationes eorum. Gyril. Magis aũt proprie dæmonum hostilis caterua intelligenda est hic hos enim sæuientes in terra dissipauit aduenies dñs, & compeditos ab eis, obedientiæ suæ restituit. Theop. Potest & intelligi de Iudæis, quos dispersos videmus. ⌊ Deposuit potentes de sede ⌋ humana sapientia turgidos & humana potentia & autoritate formidabiles. Beda: Eosdem potentes appellat quos ante superbos: potentes autem, non quia vere potentes sunt, sed quia confidentes in virtute sua, conditoris auxilium quærere detrectant. Illi autem vere potentes sunt, qui dicere cum apost. norunt: Omnia possum in eo qui me confortat. Phil, quarto. De quibus dicit Iob. 36. Deus potentes non abiicit quũ & ipse sit potens. ⌊ Et exaltauit humiles ⌋ iuxta mundũ, quia omnis qui se exaltat humiliabitur, & omnis qui se humiliat exaltabitur. Lucæ decimo quarto: Hoc duobus versiculis annectendum præcedentibus, quia per omnes seculi generationes & perire superbi, & exaltari humiles pia iustaque diuinæ potentiæ dispensatiõe nõ cessant. Cyrillus: Magna sapiebant dæmones & gentilium sapientes pharisæi & scribæ, hos tamen depositit, erexitque humiliantes se sub potenti manu dei, dans illis virtutẽ calcandi serpentes, & scorpiones oẽmq; potestatem inimici. Lu. 10. Erant & quãdoq; Iudæi potestate superbi sed prostrauit hos incredulitas, ex gentibus autem ignobiles & humiles per fidem ad apicem conscenderunt. Græc: Deitatis tribunal noster intellectus esse cognoscitur, sed iniquæ virtutes post transgressionẽ incubuerunt præcordijs protoplasti tanquam in proprio solio. Ob hoc ergo venit dominus, spiritus iniquos eiecit a sedibus voluntatum, & prostatos a dæmonijs exaltauit, eorum conscientias purgans, & eorum mentem statuens propriam sedem. ⌊ Esurientes impleuit bonis & diuites dimisit inanes ⌋ Qui suam agnoscentes iniusticiam, esuriebant iusticiam dei, hos deus expleuit bonis suis. Contra, qui sibi videbantur prædiuites ac bonis operibus abundantes, ideo non esuriebant gratiam euangelicam, hos retecit a se famelicos. Basilius: Intellectualiter sumendo genus esuriebat humanum, exceptis Iudæis hos

nanque ditauerat legis traditione, vel sanctorum dogmate prophetarum. Quia vero non humiliter hæserunt verbo humanato, dimissi sunt inanes nihil deferentes, non fidem, non scientiam, & spe bonorum priuati sunt, & a terrena Hierusalem, & a vita futura exclusi, quos vero de gentibus fames & sitis contriuerat, quum hæsissent domino, repleti sunt spiritualibus bonis. Beda: Qui æterna perfecte nunc esuriunt ad hæc appetenda in fatigabili operum iustorum iactantia certare non desistunt, saciabuntur vtique cum sui redemptoris gloria q̃ desiderabant apparuerit. At quicunque cælestibus diuitijs terrenas præponere gaudent hi nimirum tempore vltimæ discretiõis inanes totius beatitudinis dimittuntur a domino, ideo cum diabolo perennis miseriæ pœna plectuntur. Quod etiam in hac vita ex parte nõ minima videmus impleri, vt & humiles supernæ bonitatis alimonijs repleantur, virtutumque cælestium largitate ditescant, & qui vel terrenis diuitijs gloriantes superbiunt, vel de opibus se bonorum operũ, quasi hæc a se haberent extollunt, intus a lumine veritatis inanescunt. ⌊Suscepit israel puerum suum.⌋ Bed. Post generalem diuinæ pietatis ac iustitiæ commendationem, ad specialem nouę incarnationis dispensationem, qua mundum deus redimere dignatus est, confessionis verba conuertit dicens, & c. Israel vir videns deum dicitur, quo omnis redemptorum cœtus designatur, propter quos vt deum videre valeant, ipse deus homo visibilis inter homines apparuit. Suscepit quasi medicus ægrotum quem curet, rex populum quem ab hostium incursione defenderet, ac secum perpetuo regnare donaret. Et bene addit puerum suum, humilem obedientemq; significans, quia non nisi per virtutem humilitatis, potest quis ad sortem redemptoris attingere. Matthæi, 18. Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. ⌊Recordatus misericordiæ suæ.⌋ Nõ erat oblitus sui promissi, sed ob longam moram, perinde quasi esset oblitus obrepserat desperatio. Nunc declarauit nequaq̃ immemorẽ populi sui, quẽ vt peculiarius adamatũ in sacris literis appellat puerum suum. Ba. 3. & dedit eam (s. sapientiam) puero suo Israel. Bene dicit misericordiæ suæ,

qa q̃d hoīem (vt nos redimeret) assumpsit, nō humãæ meritum conditionis sed diuinæ donum pietatis extitit. Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius vsq; in seculum. Bed. Patrum memoriam faciens recte Abraham nominatim exprimit, quia etsi multi orationis ac sanctæ dominicæ incarnationis testimoniũ mystice protulerunt, ipsi tamen primo manifeste sunt eiusdem incarnationis ac nostræ redemptionis arcana prædicta. Ipsi specialiter dictum. Atq; in te benedicentur vniuersæ cognationes terræ. Gen. 12. Quod ad dominum saluatorem pertinere nullus fidelium dubitat, qui ad dandam nobis benedictionem perpetuam de stirpe Abrahæ ad nos venire dignatus est. Semen autem Abrahæ non illos tantum dicit electos qui ex Abrahæ progenie sunt corporaliter æditi, verumetiam nos qui de gentibus ad Christũ congregati, illis fidei societate patribus sociamur, a quibus prosapiæ carnalis origine longe segregamur. Gal. 3. Si autem vos Christi, ergo semen Abrahæ estis secũdum promissionem hæredes. Recte in conclusione subiungit, In sæcula, quia nimirum præfata promissio hæreditatis supernæ, nullo vnquam fine claudetur. Nam & vsque in finem sæculi huius non deerunt, qui in Christo credendo semen fiant Abrahæ, & futuræ beatitudinis eidem semini manebit gloria pennis. Vnde oportet nos q̃bus æterna merces ꝓmittit, sine vlla intermissiõe donec accipiamus certare curemus. Hæc ille. Hæc maria. ss. ꝓlocuta est perinde quasi iam essent facta quæ futura erant. Mansit autem Maria cum illa quasi tribus mẽsibus & reuersa est in domum suam. Ambr. Non sola familiaritas est causa quod diu mansit, sed etiam tanti vatis profectus. Nam si primo ingressu tantus profectus extitit, quantum putamus vsu tanti temporis sanctæ Mariæ addidisse præsentiam. Deniq; tamdiu mansit, quamdiu elizabet pariendi tempus impleret. Etenim quæ propter officium venerat inhærebat officio. Hæc ille.

¶ In festo Assumptionis

Intrauit Jesus in quoddam castellum, & mulier quedam martha nomine excepit illum in domũ suam. Luc. 10. Saluator noster æterna patris sapiẽtia quo homines a corruptibilibus ad æterna appetenda &

quærenda attolleret, mundi huius castellum (carnem de virgine assumens) ingressus, mentes fidelium speciale, gratiæ suæ habitaculum præparauit, vnde Eccle. 24. ⌊In omnibus requiem quæsiui⌋ quia nulli denegatur gratia dei, cum velit omnes homines saluos fieri & ad agnitionem veritatis venire, 1. Tim. 2. Sed aliqui ea carent quia non sequuntur instinctum diuinum ad supernaturale bonum, & sic non dat eis gratia habitualis quæ datur sequentibus ipsum. ⌊Et in hæreditate domini morabor⌋ .i. in ecclesia quæ est eius hæreditas. Psalm. & hæreditas mea quam præclara est mihi. Prou. 8. Delitiæ meæ esse cũ filijs hominum. ⌊Tunc præcepit & dixit mihi creator omnium⌋ secundum humanitatem intelligit patrem maiorem. Iohan. 14. quia pater maior me est ⌊& qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo⌋ .i. humanæ naturę in qua habitauit plenitudo diuinitatis. Coloss. 1. ⌊& dixit mihi; In Iacob inhabita & in Israel hæreditare⌋ nam de eo natus secundum carnem in his habitat qui vere filij Iacob qui & Israel .i. qui vident deum per fidem supplantantes vitia ⌊& in electis meis mitte radices⌋ firmiter radicando, fidem in apostolis & eorum sequacibus Et quod ita factum sit ostendit. ⌊Et sic in Syon firmata sum⌋ quia ibi primo diuinus vigebat cultus, & consequẽter primitiua ibi incepit ecclesia ⌊& in ciuitate sanctificata⌋ .i. Hierusalem quæ figura ecclesiæ ⌊similiter requieui⌋ id est, ecclesia ⌊& in Hierusalem potestas mea⌋ qa ibi voluntas eius adimpletur. ⌊Et radicaui⌋ dona mea firmius stabiliendo ⌊in populo honorificato⌋ Christiano qui nomine Christi honorantur, non enim synagoga sed ecclesia stabilita est ⌊& in partes dei mei hæreditas illius⌋ Hæredes enim dei, cohæredes autem Christi. Romanorum octauo. ⌊& in plenitudine sanctorum detentio mea⌋ quia illi membra sunt corporis eius, cum sit ipse omnia in omnibus. 4 ⌊Quasi cedrus exaltata sum in libano, & quasi cypressus in monte Syon.⌋ Arbores sunt altitudinis & odoris præcipui, sic redemptionis sacramentum cunctis innotuit nationibus. ⌊Quasi palma exaltata sum in cades, & quasi plantatio rosæ in Hiericho. Quasi oliua speciosa in campis, & quasi platanus exaltata sum iuxta aquas⌋ per omnia hæc significat quod sicus ista in

Illis locis signanter fructificant, sic æterna sapientia in suis effectibus exaltatur. ⌊ Iuxta aquas in plateis ⌋ .i. flumenta doctrinæ spiritualis gratiæ. ⌊ Sicut cynamomum & balsamum aromatizans odorem dedi ⌋ per diffusionem bonæ famæ. ⌊ Quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris ⌋ per membra. Vnde, 2. Cor. 2. Christi bonus odor sumus in omni loco. Sicut myrrha corpora peruncta non putrescunt, sic continentia membra nostra seruat incorrupta. Sed vbi quietiorem firmioremq; requiem inuenit quam in Maria, per quam saluificum in omnes sparsit nationes odorem

¶Cum dominus exemplo ostendisset, quomodo diligendus & cognoscendus proximus, ascendēs versus Hierusalem iter faciens honorifice a Martha fuit susceptus. In illo temp. Intrauit.

¶Ostendit dominus hoc in euangelio quod supra oia animæ cura sit agenda, & sic naturæ necessitas curanda, ne salus negligatur æterna.

¶Primum Optanda Christi hospitatio, In principio.

¶Secundum. Plurima ministerij solicitatio, ibid.

¶Tertium. Quieta verbi ruminatio, ibi.

¶Quo ad primum. Considerans Psalm. *sine deo nihil esse hominem*, & deum promptum ad subueniendum ait: Domine dilexi decorem domus tuæ, intus in conscientia vbi habitas, & locum habitationis gloriæ tuæ, quia ibi glorificatur, vnde Ioh. 14. Si quis diligit me sermonē meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Augustinus. Sic susceptus est dominus tanquam hospes, qui in sua propria venit & sui eum non receperunt, sed quotquot receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri. Ioh. 1. Adoptans seruos & fratres faciens, redimens captiuos & cohæredes faciens. Felices q dominum in carne susci pere & pascere meruerunt, nec minus felices qui eum in membris suis alere non desistunt, qbus dicit Mat. 25. (Q)d vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis, quorum figuram tenebat Martha. Licet autem nihil ad beatam virginem Mariam istud ptineat euangelium, q ad historiam maxime, tñ ætum ad mysteriū optime ipi cōuenit. ¶Intrauit Iesus in quoddam castellum ⌋ Anselm. Castellum dicitur quæ

libet turris & murus in circuitu eius, quæ duo inuicē sese defendunt, ita vt hostes per murum ab arce, & a muro p arcem arceantur. Sic Maria habens turrim humilitatis & murum virginitatis, nec superbiam habuit virginitatis, nec inquinationem humilitatis, sed semper in ea permansit & humilis virginitas & virginalis humilitas, vnde & angelo filium promittenti de virginitate solicita respondit. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? sic & cum audiret filium dei se salua virginitate paritura respondit. Ecce ancilla domini, & quia respexit humilitatem ancillæ suæ. O sublimis virgo mater dei. O humilis mater ancilla dei. Quid sublimius esse potest? qd humilius de se sentire potest. Porta per quam intrauit Iesus fides est, quia enim credidit perfecta sunt ei a domino quæ ab angelo dicta sunt, sicut ait Elizabet. Lucæ. 1. Nec quia intrauit castellum hoc Iesus, violatum est. Iesus ēm saluat non violat, confracta solidat non confringit solida. Ipsa ergo castellum quod Iesus intrauit, in quo tabernaculum posuit carnem assumens contra diabolū pugnaturus. Nihil enim vnquam iuris diabolus in hoc habuit castello. Nam fomes radicatur in carne, & ascendit vsq; ad mentem prout conqueritur Apostolus Rom. 7. Scioq; non habitat in me, hoc est in carne mea bonum. Nam velle adiacet mihi, perficere autem non inuento, non enim quod volo bonum hoc facio, sed quod nolo malum hoc ago, si autem quod nolo illud facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. In prima autem sanctificatione virginis collata est ei tanta gratia perfectionis, vt redundaret in eius sensualitatem in tanta abundantia, vt fomitem adeo reprimeret, quod nullum effectum ad incitandum ad malum haberet. In secunda in qua spiritussanctus non tantum descendit in mentem, sed etiam in carnem, cum de carne operatus est, de ea mirabiliter carnem sine macula fabricando, reliquam ipsius carnem reddens immaculatam extirpando ex ea fomitem & omnem concupiscentiam. Vnde quinq; dispositiua impedimenta habuit. Primum, Ardor charitatis, mēs enim eius in eo continue tenebatur. Nam deus ciementi mirabiliter intimabat subdens vires inferiores imperio rationis. Secundum; Mortificatio sensualitatis. In appeti

tu sensuali illius erat modificatio & coaptatio ad partē superiorem per mortem sensualis affectionis & modificationis ad carnem. Tertium. Sensus maternitatis cogitando & saporando quanti filij mater erat. Quartum. Obiectum diuinitatis continue aspectans dei beneplacitum, & vt prompte ei consentiens in rebus singulis legēs qd acceptandum quid fugiendum. Quintum. Aspectus sui nihileitatis. Sic & exterius quinq; protectiua. Primum. Angelorum protectio quia & Helisæum protegebant, 4. Reg. 6. Secundum. Dæmonum repulsio ad sua ardentissima mente & charitate. Tertium. Virtutum exercitatio. Nam omnia mala exteriora & aduersa eo modo & non aliter ei inferebantur, quo sunt materia exercendæ virtutis, quia diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Rom. 8. Quartum peccatorum abominatio. Nam omnia delectabilia secundum sensum & a deo retrahentia sibi auferebantur, tanquam deo odibilia, cuius voluntati totis viribus conformabatur. Cognouit enim plenissime quomodo mortalis culpa a deo æternaliter separat, animam ab imagine dei deformat, æterna gloria priuat infernalibus supplicijs obligat. Quintum. Mundalium despectio quæ tanquam desipientia respuebat. O inexpugnabile castellum deo dignum ad inhabitandum. ⌊ Et mulier quędam Martha nomine excepit illum in domum suam.⌋ Felix anima quæ Iesum hospitio meretur suscipere. Nam vita si aliquando fuerat iniqua ipo intrāte aufugit, & remanent duæ vitæ innocentes, laboriosa & ociosa, inter eas medius est ipse fons vitę, vñ seq. ⌊ Et huic erat soror nomine Maria.⌋ Par erat vtriq; pietas in dominū, sed diuersa vitæ ratio, diuersa pietatis functio, quemadmodum in vno corpore sunt vsus membrorū varij, & in corpore Iesu (quod est ecclesia) varia sunt dona spiritus, seq. ⌊ Quæ etiam sedens secus pedes domini) feriata a negotijs domesticis ⌊ audiebat verbum illius.⌋ quo adeo rapiebatur, vt oblita cæterorum non posset auelli. ⌊ Martha autem satagebat circa frequens ministerium.⌋

¶ Quo ad secundum Psalmista nimiam temporalium a deo retrahentem solicitudinem reprehendens ait: Filij hominum vsquequo graui corde, vt quid diligitis vani-

tatem & quæritis mendacium, quæ animam satiare non possunt. Si enim dominus Marthæ partem quamuis ex charitate procedentem in comparatione partis Mariæ nõ laudauit, quanto magis solicitudinem a deo retrahentẽ? Eadem enim charitas erga dominum habebat vtranq; sed Mariam nõ patiebatur ab illius diuelli pedibus, Martham sursum deorsumq; agebat ne quid omnium deesset, quæ ad suauiter excipiendum dominum, eiusq; discipulos pertinebant, nec patiebatur adhærere domino. Sic eadem pietas duas sorores in Iesu diligendo concordes, ad res diuersas agebat. Martha dominum pascere disponens & præparans circa multum ministerium occupabatur, Maria soror eius pasci magis elegit a domino. Qui in ocio viuunt contemplationis a solo Deo pendere debent, sedentes secus pedes eius, quo ad stabilitatem & profundam humilitatem, & viuere ex omni verbo quod procedit de ore dei. Quanto humilius sedet, tanto amplius capit. Aqua confluit ad conuallem de montibus & collibus, sic deus superbis resistit, humilibus dat gratiã, 1. Pet. 5. Actiui dominum recipiunt, contemplatiui a domino recipiuntur. Anselm. Quis vnquam vt Maria Iesum susceperit aut ei ministrauit? Nam in vtero susceperit. Hierem. 31. Nouum creauit dominus super terram, fœmina circũdabit virum. Pannis inuoluit, in ægyptum deduxit & inde reduxit, prædicantem, morientem secuta est. Iohan. 19. Stabat iuxta crucem Iesu mater eius. Vere erga multa turbata. 1. solicita. Sed qualis fuit ĩ ea pars mariæ? O quã magna multitudo dulcedinis dei fuit in Maria quando. ss. in eam superuenit, & virtus altissimi obumbrauit: quid de deo non sapiebat in qua sapientia dei latebat, & in cuius vtero sibi corpus aptabat. Christus enim dei sapientia & virtus, 1. Cor. 1. in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & & scientiæ reconditi. Colo. 2. Hæc conseruabat omnia ỹba (angelorum, pastorum, magorum, nec non ipsius filij sui) conferens in corde suo. Luc. 2. Qui in negocio actionis multum rebus occupari terrenis, impliciti & distracti viuunt, pijs tamen vt sunt opera misericordiæ, iustitiæ, rei familiaris, honestę occupationis & similia. Martha ergo cũ ægre sufficeret oĩbus obeundis q̃ ptinebat ad apparatũ, & videret sororẽ feriatã, assidentẽ ad pedes lo

su,non expostulat cum sorore q̃ sciebat auelli non posse sed Iesum subincusat q illam suis sermonibus a necessaria functione remoraretur. ⌊Quæ stetit & ait:Dñe non est tibi curæ q̃ soror mea reliqt me solam ministrare,dic er go illi vt me adiuuet⌋ alioq scio non auelletur a te nisi tu iusseris,tanta est dulcedo sermonũ tuorꝫ,sed interim apparandũ est conuiuium, nec vna par sum omnibus ob eundis. Ex persona illorum loqtur qui adhuc diuinæ con templationis ignari,solum quod didicere fraternæ dilectionis opus deo placitum ducunt,ideoq; cunctos q Christo deuoti esse volunt huic mancipandos autumant. Maria autem causam suam iudici Christo committit tacens, mira dulcedine alloquij Christi refecta.

Quo ad tertium diuinæ bonitatis dulcedinem expertus Psalm. ait:Gustate & videte,affectu & intellectu, qm̃ suauis est dominus:ideo beatus vir qui sperat in eo. Vñ dominus vtriusq; fœminæ delectatus affectu,Marthæ se dulitatem non improbat,nec obiurgat obmurmurantẽ sorori,sed Mariã subleuat. ⌊Et respondens dicit illi dominus:Martha Martha solicita es.⌋ Augustin. repetitio nominis,indicium est dilectionis,aut forte monendæ attentionis ⌊& turbaris erga plurima⌋ propter apparandum conuiuium. ⌊Porro vnum est necessarium⌋ quod semperagendum erat si liceret. Peragito tu functionem tuam. Qualis qualis erit apparatus ⌊ Maria optimam partem elegit⌋ quæ oblita eorum quæ sunt corporis tota est in his quæ sunt animi ⌊ quæ non auferetur ab ea.⌋ Non reprehenditur pars Marthæ, quia & ipsa bona,sed laudatur pars melior Mariæ. Augustinus. Vnum illud supernum, vbi pater & filius & spiritus sanctus sunt, vnum ipsa trinitas,vnus deus. Ad hoc vnum nos non perducit nisi multi habeamus cor vnum & animam vnam sicut Actorum quarto: Ideo dominus Iohannis decimo septimo. Vt sint vnum sicut nos vnum sumus Sed hoc quomodo nisi sicut docet apostolus? 1. Corinth. 1 Obsecro autem vos fratres vt idipsum dicatis omnes,& nõ sint in vobis schismata, sitis autem perfecti in eodem sensu & in eadem scientia,& Phil. 2. Vnanimes vnum sentientes,nihil per contentionem neq; per inanem gloriam Audi vnde meliorem partem Maria elegit ⌊quæ nõ (m

quit) auferetur ab ea ⌋ A te auferetur on⁹ necessitatis, sed ęterna est dulcedo veritatis. Non auferetur ab ea q̊d elegit, sed augebitur. In hac autem vita augetur, in alia vita ꝑficietur, quum hic perfecta esse nequeat, nunquam autem auferetur. Nemo autem vnquam gustauit sicut ista q̃ suauis est dominus. Inebriabatur vero ab vbertate dom⁹ dei, & torrente voluptatis eius potabatur. Nec mirꝝ q̊niam apud eam, imo in ea erat fons vitæ, de quo manabat tanta perfectio vtriusq; vitæ. Pars autem Marthæ ei aufertur sed bono suo, quia pars Mariæ in ea perficitur, quæ non auferetur ab ea. Exaltata est enim super choros angelorum. In bonis repletum est desiderium suum. Videt deum facie ad faciem sicuti est, gaudet cum filio in ęternum. Hæc est pars optima quę non auferetur ab ea, cuius & nos participes sumus meritis & precibus eius ꝑ Iesum Christum filium suum dominum nostrum. Hęc Anselmus.

Infesto Natiuitatis.

LIber generationis Iesu Christi filij Dauid filij Abraham. ⌋ Matthæi primo: Saluator noster æterna patris sapientia, humanum genus deuijs errorum a vera æternæ vitæ via abductum, reducere ad vias vitæ volens, humanam assumpsit naturam, se viam præbens in exemplo, virtutum odorem diffundens, omnes ad se (qui vitam gratiæ tribuit & gloriæ) sequendum inuitat, vnde Ecclesiastici. 24. ¶ Ego quasi vitis fructificaui ⌋ Iohannis. 15. Ego sum vitis vera, cuius vinum lætificat cor hominis ⌊ suauitatem odoris ⌋ per orbem spargendo euangelij prædicationem ⌊ & flores mei fructus honoris & honestatis ⌋ quia iucunditas & decor virtutum eius, quotidie dono eius florescit & clarescit in fidelibus ⌊ Ego ⌋ sapientia æterna ⌊ mater pulchræ dilectionis ⌋ veræ charitatis ⌊ & timoris ⌋ filialis ⌊ & agnitionis ⌋ supernaturalis ⌊ & sanctæ spei ⌋ quia omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est descendens a patre luminum. Iacobi primo. ⌊ In me gratia omnis viæ & veritatis. ⌋ Iohannis decimoquarto: Ego sum via, veritas, & vita, seqtur ⌊ in me omnis spes vitæ & virtutis ⌋ Nam per ipsum viuimus mouemur & sumus, & per ipsum vitã æternam

EPISTO.

habemus. ⌊Transire ad me⌋ per amorem & cognitionẽ filios affectuose monet, vnde Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos, sequitur ⌊qui concupiscitis me⌋ Prou. primo: Vsq; quo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea quæ sibi sunt noxia cupient, & imprudentes odibũt scientiam? ⌊Et a generationibus meis⌋ id est, illuminationibus ⌊adimplemini. Spiritus enim meus⌋ scilicet sanctus, per quem diffunditur charitas in cordibus nostris Rom. v. ⌊super mel dulcis⌋ quia omnem dulcedinem excedit ⌊& hæreditas mea⌋ quæ erit in clara dei visione ⌊super mel & fauum⌋ quia totaliter quietat appetitũ. Psal. Satiabor cũ apparuerit gloria tua. 1. Cor. 2. Oculus non vidit, auris non audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus diligentibus se ⌊Memoria mea in generatione seculorum⌋ quia nunq; delebitur de mentibus sanctorũ, & sapientiam dei, & homines, & angeli sine fine collaudabunt ⌊Qui edunt me⌋ in præsenti spiritualiter sibi in corporando ⌊adhuc esuriẽt⌋ vt plenius habeant in cælo ⌊& qui bibunt me adhuc sitient⌋ Ioh. 4. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aq; salientis in vitam æternam. Refectio spiritualis & cælestis per corporalem exprimitur, quia spirituales delitiæ quum non habentur in fastidio sunt & statim quum habentur desiderium accendunt ⌊Qui audit me⌋ obediendo ⌊non cõfundetur⌋ in conspectu iudicis, quia mercede æterna coronabitur ⌊& qui operantur in me⌋ secundum regulã doctrinæ meæ ⌊non peccabunt⌋ quia est regula infallibilis ⌊Qui elucidant me⌋ occulta in lege & prophetis cõtenta mysteria fideliter exponendo ⌊Vitam æternã habebunt⌋ pro præmio quæ est clara dei visio. Quis vnquã sic approximauit æternæ sapientiæ ac spiritus ipsius suauitatem gustauit & edidit sicut Maria, quæ & ipsam patris sapientiam carne (de carne sua) velatam in lucem nobis per generationem protulit.

¶ Volens Matthæus euangelium prout viderat & audierat scribere, ab humana Christi gñatione exorsus ẽ dicens: Liber gñationis Ie. Chri. Ostendit euangelista hoc euangelio Iesum Christũ a patribus secundum dei promissum genitum, & verũ Christum, id est, Messiam.

¶Primum, Repromissa saluatoris generatio, in principio, Liber gen.

¶Secund. Solicita generationis ordinatio, Ibi: Abraham genuit Isaac.

Tertium, Tenera viginis cõmendatio. Ibi: De q̃ natus est Iesus.

¶ Quo ad primum dicit Psalm. Misericordias domini in æternum cantabo, in gentium vocatione. In generatione & generationem annunciabo veritatem tuã in ore meo, promissiones patribus factas implendo. Roma. 15. Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem dei, ad confirmandas promissiones patrum, gentes autem super misericordia honorare deum. Nam non fuit ipsis promissus sicut Iudæis, & missus. Mat. 15. Non sum missus nisi ad oues q̃ perierunt domus Israel. Fuit omne studium euangelistarum ostendere in Christo completas promissiones patribus factas
EVANG. vnde hinc Matthæus exorsus est. ¶ Liber generationis Iesu Christi. Ibreue sed plenum salutis & gratiæ verbũ. Si mortales tam ardenti studio amplectuntur librum humana proditum industria, qui vel tuendæ farciendæue valitudinis rationem, vel augendæ rei familiaris viam, vel aliam aliquam disciplinam ad terrena modo cõmoda conducibilem pollicetur, quanto fugrantioribus studijs hic liber est ab omnibus excipiendus, cuius vtilitas ex æquo pertinet ad omnes, nec humana commoda mox peritura promittit, sed cælestem philosophiam a cælesti doctore Iesu Christo mortalium generi traditam docet, & huius admirabile pmium pollicetur, non opes, non regnum, non voluptates, sed verã atq; æternam felicitatẽ atq; ad hanc expeditam ac facilem omnibus viam commonstrat, & autorem indicat, p quem nulli non est parata salus, extra quem nulli est speranda salus. Quis autem est hominum quem non excitet tanti boni certa spes, q̃tumus barbarus sit & ideotaꝰ Vere hic liber apotheca est gratiæ, in qua ois anima quod necesse habet inueniat. Inuenimus librum prædestinationis æternæ, de quo Apostolus Hebræorum. 10. inducens Psalmistam in persona Christi loquentem. In capite libri scriptum est de me, vt faciam voluntatem tuam deus meus. De hoc libro Apo-

calypsi.20. Qui non est inuentus scriptus in libro vitæ, missus est in stagnum ignis. Ideo dominus Luc.10. Gaudete, inquit, quia nomina vestra scripta sunt in cælis. Accusationis internæ. Apocal.20. Vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt, & alius liber apertus est qui est vitæ, & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris, secundum opera ipsorum. Romanorum.2. Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & cogitationum inuicem accusantium aut etiam defendentium. Generationis terrenæ qualis & hic. Iesu.1. saluatoris non p̃ditoris, sicut Adam Christi.1. Messiæ: Ioh.4. Scio quia Messias venit qui dicitur Christus, cum ergo venerit ille annunciabit nobis omnia. Hunc ergo euangelista sic̃ probat consequẽ Christum, qm̃ hic est qui de patriarchar̃ & regum stirpe progenitus, de virgine mirabiliter est æditus, sicut Iudæis ante fuerat promissus, ⌊ Filꝯ Dauid filꝯ Abrahã ⌋ horum duorum specialiter dicitur filius, quia vnus primus fuit inter patriarchas alter inter reges ad quos fcta est de Christo promissio, ut Iudæis Christum ex lege venturum aperiret, in quo viderent vaticinia impleri ut Ge.22. Benedicent̃ in sem.t.o.g. Gal.3. Non dicit & seminibus quasi in multis, sed quasi in uno, & semini tuo qui est Christus (& añ). Igitur qui ex fide sunt, bñdicentur cum fideli Abraham. Vnde Lucæ.1. Iusiurãdum quod iurauit ad Abraham patrem nostr̃ daturum se nobis. s. hoc est, De Dauid. Psal. Iurauit dominus Dauid veritatem, & nõ frustabitur eum, de fructu ventris tui ponam sup̃ sedem tuam. Luc.1. Et dabit illi dominus deus sedem Dauid patris sui: vñ in euangelio communiter filius Dauid nomi natus. A cæco. Luc.18. Fili Dauid, miserere mei. Item; A turbis. Matth.21. turbæ quæ p̃cedebant & quæ sequebantur clamabant. d. Osanna filio Dauid. Similiter scribæ & pharisæi. Christum fore filium Dauid respõderunt. Matthæ.22. Vbi saluator p̃ scripturã ducit ad intelligendum ip̃sum non solum filium Dauid secundum carnem, sed & filium dei, & per hoc maiorem & dominum Dauid. Ideo dicit Apostolus Roman.1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem: & de hac generatione loquit̃ hic euangelista non de æterna quæ ex patre de qua Esai.53.

Generationem eius quis enarrabit, & Iohan. 16. Exiui a patre & veni in mundum, per carnis assumptionem quia secundum diuinam naturam in mundo erat, & mundus per ipsum factus est Ioh. 1. Hanc ergo promissionem quã ardentissimo desiderio impleri optabant patres. Lu. 10. Beati oculi qui vident q̃ vos videtis. Ioh. 8. Abrahã pater vester exultauit vt videret diem meum, vidit & gauisus est, per Mariam deus impleuit.

¶ Quo ad secundum Psal. misericordiam & veritatem dei a se cantandam explicãs ait: Quoniam dixisti in æternum misericordia ædificabitur in cælis, præparabitur veritas tua in eis, & quę sit subditi: Disposui testamẽtum electis meis, iurauí Dauid seruo meo, vsq; in æternũ præparabo semen tuum, quod & semen Abraham, sequitur: L Abraham genuit Isaac J Ab eo congrue fit generationis exordium cui promissus est primum, in quo est benedictio omnium, & vt in hoc patre discant, qui & quales esse debeant qui volunt in eius semine benedici. Distinguit autem per tres generationes, mystice designans fidem trinitatis quam concorditer astruit doctrina legalis & euangelicæ institutionis. Ponit. 42. generationes per tres tessere decades, quia sicut populus ille vetus sub spe intrandi in requiem per septies sex, id est, 42. mansiones castra metabatur in q̃rum vltima Iesu duce patefactõ Iordane, requiem intrauit, sic noster Iesus, 42. generationem ab Abraham credente, lauachra baptismi & cæli ianuas patefecit, sub eiusdem numeri sacramento nos cursu virtutum ad patriam tendimus, dum quotidie p̃libando gustu cælestium fruimur, & patienter promissum expectamus. Nam per observãtiam. 10. præceptorum. Mat. 19. Si vis ad vitam ingredi serua mandata, &, 4. euangeliorum. Mat. vlti. docentes eos seruare omnia quæ mandaui vobis, in fide trinitatis. Hebr. 11. Sine fide impossibile est placere deo, per desertum huius mundi per verum Iesum non typicum, in æternam promissionis ducimur terram. Matthæus descendendo generationem cõputat, quia humanitatem Christi per quam deus ad homines descendit, Lucas ostendit ascendendo, formam sacramenti aperiens. A baptismo enim incipiens vsque ad deũ ascendit, ostendens baptizatos ascẽdere ad hoc vt sint filij dei

Ponit Matthæus genuit quia naturæ tantum filios numerat, Lucas dicit, qui fuit, quia aliquos secundum legẽ sicut Ioseph filium Heli quem Matthæus dicit filium Iacob, quia isti duo fratres fuerunt, sed Heli mortuus sine liberis, ideo Iacob secundum legem tenebatur accipere vxorem defuncti ad suscitandum semen fratris defuncti, vnde Ioseph secundum naturam filius fuit Iacob, secundum legem dicebatur filius Heli defuncti: aliquosper adoptionem sicut Nathan filium dicit Dauid, filios inter ponit. Quamuis autem Iesus non fuerit filius Ioseph, tamen Matthæus generationem deducens ad Ioseph, satis ostendit Iesum Christum ex semine Dauid, eo quod Maria esset de domo & familia Dauid, quam tanq̃ ex eadem tribu, quia vnica patri suo Ioachim, ex lege accipere tenebatur, & quia non erat moris vt mulierum generationis texeretur series, quare & virum Mariæ nominat quãuis eam non cognouerit. Ideo Lucas notabiliter dicit. 3. Vt putabatur filius Ioseph. s. Iesus cum esset incipiens annorum quasi triginta.

¶ Quo ad tertium Psal. munificentiam saluatoris exprimens breuibus ait: Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ, Si omnes tribus, quid matet de qua sumendũ erat redemptionis nostræ præmium. De qua inquit, Matthæus non de quibus quia de sola virgine. Ipsa solã hoc honore præ omnibus mũdi creaturis apud deum dignata est habita immo & cæli. Nusquam enim angelos sed semen Abrahæ apprehendit. Hebr. 2. vt hominis esset & dei verus filius natus est veram carnem assumendo Iesus saluator. Matth. 1. Vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum qui vocatur Christus id est, vnctus, scilicet plenitudine gratiæ. Iohan. 1. Vidimus gloriam eius gloriam q̃si vnigeniti a patre, plenum gratiæ & veritatis. De cuius plenitudine omnes nos accipimus. Huius ergo talis actãti virgo Maria vnica mater vnici, quis vel satis mirete Vnde Elizabeth. ff. illuminata. Lu. 1. obstupescens ad eius aduentũ, satis mirari non potuit a deo collatã dignitatẽ dicẽs: Et vñ hoc mihi vt veniat mater dñi mei ad me. Vere beatam dicent eam oẽs gñationes, quia respexit dñs humilitatem ancillæ suæ, taciẽs ei magna, vt filij dei eẽt

mater & ygo. Si spiritus sanctus in sctis hic pro sanctis fe cundũ voluntatem dei postulans exaudit. Ro. 8. qs dubi tet in ea postulare, p his, qui p eam facti sunt, tres filij sui & cohæredes & per eam tanq̃ matrem eorum exaudiri.

¶ In festo sancti Andree.

Ambulans Jesus iuxta mare Galilee vidit duos fratres Symonem qui vocatur Petr⁹ & Andream fratrem eius mittentes rete in mare. ⌋ Matth. 4. Nũquam dñs omnipotẽs auersos a se peccatores destitit per verbum suum incarnatum (vt in euangelio claret) aut inspiratum sicut per prophetas, aut tertio demandatum vt in apostolis eorumq; legitimis pa tet successoribus, ad veritatis lucem reuocare. Hinc Apo stolus Rom. 10. ¶ Corde enim creditur ad iusticiam ⌋ quę est causa salutis. Iustificat enim quæ menti insidet fides, ⌊ ore autem confessio fit ad salutem ⌋ non modo ad iusti ciam, nam perfecta salus in confessione versatur, ex ea nanq; & fides splendescit & plurimos iuuat. Si ergo ore tuo confitearis & agnoscas dominum Iesum, atque idem ex animo vere credideris quod deus eum resuscitarit a mortuis: vt nos cum illo a vicijs rediuiui, posthac inno center viuamus saluus eris, non autem satis est animo te nere fidem, nisi quoties res postulat & ore confitearis eam ad perfectam consequendam salutem. ⌊ Dicit enim scriptura. Esa. 28. Omnis ⌋ siue Iudæus siue gentilis ⌊ qui credit in illum non confundetur ⌋ .1. erubescet in futuro & si hic confundi videatur. 1. Petr. 2. vobis autem honor credentibus. ⌊ Non enim est distinctio Iudæi & græci ⌋ quantum ad iusticiam fidei, quia in omni gente qui ti met deum acceptus est illi. Actu. 10. ⌊ Nam idem domi nus omnium diues in omnes ⌋ potens omnes ditare illis diuitijs de quibus Psalm. gloria & diuitiæ in domo eius, sed ⌊ qui inuocant illum ⌋ fide syncera. Probat autorita te Ioelis. 2. ⌊ Omnis enim quicunq; inuocauerit nomen domini saluus erit. ⌋ Orans inuocat sed hoc non vere po test nisi prius credat, qui ergo inuocant non modo cre dunt sed etiam orant, vt postquam crediderit alicuius animus, non desinat id postulare quod promittit de⁹ to to corde vigilantibus, quia credere dat remissionem pec

EPIST

catorum, inuocare impetrat promissa dei. ⌊ Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt? ⌋ q.d. nullomodo. oratio enim præsupponit fidem orantis. Non creditur illi cui obedientia negatur. ⌊ Aut quo credent ei quē non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Quomodo vero prædicabunt nisi mittantur ⌋ a deo vel eius locum tenenti. Non enim sunt veri apostoli nisi missi. Hier. 23. Non mittebam eos & ipsi currebant. Nam eius est mittere cuius est euangelium. ⌊ Sicut scriptum est ⌋ Esa. 52. ⌊ Quam speciosi ⌋ id est, valde decori ⌊ pedes euangelizantium pacem ⌋ Inter populum & populum, diruta maceria legalis ritus in Iudæis, & idolatriæ in gentibus, & inter deum & impios, per fidem iustificantem & homines in eum credentes. ⌊ Euangelizantiū bona ⌋ .f. futura. Ecce quid prædicandum, pax. f. quæ nos mutua charitate in Christo conglutinet, & ea bona q̄ sp bona sint, quia suapte natura bona sunt. Cum ergo nil sit prætermissum ab eo qui mortales omnes ad salutem inuitat, nulliq; gentium non sit prædicatum euangelium, vnde infidelitas? ⌊ Sed non omnes credunt euāgelio. Esa. enim dicit ⌋ ff. inflatus. 53. ⌊ Domine quis credidit auditui nostro ⌋ id est, ijs quæ nos audiuimus & annunciamus vel quæ ipsi a nobis audiunt. Præscius deus prædixit infidelitatem Iudæorum sed non fecit, neq; præscisset mala eorum nisi haberent, sic etiam excæcat deserendo nō faciendo. q.d pauci credunt euangelio. Si ergo inuocatio adfert salutem, nec inuocat qui diffidit: nimirum fides inprimis exigitur. Porro nō concipit in animo p experimenta, per oculos, sed per prædicationem. ⌊ Ergo fides ex auditu ⌋ & si deus intus doceat, tamen p eos foris annunciat ⌊ Auditus aūt p verbū Chri. Sed dico: Nunqd nō audierunt? Iudæi excusationē infidelitatis suę ob defectū pdicationis. q.d. nō ⌊ Et quidem ⌋ .i. certe iuxta q̄d ff. pdixit p Dauid ⌊ In omē terrā exiuit sonus eor̄, & in fines orbis terrę verba eorum ⌋ ideo inexcusabiles.

¶ Cum audisset Iesus q̄ Iohannes traditus esset, secessit in Galilæam, & relicta ciuitate Nazareth, venit & habitabat in ciuitate Capharnaum maritima, in finibus Zabulon & Neptalim, vt impleretur quod dictum est p Esaiam prophetam 9. Terra Zabulon & terra Neptalim via

maris trans Iordanem Galileæ gẽtium, populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, & sedentibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis. Exinde cœpit Iesus prædicare & dicere: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. In illo tempore: Ambulans Iesus &c.

¶ Primum omnium Andream ad Iesum venisse euangelium testatur Ioh. 1. Sed tamen ad suum rediisse magistrum Iohannem præcursorem: cuius discipulus erat, Ipm quoq; e naui captis multis piscibus Luc. 5. ad Christi familiaritatem, sed hic, vt Mat. ostendit, ad plenam Christi sequelam, vocatum.

¶ Primum, Affectuosa discipulorum vocatio. *In principio.*

¶ Secundum, Bona vocatorum ordinatio. Ibi: Faciã vos piscatores.

¶ Tertium, Certa omnium renunciatio. Ibi: At illi cõtinuo relictis.

¶ Quo ad primũ, diuini respect⁹ benignitatem (errãtes reuocantis) desiderans Psal. ait: Aspice in me & miserere mei, secundum iudicium diligentium nomen tuũ, & ideo gressus meos dirige secundum eloquiũ tuum, & nõ dominetur mei omnis iniusticia, q̃si dicat, nisi tu direxeris, non euadam dominationem eius. *Felices quos oculis clementiæ suæ intuetur dominus. Si enim radius solaris beneficus est ijs super quos se diffundit, quid putandum de radijs diuinæ benignitatis, super quoscunq; diffusis?* Lu. 22. Conuersus Iesus respexit Petrum, & recordatus est Petrus verbi quod dixerat illi Iesus. Non antea nisi quando respectum illum sensit in corde, Psal. Oculi eius in pauperem respiciunt. Vultus autem domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. ¶ Am-

EVANG. bulans (ergo) Iesus iuxta mare Galileæ ⌊ Baruch. 3. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus é ⌊ Vidit duos fratres, Symon ẽ qui vocatur Petrus ⌋ hoc nomen CHRISTVS ipsi indidit. Iohan. primo: ⌊ & Andream frater eius, mittentes rete in mari. Erant enim piscatores. ⌋ Genesis 3. In sudore vultus tui, vescerispane tuo. Nouit aptos regno dei, ꝯs & aptiores suo reddidit aspectu. ⌊ Et ait illis: Venite post me. ⌋ Mirandũ dei con-

filium, non mundi potentes & ſapientes ad nouũ teſtamẽ
ti gratiam in mundo p̃dicandam, non regum filios aut
ſcribas primo vocat, infirma & quæ ſtulta ſunt mũdi, vt
confundat fortia .1.Cor .1. ne euangeliũ profectus huma-
næ aſcriberetur, aut potentiæ aut ſapiẽtiæ. Felix qui fi-
deli & ſimplici hic dominum ſequitur greſſu, quoniam
& in cæleſtem ip̃m ſequetur manſionem. Pater, inquit,
volo vt vbi ego ſum & illi ſint mecum. Ioh.17. Ideo ſug
malitia hominum & ſtulticia admirans propheta ait, Fi-
lij hominum vſqueqũ graui corde, vt quid diligitis vani-
tatem & quæritis mendacium. Pauci ſiquidem vocãtem
ſequuntur dominum, ſed quidam ſequuntur mundi vani
tatem ſicut auari.1. Iohan.2. Tranſit mundus & concupi-
ſcẽtia eius. Sap.5. Tranſierunt omnia tanquam vmbra.
Qui ergo voluerit amicus eſſe huius mundi, inimicus dei
conſtituitur. Iac.4. Alij carnis voluptatem quæ inficit.
Qui enim ſeminant in carne, de carne metent corruptio
nem, qui autem ſeminant in ſpiritu, de ſpũ metent vitam
æternam. Gal.6. Nihil enim damnationis eſt his qui ſunt
in Chriſto Ieſu. Rom.8. Alij diabolum qui interficit ſicut
ſuperbi. Iob.41. Ip̃e eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.
1.Pet.5. Aduerſarius veſter diabolus tanquam leo rugi-
ens, circuit quærens quem deuoret. Sed pauci Chriſtum,
ideo dicit me, quia qui ſequitur me non ambulat in tene-
bris ſed habebit lumen vitæ. Ioh.8. Qui enim dicit ſe in
Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit & ip̃e ambula
re. 1. Iohan.2. Sciendum quod Andreas primo fuit diſcip.
Iohan. vt patet Iohan.1. Stabat Iohannes & ex diſcip. ei⁹
duo. Et reſpiciens Ieſum ambulantẽ dicit: Ecce agnus dei.
Et audierũt eum duo diſcip. loquentem, & ſecuti ſunt Ie-
ſum. Beda: Teſtimonium perhibente Iohanne, quia Ieſus
eſſet agnus dei, ſecuti ſunt illum duo diſcip. magis deſi-
derantes ab ipſo Ieſu, quã præcurſore illius verbum gra
tiæ percipere, quo & ipſi mererentur in agnorum dei cõ
ſortio deputari. Conuerſus autem Ieſus & videns illos ſe
quentes ſe, dixit eis: Quid quæritis? Non potuit ignorare
quid quærerent, ſed in eo quod ad illos conuertitur quod
ip̃e prior quid quærerent interrogat, dat eis fiduciam qc
quid vellent rogandi, manifeſteq; innotuit quãtum bo-
nis noſtris ſtudijs delectetur, quam libenter iter verita-

tis inchoantibus, ipse auxilium laturus occurrat. Quidã xerunt ei: Rabbi, quod dicitur interpretatum magister, vbi habitas? Nolebant transitorie magistro veritatis per frui, sed mansionem potius in qua habitaret inquærebãt quatenus & tunc liberius in secreto verbis illius imbui, & exinde sæpius possent plenius imbuendi visitare. Annuit dominus piæ ac deuoræ petitioni eorum. Dicit eis Iesus: Venite & videte. Venerunt & viderunt vbi maneret, & manserunt apud eum die illo. Hora autem erat quasi decima. Erat autem Andreas frater Simonis, Petri, vnus ex duobus qui audierant a Iohanne, & secuti fuerant eũ, Inuenit hic primum fratrem suum Simonem, & dixit ei: Inuenimus Messiam, quod est interpretatum Christus. Andreas dominum quem inuenit etiam fratri Simoni sequendum euangelizat, quia hoc est vere dominum inuenire, vera illius dilectione feruere, fraterne quoq; salutis curam gerere. Ille enim perfecte conditoris sui ducatum sequitur, qui etiam proximi, quantum valet, comitatum habere nititur. Christus vnctus dicitur, quia vt dicitur Actuum decimo: Vnxit eum deus spiritu sancto & virtute. ⌊Et adduxit eum ad Iesum. Intuitus autem eum Iesus, dixit: Tu es Simon filius Iohanna.⌋ Intuitus est eum non exterioribus solum oculis, sed & interiori diuinitatis intuitu animi eius simplicitatem, & quia vocante Andrea feruenti ad se amore peruolauerit, ideoq; venientem mox familiari affatur alloquio. Nam Simon obediens Iohanna gratia dei dicitur. Ipse autem gratiæ dei fuit obediens, ideo merito sic vocatus. ⌊Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.⌋ a Petra deriuatum. Vocatur Petrus ob fidei firmitatem, ob inuincibile robur mentis, quia illi solidissimæ petræ, de qua prima Corinth. decimo. Petra autem erat Christus, vnica deuotione adhæsit. Vnde domino interrogante quem eum dicerent, Petrus respondit: Tu es Christus filius dei viui. Matthæi decimo sexto. Cui Christus puram eius confessionem iuxta vtriusq; nominis interpretationem digna remuneratione donauit, sed & ipsa Petri appellatio, quid in se sacramenti gestaret aperuit. Primo namq; ait de Simone. Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cælis est.

Deinde subiunxit de Petro. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram, a quo nomen accepisti, id est, sup meipsum ædificabo ecclesiam meam, super hanc fidei perfectionem quam confessus es, a cuius confessionis societate quisqs deuiauerit, quamuis sibi pugnam videatur agere, ad ecclesiæ meæ ædificium non pertinet. Petrus igitur a firma petra Christo, quem ardenter amauit, nomen accepit. Christus enim petra, quia inexpugnabile ad se confugientibus præsidium tribuit, quoniam sperantes in se, ab antiqui hostis insidijs munitos reddit & tutos. Et quemadmodum petra de qua (prima Corinthios decimo) sitienti populo fluenta ministrauit aquarũ. Exo. decimosexto. Sic Christus nobis spiritualium fluẽta charismatum ministrat, & sacrosancta nos sanguinis cõmonione purificat. Hæc Beda.

¶ Quo ad secundum quemadmodum Saluator per se & suos non destitit, quo errantes reuocaret, sic econtra diabolus per malos dispergere curat. Hinc Psalmista conqueritur dicens. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt lex tua. Ideo saluator Matthæi nono. Videns turbas misertus est eis, quia erant vexati, & iacentes sicut oues non habentes pastorem. Tunc dixit discipulis suis. Messis quidem multa, operarij vero pauci. Rogate ergo dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. Operarios dicit, non enim vult habere, immo arguit non remunerat, ociosos. Ad quid ergo vocauit apostolos? Num ad mundi delitias & honores? certe non, sed ad labores. ℒ Faciam (inquit) vos piscatores hominum. Ide piscatoribus piscatores. Ego (inquit) faciam. 2. Corinth. tertio. Qui idoneos nos fecit ministros noui testamenti. Hominum non bonorum. 2. Cor. 12. Non quæro quæ vestra sunt sed vos. Sed heu verificatur illud. Phil. 2. Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. De hac piscatione Mat. 13. Simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mari, & ex oĩ genere piscium congreganti, quam cum impleta esset educentes, & secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi, exibunt angeli & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus & stridor dentium. Si er

go mali sumus emẽdemus, ne in fine diuĩdamur. Eccls.9. Nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo & sicut aues laqueo comphenduntur, sic capiuntur homines tempore malo, cum eis extemplo superuenerit.

¶Quo ad tertium. Multiplicem ad peccatum inclinantem, mundialium occasionem ps considerans orat. Inclina(inquit) cor meum in testimonia tua, vnde vita, & nõ in auaritiam (vnde mors) .i. non me permittas inclinari in auaritiam per gratiæ subtractionem peccatis exigentibus. Ideo. Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me. Extra enim viam dei vita animæ non est, quia ipse vita nostra. Iohan.14. Ego sum via veritas & vita. Et ideo ipse sequendus. ¶At illi continuo relictis retibus & naui secuti sunt eum. Et procedens inde vidit alios duos fratres Iacobum zebedæi & Iohannem fratrem eius in naui cum zebedæo patre eorum reficientes retia sua & vocauit eos. Illi autem statim relictis retibus & patre secuti sunt eum.¶ Attraxit ad se solo verbo, nec mirum, quia virtus suæ diuinitatis penetralia cordium tangens, quos volebat ad se trahebat. Si enim creaturæ attractiuam (ab ipso creatore) aliarum creaturarum habent insitam virtutem, quanto magis creator quos vult trahit? Iohan.6. Nemo venit ad me nisi pater qui misit me traxerit eum. Veram conuersionis ad deum in se ostenderunt formam, secundum duas iustitiæ partes. Declinando a malo & sequendo bonum. Eccl.17. Conuertere ad dominum, & relinque peccata tua. Ipsi autem & occasiones reliquerunt peccatorꝝ. Primo Sua. Luc.14. Nisi quis renunciauerit omnibus quę possidet non potest meus esse discipulus. Merito nunc, quia necessario in morte relinquemus. Eccl.11. Est qui locupletatur parce agendo, & hæc est pars illius in eo quod dicit, inueni requiem mihi, & nunc manducabo de bonis meis solus, & nescit quod tempus prætereat illum, & mors appropinquat, & relinquat omnia. Psal. Dues cum interierit non sumet omnia. i. Tim.6. Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre quid possimus. Secundo. Suos. Luc.14. Si quis venit ad me & non odit patrem suum, & matrem suam. Hoc quomodo intelligatur ostendit Matthæi.10. Qui amat patrem aut matrem plus quam me,

non est me dignus. Tertio: Seipsos. Luc. 14. Adhuc autem & animam suam, non est me dignus. Marc. 8. Si quis vult me sequi, deneget semetipsum & tollat crucem suam & sequatur me. Mat. 19. Si quis &c. Qui enim voluerit animam suam saluam facere perdet eam, & qui perdiderit animam suam propter me inueniet eam. Quid enim prodest homini si mundum vniuersum lucretur animæ vero suæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vnicuique scdm opera sua. ⌊Secuti sunt eum⌋. Gre. Ecce ad vnius iussionis vocem Petrus & Andreas relictis retibus secuti sunt redemptorem. Nulla vero hunc adhuc facere miracula viderant, nihil ab eo de p̃mio cælestis retributionis audierant, & tamen ad vnum domini præceptum, hoc quod possidere videbantur obliti sunt. Quanta nos eius miracula vidimus, quot flagellis affligimur, quantis minarum asperitatibus deterremur, & tamen vocantem contemnimus? In cælo iam p̃sidet qui de cõuersione nos admonet. Sed forte quis dicat. Vterque piscator erat, quid magnum reliquere? Sed affectũ magis pensare debemus quam censum. Multum reliquit, qui sibi nihil retinuit, qui & desideria habendi dereliquit, qui cum re possessa etiam concupiscentijs renunciauit. Cor nanque non substantiam pensat deus, nec attendit quantum in eius sacrificio, sed ex quanto proferatur. Nam si exterior em substantiam perpendamus, ecce sancti negotiatores nostri, perpetuam angelorum vitam datis rebus & naui mercati sunt. Si enim magnas amplasque sæculi habuissent possessiones, omnia Christi amore reliquissent sicut retia & nauim. Sic ergo & nos vocati mundum relinquere debemus & mundi retia, quæ sunt terrenarum opũ nunquam satis congestarũ cupiditates, & mundanos oẽs immo & terrenum patrem, vt sequamur vocantem & patrem spirituũ, & ipse faciet instrumenta nos saluandarũ animarum, tum vitæ exemplo, tum diuini verbi spiritali indulto. Seq aũt debemus vocantem sicut ipsi. Festinãter Eccles. 5. Ne tardes conuerti ad dominum. Luc. 6. Ait ad alterum. Sequere me: Ille autem dixit. Domine permitte mihi primum ire & sepelire patrem meum. Dixit ei le-

sus, Sine vt mortui sepeliant mortuos suos, tu autem vade & annuncia regnum dei. Gratanter, nõ sicut illi de quibus Ioh. 6. Amen amen dico vobis quæritis me, nõ quia vidistis signa, sed quia mãducastis ex panibus & saturati estis. Vnde Luc. 9. Dixit quidam ad illum, Sequar te quocunq; ieris, dixit illi Iesus. Vulpes foueas habent & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclíner. Ideo Matth. 19. Si vis perfectus esse vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni sequere me. Inseparabiliter, qui enim perseuerauerit vsq; in finem hic saluus erit Mat. 10. & 24. Luc. 9. Ait alter, Sequar te domine sed permitte mihi renunciare his qui domi sunt. Ait ad illum Iesus. Nemo mittens manum suam ad aratrum, & aspiciẽs retro aptus est regno dei.

¶ In festo S. Thomę.

THomas vnus ex duodecim qui dicitur didymus, & cætera. ⌊Iohannis. 20. Saluator noster discip. suos intellectu fidei lumine illuminato, & affectu ſſ. ignì inflammato, multiplicib⁹ tam verbis quã signis in fide solidatos, ad colligendam de gentibus & Iudæis ecclesiam misit, vt omnes cæli municipes per regenerationis lauacrum efficerentur. Hinc apo. Eph. 2. ¶ Iam non estis hospites & aduenæ ⌊A cõsortio dei & sanctorũ alieni, qui autem haud quaquam sunt supernã assecuturi ciuitatem aduenæ sunt & hospites ⌊ sed estis ciues sanctorum ⌋ de numero eorum adscripti illi ciuitati quæ permãsura est perpetuo ⌊ & domestici dei ⌋ ad domum dei pertinentes, quæ non ex Iudæis tantum constituitur, sed ex omnibus qui pure credunt euangelio, eiusdem iuris & dignitatis in ecclesia ⌊ superædificati supra fundamentum apostolorum & prophetarum ⌋ id est, Christum & doctrinam veteris & noui Testamenti, quia quod apostoli prædicauerunt prophetæ prædixerunt ⌊ ipso summo angulari lapide Christo Iesu ⌋ Christus enim Iesus huius ædificij summus ille lapis est, qui in angulo additus parietem vtrunque iungit & complectitur, cuius vi & complexu tota structura credentium vndecunque coaugmentata, indies augescit ac surgit in templũ spirituale, ȳc sctũ, nimirum ab ipo dño cõsecratum, ps. Lapidem

quem reprobauerunt ædificantes hic factus est in caput anguli. A dño factũ est istud. Act. 4. Hic est lapis q reꝓbatus est a vobis ædificantib. qui factus est in caput anguli & nõ est in aliq̊ alio salꝰ ⌊In q̊ oĩs ædificatio cõstructa⌋ .i. tam ex Iudæis q̃ gentibus, 1. Cor. 3. Dei ædificatio estis dei structura estis, constructa d. oñdens non aliter posse in dei templum componi, nisi & vitam geramus q̃ lapidi sit angulari accommoda ⌊Crescit⌋ ꝑ augmentum ꝟtutum ⌊in templum sanctum.⌋ Fideles enim vniuersi constructi in fide & in vnum coacti, tanq̃ simul ꝓgeniti & inseparabili nexu detenti, augentur & coaluntur, ita vt dei templum efficiantur, 2. Cor. 6. Vos estis templum dei viui, sicut dicit deus. Leu. 26. Qm̃ inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos & ero illorũ deus, & ipsi erunt mihi pop. ⌊In dño⌋ .i. opatione ipsius ⌊In q̊ & vos coædificamini⌋ cum aliis fidelibus tanquã lapides viui, iisdem fundamentis superstructi, & ab eodem angulari lapide comp̃hensi puritate mentis & spũs, deo p̃statis habitaculũ sctm̃ & ab omnibus inquinamentis vitiorum & cupiditatũ immune ⌊In habitaculum dei in ss.⌋ .i. ipso operante sine q̊ nullum opus acceptũ deo. Vel ss. i. spirituale habitaculum

¶Discipulis ob metũ Iudæorũ clausis cõgregatis tanuis apparens dñs oñdit manꝰ & pedes, q̃re gauisi sunt viso dño, quibus & insufflando. ss. dedit, ac autoritatem remittendi peccata ac retinendi. In il 1. Thomas.

¶Saluator noster quã accepta sit corã deo pura & simplex fidei credulitas, in hoc ostendit euang.

¶Primum, dura discipuli dubitatio, in princ.

¶Secundum. Exacta dubij certificatio. ibi. Et post dies octo iterum.

¶Tert. Fructifera fidei cõmendatio. Ibi. Rñdit Thom.

¶Quo ad primum, Vtilem bonorum indicans societatem Psal. ait: Confitebor tibi domine in toto corde meo, laudãdo non ore tantũ sed & corde, & hoc toto. Sed vbi? In cõciliio, inquit, iustorum & congregatione q. d. cum illis adsis. Mat. 18. vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum, Ideo multum nocet deesse congregationi bonorum, quia multa imminẽt pericula, & bonis ipsis collatis priuantur. Petrus inter discipulos Christum dei filium confessus, alienus ab eis se

nosse negauit, sic & Thomas absens domini p̃sentia priuatus fuit. Licet enim adfuerit duobus veniẽtibus & narrantibus. Luc. 24. non tamen eis credebat, similiter nec Petro. Hæc autem narratio breuis esse non potuit, quibus ergo ista incredibilia videbantur. (Nam Mar. 16. dicitur, quod nec mulieribus nec istis crediderunt) fastidio affecti tandem abierunt, de quibus fuit & Thomas. Quibus vero credibilia videbantur, remanserunt, & sic dominũ

EVANG. venientem viderunt. ¶Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur didymus ⌋i. dubius ⌊ non erat cum eis quando venit Iesus. ⌋ Greg. Nunquid casu gestum credi tis, vt electus ille discip. tunc deesset, post veniens dubitaret, dubitans palparet, palpans crederet? Non casu, sed diuina dispensatione gestum est, vt dũ in magistro suo vulnera palparet carnis, in nobis vulnera sanaret mentis & infidelitatis. Hæc ille. Nouit dominꝰ semper ex malis bona elicere & facere, siue ad iusticiam, siue ad misericordiam, vt suam eximiam manifestet bonitatem, & p̃ Thoma & pro posteris, quia eius incredulitas dispensatione diuina profecit ad fidei nostræ firmitatem. ⌊ Dixerunt ergo ei ⌋ reuersus s. ⌊ alĩ discipuli ⌋ gestientes gaudio de domini visione, & dolentes de Thomæ absentia. ⌊ Vidimus ⌋ nos ipsi oculis nostris ⌊ dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus eiꝰ fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam ⌋ quasi dice. Nisi ex fixuris ipsis in cruce susceptis videro idem corpus, & per tactum cognoscam verum & non phantasticum, non credam quod surrexerit. Magnum certe lateris vulnus, in q̃d non digitum sed manum mittere voluit. Vñ Ioh. 19 dicit, q̃d vnus militum lãcea latus aperuit. Obtulerat dñs apostolis manus & pedes tangendos ⌋ (Luc. 24. Palpate & videte q̃a spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere) sed ipsi ob eius reuerentiã hoc non fecerunt se d ipsi crediderunt. Hoc autẽ Thomę non suffecit. Chry. Sicut simpliciter & cito credere facilitatis est & leuitatis (Eccl. 19. Qui cito credit, leuis est corde) ita supra modum circumscrutari & multum inuestigare grossissimæ mentis. Discip. de dño non credidit, non illos mẽdaces existimãs, sed resurrectionẽ impossibilẽ putãs, ideo & arguit

¶Quo ad secundum, immensam diuinæ benignitatis (ad humani generis salutem) abyssum contemplans Psal. ait: Misericordias domini in æternum cantabo. In generatione & generationem, annunciabo veritatem tuam in ore meo, quid enim aliud euangelij præcones, nisi misericordiam cum peccatoribus ostensam, & veritatem patribus seruatam per Iesum Christum annunciarunt, & annunciant? Quis enim totus in dei laudem hæc ruminans non consurgat, quum & ad discipuli errantis reuocationem se non solum visibilem, sed & palpabilem præbuit? ⌊Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis ⌋Non statim apparuit Thomæ, vt edoceretur a condiscipulis, & his qui ea audierant in maius desiderium accenderetur, & fidelior firmiorq; in futurũ fieret. ⌊Venit Iesus ianuis clausis ⌋quia corpori glorioso nihil obsistit⌊ & stetit in medio⌋ vt omnes ex ipso cõsolarentur ⌊& dixit eis⌋blanda notaq; voce. ⌊Pax vobis ⌋ Moxque conuersus ad Thomam cuius incredibilitatem nouerat, quam quoniam sciebat nõ ex malitia (quemadmodum phariseorũ) sed ex imbecillitate humana, pficisci sanare dignatus est, ⌊Deinde dicit Thomæ⌋Ipsum coram omnibus arguens incredulitatis, sicut ipse coram omnibus se non credere affirmarat. ⌊Infer (inquit) digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuã & mitte in latus meum, & noli esse incredulus sed fidelis.⌋ Chryso. Vide qualiter non expectat a Thoma prius rogari, nec audire quid tale quale alijs dixerat, sed præoccupat eum, ostendens per hoc quod & tunc quum hæc loqueretur ad condiscipulos ipse aderat: vñ eisdem vsus est verbis, ac in replicatiõe eorum quæ dixerat Thomas confundit eum, ostendens se ea audisse, quatenus & deum cui absentia vt præsentia nota sunt, & hominem palpando agnosceret, q.d. Quando non satis tibi est audisse a tam multis qui me viderunt & audierunt, nisi tuis sensibus omnibus certa fiat fides, Infer digitum: & noli esse incredulus posthac alijs in rebus, sed fidem habe, pmissis meis, quamlibet incredibilibus iuxta communem hominum sensum, posteaquam vides certum quod tibi videbatur incredibile. Vides manifeste ex infidelitate fuisse dubitationem, & frustra quosdam gratificari Thomæ,

quod data opa & prudenter nõ facile crediderit, nam dominus incredulũ eũ vocat. Ioh. 3. Qui icredulus ẽ filio, nõ videbit vitam æternam, sed ira dei manet sup eum.

¶Quo ad tertium verum depingens fidelem Psal. ait: Ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaque, & si ad horam, sicut Petrus, lapsus fuero, causam annectit quia in iudicijs tuis superperaui, id est, valde, nec hoc satis. Et custodiam legem tuam semper, in seculum & in seculum seculi. Hæc est ergo sola placens deo fides, quæ habet dilectionem in corde, veram confessionem in ore. Romano. decimo: Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, & perfectam operationem in exequutione. Hanc dominus hic commendat. ⌊Respondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & deus meus⌋ vbi humanam & diuinam confitetur naturam ⌊Dixit ei Iesus: Quia vidisti me Thoma credidisti⌋ id est, exteriori me sensu perscrutatus es. Quum Paulus dicat Hæbræorum vndecimo: Est autem fides sperandarum rerũ substantia, argumentum non apparentium, profecto liquet quod fides illarum rerum argumentum est, quæ apparere non possunt, quæ enim apparent fidem nõ habent sed agnitionem. Dum ergo Thomas vidit, dum palpauit, cur ei dicit, qa vidisti me Thoma credidisti? Sed aliud vidit, aliud credidit. A mortali quippe homine, diuinitas videri non potuit. Hominem ergo vidit, & deum cõfessus est, remota omni dubitatione. Lætificat valde quod sequit. ⌊Beati qui non viderunt & crediderunt.⌋ Commendat fidem gentium, qui eum quem carne non viderunt mente retinent. Vtitur autem verbo præterito, vt quod erat futurũ, in sua prædestinatione nouerat iam factum.

Chrysosto. Quum aliquis iam isto tempore dicit, vtinam fuissem tẽporibus illis, & Christum vidissem, cogitet qa beati qui non viderunt, &c. qui secundũ corpus me non viderunt & crediderunt me & dominum & deum. Ergo si volumus etiam diuini oris pronuntiatione esse beati credamus: tametsi non viderimus, visuri quandoque gloriosius quam Thomas, Petrus, Iacobus, & Iohannes. Ex fide enim iustificationẽ & hæreditatem consequimur, sed illa de qua apostolus Calatas. 5. quæ per dilectionem operatur, quæ tria includit ad salutem necessa-

ria, quæ sunt Credulitas. Accedentem enim ad deum credere oportet, quia est & quod inquirentium se remunerator sit, quia sine fide impossibile est placere deo. Hebr. 11. Secundum, Charitas, sine qua nec fides nec eleemosyna, p̄ deest, 1. Cor. 13. Tertium, Opus bonum, quia manens in sola fide quæ credulitas est, & non procedens in opus a deo præceptum, auditor est legis Christi, & non factor, quē Paul. iustificari negat. Rom. 2. Fides ergo sine operibus mortua est in semetipsa. Iac. 2. Si enim viuens esset per dilectionis gratiam, haberet vtiq; opera vitæ.

¶Philippi & Iacobi.

NOn turbetur cor vestrum creditis in deum & in me credite Iohan. 14. Saluator animos suorum ad superna eleuans, a terrenorum auocat affectu, quæ mentes sua cura ac voluptate excæcant, vnde Sap. 2. de his qui post hanc aliam non credunt vitam & totos se voluptati & iniusticiæ dant, dicitur hæc cogitauerūt quæ scilicet dicta sunt non esse s. post hanc aliam vitam, & ideo partis esse hominis frui præsentibus ad voluptatem & errauerunt cogitationes implendo excæcauit enim eos malitia eorum quia malitia affectus, intellectus notitiam obtundit, & in quibus excæcauerit indicat. Et nescierunt sacramenta dei. 1. occulta bona quæ præparauit deus diligentibus se, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, 1. Cor. 2. Nobis autem, inquit Apostolus, reuelauit per spiritum suum neque mercedem speraverunt iustitiæ. 1. vitam æternam quæ debetur operibus iusticiæ nec iudicauerunt honorem animarum sanctarum q̄ transferendæ sint in consortium angelorum Iohan. 12. Si quis mihi ministrauerit honorificabit eum pater meus qui est in cælis, Sapient. 5. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam & finem illorum sine honore, ecce quomodo computati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illorum est. d Quoniam deus creauit hominem inexterminabilem id est, immortalem ex parte animæ, et contra corruptionem corporis, eo q̄ est compositum ex contrariis elementis, donum dedit originalis iusticiæ, quo poterat anima corpus suum a corruptione præseruare, & sic poterat non mori & ad imaginem similitudinis suæ fe

cit illum ⁊ Gene.1. Ad imaginem quantum ad naturalia, similitudinem quo ad gratuita, quia capacem dei per cognitionem & amorem. Sed vnde mors? ⁊ Inuidia autem diaboli mors intrauit in orbem terrarum. ⁊ Nam per ei⁹ tentationem, primi parentes mandatum transgredientes perdiderunt originalem iusticiam, & sic incurrerunt necessitatem moriendi. Gen.3. Rom.5. Sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. ⁊ Imitantur autem illum qui sunt ex parte illius ⁊ i. impij Iohan.8. Vos ex patre diabolo estis, nam opera eius vultis perficere. Boni econtra imitantur Christum qui eos consolatur.

¶ Facta cœna & lotione pedum apostolorum, celebrato sui corporis sacramento, facta protestatione tristitiæ Petri præsumptione resculpta, post proditoris recessum residens in cœnaculo ad consolationem discipulorum, q̃s nouerat ex suo recessu per mortem turbari, assistentiam promisit. In illo tempore, Dixit Iesus discipulis suis. Nõ turbetur.

¶ Quam necessaria ac vtilis sit certa & pura de deo fides, præsenti dominus ostendit euangelio.

¶ Primum: Gratiosa desolatorum consolatio. In principio.

¶ Secundum. Abunda diuinorum manifestatio. ibi; Dicit ei Philippus.

¶ Tertium; iocunda donorũ collatio. ibi; Amen amen dico vobis.

¶ Quo ad primum Psalmista hortatur, d. Ecce nunc (in hoc tempore, in his aduersis) benedicite domino, qui⁹ omnes serui domini, adunati in vnum per charitatem. Domini inquit serui, qui considerant magnitudinem consolationis. Id enim quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum pondus gloriæ operabitur in nobis, 2. Cor. 4. Ideo gloriamur in tribulationibus, scientes quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per sp̃m datus est nobis. Rom.5. Ne ergo mortem tanq̃ homines

timerent, & de suo recessu tristarentur, consolat discip. d. ⌊Non turbetur cor vestrum neque formidet⌋ q.d. Atrocia sunt quæ fient in me q̄q̄ post edentur in vos, neq̄ me fugit quanta humanæ naturæ imbecillitas, si omnē vestram fiduciam collocaueritis in deo & in me, non est q̄ vllos hoim impiorum insultus formidetis. Deus enim oīpotens est, & vnus plus p̄t omnibus, q vos impugnant ⌊Creditis in deum, & in me credite,⌋ vbi se deum manifestat, cum in solum deum credendum & in nullam creaturam. Aug. Consequēs est enim si in deum creditis & in me credere debeatis, q̄d non esset consequens si Christus non esset deus. Non ergo turbari debemus, si interdum se subtrahit, vbi se prio manifestauit p̄ gratiæ præsentiā sed plenam fidutiam in ipsum habere. Aug. Licet alius sit alio fortior, alius alio sapientior, alius alio sanctior, alius alio iustior ⌊In domo patris mei mansiones multæ sunt⌋ Nec enim vni mihi parata sunt præmia, sed omnibus qui mihi per charitatem ac fidem euangelicam adhæserint, sua cuiq̄ præmia parata sunt. Aug. Nullus eorum alienabit ab illa domo, vbi mansionem pro suo quisque accepturus est merito. Denarius quidem ille æqualis est omnibus, quem paterfamilias eis qui operati sunt in vinea iubet dari omnibus, non in eo discernens qui minas & qui amplius laborauerunt. Quo vtique denario vita significatur æterna, vbi nemo amplius viuit alio, quia viuendi non est diuersa in æternitate mensura, sed multæ mansiones diuersas meritorum in vna vita æterna significant dignitates. Alia enim gloria solis, alia lunæ alia stellarum. Stella enim differt a stella in claritate .1. Corinth.15. Tanquam stellæ, sancti diuersas mansiones diuersæ claritatis, tanquam in cælo sortiuntur in regno, sed propter vnum denarium nullus separatur a regno, atq̄ ita deus erit omnia in omnibus, vt qm̄ deus charitas est, per charitatem fiat vt quod habent singuli, commune sit omnibus. Sic enim quisq̄ etiam ipse habet, cū amat in altero q̄d ipse non habet. Hæcille. Diuersæ ergo mansiones diuersæ participationes siue fruitiones sunt, quia plus & minus fruetur eadem beatitudine increata: quas pater familias non vult manere vacuas, sed peregrinus huius exilij, qui fide ad ipsum peregrinantur, pacta mor

tali peregrinatione eas implere. Vnde sequitur ⌊ Si quo minus dixissem vobis, qa vado parare vobis locũ ⌋ Aug. Quomodo sunt mansiones si adhuc parandæ, nisi sicut discipulos elegit, quos (vt dicit Apost.) elegit ante mundi constitutionem? Ephe.1. Tamen secundum euangelium tunc elegit, quando vocauit. Elegit ergo ante mundi constitutionem prædestinãdo, elegit ante mundi consummationem vocando, qa quos prædestinauit hos & vocauit. Rom.8. Sic & mansiones præparauit prædestinãdo. Mat. 25. Possidete paratum vobis regnum a constitutione mũdi. Præpat, impedimentum diabolo fallẽte homine assentiente & mãdatũ diuinum transgrediente factum per passionem & mortem auferendo, & ascendendo viam pandendo, & spiritum sanctum mittendo. Nam præparat quodammodo mansiones, mansionibus parando mansores, fide purificans corda. Act.15. Quia beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Matthæi.5. Si ergo terret tribulatio, mulceat retributio. Lucæ vicesimo secundo. Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis, & ego disponо vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mensam meã in regno meo. Si aliter esset dixissem vobis, sed quia ita est de præmio, non est cur sitis solliciti, tantum illud agendum, vt fortiter certetis. ⌊ Et si abiero & præparauero vobis locum iterum veniam ⌋ non est quod interim vobis destitui videamini, ⌊ & accipiam vos ad meipsum ⌋ Ex hoc quod hic dicitur & Act. primo: Hic Iesus qui assumptus est a vobis in cælum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntẽ in cælum, scilicet ad iudicium, dixerunt aliqui quod aniæ sanctorꝫ ante iuditium non sunt in cœlo. Sed non est aperte contra Paulum, Philippen. primo: Desiderium (inquit) habens dissolui & esse cum Christo, & illud secunda Corinthiorum quinto: Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex deo habemus, domum non manufactam æternam in cælis. Et infra. Scientes quoniam dum sumus in hoc corpore peregrinamur a domino, per fidem enim ambulamus & non per speciem, audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore, & præsentes esse ad

dominum. Venit ergo dominus in suo primo aduentu ad locum parandum, venit & veniet iterum particulariter in cuiuslibet electi obitu, accipiendo ad beatitudinem animæ, & qui ipsi fide & charitate ministrauerunt cum ipso sunt secundum spiritum & animam a vinculis mortis ereptam, & sic quotidie venit, qui aduentus tamen non est p præsentiã corporalem sed gratiã. Veniet tertio vniuersaliter in nouissimo die, & tunc erunt cum ipso in regno cælestis gloriæ in anima & corporibus resumptis & suo modo cõformib⁹ aiæ & corpori glorioso ſæ humanitatis eius. Phi. 3. Saluatorem expectamus dñm nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Non vos ascendetis, sed ego accipiam vos in consortium meũ ⌊Vt vbi ego sum⌋ tanquam deus, & modo vado sicut homo, caput ⌊& vos⌋ membra mea ⌊sitis⌋ & non alibi Iohan. 12. Vbi ego sum illic & minister meus erit. Non est ergo q̃d diffidatis vos eo peruenturos, quo ego nunc præcedo, quia, ⌊Et quo ego vado scitis, & viam scitis⌋ Hoc ænigmate dominus subindicauit se proficisci ad patrem, sed per mortem crucis. Optabile erat quod adibatur, sed iter videbatur inamabile, hoc discipuli nescire non poterant, toties auditum a domino, sed mœror & obliuio faciebat, vt q̃d sciebant nescirent. Itaque Thomas auidus certo cognoscendi, quo nam esset abiturus dominus. ⌊Dicit ei Thomas, Domine nescimus quo vadis & quomodo possumus viam scire⌋ Auguſt. Vtrunque illos dominus dixerat scire, vtrunque iste dixit nescire & locum quo itur, & viam qua itur. Sed nescit ille mentiri ergo isti sciebant, & se scire ignorabant, licet enim scirẽt patrem & filium & diuinitatem & humanitatẽ filij crederent, tamen nesciebant q̃d hoc vocaret viam & terminũ viæ, vnde hoc dñs eis ostẽdit ⌊Dicit ei Iesus. Ego sum via ⁊ vitas, & vita⌋ Si ergo me scitis, & viam scitis. Secundum humanitatem via scd'm diuinitatem terminus beatitudinis, q̃ consistit in clara dei visione. Vera via, nam aditũ ad vitã ipe nobis aperuit & se demonstrauit. 1. Ioh. 2. Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. In hac ambulandũ, Hier. 6. Interrogate quæ sit via recta, & ambulate in ea. Beati q fuerint in

hac via immaculati, sed superbi dæmones in hac laqueos ponunt. Psal. In via hac qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi. Hæc ergo sola eligẽda. Psal. Viam veritatis elegi. Aliæ enim ducunt ad mortẽ, sola ista ad gloriam a qua mali aberrant. Psal. Errauerunt in inuio & non in via. Viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt Vnde Sapientiæ quinto. Errauimus a via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis. Ego ergo sum via aditum ad vitam aperiẽs & quoniam ad hoc factis deo dignis peruenitur, in me habetis exemplum, tum autem quoniam sine fide nemo peruenit ad patrem, ex me didicistis veritatem. Iohannis decimo octauo. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Omnis qui ex veritate est, audit vocem meam. Est ergo veritas in promisso. Psal. & quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita. Quod si interim pturbat animos vestros formido mortis, scitote certam vobis immortalitatem esse, quã ego sim vita in præmio indeficiens. Colossen ses tertio. Cum Christus apparuerit vita vestra. Deu. 30 Ipse est vita tua, & longitudo dierum tuorum. Act. 17. In ipso viuimus, mouemur, & sumus. Quia ergo via est eun di ad patrem, nemo errare potest qui fide incedit pipm, quin perueniat ad patrem, quia veritas nemo falli põt. Quia vita, nemo in ea vita deficere aut mori potest. qui ergo extra viam istam incedit errat, si extra veritatẽ fallitur, extra vitam tendit ad mortem. ⌊ Nemo venit ad patrem nisi per me ⌋ in me credendo, & me imitando vel ad eius cognitionem. Mat. 11. Nemo nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Proinde nostis vtrunꝙ, & quo vadam & qua sit iter, nisi forte me prorsus ignoratis ⌊ Si cognouissetis me ⌋ perfecte quantum ad deitatem ⌊ & patrem meum vtiꝙ cognouissetis ⌋ qui enim cognoscit filiationem cognoscit & paternitatem. In quo innuit ꝙ neutrum perfecte cognoscebãt, dat tamen spem cognoscendi. d. ⌊ & ammodo cognoscetis eum, ⌋ nã post resurrectionem aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas, Luc. 24. Et spiritus veritatis omnem ipsos docuit veritatem. Iohã. 16. Immo ꝙ iam eius habeant notitiam addit ⌊ & vidistis eum ⌋ .s. quia audistis solui peccata q̃d

solius dei est, vidistis signa, audistis doctrinam, & per hoc cognouistis dei potentiam, q̃ eadem in patre & filio est. Item audierunt Iohan. 12. Clarificaui & iterum clarificabo. Et Mat. 17. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui,

¶ Quo ad secundum. Exhortans Psalm. ad diuinæ cognitionis laudem dicit: Qui statis (i. perseueratis) i domo dñi, id est, ecclesia, in atrijs domus dei nostri. i. latitudine charitatis in qua nullus angustiat. In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite dño, vt intentione æterno⁹ bonum operemini, nihil vobis sed totum soli deo tribuendo, in huius seculi nocte in qua per speculum videmus in ænigmate, 1. Cor. 13. Post visuri & cognituri sicut est. 1. Ioh. 3. in qua visione tota consistit beatitudo. Ioh. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Philippus ergo audiens se patrem vidisse, credidit q̃ pater posset videri oculis corporalibus sicut & filius, quamuis nec vere sic filius cognosceretur, auidus discendi. ⌊ Dicit ei Philippus: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. ⌋ Audiuimus quidem multa de eo, tantum supereſt aspectus. ⌊ Dicit ei Iesus: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me. ⌋ Augu. Ideo magister discipulum arguebat, quoniam cor potulantis videbat, tanq̃ em̃ melior esset pater quam filius sic Philippus patrem nosse cupiebat, & ideo nec filium sciebat, quo melius aliquid esse credebat, quasi dicat: Tamdiu doctrinam meam audistis, & miracula feci q̃ nemo fecit, & tam parum cognoscitis me? Non enim ideo me nosti quia faciem vides, sed quoniam virtutem ac veritatem meam intelligis. Hæc non oculis corporis, sed animo cernitur. ⌊ Philippe qui videt me, videt & patrem meum. ⌋ quum sim imago p̃ris, illi per omnia similis, meq; ex factis dictisq; iam nosse debueras (porro nouisse vidisse est) ⌊ quomodo tu dicis ostende nobis patrem. ⌋ Ostendis te non credere idē nos esse, sed putas patrem meliorem qui cum sit spiritus (Iohan. 4. deus spiritus est) oculis corporalibus videri non p̃ot. Aug. Video qũo tu dicas. Non alterum quæris videre similem, sed illum putas meliorem. ⌊ Non credis quia ego in patre, & pater in me est. ⌋ inseparabili naturæ vo

tuntatis, & virtutis consortio. Non sicut locatum in loco, aut habitum in habente, seu substantiam in substantia, sed vnius esse substantiæ cum personali distinctione. Si ratione consequi non pt quod dico, crede & sufficit tibi. Videt etiam qui credit. ⌊Verba quæ ego loquor vobis a meipso non loquor⌋ quia nunquam sic locutus est homo. Iohannis, 7. ergo constat quod a deitate, in quo ostendit suam doctrinam autenticam, ideo solis verbis ipsius credere debuerant ⌊pater autem in me manens ipse facit opera⌋ id est, ipsa deitas quę est eadem cum patre. Augustinus. Verum sic æqualis alter alteri, vt tamē alter ab altero sit, ideo non loquitur a seipso, quia nō est a seipso, ideo pater in illo manens facit opera, quia per quem & cum quo facit nō est nisi ab ipso ⌊An non⌋ vos ⌊creditis⌋ cæteri quoq; ⌊quia ego in patre & pater in me est?⌋ & patris esse omnia quæ per me dicuntur & geruntur & nullum inter nos discrimen. Hoc mihi toties docenti credere debueratis & si dictis meis parum haberetis fidei ⌊Alioquin propter opa ipsa credite⌋ ideo digna & homine maiora. Iohan. 10. Opera quę ego facio in nomine patris mei hæc testimonium perhibent de. Aug. Neq; enim si separati essemus inseparabiliter operari possemus vlla ratione. Eadem ergo nobis mens, eadē voluntas, eadem vis & natura. Hoc credite hoc tenete, hoc animis vestris infixum habete.

¶ Quo ad tertium. Diuinorum munificentiam donorum Psal. considerans ait; Benedicat tibi dominus ex Syon, cuius dicere facere est, & quis sit ille dominus subdit, qui fecit cælum & terram. Omne enim datum optimum & omne donum perfectum, est desursum descendens a patre luminum. Iac. 1. Vnde dominus suam ostendit deitatem & æqualitatem cum patre per opera quæ fecit, idē consequenter ostendit per opera quæ aliis facere contulit. ⌊Amen amen dico vobis, quia qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet⌋ quasi dicat; Nihil vobis detrimēti afferet huius corporis subductus conspectus. Oculis fidei melius cernetis absentem, & quod nunc videtis patrem p me agentē, cui modis omnibus inhæreo, idem agam per vos si mihi per fidem & charitatem inhæseritis. Imo clarius etiā exer-

vim meæ diuinitatis, posteaq̃ hanc infirmitatis speciem vobis subduxero, quoties gloria dei poscet miraculum. Aug. Ergo illa maiora opera seipsum facturum promisit fecerunt enim maiora non ipsi sed ille per ipsos. Nã ipse tactu fimbriæ. Mat. 9. Petrus vmbra. Acto. 5. Magis autẽ augebatur credẽtium in domino multitudo virorum ac mulierum, ita vt in plateis ẽjcerent infirmos & ponerent in lectulis ac grabatis, vt veniente Petro saltem vmbra illius obumbraret quenq̃ illorum & liberarentur omnes ab infirmitatibus suis. ⌊ Quia ego ad patrem vado ⌋ missurus vobis spiritum sanctum ad roborandũ, docendum, ac miracula faciendum. ⌊ Et quodcunq; petieritis patrem in nomine meo hoc faciam. ⌋ Ne vos igit per turbet abitus meus, qui lucra quoq; non parum vobis est allaturus. Tum maxime sum vobis affuturus, ad omnia quæ faciunt ad veram salutem, quum hoc corpusculum vobis subduxero. Tãtum petite quod voletis, audiet pater vota vestra, & ego patron⁹ assiduus apud illum, efficiam vt quicquid petieritis impetretur. Etenim vt ille mihil mihi negat, nihil agenti nisi quod ad illius gloriã facit, ita nihil vobis sum negaturus, hoc agẽtibus quod ad mei nominis gloriam conducet. Suggeret enim vobis spiritus meus quid oporteat petere. Auguſt. Magnam spem dominus promisit suis orantibus. d. quodcunq;, & c. Sic ergo perrexit ad patrem, vt nõ relinq̃ret indigentes, sed exaudiret petentes. Sed cũ videamus fideles, imo & ipsos apostolos petisse & tamen non consecutos intentum, quomodo dicit quodcunq;? Euigila o homo fidelis & vigilãter attende quod illic positum est in nomine meo. Ipsum enim quodcunq; non ait vtcunq; sed in noie meo. Quis ẽ ergo qui tam magnum promisit beneficium? Iesus, id est Saluator. Ideo quodcunq; petimus aduersus salutis vtilitatem, non petimus in nomine Saluatoris. Et tamen ipse saluator est non solum quando facit quod petimus, verum etiam quando non facit, quoniam quod videt peti contra salutem, non faciendo, se potius exhibet saluatorem. Sane quædam quamuis in nomine eius petimus, non tunc quod petimus facit, sed tamen facit. Neq; enim quia petimus vt veniat regnum tuum, propterea non facit quod petimus, quia non statim cum illo in æternitate

regnamus; differtur enim quod petimus non negatur. Veruntamen orantes tanquam seminantes non deficiamus, tempore enim proprio metemus. Lucæ. 18. Oportet semper orare & nunquam deficere.

¶ In festo Johannis Baptiste.

ELizabeth impletum est tempus pariendi, et peperit filium. Lucæ. 1. Venturus in carne dñs ac redemptor noster multos dispensationis suæ ꝓmisit testes & nuncios, qui diuersis temporibus, diuersis Israeliticæ plebis parentibus orti, nõ diuersa fide, sed vno per omnia eodemq; sensu, eiusdem incarnationis mysterium prophetando præcurrerent. Horum vltimus & ꝗsi limes quidam legis & euangelij, figuræ & veritatis, Iohannes apparuit, domino attestante qui ait: Lex & prophetæ vsque ad Iohannem, ex eo regnum dei euangelizatur. Matthę. 11. Vnde etiam pluspquam propheta dictus est, quia quem cæteri a longe prophetando solum prædixerant, ille & primo venturum prophetando signauit & mox venientem ostendendo monstrauit. Iohan. 1. Cui non inconcinne conuenit quod dicitur. Isa. 49. ¶ Audite insulæ quasi dicat magnum quid locuturus sum & cõ solabile, non terram sed inhabitantem alloquens populum, sicut Deut. 32. Audite cæli quæ loquar. Et attendite populi de longe vere de longe, quia longe a peccatoribus salus, sed Ephe. 2. Nunc autem in Christo Iesu vos, qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. Nam veniens euangelizauit pacem his qui lõge & pacem his qui prope. Dominus ab vtero vocauit me de ventre matris meæ recordatus est nominis mei, & posuit os meum vt gladium acutum. Ephe. 6. Et gladiũ spiritus, quod est verbum dei. Hebr. 4. Viuus sermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ & spiritus. In vmbra manus suæ protexit me, & posuit me sicut sagittam electam. Fuerunt enim prophetę & apostoli sagittæ potentis acutæ. In pharetra sua abscondit me conseruando ab inimicis & dixit: Seruus meus es tu obediens Israel videns deum quia in te gloriabor in gentium conuersione. Et nunc hæc dicit dominus formans me ex vtero seruum sibi. Dedi te in lucẽ gentium, vt sis sa

EPIST.

ius mea vsq; ad extremum terræ.] Christus enim exinaniuit semetipsum formam serui accipiens. Phil. 2. Vera lux illuminãs omnem hominem venientem in hunc mũdum. Ioh. 1. Vñ Act. 23. Audientes gentes Pau. & Barnabã d. Vobis. s. Iudæis, oportebat primũ loqui verbũ dei, sed qm̃ repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes, sic enim p̃cepit nobis dominus. Posui te in lucem gentium vt sis in salutem vsq; ad extremum terræ. gauisæ sunt, & glorificabant verbũ dñi & crediderunt q̃q̃t erant p̃ordinati ad vitã æternã. Reges videbunt, & consurgent principes, & adorabũt dñm deum tuum, & sanctum Israel q elegit te.] Magnum saluatoris testimoniũ, q̃niam inter natos mulierum nõ surrexit maior Iohanne baptista. Matth. 11.

Post saluatoris (Gabriele nunciante) conceptum familiaremq; ac salutarem ẏginis in montana adsalutandum Elizabeth consensum. Elizabeth imple &c.

¶ Mirabiles rerũ euentus mirabiliter p̃ suos prædicti, nec non & mirabilius (certissime cõplens) deus facit admirari, prout hodierno proditur euangelio.

¶ Primum, Læta promissorum impletio. In principio.

¶ Secundum. Mirã dubioꝝ remotio, ibi. Et factum est die octauo.

Tertium, Nota populorum commotio, ibi: Et factus est timor.

¶ Quo ad primum. Psalm. omnem in domino fiduciam collocandam insinuans, ait: Tu es qui extraxisti me de ventre, spes mea a iuuentute mea. Felix cuius nomen domini spes eius & hoc a iuuentute. Bonum siquidem est viro, cum portauerit iugum domini ab adolescentia sua Tren. 3. Item. Adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea. Prou. 22. Sed quid de Iohanne Gabriel dixerit audiamus, q certe gratia dispensationis non solum iustis, sed & de pontificali stirpe, de parentibus natus est, sic enim dicit Lu. 1 ¶ Fuit in diebus Herodis EVANG:
, regis Iudææ. Iste Herodes alienigena patre Idumæo natus cuius meminit Mat. 2. fuit, sub q̃ natus fuit Christus. In q̃ fuit impleta, pphetia Iac. Ge. 49. Nõ auferet sceptrũ de Iuda, nec dux de fœmore eius, donec veniat q mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Ad hoc insinuan

dum ponit hic illud Lucas. Sacerdos qdam nomine Zacharias de vice Abia. Dauid volens ampliare cultum diuinum ordinauit. 24. sacerdotes de. 24. generationibus, qui successiue seruirent per hebdomadas in templo domini & octaua pars cecidit super Abiam, de quo descendit iste Zacharias. Beda: Redemptor noster in carne apparens, sicut rex nobis fieri dignatus est, regnum cælestie tribuendo, ita etiam pontifex factus est, semetipsum offerendo deo hostiam in odorem suauitatis. Vnde scriptum est: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Melchisedech summi dei sacerdos, longe legalis sacerdotij tempora præcessit, offerens deo panem & vinum. Et ideo redemptor noster sacerdos dicitur secūdum ordinem Melchisedech, quia ablatis victimis legalibus, idem sacrificij genus in mysterium sui corporis & sanguinis in nouo testamento offerēdum instituit. Quis ergo congruentius translationē legalis, & substitutionē euangelici sacerdotij, quam summi iuxta legem sacerdotis filius prophetaret? Maluit enim docente interius spiritusancto, noui sacerdotis præco quam successor & hæres existere veteris. Et vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elizabeth. Fuit vterq; de progenie Aaron. Sed quomodo cognata Mariæ quia de tribu fuit Iuda ex parte patris & matris? Dicendum quod mater Elizabet soror fuit Annæ matris Mariæ, sed natu minor, quæ virum habuit Aaronitem ex qua nata est Elizabeth. Erant autem iusti ambo ante deum. contra hypocrisis fictionem. incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus domini sine q̄rela. quantum ad iudicia ista pacifice quo ad proximos viuendo. q. d. Adeo se in actibus pariter & cogitationibus suis circunspecte agebant vt in diuinis obtutibus in occulto, & humano foris iudicio placerent iuxta illud 2. Cor. 8. Prouidemus enim bona non solū corā deo sed etiā coram oibus hominib⁹. Et non erat illis filius. cuius assignat duplicem causam. eo q̄ Eliza. esset sterilis, & ambo, processissent in diebus suis. Beda: Diuinit⁹ factū est vt sterili matre & utroque parente, puectioris ætatis Ioh. nasceret, quaterus et iam ipse ortus eius miraculo patefceret, virū magnæ virtutis futurū qui nascebat. Factū ēst aūt quum sacerdo-

tio fungeretur Zacharias in ordine vicis suæ añ deum, secundũ consuetudinem sorte exijt ⌋ Nam per sortes istæ vices fuerunt distributæ, vt dicit i. Paral. 24. ⌊ vt incensum poneret ingressus in templum dñi ⌋ super altari incẽsi, ad consummationem sacrificij, vnde & angelus dicit apparuisse iuxta altare incensi, ⌊ Et omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi ⌋ Nam Leui. 16. dicitur Nullus hominum sit in tabernaculo quando pontifex ingreditur sanctuarium, vt roget pro se & pro domo sua, & pro vniuerso cœtu filiorũ Israel donec egrediatur. ⌊ Apparuit aũt illi angelus dñi, stans a dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est videns, & timor irruit sup eum. Ait autem ad illum angelus ⌋ ipsum confortando. ⌊ Ne timeas Zacharia ⌋ quasi diceret, veni ad tuam & totius populi consolationem ⌋ quoniã exaudita est oratio tua ⌋ Beda: Non est putandum quod pro populo oraturus pro priuatis cœperit negotijs orare, maxime pro liberis a quorum generatione tantum hõ senex & decrepitus spem auerterat, vt nec angelo nunciante & promittente crederet nasci sibi filium, sed pro populi saluatione rogabat, vnde & per angelum audiuit filium viam præparaturum, & perfectam plebem domino ⌊ Et vxor tua pariet tibi filium ⌋ id est, de te. Angelus ad Ioseph nõ dixit tibi, sed simpliciter pariet filium. ⌊ Et vocabis nomẽ eius Iohannem ⌋ & hoc propter sanctitatem futuram, & officij proprietatem. Nam in q̃ est gratia dicitur: Recte ergo Iohan. dicitur, qui gratia plenus, cæteris dei gratiam euangelizauit. i. Christũ per quẽ gratia & veritas facta est, Ioh, 1. ⌊ Et erit tibi gaudium & exultatio ⌋ mente & corpore ⌊ & multi in natiuitate eius gaudebũt ⌋ Beda: Quia per eum suæ regenerationis mundo autor ostẽdit. Non ergo sine euangelica autoritate natiuitas p̃cursoris domini celebrari contingit: nam sicut angelus pastoribus dixit euangelizo vobis gaudium magnum domino nato. Luc. 2. ita etiam nascitur Zachariæ filiũ prædicens angelus, multis gaudiũ fore dixit: Iure ergo vtriusq; natiuitas festiua deuotione recolitur, sed illius tanq̃ domini, istius tanquam præcursoris domini. De isto dicit. ⌊ Erit enim magnus coram domino ⌋ de illo dicitur. Quoniã magnus dominus & laudabilis nimis. Quod ma

gnus coram domino fuerit ipse qui solus virtutē magnitudinis eius & donauit & nouit, dominus infinuauit. Matth, 11. Inter natos, &cæt. Sed & angelus multifariam eius magnitudinem exponit, dicens: ⌊ Vinum & siceram non bibet ⌋ quia ab omnibus vicijs, & mundi illecebris, quæ statum mentis solent euertere erit immunis ⌊ Et spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. ⌋ Qui cum a peccatis absolutum, & sine peccatis ex vtero missi genitum, virtutum fructibus crescere faciet ⌊ Et multos filiorum Israel cōuertet ad dominum deum suum ⌋ id est, Christum per suam prædicationem. Vbi optimam cōuersandi vitam demonstrat. Quæ enim inter homines sublimior & deo gratior esse conuersatio potest, quam eorum qui se castigant a vitijs, qui virtutum studijs animum subiugant, insuper etiam alios quotidiano exercitio ad autoris sui gratiam studeant conuertere, & crebra animarum fidelium acquisitiōe, gaudium semper patriæ cælestis augere. ⌊ Et ipse præcedet ante illum, in spiritu & virtute Heliæ ⌋ id est, fortitudine, propter similitudinem vitæ, quia vterq; vixit in austeritate victus & vestitus: nam cultor vt ille, heremi fuit, sed eminentior atque rigidior: nam, 3. Reg. 17. Corui quoq; deferebant ei panem & carnes mane, & similiter panem & carnes vesperi, & bibebat de torrente, sed Matth, 11, venit Iohannes non manducans neq; bibens. Luc, 7. Venit Iohannes Bap. non manducans panem, neq; bibens vinum, & dicitis ga dæmonium habet. Matth, 3, Esca autem eius erat locustę & mel syluestre. & habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos. Secundo quo ad veritatem doctrinæ, quia vterque constanter vicia redargut, etiam magnarum personarum. Tertio quo ad dignitatem officij. Sicut enim ille præcursor futurus est iudicis, ita iste præcursor factus est redemptoris. Malach. quarto: Ecce ego mittam vobis HELIAM antequam veniat dies domini magnus & horribilis, ⌊ & cōuertet corda patrum in filios ⌋ & cor filiorum ad patres eorum, Vnum ergo atq; idem vtriusq; opus est, fidem .s. atque intellectum quem patres habuere, filiorum mentibus prædicando infundere. Nam patres ⌋ & iusti appellantur veteres sancti ⌊ & incredulos ad prudentiam iusto-

rum_ quæ non consistit in operibus legis, ex quibus homo non iustificatur Rom.3. sed in operibus fidei per dilectionem operantis. ⌊ Parare domino plebem perfectam_ vel apparatam. Nihil autem ad perfectum adduxit lex. Hebbr.7. Beda; Hæc pulcherrima dominicæ plebis perfectio est, quam & Iohannes suo tempore prædicãdo parabat, & nunc dominus ipse donando per orbem latius implet, quum nos euangelicis verbis instituti & imbuti mysterijs, eandem fidem ac dilectionem habere discimus, quam patres habuisse probantur. Et dixit Zacharias ad angelum; Vnde hoc sciam? Signum est incredulitatis quod signum quærit, & insuper rationem in oppositum allegat. ⌊ Ego enim sum senex, & vxor mea processit in diebus suis_ Longe aberat hic Zacharias a perfectione fidei Abrahæ, de quo Roman. 4. Non infirmatus est in fide, nec considerauit corpus suum emortuum, quum iam fere centum esset annorum, nec emortuam vuluam Saræ. In repromissione etiam dei non hæsitauit diffidentia, sed confortatus est fide, dãs honorem deo, plenissime sciens, quia quæcunq; promisit deus, potens est & facere. Ideo reputatũ est illi ad iusticiã. Sic & beata virgo spiritu sctõ p os Elizabeth commendat. Luc.1. Beata quæ credidisti, quoniam perficientur in te quæ dicta sunt tibi a domino. Nam plene credens modum requisiuit ab angelo. Zacharias autem signum vt crederet requisiuit, ideo & fuit punitus ⌊ Et respondens angelus, dixit ei; Ego sum Gabriel qui asto ante deũ_ Licet mittantur ad ministerium, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Hebr.1 tamen semper vident faciem patris qui in cælis est. Mat. 18. Vnde idem fuit angelus qui missus fuit post ad virginem ⌊ & missus sum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare_ tam bona. ⌊ Et ecce eris tacens, & non poteris loqui vsque in diem quo hæc fiant, pro eo quod non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo. Et erat plebs expectans Zachariam, & mirabantur quod tardaret ipse in templo. Egressus autem, non poterat loqui ad illos, & cognouerunt q̃ visionem vidisset in templo_ ex signo ablatæ vocis ⌊ Et ipse erat innuens illis & permansit mutus. Et factum est vt impleti sunt dies officij eius, abijt in domum suam_ quia tota hebdomada qua sacer-

dos in templo ministrabat, ad hoc deputatus manebat in templo, & non exibat ad propria negotia intentus diuinis. ¶ Post hos autem dies concepit Elizabeth vxor eius, & occultabat se mensibus quinq; ¶ & hoc primo ob reuerentiam, quia senuerat quemadmodum Sara Gen. 18. dicit: Postquam senui, & dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo? quasi diceret, non decet. Secundo, q̃ gratiam istam diuulgare nolebat, donec de partu sibi p̃missso impletum esset oraculum, sed in secreto deo gratias agere de tanto beneficio ¶ dicens: Quia sic fecit mihi dominus, in diebus quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines. ¶ Nam maledicta sterilis in Israel, vnde patet q̃ totum deo ascribebat. ¶ Elizabeth impletã est tempus pariendi & peperit filium. Et audierunt vicini & cognati eius, quia magnificauit dominus misericordiam suam cum illa ¶ auferendo opprobrium sterilitatis, & dando talem & tantum filium ¶ & congratulabantur ei ¶ Eo magis, quo ambo iusti incedant in mandatis & iustificationibus irreprehensibiles. Et quo inopinabilior & admirabilior, eo celerius & latius fama ipsius peruagata est.

EVANG.

¶ Quo ad secundum, Admirabilem hominum ex passione domini dignitatem Psalmista considerans prouentu ram ait: Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum. Tanto enim grauiorem pœnam exiget, quanto diutius infelicem animam iniquitas tenet alligatam, sed ipsius morte redempti sumus, & honorabile nomen eorum coram illo, & si in hoc mundo sit despectum, quia scriptum in regno cælorum, honorabilissimum autem est Christianitatis nomen. Nominis impositio a deo, vel immutatio, semper ob specialem gratiam facta est. Vnde dominus Iesus quia saluum faceret populum suum a peccatis eorum ab angelo nunciatus est. Matthæi. 1. Iacob Israel, eo q̃ vidit dominum. Gen. 32. Abram Abraam, quando facta fuit promissio benedictionis gentium in semine suo. Genesis 17. Sic Symon Cephas. 1. Capitaneus. Ioha. 1. Item Petrus id est, fundamentum. Matth. 16. ¶ Et factum est in die octauo, venerunt circuncidere puerum ¶ iuxta præceptum Gen. 17. ¶ & vocabant eum nomine patris sui Zachariã. ¶ Prius suscipiendum est signaculum dei, & postea impo-

nendum nomen. ⌊Et respondens mater eius dixit: Nequaquam, sed vocabitur Iohannes. Et dixerunt ad illam, quia nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine ⌋ Cum ergo ipsa persisteret, dubij quidagerent remanserunt⌊. Innuebant autem patri eius quem vellet vocari eum ⌋ex quo patet quod simul auditum cum loquela amiserat, quo miraculum esset euidentius. ⌊Et postulans pugillarem scripsit, dicens: Iohannes est nomen eius Et mirati sunt vniuersi ⌋ tum quod non esset nomen cognationis, tum quia id sciisset Elizabet quam vir alloqui non poterat, sed nesciebant eam a spiritusancto, quo plena erat vel angelo scire potuisse. Merito Iohannes dictus quia gratia dei natus, gratia spūssancti, plenus gratiā prædicaturus erat & ostensurus. Iohan. 1. Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi ⌊ Apertum est autem illico os eius, & lingua eius ⌋ secundum verbum angeli ⌊ & loquebatur benedicens deum ⌋ de tanto beneficio, ¦. Thess. 5. In omnibus gratias agite.

¶Quo ad tertium dicit Psalmista. Et viuet, scilicet Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Romanorum sexto: Et dabitur ei de auro Arabiæ, id est, dilectio & honor soli deo conueniens, & adorabunt de ipso semper, nihil aliud quærentes aut desiderantes præter ipsum, cum in nullo alio sit salus, Actuum quarto: quam Iohannes nunciare missus erat, vnde & mirabiliter annunciatus, mirabilius natus, mirabilissime consummatus per vitæ austeritatem, doctrinæ veritatem, iusticiæ firmitatem. Vnde sequitur. ⌊Et factus est timor super omnes vicinos eorum, & super omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc ⌋ Nimirum quia videbant virum iustum ob incredulitatem percussum, & miracula circa puerum. ⌊ Et posuerunt omnes qui audierant in corde suo ⌋ rem cordi accipientes quæ tantis agebatur miraculis. Nam sterilis ex sene concepit, mutus factus loquitur, mater porphetat de nomine, pater de deo & prole, & volutantes animo quis tantorum prodigiorum exitus esse posset admirabundi ⌊ dicentes: Quisputas puer iste erit? ⌋ quasi dicāt magnus, nec ab re,

[Etenim manus domini erat cum illo] .i. virtus spiritus sancti quo adhuc ex vtero matris iuxta angeli oraculum repletus erat. Ideo angelus ipsum fore magnum prædixit, sed coram domino, & hoc quia noluit magnus esse coram mundo, vnde desertum petiit. Luc. 1. Puer autē crescebat & confortabatur spiritu, & erat in desertis vsque in diem ostensionis. Luc. 1. Anno &c. [Et Zacharias pater eius impletus est spiritusancto] non solum loquelam, sed & prophetiæ donum recipiens [& prophetauit dicens. Benedictus dominus deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ] Beda. In quibus verbis notandum, quia beatus Zacharias quod inchoatum, & proxime futurum in spiritu præuiderat, prophetico more quasi iam factum esset narrabat. Visitauit nos apparēs in carne dominus, quasi longius a se recedentes, quos in peccatis positos quærere & iustificare curauit. Fecit redemptiōem plebis suæ, qui nos venundatos sub peccato, & antiqui hostis seruitio addictos, sui sanguinis dato precio liberauit. Vnde benigne hortatur nos Apostolus, dicens: Empti estis precio magno, glorificate & portate deum in corpore vestro, 1. Corinth. 6 Plebis suæ dicit, non vtique quam veniens plebem suam repperit, sed quam visitando & redimendo suam fecit. Qualem autem inuenerit, qualemq; reddiderit finis cantici indicat. [Visitauit nos oriens ex alto, illuminare his qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent] Inuenit nos sedentes in tenebris & vmbra mortis. i. longa peccatorum & ignorantiæ cæcitate depressos, atq; hostis antiqui fraude deceptos obsessosq; erroribus, attulit nobis veram lucem cognitionis suæ ex cluses q; errorum tenebris certum nobis iter patriæ cælestis aperuit. Direxit gressus operum nostrorum, quatenus per viam veritatis quam monstrauit incedere, atque ad mansionem perpetuæ pacis possimus intrare quam promisit. Hæc ille.

¶ In festo Decollationis Sancti Johannis Baptiste.

MIsit Herodes rex, ac tenuit Johannem & vinxit in carcerem, propter Herodiadē vxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam] Marc. 6. Saluator noster & verbo & exemplo

tam in se quam membris suis bonos semper malorum su
stinuisse. (ob bonitatem) persecutiones ostendit, quo fir-
mius ipsi inhærentes omnem fideles affectum a mundo
auocarent. Hinc Eccles. 14. ¶Beatus vir qui in sapientia EPISTO.
morabitur. Idiuina scilicet quæ desursum est, non illa quę
terrena est animalis & diabolica, quæ zelum amarum ha
bet & contentiones in corde. Iac. 3. Nec carnis quæ mors
est Roma. 8. sed quæ primum quidem pudica est, deinde
pacifica, casta, puraq, nullis prauis affectibus inquinata,
ab omni studio contentionis abhorrens, modesta, mini-
me torua, suadibilis, tractabilis ac morigera, bonis con
sentiens, neq; grauate credens ei qui docet meliora, plena
misericordia, erga lapsos & errantes: quos magis studet
seruare quam perdere, leniter tolerans, & nihil non ten
tans vt resipiscant, & fructibus bonis, dum nunquam ces
sat de omnibus bene mereri, iudicans sine simulatione, ex
animo syncero bene volens omnibus, nec quenquam dā-
nat sanandi quam damnandi studiosior. Et qui in iusti
cia meditabitur. ad faciendum eam, non enim qui docet
eam iustus est sed qui facit, 1. Ioha. 3. Filioli nemo vos se
ducat, qui facit iusticiam iustus est, reddendo deo debitū
cultum, & proximo amorem fraternum. & in sensu co-
gitabit circunspectionem dei. In intellectu mentis quod
deus conspiciat omnia cordis abscondita. Hebr. 4. Omia
nuda & aperta sunt oculis eius. Prou. 15. In omni loco ocu
li domini contemplantur bonos & malos. Qui enim hæc
cogitat, necessario a peccato retrahitur, & animatur ad
bonum: quæ sunt duæ partes iusticiæ. Et quia Herodes
hoc non fecit, ideo in malorum voraginem seipm detecit

¶Cum Iohan. post testimonium de Christo datum ad
se missis e Hierusalem (Iohan. 1.) ac discipulis sibi collecti
onem discipulorum per Christum nunciantibus. Ioha.
corriperet Herodem de Herodiade, & de omnibus malis
quæ fecit Herodes, adiecit & hoc super omn a. Luc. 3. In
il. t. Misit Herodes.

¶In hoc claret euangelio in quantam animæ cæcita-
tem ac malorum perpetrationem carnis cura in deside-
riis acta induducat.

¶Primum, Odiosa monitorum oppugnatio. In prin-
cipio.

¶Secundum, Pernicioſa deſideriorum conſummatio. Ibi: Et cum dies opportunus.

¶Tertium, Religioſa bonorum commendatio. Ibi: Quo audito.

¶Quantum ad primum, Quam ſalutiferum ſit impios monere Pſalm. oſtendit, dicens: Docebo iniquos vias tuas, ne forte ignorantia peccent, & impĩ ad te conuertentur, corde ſcilicet accipiendo ipſam doctrinam. Nolẽs ergo Iohannes Herodem perire, ſed ad viã ſalutis reuerti, ipſum admonuit, nõdiffamauit, ſed ſeorſum correxit, Chryſ. Herodem Iohannes monitis ſalutaribus non accuſatione pulſabat, vtpote amator caſtitatis, quem corrigi voluit non perire, ſed Herodes facibus libidinis ardens, perire maluit q̃ redire. Malos qui corripit offendit, incurrit odium qui arguit criminoſos. Vnde hic dr. ¶Miſit Herodes rex ⌋ iſte fuit filius Herodis ſub quo natus fuit dominus & Iohannes⌊ ac tenuit Iohannem⌋ tanq̃ reum⌊ & vinxit eum in carcerem ꝓpter Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui; quia duxerat eam⌋ Iſte Philippus tetracha fuit Iturææ & Traconitidis regiõis ⌊ Dicebat autem Iohannes Herodi⌋ dulciter non faſtuoſe. ⌊ Nõ licet tibi habere vxorem fratris tui⌋ nec ſterilis & adhuc ſupſtitis. Leu. 20. Qui duxerit vxorem fratris ſui, rem facit illicitam. Chryſ. Dicebat Iohan. Herodi quod erat legis, quod erat iuſticiæ, quod erat ſalutis, certe quod non erat odĩ ſed amoris. Ecce qualem coſecutus eſt ab impio pro pictate mercedem. ⌊ Herodias autem inſidiabatur illi & volebat occidere eum nec poterat⌋ Bed. Impletũ videmus de Iohanne quod angelus prædixerat Zachariæ. Ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & virtute Heliæ. Ambo nanq; continenter viuentes, ambo habitu inculti, ambo in ſolitudine degentes, ambo præcones veritatis, ambo regis & reginæ perſecutionem propter iuſticiam perpeſſi ſunt. Ille Achab & Ieſabel, Iſte Herodis & Herodiadis. Arguit enim Herodem quod illicitas nuptias fecerit, quia non liceat fratre viuente, germanum vxorem illius ducere, malens periclitari apud regem, quam propter adulationem eſſe immemor præceptorum dei, Iaco. 5. Fratres mei ſi quis ex vobis errauerit a veritate, & conuerterit quis eum (dulci admonitione ſua) ſcire debet queni-

EVANG.

am qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ, salua bit animam eius a morte (fratrem a peccatis liberans per quæ morti tenebatur obnoxius. Nec interimis suo care bit pmio, siquidem huic deus vici ssim sua peccata condo nabit etiam quamlibet multa) & operit multitudinē pec catorum. Herodias ergo quæ iam exciderat a priore ma trimonio (nam cum esset filia Aretæ regis & locata Phi lippo tetrarchæ Itureæ & traconitidis, orta simultate ab ducta a genero cui iam peperat filiam, Herodi fratri Philippi sed inimico, matrimonio iuncta fuit) ne Iohānis quoque opera ab hoc quoq; excluderetur, insidiabatur ei captans occasionē occidendi illum, nec succedebat. ⌊ He rodes enim metuebat Iohannem ⌋ tametsi nō amabat ex animo ⌊ sciens eum vtrum sanctum & iustum, & custo diebat eum ⌋ Nam seditionem populi verebatur propter Iohannem a quo sciebat turbas in Iordane plurimas ba ptizatas, sed amore vincebatur vxoris, ob cuius ardorē etiam dei præcepta neglexit. Vnde Mar. 14. Et volens il lum occidere timuit populum, quia sicut ꝓphetam illum habebant. Aderat malus animus sed deerat occasio, quæ tantum deest malis vt lædant. Voluit occidere nulla alia re quam lege dei offensus. Vicit amor mulieris, eumq; in illum quem sanctum & iustum sciebat manus mittere co egit, qui quoniam noluit cohibere luxuriam, ad homici dij reatum prolapsus est, minusque illi peccatum maioris erat causa. Vnde Apoc. 22. Qui nocet nocear adhuc & qui in sordibus est sordescat adhuc. At cōtra quod sequitur, (sanctus sanctificetur adhuc) ad beati Iohannis ꝑsonam conuenienter aptatur, qui sanctus existens sanctificaba tur adhuc, dum per officium euangelizandi ad martyrij venit palmam. Chrys. Facile deuiat a iustitia, qui in cau sis non deum sed homines formidat, hic peccandi differt facultatem, sed nō aufert voluntatem. Vnde etiam quos suspendit a crimine, auidiores reddit ad crimen, & æstu at animus quousq; perficiat quod cogitat malum. ⌊ Et audito eo multa ⌋ sed non omnia quia adulteram dimit tere noluit ⌊ faciebat, & libenter cum audiebat ⌋ simu latorie propter populum, quod claret quia vinctum sine causa tenebat.

¶ Quo ad secundum dicit Psal. Considerat peccator iu

stum (insidiando quia contrarius est vitis eius, improperans ei peccata legis. Sap. 2.) & quærit mortificare eum. Dominus autem nō derelinquet eum in manibus eius, vt illi in malo consentiat etsi corpus affligat, nec damnabit eum cum iudicabitur illi, imo saluabit iustos suo iudicio, licet humano videatur a deo derelictus hic in manib⁹ impiorum. Vnde hic seq. ¶ Et cum dies opportunus accidisset ¶ ad impium facinus idone⁹ ¶ Herodes natalis sui cœnam fecit principib⁹ & tribunis & primis Galileæ ¶ quo plures haberet suæ crudelitatis testes. ¶ Cuncq; introisset filia ipsius Herodiadis ¶ & Philippi ¶ & saltasset, & placuisset Herodi ¶ iam bis insano vt qui præter amorem incestæ mulieris etiam vino incaluerat ¶ simulq; discumbentibus, rex ait puellæ ¶ regali magnificentia. ¶ Pete a me quod vis & dabo tibi. Et iurauit illi quia quicquid petieris dabō tibi licet dimidium regni mei. ¶ Pollicetur haud inscius quid petitura sit cum iuramento, vt interce dente iureiurando, non interficere non posset innocētem quasi inuitus sed lege adactus, lege contra legem abutēs. Chrysost. Tu perspice quō totum illud spectaculum Satanæ erat. Nam primum temulentia & delitijs constabat, vnde nihil vnquam probe factum est. Deinde spectatores omnes erant corrupti, & ille qui conuiuio præerat omnium iniquissimus. Tertio voluptas atq; licentia omnia dicendi, audiendi, faciendi maxima in ipsis erat. Quarto puella (propter quam matrimonium fieri non poterat) quæ abdi & occultari propter contemptum matris debebat ingreditur, omnia palam faciens & omnes meretrices ygo impudentia superans. Temporis quoque ipsius inopportunitas, scelus Herodis mirum in modum amplificat. Nam quando gratias agere deo oportebat qui eum illo die in lucem produxit, tunc nephandissimam cædem eom mittit, quando vinctum ex gaudio soluere debebat, tunc ad vincula iniquissima iussu suo mors accessit. Hæc ille. At puella quemadmodum hāc fabulam matris instinctu cœperat agere (nam illa diem locum & horam obseruarat, illa saltatriculam instruxerat) non audet ilico pronunciare quid peteret sed consuluit matrem. ¶ Quæ cum existet dixit matri suæ. Quid petam? ¶ iure enim iurando rex cō firmauit se daturum quicquid petiero. Hic merito locus

erat hæsitandi, ne tanta periret opportunitas. At incæsta mulier nihil contata, neq; quicquam cautus habens morte sanctissimi viri, timens ne Herodes aliquando resipisceret, & Philippo amicus fieret, atq; illicitæ nuptiæ repudio soluerentur, monet filiam vt in ipso statim conuiuio caput Iohannis postulet, digno operi saltationis dignum sanguinis pretium. Chrysost. Audiatis hæc virgines, quę tripudijs communem fœminarum sexum & saltationibus deturpare non veremini. Audiatis viri, qui magnifica conuiuia ebrietate plena consectamini. Vbi saltus lasciuus, ibi diabolus certe adest, hoc claret hic. ⌊At illa dixit, caput Iohannis Baptistæ. Cunque introisset, statim cum festinatione ad regem⌋ monitu matris priusquam ille feruor regij animi refrigesceret, petiuit dicens: ⌊Volo vt protinus des mihi in disco caput Iohannis Babtistæ Et contristatus est rex, propter iusiurandum.⌋ Perfidus ille vafram gestans sub pectore vulpem, simulat se contristari, mentis suę malitiam dissimulans artifex homicida, cum tristitiam in facie & lætitiam haberet in mente, q̃d id postulasset quo nihil magis cupiebat, vnde ista tristitia non absolutio sed confessio est criminis, quia tristitiam caput Iohannis petitus prætendebat in vultu, qua seipsum damnaret, ostendendo cunctis liquide, quia in sontem & sanctum nouerat, quem esset neci daturus. Talis fuit tristitia Herodis, qualis pœnitentia Pharaonis & Iudæ. Quorum quisque facinora sua postquam accusante conscientia inultus prodidit, vecors augmentauit. Verum si diligentius inspexerimus lætabatur in corde occulte, quod ea perebantur quæ & ante facere si excusabiliter posset disponebat, qui & ad hoc iurauit, vt futurę occisioni machinas præpararet. Alioqui si propter iusiurandum feciſſe dicitur, si patris vel matris vel certe ipsius herodiadis postulasset interitum, facturus fuerat an non? nulli dubium quin illi dare veraciter tristis abnueret, quod in se ergo repudiaturus erat, contemnere debuit & in propheta ⌊& propter simul discumbentes noluit contristari eam⌋ vult omnes in scelere suo esse consortes, vt in luxurioso conuiuio impuroque, cruentæ epulæ deferrentur. Condigni inuitatori suo conuiuæ, vbi nullus inuentus est qui innocentis prophetæ etiam inter testa

mortem vetaret, præsertim cum rex assumpta specie me
sticiæ se coactum hoc facere protestaretur, esset q; oppor
tunum quo hortatu conuiuantium a promisso scelere re-
uocari deberet, si non illum industria hæc præstruxisse
cognoscerent, immo etiam ipsos quoq; par eiusdem scele
ris amor irretiret. Attamen ne periurij nota ipsi inurere
tur, sacrilega iuramenti obseruatione, & omni periurio
deteriore homicidium regere volens, & homicidium q-
dem prophetæ & plusquam prophetæ, quo maior inter
natos mulierum non surrexit, perfecit. ⌊ sed misso spicu
latore, præcepit afferri caput Iohannis in disco. Et decol
lauit eum in carcere. ⌋occulte ob tumultum populi ⌊ &
attulit caput eius in disco, & dedit illud puellæ & puella
dedit matri suæ. ⌋Rex occidit, carnifex adfert caput, pu
ella impetrat, ad matrem horum malorum artificem ac
fontem redit ferale præmium. Nullus erat regi tam a-
micus, qui rem tam nephariam interpellaret. Et postea
miramur, si reges aliquando audent nepharia, quum ta-
les habeant animos incæstis amoribus & crapulæ dedi-
tos, conuictores vel timidos, vel crudelitatis fautores.
Beda: Natalem beati Iohannis passionis diem celebran-
tes, oportet vt non solum constantiam passionis illi⁹ pia
deuotione recolere studeamus, sed & eorum a quibus pas
sus est malitiam in arma vertamus salutis. Tunc enim
scripturis sanctis vtiliter animum impendimus, cum nō
solas in eis virtutes ac præmia iustorum, verumetiam
vitia vindictamq; reproborum ad incitamēta nobis pro
ponimus bene agendi. Hoc enim domini docemur exem-
plo, qui vt humanæ superbiæ ceruicem frangat ac subli-
mæ humilitatis nobis iugum imponat non suæ tantum
humilitatis formam quam sequamur insinuat. (Matthæi
vndecimo. Discite a me quia mitis sum & humilis corde)
sed etiam angelicæ superbiæ deiectionem quam caueā-
mus ad memoriam nobis reuocat, dicens: Videbam sa-
thanam tanquam fulgur de cælo cadentem. Lucæ. 10.
Tria ergo hic audiuimus impiorum scelera. Celebratio-
nem natalis infausti am, saltationem puellæ lasciuam, iu-
ramentum regis temerarium, quibus singulis oportet
nos ne talia geramus instrui. Non enim festum diem no-
stri natalis in memoriam reuocare, non vllum tempus

illecebris indulgere carnalibus, sed diem potius exitus nostri debemus lachrymis & precibus, crebrisque præuenire ieiunijs. Vnde Ecclesiastici septimo: In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & inæternum non peccabis. Sic nec membra nostra, quæ domino consecrata sunt, lusibus aut ineptis dare motibus decet, non enim ad hæc tripudia hæc dedit nobis deus, sed vt modeste incedamus, sed vt inter angelorum choros consistamus prima Corinthiorum sexto: Nescitis quoniam corpora vestra templum sunt. ſſ. tollens ergo membrum Christi, faciam membrum meretricis? Absit. Vnde alibi obsecrat per misericordiam dei, vt exhibeamus corpora nostra hostiam viuentem sanctam deo placentem. Romano. 12. Quantum temerarium vitare debeamus iuramentum dominus ostendit. Matth. ỹ. Ego autem dico vobis non iurare omnino. Et Iaco. ỹ. Ante omnia fratres mei nolite iurare, neque per cælum, neque per terram, neque aliud quodcunque iuramentum. Sit autem sermo vester, est, est, non non, vt non sub iudicio decidatis. Illo videlicet iudicio sub quo decidit Herodes, vt vel peiorare vel ob periurium cauendum aliud necesse habeat patrare flagitium. At si quid incautius fortasse nos iurasse contigerit, quod obseruatum peiorem vergat in exitum, libere illꝫ consilio salubriori mutandum nouerimus, ac magis insiãti necessitate periurandum nobis, quam pro vitando periurio in aliud crimen grauius esse diuertendum. Sic Dauid malum quod super domum Nabal iurauit, ad preces Abigal mutauit, nec aliquid culpę se tali periurio contraxisse docuit.

¶Quo ad tertium dicit Psalm. Salus iustorum a dño, & protector eorum in tempore tribulationis. Et adiuuabit eos dominus, & liberauit eos, & eruet eos a peccatoribus, & saluabit eos quia sperauerunt in eo. Mat. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius eum timete, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Beda: Sed quid est quod dominus electos suos tot passionibus & mortium generibus patitur consumi, nisi vt nos his perspectis in aduersis minus doleamus, ac potius discamus omne gaudium æstimare, cum in varias tentationes incidermus?

Iac.1. quia quem dilīgit dominus castīgat, flagellat autē omnem filium quem recipit. Hebr.12. Ideo non erat grāue, imo leue talibus ac desiderabile tormenta (pro veritate) temporalia perpeti, quæ perpetuis nouerant remunerāda gaudijs. Optabilem habebant mortemq̄ naturæ necessitate ineuitabilis imminebat, confesso Christi nomine cum palma vitæ perennis excipere, vnde bñ dicit Apostolus. Philip.1. Vobis donatum est: non solum vt in eum credatis, sed etiam vt pro illo patiamini. Et bene quia nō sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Rom.8. Cum ergo tā eximios regni cælestis hæredes, tanta in huius exilio mortalitatis pati viderimus, quid nobis restat agendum, nisi vt tanto magis humiliemur in conspectu pij conditoris ac redemptoris nostri, quanto nos patenter aduertimus eos nec vitæ imitationi sequi posse nec mortis. Itaq; humiliemur sub potenti manu dei, 1. Pet. 5. Chrys. Intelligamus hęc omnes, qui studiose viuentes vexamur a prauis hominibus, intelligamus tūc deum sustinuisse illum qui in heremo, qui in zona pellicea, qui in cilitio vixerat, q̄ propheta fuit & plusquam propheta, quo nemo maior inter natos mulierum surrexit, a petulantissima puella, & impudentissimo scorto iugulari, præsertim cum leges diuinas defenderit, hæc cogitantes magno feramus animo quæcunque patiamur, nam & tunc polluta homicida illa, tantum efficere potuit, quantum voluit, & animū suum superq̄ expleuit. Hæc ille. ⌊ Quo audito, discipuli eius venerunt & tulerunt corpus eius, & posuerunt illud in monumento ⌋ honorifice sepelientes.

Quo Herodes magis studuit malitiam abscondere, eo pl⁹ in lucem produxit, & Iohannem commendabilem reddidit. Vnde Chrys. Herodes te petit causa, te arguit carcer, te vincula accusant, te diuulgat, ꝓducta in publicum pœna, Iohannes iniuriatur, causam custodię qui requirit in te inuenit quod puniat, in Iohanne quod doleat. Iohānes orbi notus, tamā vtutis cognitus, celebratissimus sancti tate, dum attrahit ad se inquisitores iniuriæ, facit vt cum ctis tuus innotescat incæstus, agit vt te habeat confusio publica, quē nō valuit corrigere secreta correptio & priuata. Quanto quis hoc modo obumbrare peccata volue-

rit, tanto magis in lucem omnia veniunt (nihil enim optum quod non reueletur, & occultum quod non sciatur. Matth. 10) Sic delicta non adiectione delictorum sed pœnitentia & confessione celantur. Hæc ille, 1. Tim. 5. Quorũ dam hoim peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium (p se damnata priusq̃ in iudicium extremum afferantur. Nam eoꝝ & vita & doctrina palam discrepat a doctrina Christi) quorundam autem & subsequuntur, quæ ita occulta sint vt humano iudicio deprehendi non possint, ideo seruantur iudicio diuino in quo nuda fient oĩa. Similiter & bona facta manifesta sunt, vt humana comprobatione non egeant. His igitur se tuto quisque adiungerit, quemadmodum a palam improborum contubernio est abstinendum. Et quæ aliter se habent, arte moderãdo vitam suam, & pietatis specie fucando malitiam sic animi, vt humanum fallant iudicium, abscondi nõ possunt ideo eos deo relinquimus iudicandos.

¶ In festo Apost. Petri et Pauli

VEnit Iesus in partes Cesaree Philippi, et interrogabat discipulos suos dicẽs. Quem dicunt homines esse filium hominis ⌋ Matth. 16. Saluator noster quo ad ineffabilem diuinæ bonitatis magnificentiam fideles attollerit contemplandam quanta benignitate nos (filium suum vnicum in salutem omnium mittendo) saluarit ostendit. Hinc, 1. Petr. 1. ¶ Petrus apostolus Iesu Christi ⌋ .i. missus a Iesu Christo non homine ⌊ electis aduenis ⌋ a deo qui sunt in dispersione vel olim ob bellorum procellam, vel nuper eorum sæuitia, quibus Christi nomen erat inuisum ⌊ dispersionis ponti Galatiæ, Capadociæ, Asiæ, & Bityniæ, secundum præscientiam dei patris ⌋ non casu, aut meritis nostris. Rom. 8 Quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filiĩ sui, qui deuicta carne & morte triumphans adĩt immortalitatem, vt idem in se sperent membra, quod in capite iam peractum conspiciunt ⌊ in sanctificationẽ spiritus ⌋ non carnis sicut in lege (Hebr. 9.) quem nobis impartit lex euãgelica spiritualis, qua vere purgamur a peccatis nostris ⌊ in obedientiam ⌋ Christo, vt ipsi obediamus qui per inobedientiam perieramus ⌊ & aspersionem sanguinis Iesu Christi ⌋ non vituli, iuxta legis ri-

EPISTO.

tum, sed Christi: cuius immerita mors nobis semel oĩa vitæ veteris commissa delet, ac per baptismum velut in ipsum renatos nouæ vitæ restituit ⌊gratia vobis⌋ remissio peccatorum⌊& pax⌋vt deo per Christi sanguinẽ reconciliati gratis, concordiam & inter vos habeatis & cum cæteris omnibus⌊multiplicetur⌋vt bonorum operum vsura magis ac magis ditescatis, non solum persistẽtes in eo quodcœpistis, verumetiam indies in melius progredientes. ⌊Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi⌋a quo nobis per Christum omnis salus proficiscitur ⌊qui secundum magnum misericordiam suam⌋nullis meritis nostris prouocatus ⌊regenerauit nos⌋patrum feliciter natos ex Adam, nimirum natos peccato, natos morti ⌊in spem viuam⌋ quia innocentiæ & immortali vitæ ⌊per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis⌋ Rom. 4. Mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram, nam per eius resurrectionem spem nostræ habemus resurrectionis, cum per baptismum facti simus filij dei adoptiui, fratres & coheredes Christi, & membra ipsius. Quamdiu fuimus filij peccatoris Adæ, manebat nos infelix hæreditas, Postea quam facti sumus filij dei, ad cælestem patriam propera mus. Decet enim vt e cælo nati cælestia spectemus, vt ex deo nati non nisi diuina sectemur. ⌊In hæreditatem incorruptibilem⌋quia nunquam deficiet⌊& immarcessibilem⌋quia non potest senio fatuve marcescere⌊& incontaminatam⌋aliquo tædio molestiaue. Nihil etiam immundum intrabit in illam Apocal. 21. ⌊conseruatam in cælis⌋non in præsenti dandam⌊in vobis⌋quibus Christi spiritus arrabonis vice datus est ⌊qui in virtute dei custodimini⌋non virtute vestra inter tot mala ⌊per fidem⌋ qua neglectis rebus mortalium toti pendeamus e cælo ⌊in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo⌋ quando electi glorioſi in corpore & anima apparebunt. Philippenses tertio: Saluatorem expectamus dominum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. ⌊In quo⌋scilicet tempore ⌊exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus.⌋Sic enim deus permittit vestris consulens commodis ⌊vt proba-

tio fidei vestræ multo preciosior sit auro, quod p ignem probatur⌋ Aurum in ignem proiectum non deteriorat-tur, sed purius & melius redditur, sic deus fidem nostram variis vult experimentis probari, cui tantum honoris de-betur, vt cum ex his malorum & afflictionum incendijs emicuerit, longe purior ac fulgentior quouis auro pur-gatissimo preciosa sit apud deum, resq; omnis tandem in diuersum exeat, nimirum vt quod hic videbatur illatum ad dedecus, cedat ad gloriam ⌊ in laudem inueniatur⌋ quod erat ad ignominiam vertatur ⌊ in gloriam⌋ quod ad dehonestandum vos, vertatur ⌊ in honorem, in reue-latione domini nostri Iesu Christi ⌋ .i. tempore iudicij quo omnia nuda & aperta erunt, quum sese Christus cu ius vis nunc agit in vobis occultis rationibus, palam pro ferret omnibus, suum cuiq; præmium pro meritis repen dens. Quid enim glorioſius quam ore Christi laudari cũ dicet, Venite benedicti patris mei? Quid honorificentius quam a deo patre recipi in consortium regni cælestis v-na cum filio.

¶Cum dominus in Bethsaida cæcum sibi oblatum ex tra vicum eductũ illuminasset, ita vt clare videret omia, misit illum in domum suam dicens: Vade in domũ tuam & si in vicum introieris nemini dixeris, egressus est Ie-sus & discipuli eius. Mar. 8. In. i. t. Venit Iesus.

¶Ostendit saluator hoc in euangelio ad veram fidei cognitionem de diuinis, non humana sed diuina nos pos se sapientia & reuelatione pertingere.

¶Primum. Sobria Christi quæstio. In princip.

¶Secundum. Tuta Petri responsio, ibi. Dicit illis Ie-sus.

¶Tertium. Valida fidei stabilitio, ibi. Respondens au-tem Iesus.

¶Quo ad primum. Psalm. in vero & solo deo gauden dum indicat dicens: Iubilate (intus in corde non voce tã-tum, quia iubilus est cordis gaudium quod voce expri-mi nõ potest) sed cui? Deo (inquit non carni, mundo, &c.) omnis terra, non vna pars tantum, quia vbique benedi ctio ipsius seminata, seruite domino in lætitia, id est, cha ritate non necessitate quia liberat. Iohannis. 8. Si mãseri tis in sermone meo vere discipuli mei eritis, & cogno-

scietis veritatem & ꝟitas liberabit vos. Vnde claret quod qui non manent in sermone Christi, neque veritatem cognoscunt, nec per veritatem liberantur, quare in erroribus & seruitute remanent peccati. Qđ ista seruitus nō sit exterior & laboriosa subdit. Introite in cōspectu eius in tus in conscientia vbi deus videt, & hoc in exultatione, & merito, cum in ipso & per ipsum tutamen contra oīa habeamus aduersa: quare Petrum beatificabat quod patris reuelatione veram fidei accepisset cognitionē. Hinc Beda: Lectio sancti euangelij huius, tanto intentius cogitanda ac sine obliuione est iugiter retinenda, quanto cōstat quia magnam nobis fidei perfectionem commendat magnum eiusdem perfectæ fidei contra omnia tentamenta robur æque demonstrat. ¶ Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi ⌋ .i. illius ciuitatis a Philippo in honorem Cæsaris sic nominatæ & constructæ ⌊ & interrogabat discipulos suos ⌋ Apostoli enim accepta potestate ejciendorum malignorum spirituum, & gratia sanationum & euangelicæ prædicationis. Matth. 10. ad varia loca profecti fuerant, vbi varios de domino rumores. (Iam enim tot editis miraculis oportebat & populum mirificamquā dam de Christo concepisse opinionem) variasque opiniones & omnes quidem falsas audierant, quæ etsi dominum minime laterent (quid enim lateret omnia scientem) interrogat eos nihilominus quid de se quisnam esset sentirent homines, vt confessionem veræ fidei discipulī non ex vulgi opinione, repulsis erroribus, sed domini reuelatione responderent, & sic confessionem veræ fidei illorum digna mercede remuneraret, & quæ sit euangelica fides quæ seruat credentes, quantumque distet ab inconstanti variaque vulgi suspitione ostenderet. ⌊ Quem dicunt homines esse filium hominis. ⌋ Nota q̄ non dicit pharisæi, de quibus alibi Lucæ. 11. Væ vobis legisperitis qui tuliſtis clauem scientiæ, ipſi non introiſtis, & eos qui introibant prohibuiſtis, sed homines de simplici multitudine q̄ simulare nescit, sed pure mētis profert opinionē. Pulchre aūt homines appellat, qui de filio hominis loqui tantum nouerant, quia diuinitatis eius arcana nescire bant. Nam qui diuinitatis eius mysteria capere norunt, merito supra homines esse dicuntur apostolo teste, q̄ ait

EVANG.

I. Corint. 2. Oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quæ præparauit deus diligentibus se, nobis autem reuelauit per spiritum suum. Non autem dicit quem me dicunt, ne iactanter de se quærere videretur & vulgarem de se sententiam requirere, sed humilitatē de se humanitatis profitetur, discipuli diuinitatem intelligunt. Ipse solus filius hominis scilicet virginis, nō hominum, quia spiritussancti operatione concepit. Lucæ. 1 nos autem filij hominum: vnde quum de exaltatione sua in cruce dixisset. Iohan. 12. Respondit ei turba: Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum, & q̄modo tu dicis, oportet exaltari filium hominis, quis est iste filius hominis? ⌊ At illi dixerunt ⌋ simpliciter quod audierant respondentes. ⌊ Alij Johannem Baptistam. ⌋ Marc. 6, Audiuit rex Herodes (manifestum enim factū est nomen eius) & dicebat: Quia Iohan. Bap. surrexit a mortuis, & propterea virtutes operantur in illo, ⌊ Alij autē Heliam ⌋ Thesbitem, cuius aduentus promissus est p Malachiam prophetam. Mala. 4. Ecce ego mittam vobis Heliam, antequam veniat dies domini magnus & horribilis, ⌊ Alij vero Hieremiam, aut vnum ex prophetis ⌋ sci. veteribus qui reuixerit. Hæc sentiebant homines, qui tñ magnificentissime de Iesu sentiebāt, nihil enim supra hominem de eo sentire poterant homines, magnum hoiem suspicabantur, Messiam filium dei, seruatorem orbis non dum credebant.

¶ Quo ad secundum ait Psal. Scitote quoniam dominus ipse est deus. Sed quis hoc nesciat? sed de crucifixo nō credebant Iudæi, & tamen vere ipse est deus, quia ipse fecit nos & non ipsi nos. Omnia enim per ipsum facta sunt Ioh. 1. Ex ipso ergo quod coronamur, ex nobis q̄ damnamur. Populus eius & oues pascuæ eius. Ipse pastor. Iohan. 10. saginans animas nostras sacra scriptura, introite portas eius in confessione, per confessionem enim ingressus ad misericordiam, atria eius quum intraueritis, in hymnis confitemini illi. Amplitudinem æternæ beatitudinis gratiæ plenitudine percepta, confitemini ingredientes vos reprehendendo, ingressi illum laudate, quia magnus dominus & laudabilis nimis. Hoc apostoli cognoscentes, longe diuersa a populo de Christo sentie-

bant. ⌊ Dicit illis Iesus: Vos autem quem me esse dicitis ⌋ quasi diceret: Vacillat vt video vulgus, nihil constãter de me sentiens, & tamen magnificentius de me sentiunt, quam hi qui me nihil aliud prædicabant quam filium fabri, quam qui dicebant me versum in furorem, & venabantur ad vincula, quam qui dicebant mihi esse spiritum Beelzebub. Matth. 12. Vos qui me domestice nostis, quicq; perpetui estis testes omnium quæ gessi, quæq; docui, qui a cæteris sicut conuersatione ita & fide segregati: non enim estis de mundo, sed ego elegi vos de mundo. Iohan. 15. quem me eẽ dicitis? Beda: Quasi ab hominũ generalitate illos sequestrans deos ac dei filios per adoptionem factos demonstrat: Vnde & Iohannis 10. ait Iudæis: Nonne in lege vestra scriptum est, quia ego dixi dij estis? Si ergo illos dixit deos ad quos sermo dei factus ẽ, & cætera. Si ergo prophetæ quanto magis apostoli. Audiamus ergo quia de mundo non erant, qualem per spiritum sanctum, quem mundus non potest accipere. Iohannis 14. receperunt cognitionem. ⌊ Respondens Symon Petrus ⌋ vt erat amantissimus Iesu, tanquam futurus ordinis apostolici princeps omnium nomine ⌊ dixit: Tu es Christus filius dei viui. ⌋ Omnia complexus est, qui & naturam & nomen expressit, verum hominem, & verum deum confitetur, non suspitionem proferens, sed certa & indubitata sententia profitens illum esse Messiam a prophetis promissum. Iohan. 1. Inuenimus (dixit Andreas Petro) Messiam, quod est interpretatũ Christus. Et Philippus Nathanaeli ait: Quem scripsit Moses in lege & prophetæ, inuenimus Iesum filium Ioseph a Nazareth. Filius ille dei singulari quodam more, quia naturalis nõ adoptiuus, sicut ille de quibus Iohan. 1. Dedit eis potestatẽ filios dei fieri his qui credunt in nomine eius. Sed Rom. 1. Qui prædestinatus est filius dei in virtute, & Matt. 17. Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui, ipsum audite. Filium ergo dei viui appellat, ad distinctionem falsorum deorum, quos erronea gentilitas sibimet ad colendum vel ex mortuis hominibus instituit, vel ex rebus insensibilibus quos adoraret creauit, de quibus scriptum est. Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum, &c. Ecce quam clara, sed necessa-

ria fides, vnde Iohan. 20. Hæc scripta sunt, vt credatis, qa Iesus est Christus ille filius dei, & vt credentes vitã habeatis in nomine eius.

¶ Quo ad tertium dicit Psal. Laudate nomen eius q̃ni am suauis est dñs. Actu. 4. Non enim est in aliquo alio sa lus, nec enim aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. In æternum miseri cordia eius, quia saluos nos facit, & vsq; in generatione & generationem veritas eius, complens promissa & hic & in futuro. Constat enim quia post veram Christi confessionem, vera beatitudinis præmia restant. Corde eñ creditur ad iusticiam, ore autem confessio fit ad salutẽ. Rom. 10. Ideo dominus hac tam alacri tamq; solida professione delectatus est. ⌊ Respondens aũt Iesus, dixit ei: Beatus es Symon Bariona ⌋ id est, Fili Iohannis tam altæ fidei confessione ⌊ quia caro & sanguis, ⌋ id est, affectus humanus ⌊ nõ reuelauit tibi ⌋ vel homines mũdana sapientia inflati & carnis, columbinæ simplicitatis nescij, ideoque a sapientia spiritus omnimodis auersi: quia animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus. 1. Cori. 2. Non re.t. tantum arcanum ⌊ sed pater meus qui est in cę lis ⌋ qui illustrat mentes hominum. Beatum dicit Petrũ, quia a diuina gratia scientiam acceperat. Nullus enim digne sentit de filio, nisi patris instinctu, qui solus nouit filium. Mat. 11. Nemo nouit filium nisi pater, neq; patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare, vnde ante: Confiteor tibi pater domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. ⌊ Et ego dico tibi ⌋ non sermone cassio & nullam habente virtutem, sed operatorio, cuius dicere facere est ⌊ quia tu es Petrus ⌋ non dicit vocaberis Petrus, quia ante hoc ei nomen imposuit, quando per Andream adductus fuit. Iohan. 1. Intuitus autem eum Iesus dixit: Tu es Symon filius Iona, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Mar. 3. Et imposuit Symoni nomen Petrus. Nota q̃ singulariter dicit, ego dico tibi, quia tu es Petrus. i. solidus lapis, non huc atq; illuc vacillãs variis opinionibus vulgi, quia veræ petræ firmiter innixus, de qua. 3. Cor. 10. Petra aũt erat Chr̃us, non q̃ per essentiam sed significationem. Qucmadmodum eñ leo q̃-

pter fortitudinem, agnus propter innocentiam, sic & petra propter firmitatem dicitur, quia sperātibus in se turris est fortitudinis a facie inimici Sic & Petrus, nam sicut lumen & sal & cætera nomina a domino sortiti sunt apostoli; sic Symoni a se nomen Petri dedit ob fidei confessionem & constantiam. ⌊Et super hanc petram ⌋ tuæ professionis, ⌊ædificabo ecclesiam meam ⌋ ira vt omnis hō extructurus fidei domum hoc iacturus sit fundamētum. Nam licet innumeras cōdamus virtutes, non habeamus autem hoc fundamentum, rectam confessionem, inutiliter condimus. Non enim nisi per fidem & dilectionem Christi, & sacramentorum susceptionem ad sortem electorum, & æternam pertingitur vitam apostolo teste, qui ait 1. Corinthior. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Istud est fundamentum apostolorum & prophetarum. Ephe. 2. Non estis hospites & aduenæ, sed estis cives sanctorum, & domestici dei, super ædificati sup fundamentum apostolorum & prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu. In quo omnis ædificatio cōstructa crescit in templum sanctum in domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum dei, in spiritu sancto, & 1. Petri. 2. Ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, a deo autem electum & honorificatum, & ipsi tanquam lapides viui, superædificamini domos spirituales. Nota quod vbique dicit in passiuo supædificati coædificamini, & cætera: Quia hic signāter ait: ego ædificabo ecclesiam, non autem dicit tu ædificabis. Neque enim qui plantat est aliquid neque qui rigat sed qui incrementum dat deus. Dei enim sumus adiutores (non principales operatores) dei agricultura estis (non nostra) dei ædificatio estis, quicquid in vobis agimus non nobis sed deo tribuendum. 1. Corinthio. 3. Et hinc ecclesiæ surgit firmitas, quia ego ait ædificabo. ⌊Et porta inferi non præualebunt aduersus eam. ⌋Portæ inferi, doctrinæ sunt nequam quæ seducendo imprudentes ad inferos mittunt: sic prauorum opera inepta colloquia, inquantum suis vel fautoribus vel sequacibus iter perditionis ostendunt. Nam & fides si non habeat opera mortua est in semetipsa. Iacob. 2. Et corrumpūt bo-

hos mores colloquia mala. 1. Corint. 15. Multa itaq; sunt portæ inferi, vitia atq; peccata blanditiæ persecutiones, & cæt. Sed harum nulla, quę supra petram fundata est ecclesiæ prævalet, quia qui fidem Christi intimo cordis amore perceperit, omne quicquid foris periculi tetãtis inguerit facillime contemnit. At quicunq; credentium fidem vel opere, vel negatione depravatus perdiderit, nõ hic supra petram domino cooperante domum suæ professionis ædificasse, sed iuxta alterius loci parabolam sup pendulam harenam sine fundamento posuisse credẽdus est, hoc est, non simplici ac vera intentione Christũ sequi, sed ob terrenam fragilemq; quamlibet causam habitum prætendisse Christiani. Lu. 22. Symõ ecce Satanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticũ, sed ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Est alia ecclesia quam ipse non ædificat & ideo non firmatur. Psal. Odiui ecclesiam malignantium. ⌊ Et tibi dabo claues regni cælorum. ⌋ Conuenit enim vt ille primus sit authoritate, qui primus est fidei professione & charitate. Regnum cælorum ecclesia est, q̃ hic interim est in terris sed commercium habens cũ cælo vnde pendet. Proinde qui peccatis obstrictus est, ad regnum pertinet inferorum, nec potest ingredi regnũ cælorum. Ingredietur autem si apud te professus, quod tu profiteris, per baptismum soluatur a peccatis, atque ita te duce, teq; fores reserante, ingredietur regnum cælorum. Hæc mea peculiaris est potestas, condonare peccata, sed hanc tibi potestatem quadam tenus imptiam ⌊ & quodcunq; ligaueris super terram ⌋ apud homines ⌊ erit ligatum & in cælis ⌋ apud deum ⌊ & quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in cælis. ⌋ Comprobabit enim deus tuum iudicium, ab ipsius spiritu protectũ. Claues regni nominat ipsam discernendi scientiam potenti amq;, qua dignos recipere in regnum indignos secludere possit a regno. Dedit & omnibus apostolis potestatẽ remittendi peccata & retinendi. Iohan. 20. Datur & nunc episcopis & sacerdotibus, vt agnitis peccantium causis, quoscunq; humiles & vere pœnitentes adpexerint hos iã timore perpetuæ mortis absoluant, quos vero in peccatis q̃ egerint perstitere cognouerint, illos perennib⁹ sup

plicis obligandos insinuent. Vnde dominus de cõfrepto semel & iterum & tertio, sed non pœnitente fratre, ꝓcepit, dicens: Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnic⁹ & publicanus. Matth. 18. Et ne leue quisq; putaret ecclesię iudicio condemnari, mox terribiliter adiunxit. Amen dico vobis, quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cælis: & q̃cunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cælis.

¶ In festo sancti Petri.

DIxit Jesus Petro: Symõ Iona diligis me plus his. Iohan. 21. Saluator noster ouem centesimam morte sua reductum ad ouile, ne defectu pastoralis curæ errare de cętero contingeret, Petro committens, formam & verbo & exemplo tradidit, quam & ipse alijs literis insinuans ait: 1. Pet. 5. Seniores ab quorum exemplo, doctrina, authoritate, pẽdet reliquus grex quibus non satis est si suam tueãtur innocentiam, ni multitudinis etiam curam agant. qui in vobis sunt obsecro consenior. 1. Tim. 5. Seniorem ne increpaueris sed obsecra vt patrẽ, consenior officio & ætate & testis Christi passionum quod doceo re factisq; præstans, quippe pro Christi nomine carceres & flagra perpessus. Acto. 5. & 12. & testis passionum Christi quæ vidit qui & eius q̃ in futuro reuelanda est gloriæ communicator quam prælibauit in eius transfiguratione. Matth. 17. Optimam spem habẽs fore vt quem dignatus est vt pro ipso perpeteretur, eundem sit ad gloriæ cælestis consortium admissurus, simul atq; venerit ille dies quo declarabit orbi maiestatem suam. & finitis certaminibus proferentur præmia pascite qui in vobis est gregem dei non vestrum curate, regite, custodite, ne quid pereat, ne quid aberret, prouidentes in necessarijs tam animæ quã corporis non coacte metu, pudore, vel officij necessitate sed spontanee ex animo secũdum deum. Nihil aliud spectantes quam quid deo sit gratum. Illius negotium agite ab illo recepturi mercedem æternam. 1. Cor. 9. Si volens hoc ago mercedem habeo, si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Neq; turpis lucri gra turpe ẽ q̃stus gra curare populũ Christianũ, q̃d nemo cum laude facit, nisi q spõte & gratis facit. Excidit a ꝓmio cælesti, q ven-

tur hoc officiū mercedem ab hominibus. Augustinus. Si coactus inopia rerum quæ temporali vitæ sunt necessariæ, prædico euangelium, aliū per me habebunt mercedem, ego autem non, quia non ipsum euangelium diligo sed eius precium in temporalibus constitutum, quod nephas est fieri, vt non tanquam filius ministret quisquam euangelium, sed tanquam seruus cui tradita est dispensatio, vt tanquam alienum erogans, nihil inde ipse capiat præter cibaria. sed voluntarie. nec vllus appetitus quæstus vel dignitatis compellat. Neque vt dominantes in cleros. Non est tyrannis sed administratio. Ideo præsidet episcopus non vt plus auferat lucri, non vt regnet vtque illi plus liceat, sed vt plus prosit. Mat. 20. Scitis qa principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent inter eos. Non ita erit inter vos. Sed quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister, & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus, sicut filius hominis non venit ministrari sed ministrare, & dare animam suam in redemptionem pro multis. sed forma facti gregis ex animo. Vt vestra vita populo sit exēplar vitæ cuāgelicæ. Discāt ex vestris moribus lucrum contemnere, discant aspernari fastum, discant officiorum suorum a Christo sperare mercedem nec aliud interim spectare nisi quia sic est honestum, sic deo gratum. Et cum apparuerit princeps pastorum. Iesus Christus qui semetipsum totum impendit ouibus suis, quarum curam vobis concredidit. tunc die præfinito a patre. percipietis immarcessibilem gloriæ coronam pro vili mortalique præmiolo officiū vestri. Nolite ergo vobis sumere, quod oportet a principe nostro expectare, nolite diem anteuertere, quem ille nobis incertum esse voluit.

¶ Cum discipuli post resurrectionem domini (pacta piscatione ad iussum ipsius qua. 152. magnos ceperant pisces) cum domino pransi fuissent. In illo tēpore dixit Iesus Symoni Petro.

¶ Ostendit dñs hoc in euangelio, quam quisqs ouium suaꝝ verus pastor ad deum (quemadmodum Petrus) similiter & ad oues habere debet affectionem.

¶ Primum, Accōmoda quæsiti responsio. In Princi-

pio: Symon Iohannis.

¶ Secundum. Beneplacita responsi confirmatio, ibi. Amen amen dico tibi,

¶ Tertium. Certa Christi clarificatio, ibi. Hoc autem dixit,

¶ Quo ad primum ps̄ simulatoriam plurimorum ad deum conditionem considerans, ait: Dilexerunt eum in ore suo (non corde) & lingua sua mentiti sunt ei, de quibus ipse dominus Matt. 7. Non omnis qui dicit mihi dñe domine intrabit in regnum cælorum, sed qui facit volūtatem patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum. Petro ergo dñs commissurus oues pascendas, ter stipulatus amorem sui, inculcat animis suorum nemi nem esse pastorem idoneum gregis euangelici, nisi q talem amorem gereret erga suæ custodiæ creditos, qualem Christus iam p̄stiterat erga suos, pro quibus impenderat vitam suam. Non enim de scientia quam acceptū erat p. ff. donum, sed dilectione examinabat, quæ mensura est vitæ & meritorū & p̄miorum, ac causa fidelitatis ad gregem. ⌊Symon Iohannis⌋ sed vertus Iona, ⌊ Diligis me plus his ⌋ Cum dñs nosset & non Petrus interrogauit ad institutionem successorum, vt scirent gregem domini cōmendandum qui p̄ cæteris diligeret. Virga Aarō solius præ cæteris floruit (. Nume. 17.) fronduit, fructum quæ fecit, sic pastor virga esse debet p rectitudinem, frōdere p scientiæ claritudinem, fructificare per conuersationis exemplaritatem. 2. Cor. 2. Christi bonus odor sum⁹ in omni loco. Titum. 2. In omnibus præbe teipsum exemplū bonorū operum, in doctrina, in integritate, in grauitate, verbum sanum irrep̄hensibile, vt is qui ex aduerso est vereatur, nihil habens malum dicere de vobis. Nō ergo sufficit eligere bonum vbi melior inuenitur, & hoc signatur qa Iona columba dicitur, gratiam spiritussancti indicās, quia tota dilectio in gratia fundatur, & nihil habere debet carnalis affectionis. Mat. 16. Beatus es Symon bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi. 1. Cor. 15. Gratia dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit. ⌊ Dicit ei: Etiam domine, tu scis quia amo te. ⌋ Si etiam referetur ad præcedentia domini verba, temeraria esset responsio, quod aliorum animos explo

ratos non haberet, refertur ergo ad sequentia. Beda. No tandum quam circumspecte domino scisitanti respon derit, quasi dicat. Scio quidem quia ipse te amo vt tu me lius nosti integro corde, quantum vero alij te diligant mihi quidem ignoti, sed non tibi. Cautius ergo se in hac responsione habebat, meminerat enim imminente passio ne plus sibi constantiæ tribuisse quam habebat, dicendo se paratum ad carcerem & ad mortem ire. Lucæ vicesimo secundo, qui necdum idoneus erat instante periculo con fiteri quia vel nosset illum vel fuisset aliquando cum illo. Instructus ergo priori periculo, cautius loqui cum domi no, quem bene didicerat humanæ conscientiæ statum me lius nosse quam ipsa conscientia se vllatenus nosse suffi ceret, de fraterni quidem cordis occultis nil prorsus au det diffinire, de sui autem amoris integritate non suimet solius, sed & ipsius qui interrogat domini testimonium pandit. Cuius cautela responsionis nostræ est instru ctio locutionis cogitationisque, vt eius exemplo disca mus minus de nostræ conscientiæ puritate p̄sumere. mi nus temere de fraternæ conscientiæ occultis iudicare, in dubijs maxime rebus, & quæ qua intentione vel necessi tate gerantur inspicere nequimus, vnde apostolus prime Cor. quarto. Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat dominus qui & illuminabit abscondita tenebra rum, & manifestabit consilia cordiū, & tunc laus erit vnicuique a deo. O felix & pura conscientia quæ condi tori suo, cuius nuda oculis & aperta nouit omnia, dicere non metuit. Domine tu scis quia amo te. Quam casta & sancta anima, quæ & suam cogitationem domino pate re non dubitat, & se nil aliud quam ea, quæ dominus ap probat cogitare non ignorat. Secundum Chry. deum te stem inuocat, quem scit ineffabilia cordis nosse, dicens. Ecce domine tu scis quia amo te te. Prouida domi nus pietate tertio Petrum an se diligeret interrogauit vt ipsa trina confessione vincula quæ illum ter negan do ligauerant absoluant. ⌊Dicit ei: Pasce oues meas. ⌋Si amas me vt profiteris, pasce oues meas qui mihi charissi mi sunt, p̄ quibus vitam meā impendi, & talem te præbe erga illas, qualem ego me præbui erga vos. Hoc erit argu mentum perfecti erga me amoris boni pastoris ex me ex

emplum sume, nunc rediturus ad patrem oues meas, quas meo sanguine redemi, tibi pascendas committo. Pastorem ages non dominum, pasces vt serues, non mactabis aut digluties vt perdas [Dicit ei iterum] vt ex iteratione fiat impressius q̊d præcipitur, & custodiendi inferatur solicitudo. [Simon Ioannis diligis me? Ait illi Etiam domine tu scis quia amo te. Dicit ei pasce agnos meos] Augustinus: Si diligis me, non te, pasce agnos meos, vt meos non vt tuos, gloriam meam in eis quęre non tuam, lucrum meum non tuum, Prima Corinthiorum decimotertio: Charitas non quærit quæ sua sunt. [Dicit ei tertio: Simon Ioannis amas me? Contristatus est Petrus quia dixit ei tertio amas me] toties enim iterata contatio domini, scrupulum ac mœrorem iniecit Petro, Quamquam enim sibi conscius esset, quod vehementer dominum amaret, tamen post tam magnifica promissa, ter abnegatus dominus, faciebat vt ipse quoque sibi diffideret, Euenerat enim in Petro vt lapsus esset saluti, qui modestiam docuisset ac dedocuisset sui fiduciam, qua nulla pestis capitalior euangelicæ pietati, Respondet ergo syncere (sed timide ac modeste) tota fiducia in eum translata cui soli oportet fidere [Et dixit ei: Domine tu om̃ia nosti] cur hoc toties interrogas [tu scis quia amo te. Dicit ei, pasce oues meas] Chrys. Tanquam trina negatione deleta, committit ei præsistentiam fratrum, sed negationem non exprobrat, sed dicit, diligis me, præsiste fratribus, & feruentem amorem quem per omnia demonstrasti, hinc ostende, & animam quam dixisti: donaturum te pro me, nunc da pro ouibus meis. Beda: Quod hic dicit pasce, hoc est vtique quod ei ante passionem aptius dixerat (Luc. 22.) Ego autem rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Pascere ergo oues Christi, est credentes in Christũ, ne ea fide deficiãt confirmare, & vt ĩ fide magis magisque proficiant operam dare. Eadem aũt pastio gregis dominici, multimoda est solicitudine gerenda. Nam & terrena subsidia necesse est vt subditis rector ne desint diligenter prouideat, & exempla virtutis simul cũ verbo prædicationis eisdem solicitus impendat Ioannis decimo, Cum praprias oues emiserit ante eas vadit, & o

ues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius) & si ꝗs aut spiritualibus aut etiam cõmunibus eorum commodis aduersantes deꝑhenderit, horum violentiæ quãtum valet obsistat. 2. Cor. 12. Ego libentissime impendam & superimpendar ego ipse pro animabus vestris. Ipsos quoque cum errauerint subiectos corripiat in misericordia, & increpet, neꝙ oleo noxiæ consensionis eoꝝ corda demulceat, nec eos quibus præest quasi proprios sed vt domini sui gregem tractet. Sed sunt qui quæ sua sunt quærant. Philip, 3. Qui non amore Iesu, sed sui commodi gratia curam populi Christiani susciꝑiunt, vel arripiunt potius, pro pastoribus agentes tyrannos ac prædones, mercenarii plane non pastores. Ioã. 10. Nam lupo veniente fugiũt & lupus venit & rapit & dispergit oues.

¶ Quo ad secundum Psalm. omnem in deo spem iacẽs, ait. Ego autem in te speraui domnie, dixi deus meus es tu, in manibus tuis sortes meæ. Hoc considerans Petrus soli domino innixus, non solum ipsum confiteri, sed & pro ipso mori non timuit, quod ipsi saluator hic prædixit ⌊Amen amẽ dico tibi, cum esses iunior ætate, sensu, & iuxta corporis vires malorum tolerantior, mollius habebaris ⌊cingebas te, & ambulabas vbi volebas⌋ .1. Cor. 13. Cum essem puulus, loquebar vt paruulus, cogitabam vt paruulus, sapiebam vt paruulus. Non differt ætate vel moribus esse puerum. Senectus enim venerabilis est non diurna, neꝙ annorum numero computata, Cani enim sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. Sapiẽ. 4. ⌊ Cũ autem senueris ⌋ iuxta corporis vires imbecillior, durius tractaberis, nimirum animo iã fortior ⌊extendes manus tuas & alius te cinget, & ducet quo tu non vis⌋ Aug. Petrus nolens venit ad mortem, volens autem mortem vicit, & reliquit humanæ infirmitatis affectum naturalem qua nemo vult mori, vsꝙ adeo ꝙ cũ beato Petro nec senectus auferre potuerit, vnde & in dño hic demonstratus fuit affectus. Matthẽ. 26. Pater si fieri potest transeat a me calix iste, & infra, Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Ostendit dominus quod qui pro salute gregis dominici contemnit facultates suas, negligit honores huius mundi, negligit affectus suos, magnum quidem de se synceri amoris argu-

mentum præbet, cæterum qui pro salute gregis non dubitat vitam suam in discrimen adducere, is absolutæ charitatis certissimum documentum dedit, quod Petrum facturum indicabat.

¶Quo ad tertium dicit Psalmista: Ego autem sperabo & adficiã super omnem laudem. Hinc dominus: In hoc clarificatus est pater meus, vt fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. Ioannis.15. Sicut ergo negando se discipulum Christi in cordibus audientium dominum obscurauit, sic moriendo exemplum constantiæ dedit. Philip. primo: Magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam siue per mortem. Beda: Clarificauit deum morte sua, quando hoc indicio cunctis quantum deus esset colendus amandusque monstrauit, dũ ipse data optione mallet crucis subire tormentum, quam a cæleſtis verbi prædicatione cessare. vnde sequitur. Hoc autem dixit significans qua morte esset clarificaturus deum. Idem, Clarificauit & vita, quia per omnia quæ gessit, non propriã sed conditoris sui voluntatem laudemque quærebat. Nec solum ipse sed & cæteri apostoli, imo & omnis electorum turba: vel viuendo vel moriendo deum suo quique tẽpore clarificabant. Quos vestigianos sequi optet, vt vitæ nostræ ordinẽ ad exempla bonorum dirigendo, in proposita vitæ rectitudine ad mortem vsque pfistamus, vt socij etiã remunerationis mereamur efici. Hoc aũt ita pficiemus, si redemptorem nostrũ debito affectu cõplectamur, & erga proximos salutem fraterna solicitudine vigilemus. Hæc ille. Sũma hic laus describit Petri, cum in omnium p̃sentia sibi soli Christus ouilis sui curam committeret primariã, nec non eiusdem curæ pseuerantem in eo p̃dixit constantiam, vt vitam expenderet. Quid em̃ est, pasce oues meas, nisi rege, doce. Hæc em̃ veri pastoris sunt munia. Est vnum ouile & vnus pastor. Ioan.10. Pastor primarius Christus, huius vicarius Petrus, cæteriq; legitima autoritate designati, ad quos attinet modo verbo dei pascere oues Christi, modo corrigere, Ita Petrus Hierosolymis primum, deinde Antiochiæ, demum ꝑo Romæ Christi oues pauit, rexit, ac moderatus est. Executus est enim delegatum sibi munus primum quidem Hierosolymis, dum in locum Iudæ surro-

garetur Matthias. Actu. primo: Sic in die Pentecostes discipulos ab Iudæorum obtrectatione defensauit. Actuum secundo: Rursus compunctis corde respondit. Pœnitentiam agite & baptizetur vnusquisq; vestrum in nomine domini. Ita claudum sanat atque defendit apud populum. Actu. 3. Iam & illud argumentum est coercitiuæ potestatis, quod Ananiæ atq; Saphiræ fraudem tam seuera animaduersione puniuit. Actu. quinto: Accedit q̃d Simonis scelestissimam bonorum spiritualium nundinationem tanta seueritate cohibuit: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum dei existimasti pecunia possideri. Actuum octauo. Sed & manifestarium primariæ autoritatis indicium est in Petro quod iussus est gentes a Christi ouili alienas ad ecclesiæ vnitatem adiungere, idq; dum in Ioppen ad Cornelium descendit eumq; fidei sacramentis initiauit. Actuum decimo. In consilio apostolico autor fuit sententiæ cessationis legalium. Cõuenere (inquit Lucas Actuum decimoquinto) apostoli & seniores, non coriarij, non mulieres, non magistratum gerentes, videre de verbo hoc. Et cum magna conquisitio fieret, surgens Petrus dixit, Viri fratres, vos scitis quoniam ab antiquis diebus in nobis elegit deus per os meum audire gentes verbum euangelij & credere. Hos locos si quis cum sanctorum patrum dictis contulerit apertissime cõperiet Monarchiæ vnitatem ita a Christo institutam, vt eam in Petrum Christi vicarium, eiusq; successores legitimos perpetua successione deriuatam facile credat, ita tamen vt non in personas conueniat hominum, sed in statum, in dignitatem, & primariæ sedis fidem. Vtcumque enim personæ lapsæ sint, nam homines sunt, & quatenus homines, mendaces, perstat tamen fides Petri, perstat summa illa ligandi ac soluendi potestas penes hanc sedem Petri. Itaque cum ijs verbis promissa sit (Matthæi decimosexto, tu es Petrus & cæ. & tibi dabo. Et Lucæ. 22. Symon & cæ. confirma fratres tuos) & deus verax sit suis in promissis. Rom. 3 & .4. Non potuit non exhibere q̃d pollicitus est Petro. Exhibuit aut̃ dum diceret, pasce oues oues meas. Ioannis. 21. Vt ergo vna sedes Aaronica ex qua causa dissidentium petebatur iudicium, ita & in noua lege administranda, vna summa est

sedes, quanquam vicaria, ad quam in dubijs rebus confugiamus. Hinc dicitur Deuteronomio decimoseptimo, Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram, & iudicum intra portas tuas videris verba variari, surge & ascende ad locum quem dominus deus tuus elegerit, vnusquisque ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæresque ab eis qui indicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quod cumque dixerint, qui præsunt loco quem elegerit dominus, & docuerint te iuxta legem. Qui autem superbierit nolens sacerdotis obedire imperio qui eo tempore ministrat domino deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille. Vnus ergo princeps deus qui superne inferneque optimo prudentique omnia disponit ordine, vnam constituit ecclesiæ moderandæ autoritatem, qua fidei causæ (si quando inferiores episcopi dissiderent) finiantur, ne perpetuo hæreamus, qua subinde consilia vt sint legitima cõuocentur, ne dum quisque pro arbitratu suo quæque libere docet, agitque, eueniat id quod Iudæorum genti (Iudith decimoseptimo &.18. *In diebus illis non erat rex in Israel sed vnusquisq; quod sibi bonum videbatur hoc faciebat.*) *Hinc seditones, hinc sectæ, idolatria. Id quod & nobis Christianis euenisset nisi diuina prouidentia, penes vnum pontificem summa rei posita eet. Voluit enim vnitatem esse integram ac immotam eius sponsæ, cuius ipse primarium caput existit & fundamentum, q̃ omnis ædificatio extructa crescit in domino, quo omnia connectuntur cohærentque membra, sunt tamen & capita quædam huic subordinata,* Quandoquidem & Paulus plura subordinata capita quantum attinet ad regiminis influxum admittit, d.1. Cor.11. Caput mulieris vir, caput viri Christus, caput autem Christi deus. Sic quanquam Paulus Christum asserat fundamentum.1.Cor.3. Ioannes tamen in Apocal.21. duodecim subordinata asserit fundamenta, Ita & de petræ vocabulo, quod ita in Christum competit, vt nihilo secius & in Cepham ac Simonem competere possit, Christo teste Ioan.1. Tu vocaberis Cephas quod est petros. Nec Christus dominationem prohibuit Mat.20. quantum ad rem ipsam sed ad modum ambien-

di. quo nonnulli in ip̃m ferebantur, phibuit, alioqui non præfeciſſet Petrum cęteris, vnde primas euangelia ei ſem per tribuit partes, quamuis non primus vocatione. Mat. 10. Mar. tertio. Luc. ſexto. Item Actuum primo. Nec ob ſtat quod deus per ſeipſum moderatur eccleſiam, quandoquidē & olim dux fuit eccleſiæ Iſraeliticæ, ſed ita vt nihilominus & Moyſen & Aaron & Ioſue & cæteros ad mitteret & rectores & duces. Ita & ſub nouo teſtamento quanquam nobiſcum ſit vſque ad conſummationem ſeculi. Matth. vlt. dedit tamen & quoſdam quidem apoſtolos alios autem doctores. Eph. 4. Quæ enim ſunt a deo ordinata. Ro. 13. ita & vni vicario ſuam eccleſiam commiſit moderandam.

¶ In Feſto Mariæ Magd.

ROgabat Ieſum quidam Phariſæus vt manducaret panem cum illo ⌋ Lucæ ſeptimo. Saluator noſter quo exuberantē in genus oſtenderet humanū, benignitatem, omnes ad ſe pio corde confugientes dulciter recipiēs maioribus gratiarum cumulauit donis: quam ante fuerant conſtricti peccatis, hinc apoſt. Rom. 5. ⌊ Si cut per vnius delictum, Adæ, in condemnationem, in omnes homines ⌋ qui omnes reddidit morti obnoxios ⌊ Sic & per vnius iuſticiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ ⌋ quæ ducit ad vitam. In omnes dicit, quia vult omnes homines ſaluos fieri & ad agnitionem veritatis venire. 1. Tim. 2. & 4. qui eſt ſaluator omnium maxime autem fidelium. Sicut enim nullus moritur niſi per peccatum Adæ (Romano. 5. per vnum hominē peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors) ſic nullus iuſtificatur niſi per iuſticiam Chriſti quæ eſt p fidem ipſius. Rom. 3. Nunc autem ſine lege iuſticia dei manifeſtata eſt, teſtificata a lege et prophetis. Iuſticia autem dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes & ſuper omnes qui credunt in eum. Eſt enim eadē fides præcedentium qui credebant naſcituꝝ & paſſuꝝ, & ſequēti, de Chriſto, q credūt natum & paſſum, ſecunda Corinthioꝝ. 4. Habentes eundem fidei ſpiritum, ⌊ Sicut enim per inobedientiam vnius hominis ⌋ Adæ, Gen. 3. qa audiſti vocē vxoris tuæ & comediſti de ligno de q̃ præceperam tibi ne comederes.

Epiſto.

Ecclesia.10. Initium omnis peccati superbia. Nam ipsa fecit apostatare a deo. Prima enim eius species consistit in hoc quod homo non vult diuinis subiici præceptis ⌊ peccatores constituti sunt multi ⌋ transgressionis eius imitatores ⌊ ita & per vnius obeditionem ⌋ Christi, qui factus est obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Phil.2. ⌊ iusti constituentur multi. ⌋ Si ergo dei consilio destinatum erat hac via tollere peccatum, & conferre iusticiam ac vitam, quo fine attinebat legem inducere, peccata non dimittentem? ⌊ Lex (inquit) subintrauit vt abundaret delictum ⌋ Per legem enim cognitio peccati, Rom. 3. Peccatum autem non imputabatur cum lex non esset. Roma.4. Prohibente enim lege violentius peccatur quã si nulla lege prohiberetur. ⌊ Vbi autem abundauit delictum superabundauit & gratia. ⌋ Nam magnitudo morbi non sanatur nisi forti medicina & efficaci, ita abundãs gratia abundantiam sanat delictorum. Peccator etiam magnitudinem peccatoꝝ considerans quandoque desperat. Prouer.18. Impius cum in profundum peccatorum venerit contemnit, quandoque per auxilium gratiæ diuinæ magis humiliatur & maiorem consequitur gratiam sicut Maria Magdalena. Manifestata est quantitas peccati, vt manifestaretur gratiæ magnitudo, quo magis enim emicuit & sæuit peccatum, hoc magis elucet eius beneficium qui a peccato liberat, lex aperuit peccati tyrãnidem dum huic frustra obluctarentur, potens erat & valida tyrannis, sed potentior dei benignitas, quam hoc magis sentimus quo grauiorem mortis tyrannidem hactenus experti sumus, atque hoc certe legi debemus quod intelligimꝰ diuini beneficij magnitudinem, quo factum est ⌊ vt sicut regnauit peccatum ⌋ introductum per Adam & abũdans per legem plenum dominium in homines obtinẽs, & hoc quoad duceret ⌊ in mortem ⌋ temporalem & æternam. Rom.6. Stipendia peccati mors ⌊ ita & gratia regnet ⌋ plene dominetur ⌊ per iustitiam ⌋ quam facit in nobis. Roma.3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, & hoc quo ad perducat ⌊ in vitam æternam ⌋ Roma.6. gratia dei vita æterna ⌊ per Iesum Christum dominum nostrum ⌋ Iohannis.1. gra & veritas p Iesum Christum facta est. Qui factus ẽ nobis a deo sapientia, & iusticia & sanctificatio

& redemptio, vt quemadmodum scriptum est, qui gloriatur in domino glorietur. Hier. 9. 1. Cor. 1.

¶ Post quæstionem Ioannis p discip. suos an ipse qui venturus sit esset, ac ipsius Ioannis per dominum commendationem ac scribarum pharisæorumque exprobrationem qui Ioannem ob abstinentiæ austeritatem dæmonium habere, dominum qui benigne peccatores susceperit voratorem potatoremque vini, publicanorum & peccatorum amicum dicebant. In illo tpe Rogabat Iesum.

¶ Ostendit dominus hoc in euangelio humiles peccatores suorum consideratione delictorum humiliter ad deum recurrentes, veram suorum remissionem consequi delictorum, superbis & de sua iusticia fidentibus in sordib⁹ remanentibus.

¶ Primum. Debita peccatorum deploratio. In principio.

¶ Secundum: Externa pharisæorum simulatio, ibi: Videns autem pharisæus.

¶ Tertium: Fausta delictorum condonatio, ibi: Dixit autem Iesus.

¶ Quo ad primum diuini auxilij necessitatem expertus psalm. ait: Miserere mei deus miserere mei, quoniam in te confidit anima mea, & in vmbra alarum tuarꝫ sperabo (.i. protectionum) donec transeat iniquitas, volens nocere, & quia non cessabit vsque in finem iniquitas per sequens, ideo non deerit innocentia patiens. Ideo semper clamandum ad deum, quatenus cordis nostri hospitium dignetur intrare, panem cælestem cor confortantem tribuens, quemadmodum cor huius peccatricis cuius lachrymis sublimius, quam corporali Simonis cibo refectus fuit & delectatus. Non enim in domum ipsum recepit mentis per veræ fidei & dilectiouis oparionem, quemadmodum ipla. ¶ Rogabat ⌊inquit Lucas⌋ Iesum qdam pharisæus ⌋ qui præ cæteris cognitione legis & sanctitatis opinione turgebant ⌊ vt manducaret cum illo⌋ Nec dedignatus est id facere Iesus, qui nulli sui negabat copiam ⌊ Et ingressus domum pharisæi discubuit ⌋ Legitur dominus manducasse cum peccatoribus vt eos ad pœnitentiam prouocaret. Matt. 9. Cum amicis & familiaribus vt eorum deuotionem nutriret. Ioā. 12. Cognatis pauperib⁹

vt eorum inopiam suppleret. Ioannis.2. Cum pharisæ is superbientibus, vt eorum superbiam confutaret vt hic ⌊ Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix ⌋ nota ⌊ vt cognouit quod Iesus ⌋ clementissimus qui nullum repellebat a sese quo malis omnium omnibus promptissime mederetur ⌊ accubuit in domo pharisæi attulit alabastrum vngenti ⌋ Bed. Alabastrū genus ē marmoris in q̄ incorrupta seruāf vngēta. Sibi tota displicens, sed in genti fiducia de Iesu benignitate concepta, irrupit in ædes pharisæi, ardor aī oēm pudorē excusserat quū non esset ignara q̄nto fastu soleat pharisaicū gen⁹ auersari peccatores, cū ipi intus grauioribus maderēt vitijs. Dionysi. in epistolam ad Titum. Primū donum quod datur hoī ex respectu ad lumē est cognitio sui. Hie. 11. Postq̄ oñdisti mihi egi pniam & percussi fœmur meū. Ioā. 1. Erat lux vera q̄ illuminat oēm hoīem veniētem in hūc mundum. August. 14. de ci. dei ca. vlt. Fecerunt ciuitates duas amores duo, terrenā, amor sui vsq; ad cōtemptū dei, cęlestē, amor dei vsq; ad contemptum sui. Ex q̄ patet q̄ nimius et inordinatus amor sui est causa recessus & auersionis a deo. Sicut ergo in recessu a deo anima primum gradū facit ad se, ac vlterius se deserens, pgreditur, & fugitiuas sensibilium voluptates persequens longius euagat, ita e diuerso quum ad deum reuertitur, primum gradum facit ad se & deinde per se regreditur ad deum, sicut monet prophęta. Redite p̄uaricatores ad cor. Esa. 46. id q̄d luculenter signatum est in filio, pdigo, Lucæ. 15. vbi notatur vn⁹ modus q̄ p̄tōr ad gratiā reducit per viā. s. amoris dū attendens suam inopiam & patris abundantiā ab amore sui p spem de diuina liberalitate cōceptā, pducit ad dei amorem, & iste modus est q̄si magis naturalis, maxime conueniens animo ingenuo. Sed sunt qdā duri q blandicijs et facilitate non tā emendantur, q̄ corrumpuntur. Esa. 28. Sola vexatio intellectum dabit auditui, ideo alius est modus quo anima reducitur ad iustitiam per timorem. Oritur autem timor ex parte peccatoris, ex amore sui & proprij commodi, ex quo fugit incommoda, ideo enim metuit pœnam, quia aufert quietem, pacem, delectationem & integritatem patientis. Ex parte dei oritur ex consideratione omnipotentiæ quam effugere non potest

Item sapientiæ quam nihil latet. Item iustitiæ per quam malefactorem punit. Iste modus reducendi tangit Matthæi.18.in parabola,de rege qui voluit rationem ponere,&c.Hunc obseruauit Ioānes,Lucæ tertio.Matthæi.3. Similiter dominus sæpe metu gehennæ prouocat homines ad pœnitentiam. Lucæ.13. Amen dico vobis, nisi pœnitentiam egeritis simul omnes peribitis.Matthæi.10 Timete eum, qui potest & corpus & animam perdere in gehennam,de hoc Ecclesia,1. Timor domini expellit peccatum.Initium sapientiæ timor domini. Item qui sine timore est non poterit iustificari.Augustinus supra Ioā, Si nullus timor, non est qua intret charitas, sicut videmus per setam introduci linum quando aliquid suitur, seta prius intrat, sed nisi exeat non succedit linum, sic timor primo occupat mentem, non autem ibi remanet, quia ideo intrauit vt introduceret charitatem. Hæc ille. Si quidem non fiſtat animus intra terminos huius timoris seruilis, sed sese erigat in æternum illud ac incommutabile bonum,cui propter seipsum adamato inhæreat & seruiat.Id vbi fecerit,iam redit summa illa animi libertas,iusticia,regnum.Domine(inquit Esa.25.)in angustia quæsierunt te,in tribulatione murmuris (sequitur) a facie tua dñe concepimus & peperimus spiritū salutis.Habet quidem diuina sapientia, qua obstetricante educitur coluber tortuosus,& alios modos sibi notos quibus peccatores ad se reducit, sed hi duo sunt vsitatiores & nobis notiores,& vtitur deus per se aut ministros suos nunc vno nunc altero,nunc mixtim ambobus,infundens in vulnera semiuiui vinum & oleum.Vnde licet pœnitentia q̄ ex amore iustitiæ vitia detestatur & odit vera sit,nō tamen sola,nec omnium eorum qui a peccatis liberantur pœnitentia sic incipit.Spiritum autem sanctum suo ingressu animā mundare nemo dubitat, scriptura autem dicit non ingredi in maliuolam animam.Sapiē.1. & quæ illa nisi cui adhuc placent pc̄ā, & nec cogitare vult cessare & dolere de eis,quare ingressum spiritussancti p̄cedere oportet depositionem maliuolentiæ, hoc est, cessari onē a peccatis & dolorem de illis,sic.n.anima cessat esse maliuola,& eā ingredit.ff. sua gr̄a q̄ mundat illā a peccatis suis.Chrys.corpore non erat infirma,nec accessit cor-

poris gratia vt aliæ, sed pro honore dei & animæ directione, nec sicut ad hominem nudum, neque enim capillis terfisset. Eccl. 18. Ante languorem adhibe medicinam, & ante iudicium interroga teipsum, & in conspectu dei inuenies propitiationem, sic ista omnia quondam inhonestæ voluptatis instrumenta, vertit in obsequium illius q solus est amandus L & stans retro secus pedes eius J ob humilem verecundiam L lachrymis cœpit rigare pedes eius J ex abundantia doloris. Psal. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam L & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat J Roma. 6. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Affert vnguentum, qui bona agit opera q̃bus Ecclesiam odore bonæ opinionis respergit. 2. Cor. 2. Christi bonus odor sumus in omni loco. Mich. 6. Quid digne offeram deo? Psal. Sacrificium deo spiritus contribulatus.

¶Quo ad secundum Psalm. diuinam considerans benignitatem, & calumniantiũ parui pendens malignitatem dicit, Clamabo ad deum altiss. deum qui benefecit mihi, & quid? Misit de cælo & liberauit me, dedit in obprobrium conculcantes me. Vere, vnde & hic pharisæus qui dominum inuitarat, hæc conspicatus, quum faucre debuerit mulieri tanto se affectu ingerenti, tanta se modestia deficienti, tot inditis testanti vitæ prioris pœnitudinem quum amare debuerit Iesu mansuetudinem nullum hominem ab se repellentem, prouocatur ad vtriusq; calumniam. Hiero. Pharisæorum religio non cõpassionem sed indignationem habet, vocauerat sed non inuocarat dominum: Omnis enim qui inuocauerit nomen domini saluus erit, Ioel. 2. L Videns autem pharisæus, qui vocauerat eum, ait intra se J quia foris non audebat L dicens: Hic si esset propheta J qualis habetur L sciret vtiq; quæ et qualis esset mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est J quod si sciret non sineret se polluti corporis contactu contaminari. Aestimabat enim sanctos homines pollui, si cum peccatore vel colloquium habuissent. Hic erat fastus falsæ iustitiæ, qua sibi placebant Iudæi, deo displicentes. Minus

ergo de Christo sentiebat, quum nedum propheta, sed dominus esset prophetarum, quod dominus certiori argumento declarans, ad tacitam ipsius responsionem cogitationem, ostendens pharisæum de falsa iustitia præsumentem peccatorem, se quoq; deum cordis secreta rimatem. 1. Re. 16. Homo videt ea quæ patent, deus autem intuetur cor, & mulierem ob pœnitentiam & amorem dignam quæ tã gereret. ¶ Et respondens Iesus dixit ad illũ, Simon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister dic. ¶ Verus magister, non qualem Iudæi putarunt. Matthæi. 22. Magister scimus quia verax es, sed qualem Nicodemus agnouit Ioan. 3. Scimus quia a deo venisti magr. Mat. 23. Vnus est magister vester Christ⁹ ¶ Et rñdẽs Iesus. ¶ tã attẽto ne proderet impiã illius cogitationẽ conuiuis cæteris. Nam viris euangelicis etiã ciuilitas debet eẽ curæ ¶ dixit. ¶ huiusmodi parabolã ¶ Duo debitores erant cuidã fœneratori, vnus debebat denarios. 500. alius. 50. Non habentibus vñ redderẽt, donauit vtriq;. Quis ergo eũ pl⁹ dilig it? ¶ vehementius amare debet creditorẽ tãm liberalem, ¶ Respõdens Simon. ¶ Nõdum intelligens ꝙrsũm tenderet hæc parabola ¶ dixit. ¶ simpliciter ¶ Aestimo qa is cui plus donauit. ¶ Amor in humanis plerumq; causatur ex meritis p̃cedentibus, & per consequens maior amor ex maioribus donis ¶ At ille dixit ei, Recte iudicasti, Et cõuersus ad mulierẽ. ¶ non solum corpore sed & affectu ¶ dixit Simoni, Vides hanc mulierẽ. ¶ q. d. corporaliter vides, sed mysteria ignoras, paccatricem vocas, sed toto corpis habitu p̃ se fert imaginem pœnitentis. Cõparat opa vt ex sententia Simonis oñdat mulierem plus diligere. Arguit eũ de triplici defectu. Primo, pietatis ¶ intraui in domũ tuam aquam pedibus meis non dediſti. ¶ ad refrigerandũ. ¶ hæc aũt lachrymis. ¶ ex amaritudine cordis profluentibus ¶ rigauit pedes meos, & capillis suis terſit. ¶ Secũdo, Charitatis ¶ Osculum mihi non dediſti. ¶ q̃d est signum amicitiæ ¶ Hæc aũt ex q̃ intrauit non cessauit osculari pedes meos. ¶ Tertio, Hilaritatis. ¶ Oleo caput meũ non vnxisti. ¶ in signum hilaritatis. Psal. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ ¶ Hæc aũt vnguẽto vnxit pedes meos. ¶ Maria soror Lazari bis eodem functa officio, semel in Galilæa cũ primo cũ humilitate & lachrymis, vbi & remissio

nem accepit peccatorꝝ, secũdo iã in Bethania non iã pecca trix sed sancta, vbi caput vnxit ⌊ propter quod dico tibi Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multũ ⌋ quoniam tenetur ostensiue vel significatiue, non causatiue secundum propositam parabolam. Noli ergo perpendere quantum peccarit, sed quantum amet. Charitas em̃ operit multitudinem peccatorum. 1. Pet. 4. Quo grauius peccauit hoc sibi magis displicet, ac me cuius gratuita bonitate liberata est a peccatis, vehementius amat. ⌊ Cui minus dimittitur minus diligit. ⌋ vos vobis iusti videmini ob legis obseruationem, nec multum habere quod vobis ignoscat deus, & ideo frigidius amatis condonantem. Duo debitores sunt plus & minus peccantes Ma. 6. Dimitte nobis debita nostra. Fœnerator Christus. Mat. 25. Oportuit ergo pecuniam meam dare nũmulariis, & ego veniens vtiq; cum vsura recepissem illam, Non habẽtibus ex proprio. 1. Cor. 4. Quid habes quod non accepisti? Ioãnis. 11. Sine me nihil potestis facere. Ideo. 1. Cor. 15 Non solum autem ego sed gratia dei mecum.

¶ Quo ab tertium. Fœditatem peccati, & gr̃æ dei (p̃s considerans) bonitatem ait: Beati quorum remissæ sunt iniquitates & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum, & non est in spiritu eius dolus. Ipso enim non imputante erit quasi non fuerit. ⌊ Dixit autem Iesus ad illam ⌋ confortans per pietatis sententiam. ⌊ Remittuntur tibi peccata tua ⌋ Nihil p̃cata fuerat, nil confessa verbis, sed euidentius cõfessa factis, efficatius precata ẽ lachrymis. Huiusmodi precibus facillime Christus commouetur ad misericordiam. Felices lachrymæ, felix vngenti dispendium, felicia oscula q̃ vocem hanc extorquent a Iesu. Non enim alia condonat, alia reseruat, sed semel condonat omnia, nihil õnino vitæ prioris imputans ex animo pœnitenti. Duo sunt ĩ peccato. Culpa, quæ ex dei liberalitate remittitur, cum nullum bonum meritorium possit esse in nobis sine gratia, quam non habemus ante culpæ remissionem, sed habita gratia & dimissa culpa remanet adhuc pœna, ad cuius remissionem facit opus nostrum charitate informatum. Sanata autem ægra, cœperunt alij de eius salute ægrotare q̃si eius sanatio ipsis esset occasio ægritudinis. ⌊ Et cœpe

runt qui simul discumbebant dicere intra se. Quis est hic qui etiam peccata dimittit? ¶ Qui tantum sibi sumit, vt auctoritate sua remittat peccata, quod nemo prophetarum aut patriarcharum hactenus vsurpauit sibi, ne sacerdotes quidem aliud sibi vendicant, q̄ orare p̄ peccatis populi. Mat. 9. Quis potest p̄cta dimittere nisi solus deus. Esaiæ, 43. Ego sum q̄ deleo iniquitates tuas, ꝓpter me. ¶ Dixit autem ad mulierem. I. s. Iesus cognitis illorum cogitationibus, quo magis confirmaret animum mulieris, ac pro mœsta lætam domum remitteret. ¶ Fides tua te saluam fecit. ¶ Beda: Quia quod petijt se posse accipere non dubitauit, quia iam spem ab illo acceperat a quo salutem quærebat. Fides scilicet quæ per dilectionem operatur. Gal. 5. ¶ Vade. ¶ Beda: Ne a via veritatis ad vitā scādali vlterius labaris (in pace) Rom. 5. Iustificati ex fide, pacem habeamus ad deum. Hoc facit pacem conscientiæ. Phi. 4. Et pax dei quæ exuperat omnē sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras. Quemcumq; ergo sui pigere cœperit, ad Iesum properet in hunc effundat quod prius ꝓdigere solitus est in impias vluptates, huius obsequo consecret omnia membra, quæ prius seruiebant fœdis cupiditatibus. Contactus illius aufert oīa peccata, Sibi patitur imputari quicquid officij fuerit impensum proximis etiam infimis. Agnoscet beneficium quod membris ipsius impensum fuerit. Mat. 25 Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.

¶ In Festo Sancti Iacobi.

Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi &c. ¶ Mat. 20. Dominus Iesus noster conditor & redemptor, vulnera superbiæ nostræ sanare desiderans & ipse, cum in forma dei esset (forma hominis assumpta) humiliauit semetipsum factus obediens vsq; ad mortem Phil. 2. Et q̄q; si culmen veræ sublimitatis conscēdere volumꝰ, iter humilitatis arripe p̄monet nos, si veram vitā videre cupimus, & aduersa q̄q; p̄sentis sæculi, & ipsam q̄q; mortem pacieneter ferre p̄cepit. Hinc apost. Rom. 8. ¶ Quis nos separabit a charitate Christi? ¶ i. qua diligimus nos. Ioan. 3. Sic deus dilexit mundum vt filium suum vni

gentium daret, vel quam dedit nobis per Christum, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per. ſſ. q datus est nobis, Roma. ſ. Qui diligimus deum & proximum. Cum ergo pater morte filij ſui nos absoluerit ab omni reatu, cum filio tam chariſſimi, vt pro nobis mortuus, re surgens interpellet pro nobis, quid est quod posthac me tuamus diabolum, aut eius miniſtrum hominem, vel criminantem vel condemnantem, cum tot beneficijs tot pignoribus obſtricti ſimus deo Chriſtoq, quis erit qui nos ab illorum charitate diſtrahat? vt non redamemus amantem, qs ergo nos ſep. ⌊tribulatio ⌋corporis afflictio Pſal. Multæ tribulationes iuſtorum, & de omnibus his liberabit eos dominus ⌊an anguſtia? ⌋mentis cum nullibi patet effugium. Daniel. 12. Anguſtiæ mihi ſunt vndiq, Si enim hoc egero mors mihi est, ſi autem non egero, non effugiam manus veſtras, ſed melius est mihi abſq; opere incidere in manu hominum, quam peccare in conſpectu domini ⌊an perſecutio? ⌋de loco in locum. Mar. x Cum perſequẽtur vos de iſta ciuitate, fugite in aliã ⌊an fames? an nuditas? ⌋. 1. Tim. 6. Habentes victum & quibus tegamur his contenti ſimus. 1. Cor. 4. Vſq; in hanc horam eſurimus & ſitimus & nudi ſumus ⌊an periculum? ⌋appara tus mortis incidens. 2. Cor. 12. Periculis fluminum, periculis latronum ⌊an gladius? ⌋mortem intẽtans. Hebræ. 11. In occiſione gladij mortui ſunt. ⌊Sicut ſcriptum ẽ ⌋p myſticum illum pſalmographum diuino ſpiritu afflatum hæc euentura pñs in hoc mundo præuidentem ⌊Quia propter te mortificamur tota die. ⌋Nam amici dei propter ipſum patiſtur, non enim pœna facit martyrem ſed cauſa. Mat. 5. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum est regnum cælorum ⌊Aeſtimati ſumus vt oues occiſionis ⌋quæ cum ſtudio occidãtur. Ioannis. 16. Venit hora vt omnis q̃ interficit vos, arbitretur obſequm ſe præſtare deo. ⌊Sed in his omnibus ſuperamus ⌋dum circa omnia illibatam cuſtodimus charitatem, ſed non noſtra virtute ⌊propter eum qui dilexit nos ⌋Quamuis acerba hæc videantur, nihil est tamen quod nos terreant, incidere oſſunt, opprimere non pñt, quo enim grauius incumbet, hoc magis ac magis confirmabunt noſtram erga Chriſtum, & Chriſti erga nos

charitatem, dum vbique victores discedimus haud quidem nostris ipsorum præsidijs, sed ipsius protectu, cui omnia debemus. Sed adhuc vulgaria duntaxat commemoraui, dicam audentius quiddam, sed quod mihi certissimum maximeq; persuasum habeam. Magis erant formidanda pericula quæ poterant ab inuisibilibus substantijs proficisci, & mentem etiam oppugnare, nō modo corpus, quo semel contempto non terrent illius discrimina, Nec hinc vero est q̄d metuamus ⌊Certus sum enim quia neque mors ⌋minata q̄ est p̄cipuū inter terribilia ⌊neq; vita ⌋promissa præcipuū inter appetibilia ⌊neque angeli ⌋ Ephe. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinē, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum. ⌊Neque principatus ⌋ quouis etiam homine potentior ⌊neq; ptātes neq; virtutes, neq; instantia neq; futura ⌋ bona vel mala', siue terrorem siue delectationem ingerāt. 2. Corinth. 4. Non contemplantibus nobis quæ videntur ⌊neq; fortitudo ⌋ violentia alicuius, fortis enim vt mors ē dilectio. Can. 8. ⌊Neq; altitudo ⌋humanæ potētiæ ⌊neq; ꝓfundum ⌋humanæ sapientiæ, siue e sublimi impetrāt, siue ex imo, siue honesti specie, siue aduersa, siue p̄sēs intentetur discrimen, siue in futuram vitam, q̄d multis ē etiamsi quid præterea sit vsquam in rebus creatis visibile siue inuisibile, quantumuis potens & efficax ⌊neque creatura alia poterit nos separare a charitate dei, q̄ est in Christo Iesu ⌋ qua conglutinamur deo per Christū Iesum dñm nostrum. d. Ecclis. 9. Nescit homo, vtrum amore an odio dignus sit. Ideo dicendum q̄d apost. hic loquit in persona prædestinatorū, de qbus certum est quod nihil eos a charitate finaliter separare possit, licet q̄nque a charitate recedant non ob defectū charitatis sed liberi arbitrij. Sin autem loquitur de seipso, certum est hoc non posse esse nisi per reuelationem sicut ei dictum fuit, sufficit tibi gratia mea. 2. Co. 12. Nam quantum ad libez arbitrium d. 1. Co. 9. Ne forte cum alijs prædicauero ipse reprobus efficiar.

¶Domino Hierusalem versus ascendente, & passionis suæ modum & ordinem necnon & resurrectionis prædicente, discipuli non intellexerunt. Luc. 18. In il. t. Accessit ad Iesum. Mat. 20. ¶Hoc euangelio ostēdit dñs quibus re

gni pateat gloria.

¶Primum. Crassa bonorum æmulatio. In principio.

¶Secundum. Honesta meritorum præmonstratio, ibi Potestis bibere calicem.

¶Tertium. Iusta præmiorum conseruatio, ibi. Calicem quidem meum.

¶Quo ad primum. Spei fiducia erga deum psalm. insinuans ait : Vnam petij a domino hanc requiram, & quid sit subinfert. Vt inhabitem in domo domini, in omnibus diebus vitæ meæ, ad quid ? vt videam voluntatem domini. Ob id enim concupiscibilē habemus vim vt summum bonum mediaq; ad ipsum consequendū concupiscamus, sed ex inobenientia primorum viciata parentum, deorsum trahimur. Psalm. Filij hominum vsque quo graui corde? vt quid diligitis vanitatē & quritis mendacium. Vere honores diuitiæ vanitas & mendatium. Eccle. 1. Vanitas vanitatum & omnia vanitas, quid habet amplius homo de vniuerso labore suo quo laborat sub sole. Ideo Pro. i. Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea quæ sibi sunt noxia cupient. Hinc Apost. Col. 3. Quæ sursum sunt quærite non quæ super terram, quæ sursum sunt sapite, vbi Christus est in dextera dei sedēs Ambitio ergo honorisque cupiditas, quæ ex respectu sui ipsius nascitur, & nonnihil carnis habet, Iacobum & Iohannem tentauerat, quia frequenter dominum audierāt loqui de regno dei, cuius specimen viderant in monte. Mat. 17. 19. Respondente dño ad Petrū, & dicente. Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel, cuius gloriosi regni hic innouata fuit recordatio de sua resurrectione in qua regnaturus erat in potestate Mat. vlt. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Hiere. 23. Regnabit rex, & sapiens erit. Sed rudes adhuc & humana quædam somniantes carnale. s. regnum quemadmodū Act 1. Domine si in tempe hoc restitues regnum Israel, quo sibi præcellentem aliq; dignitatem impetrent, quum se nossent inter discipulos specialius a dño diligi, specialius cum beato Petro conscios sæpe factos arcanorum quæ ignorent cæteri, matrem subornant, quæ pro filijs interpellet Iesum, reueriti in manifesto ac

cedere. Hinc Marc.io.dicit ipsos accessisse. ⌊ Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi. ⌋ Salome scilicet, vt id exoraret a domino, cui grata erat & officiosa ⌊ cũ filijs suis adorans, & petens aliquid ab eo ⌋ in generali scilicet, vt ipso cõcesso, postea negare non posset. Vnde Marci decimo. Magister volumus vt quodcunque petierimus facias nobis. ⌊ Qui dixit ei, Quid vis? ⌋ Non ignorãs, sed præscientis est quæstio, & ideo quærentis vt ostendat ignorantiæ esse petitionem ⌊ ait illi; Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram tuam, in regno tuo ⌋ id est, proximi in honore. Sedere enim regnantis est ⌊ respondens autem Iesus dixit, Nescitis quid petatis ⌋ Pius dominus non arguit matrem, sed filios qui adhuc carnales matrem ad hoc induxerant, nec filiorum imputat temeritati sed ignorantiæ. Rom.octauo. Nam quid oremus sicut oportet nescimus. Beda. Nesciebant quid petebant, qui in regno cælestis patriæ quemquam ad sinistram Christi sessurum putabant, cum in illa discretione nouissimi examinis, omnes electi ad dexteram summi regis & iudicis legantur statuendi, reprobi ad sinistram. Nesciebant quid petebant qui sublimitatem potius præmiorum a domino, quam operum perfectionem quærebant. Ita enim præmia pollicetur, vt digna præmijs merita præmonstret; sic vitam donat æternam, vt angustam portam & arctam viam ad hanc esse decernat. Lu. decimotertio. Cõtendite intrare per angustam portam.

¶ Quo ad tertium. Superñæ domus bonum, eiusque cõsecutionẽ Psalmista indicans ait, Credo videre bona domini (nos mundi) in terra viuentium (non morientium) pro quibus consequendis. Expecta dominum, nõ ociosus Matthæi.20. Quid statis hic tota die ociosi &c. Ite & vos in vineam meam, & quod iustum fuerit dabo vobis, ideo sequitur. Viriliter age & confortetur cor tuum, & sustine dominum. Vnde dominus regni sedem quærentibus ad calicem suum bibendum, passionis scilicet agonem imitandum reuocat, vt meminissent quia cælestium summa petere, non nisi per abiecta & aspera terrestrium deberent, quid primo quærendum insinuans reuocat ad viam laboris, qua ad brabium pertingere possint re-

tributionis, quasi dicat, Delectat vos mentio regni quod ipsum longe aliud est quam somniatis, sed in præsentia magis agendum est de afflictione, deque cruce. qua est iter ad regnum, præponere postulatis brabium, cum prius certamen sit, secunda Tim. secundo. Non coronabitur nisi cum ligitime certauerit. Iam aperui quid mihi sit ferendum ⌊ Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? ⌋ Beda. Calicem amaritudinem dicit passionis, q in fidelium acerbitate crebro iustis offertur. Nã hanc quicunque humiliter, patienter, ac gaudenter pro Christo susceperit, merito cum illo sublimiter regnabit. Rom. 6. Si complantati facti sumus sublimitudini mortis eius, si mul & resurrectionis erimus. Mat. 5. Beati eritis cũ male dixerint vobis homines & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mẽtientes propter me: gaudete & exultate qm̃ merces vestra copiosa est in cælis, quasi dicat, Non potest qs fieri pticeps regni mei, nisi & meæ: particeps fiat passionum. Mat. 26. Pater si fieri potest transeat a me calix iste. Vnde. Marc. 10. dicitur Aut baptismo quo ego baptizor baptizari, de quo. Luc. duodecimo. Baptismo habeo baptizari & quomodo coartor vsquequo pficiat. Illi nondũ gnari virium suæ, sed præauiditate impetrandi q̃d petebent, oĩa facile pollicebantur ⌊ Dicunt ei, Possumus ⌋ Beda. Mentem quidẽ ac deuotionem suam qualis in præsenti erat simpliciter domino pandebant, qui tamen quantæ infirmitatis adhuc essent postmodum ostenderunt, dum adueniente tempore quo ipse dominus eundem calicem biberet etiam illi cum cæteris discipulis relicto eo fugerunt, quemadmodum Petrus, qui præ cæteris se in mortem & in carcerem cum domino ituꝝ promisit præ omnibus negauit. Luc. vicesimosecundo. Paratus sum tecum & in carcerem & in mortem ire. Sed. Mat. 26. Non noui hominem, sed accepta spiritus. gratia firmum de reliquo pectus ad bibendum calicem domini tenebant, quia ad patiendum mori endumque pro illo iam inuincibiles esse cœperunt:

¶Quo ad Tertium. Finalem malorum confusionem. bonorum vero consolationem. Psal. præuidens ait: Exurgat deus, per iudicium, & dissipentur inimici eius, & fugiant q oderunt eum a facie eius. Sicut deficit fum⁹ defi-

ciant, sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie dei. Et iusti epulent & exultent in conspectu dei delectentur in lętitia. Non enim est acceptio personarum apud deum. Rom. 2. Vñ dñs accepit q̃d se dicerent promptos ad imitationem suæ crucis, sed de p̃mio q̃m non intelligebant qd peterent, q̃m non erat illius temporis, negat hoc esse suum dare ipsis, sed eam dignitatem non obuenturam nisi ijs q̃bus hoc datum esset a patre, vt insigni ꝟtute primum locum mereretur, videlicet vt oĩbus adderet stimulos ad sum. na cõtendendi. ¶ Ait illis: Calicem quidem meum bibetis. ¶ Beda: Sed cum Iohan. non p̃ mortis passionem de corpore exierit, quomõ a dño calicem bibiturus dicitur, nisi quia duobus modis idem calix bibitur Vno videlicet cum a persecutore illata mors patienter susscipitur, alio mõ cum mens ad passionem prompta habetur, cum vita digna martyrio geritur. Promptitudinem Iohannes oñdit cum flagellatus cum cæteris gaudenter ibat a conspectu concilij. Actu. 5. Item q̃n a Domitiano in feruentis olei dolium missus, diuina se, ptegente gratia illæsus exiuit. Veraciter ergo calicem domini cum fratre suo Iacobo, qui gladio occisus est (Act. 12) Iohannes bibisse intelligitur, quia qui tanta, p ꝟitate sustinuit, q̃ promptus etiam ipsam mortem si offerretur exciperet ostendit. ¶ Sedere autem ad dexteram meam & sinistram non est meum dare vobis. ¶ ad gratiam, & si meum sit dare. Matth. vlt. data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Iohan. 5. quæcunque enim ille (.s. pater) facit, hæc & filius similiter facit, sed non vobis ratione sanguinis propter acceptionem personæ, sed potius regnum cælorum vim patitur Matth. 11. Audiant prælati honores & beneficia ex personarum acceptione metientes & præstantes. Si non est Christi multominus vicarij ipsius. Iaco. 2. Nolite in personarum acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi gloriæ. ¶ Sed quibus paratum est a patre meo. ¶ Non enim parat nisi amicis, 1. Corin. ij. Oculus non vidit nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit q̃ præparauit deus diligentibus se. In Christo enim Iesu neque circuncisio aliquid valet, neque præpurium, sed fides quæ per dilectionem operatur. Galatas quinto: Nam si habuero omnem fidem ita vt montes transferam, chari-

tatem autem non habeam nihil sum, 1. Cor. 13. Plenitudo enim legis est dilectio. Rom. 13. Qui enim proximum dilit legem impleuit. Hinc Matth. 25. Et dicet his qui a dextris sunt. Venite benedicti patris mei, possidete paratũ vobis regnum a constitutione mundi. Esuriui enim & dedisti mihi manducare, &c. Aduerte fidẽ nonnisi per charitatem feracem esse operum, quippe sine qua nihil est, sine qua manca est. Quo fit vt ad consummatam felicitatem non sat fuerit, fide quempiam esse imbutum. Exigitur enim & charitas qua & in deum, ac proximum feramur, qua liberrimo animo omnia tum commoda tum incommoda toleremus, qua iussa superiorum volentes exequamur, qua iniurias omnes, infamiam ob Christum irrogatam omnem excelso feramus animo. Esto enim salutis initium sit (nam sine fide impossibile est placere deo. Hebr. 11.) non tamen fidei, sed charitati apost. omnia tribuit, 1. Corin. 13. Omnia (inquiens) suffert, omnia credit, oĩa sperat. Vnde & perfectionis vinculum dicitur. Col. 3. Sup omnia autem hæc charitatem continuam habentes, q̊d est vinculum pfectionis, 1. Pet. 4. Ante omnia aũt mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum.

¶ In festo S. Laurentij.

AMen amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, &cæt. ⌋ Iohan. 12 *Saluator noster non solum verbis sed & exemplis ad verum fideles adducere volens mundi contemptum, breuitatem mundanorum, & æternitatem felicitatemq; inducit futurorum, quo fideliter sibi in membris suis ministrantium ac seipsos exemplo sui contemnentium, ad superna contemplanda, & desideranda inflammaret affectum. Hinc apostolus, 2. Corin. 9.* ¶ Qui parce seminat, parce & metet ⌋ Licet omnes abundanter, quantũ ad meritum suum messuri sint, tamen stella differt a stella in claritate, 1. Corin. 15. Psalmista. Euntes ibant & flebant mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Notanter dicit seminat, & non dicit dat, quia copiosius recipitur quam seminatur, sic eleemosyna ad tempus datur, & in futuro abundantius recipitur. Non autem parce seminat, qui parꝫ ha

bens parum largitur, si animus promptus sit plus dare si plus haberet, 2. Corinth. 8. Si enim voluntas prompta est secundum id quod habet accepta est, non secundum id quod non habet: quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Galat. 6. ⌊ & qui seminat in benedictionibus ⌋ abundanter & alacriter vbi plus pensatur animus quam census ⌊ de benedictionibus & metet ⌋ largam dei benedicti onem. Matthæi. 25. Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esuriui enim & dedisti mihi manducare, sitiui & dedistis mihi bibere, & cætera. Ecclesiastici. 13. Splendidum in panibus benedicent populi. Prouerbiorum. 22. qui pronus est ad misericordiam benedicetur. ⌊ Vnusquisque prout destinauit in corde suo ⌋ propria voluntate tribuat quantum velit ⌊ non ex tristitia ⌋ timore confusionis: ne scilicet erubescatis ⌊ aut necessitate ⌋ id est, mandato nostro, largius enim ac libentius dat qui sponte, malignius donat qui cum mœrore veluti coactus donat. Augustinus quicquid facis cum hilaritate fac & benefacis, si autem cum tristicia facis, fit de te, non tu facis. ⌊ Hilarem enim datorem diligit deus ⌋ approbat & remunerat, psalmista: Seruite domino in lætitia. Ecclesia. 35. In omni dato hilarem fac vultum tuum. Rom. 12. qui miseretur in hilaritate. Nec est quod metuatis ne vobis beneficium istud pereat, ne indigentia grauari pœniteat aliquando vos dedisse ⌊ potens est autem deus omnem gratiam abundare facere in vobis ⌋ etiam si nihil gratiæ ab hominibus ad vos redeat, tamen cum fœnore vestrum ad vos redeat beneficium, quia quicquid ipsius amore confertur in sctōs, sibi patitur imputari ⌊ vt in omnibus ⌋ spiritualibus & temporalibus ⌊ semper omnem sufficientiam habentes ⌋ quantum ad vsum vitæ satis est ⌊ abundetis in omne opus bonum ⌋ habentes affectum & effectum dandi electmo synam, exuberando ac diteſcendo omnibus pietatis officijs. Siquidem bona pietatis ac iusticiæ pars est munificentia, qua sanctorū inopiæ subuenitur ⌊ sicut scriptum est: Disperſit ⌋ multis ⌊ dedit pauperibus ⌋ non diuitibus Esa. 58. Frange esurienti panem tuum. Luc. 14. Cū facis prandiū, &c. ⌊ Iusticia eius ⌋ merces iusticiæ ⌊ manet in seculum seculi ⌋ quia æterna. Expimento confirmat p̄dicta

omnem excludens excusationem. ⌊ Qui autem administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit ⌋ communiter videmus quod præstantes eleemosynas magis ditescunt. Prou. 11. Alij diuidunt propria & ditiores fiunt, alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. ⌊ Et multiplicabit semen vestrū ⌋ spirituale & temporale ⌊ & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ ⌋ Luc. 11. quod superest date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Augebit vt in omni virtutum genere locupletemini, semperq; proficiatis in omnem simplicitatem animi atque candorem, & indies vitiores habeatis pecunias, quæ dum eroganturnon in quoslibet sed in sanctos, fit vt vestra liberalitas redundet in gloriam dei, dū vestra munificentia refecti pij per vos gratias agūt deo, quo merces vestra augetur apud deum:

¶ Cum quidam gentilium qui ascenderāt adorare Hierusalem accessissent ad Philippum, d. Domine volumus Iesum videre, & ipse cum Andrea id Iesu dixissent, respondit. Venit hora vt clarificetur filius hominis. In il. t; d. I. d. s. Amen amen dico.

¶ Ostendit dominus hoc euangelio passione sua fidem multiplicandam, & exemplo suo passionum affectus mortificandos, & vitam quærendam æternam.

¶ *Prim.* Lata passionum fructificatio. *In princ.*

¶ *Secundum.* Moderata inclinationum refrenatio, ibi Qui amat animam.

¶ Tertium. Necessaria seruitutū ordinatio, *ibi: Si quis mihi ministrat.*

¶ Quo ad primum, Passionis dominicæ acerbitatem, & modalitatem Psal. cum descripsisset, fructum addidit, d. Reminiscentur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ. Et adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ gentium. Pharisæi enim cum crederent filium hominis prorsus extinctum, tum maxime glorificatus est apud vniuersas nationes, vnde seq. Quoniam domini est regnum, & ipse dominabitur gentium. Nam passione cō summata & resurrectione, ait: Mat. 28. Data est mihi omnis potestas in cælo in & terra. Hinc Iohan. 12. Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. Aug. Altitudinem glorificationis, præcedere oportuit humilitatē

passionis. ¶Amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ⌊id est, putrescat⌋ ipsum solum manet ⌊nullum fructum ex sese prodens.⌋ ⌊Si autem mortuum fuerit multum fructum affert.⌋ Passionem suam insinuans dominus, similitudinem de grano frumenti proposuit seipsum, dicens granum mortificãdum & multiplicandum. Mortificandum in infidelitate Iudæorum, multiplicandum in fide populorum. Ipse enim dominus noster ex semine patriarcharum, in agro huius mundi seminatus. i. incarnatus est, vt moriens cum multiplicatione resurgeret, vnde solus mortuus cum multis surrexit. Quod si mortuus non fuisset Christus pro oĩm vita, non surrexisset & increuisset tanta seges fidei in gentibus, neq; in mundo surrexisset fructus redemptionis humanæ in omni populo. Nam quia mortificatum est per mortem & sepulturam, plurimum attulit fructum, salutem. s. totius generis humani. Quod enim a solis ortu vsque ad occasum laudetur nomen domini, & in omni loco ei offeratur oblatio munda, Mal. 1. ex huius mortificatione grani processit. Comparat se grano frumenti quo panis conficitur, quia ipse est panis viuus qui de cælo descendit, vt si quis manducauerit ex eo non moriatur inæternum. Iohan. 6. Huius frumenti fructu saginandum dicit proh. Hierusalem & Syon. i. animam fidelem, cum ait: Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te. Hoc ergo frumento viuere debet fidelis anima. Iohan. 6. Qui manducat me, viuit propter me. De hoc grano surgere debet spiritualis seges, & solidæ fidei ferre fructum Cum sint multa grana seminum, nulli se comparat nisi frumento, vnde mos inoleuit in ecclesia de hoc cõfici corpus dominicum. Magis id expetendum quod plurib. vtile est, & multorum salus paucoꝝ morte redimenda.

¶Quo ad secundum, Omnem mundalium voluptatem vanam, imo nociuam psalm. expertus soli deo viuere delegit, d. Et anima mea illi viuet, non mundo, quia amicitia huius mundi inimica est deo. Iaco. 4. non carni. Nam si ecundum carnem vixeritis moriemini. Rom. 8. Non diabolo, qui est rex super omnes filios supbiæ. Iob 41. Ideo dominus adhortans ad passionis suæ sectanda vestigia ait ⌊Qui amat animam suam⌋ .i. vitam suam

scilicet in hoc mundo⌊ perdet eam ⌋in futura vita, quia male seruat. Eccl. 18. Si ꝑstas animæ tuæ concupiscentias suas faciet te in gaudiũ inimicis tuis, hoc non est ꝺe diligere sed odire. Psal Qui diligit iniquitatem, odit animã suam. Sed de bono subditur odio⌊ Et qui odit animam suam ⌋abstrahens a mundanis delectationibus. Roma. 12. Carnis curam ne feceritis in desideriis. Nam qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscẽtiis. Gal. 5. Quia mortui sunt cũ Christo. Col. 3. ⌊ In hoc mundo in vitam æternam custodit eam.⌊ Vnde Colos. 3. Quum autem Christus apparuerit vita vestra, tũc & vos cum ipso apparebitis in gloria. Non amat, sed odit animam suam in hoc mundo qui diligendo deum, potius q̃ in eum peccet eligit occidi. Sic vitam impendere non interitus est sed lucrum, & hoc est vitam non amittere sed seruare. Non enim perit anima quæ discedit a corpore, nec intotum perit corpus olim felicius & immortale reuicturum. Quisquis ergo vitam suam pro euangelij prouentu obiicit periculis ac mortibus, is non amittit vitam suam quam impendit, sed seruat eam pro mortali breuique ac misera vita perennem ac felicem vitam recepturus in resurrectione. Non est ergo quod vos perturbet mors mea, *quæ quondam erit imitanda, quo sitis & gloriæ & immortalitatis consortes, qui mortis imitatores fueritis.*

¶Quo ad tertium, Diuini beneficij bonitatem sæpe expertus Psalm. ait: Et semen meum (*non solum ego in persona sed & prole seruiam*) seruiet ipsi, scilicet Christo. Vnde dominus ostendit quod ipsum in passione sequi debeamus. Par est enim ministrum a domino diuelli nec in lætis nec tristibus. ⌊ Si quis (inquit) mihi ministrat⌋ id est, profitetur se discipulum meum& ministrum⌊ me sequatur⌋ dominum, id est, me imitetur, 1. Petr. 2. Christus passus est pro nobis, vobis reliquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Sed quo fructu, qua mercede? ⌊ Et vbi ego sum illic & minister meus erit⌋ Iohan. decimoquarto; Accipiam vos ad meipsum, vt vbi ego sum, & vos sitis. Iohannes decimo septimo: Pater quos dedisti mihi. Volo vt vbi ego sum & illi sint mecum. Gratis amet & operis quo illi ministratur precium sit, esse cum il-

Io. Vbi enim bene erit sine illo, aut vbi male erit cum il-
lo. Audi euidentius ⌊ Si quis mihi ministrauerit, hono-
rificabit eum pater meus qui est in cælis ⌋ Sapientiæ ter-
tio: Bonorum laborum glorioſus est fructus. Quem ma-
iorem honorem accipere poterit adoptatus, quam vt ſit
vbi est vnicus, non æqualis factus diuinitate ſed conſoc-
iatus æternitati. Agnoſcet enim pater non ſolum filium,
ſed & vnici filij miniſtros, & ſimili præmio dignabitur
quos ſimilia paſſos nouerit. Habet præſens afflictio cru-
ciatum ſuum propter humani corporis infirmitatem, ſed
hanc humanæ naturæ trepidationem vincere debet con-
ſiderata multorum ſalus, vitæ perennis felicitas, quę bre
ui cruciatu redimitur. Quid est enim miniſtrare Chriſto
cui operi merces tanta proponitur, niſi non ſua ſed quæ
Ieſu ſunt quærere, & in omnibus dei gloriam præpone-
re. Non enim ſola fides ſed & opera exiguntur ad æter-
næ felicitatis conſequutionem. Duplicem autem Chriſti
ani hominis beatitudinem ſacræ produnt literæ. Alte-
ram qua inferimur adeoque inautoramur CHRISTO
dum videlicet a regno ſatanico transferimur in regnum
adoptionis filiorum dei. Hęc cum in baptiſmate, tum in
pœnitentia perficitur. Hanc totam gratiæ dei ferimus ac
ceptam non noſtris viribus non meritis non operibus i-
pſis, alioquin gratia non eſſet gratia Roma. 11. Clementia
enim ſua ac miſericordia deus prævenit noſtram volun-
tatem, vt velimus bonum, cooperaturq; vt perficiamusq;
deo autore feliciter cœptum est. Nolo tamen exiſtimes
hoc in negotio excludi aſſentionem liberi arbitrij. Alterã
beatitudinem dicimus conſiſtere in æterna felicitate, dũ
exuti omnibus miſeriis, cæleſtib⁹ illis ambroſijs fruemur
Beati (inquit Pſalm.) qui habitant in domo tua domine,
in ſecula ſeculorum laudabunt te. Hanc ingemiſcimus at-
que expetimus, dicentes: Heu mihi, quia incolatus meus,
longatus est. Hanc vt conſequamur bonis operibus inſu-
dandum est, huc omnes vires, omnes animi & corporis
nerui expendendi. Quanquam enim Chriſtus huius ianu
am aperuerit. Aſcendens enim iter pandit ante eos. Mich.
2. voluit tamen & nos in bonis operibus, quibus fides i-
pſa, primaque illa atque iuſtificans beatitudo perficitur,
operam omnem nauare. Teſtatur id Mat. 19. Si vis ad vi-

tam ingredi, serua mandata. Ioh.14. Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est qui diligit me. Et.15. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. Non sufficit dicere si credideritis, sed si feceritis q̃ ego p̃cipio vobis, tum amici mei eritis. Hinc paulus 2. Cor. 6. In omnibus exhibeamus nos sicut dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate. Iam Christus exigit opera vt testetur eum qui neglexerit plagis multis vapulandũ seruum. Luc. 12. Ille autem seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non se præparauit, & non fecit secundum voluntatem eius vapulabit multis: qui autem nõ cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Ad operandum enim in vineam domini a foro, ab inerti ocio Vocati sumus, alioqui mercedem nullam accipiemus. Mat. 20. Meritum enim dicitur officium præstitum cui debet gratia mutua seu merces: quando ergo iam satis in confesso sit, operibus ex pacto diuino deberi mercedem, nemo est qui negare debeat, operibus & meritum aliquod (vtcunq; tandem accipiatur vox) deberi. Mereri siquidẽ stipendij gratia est militare, vt Varro testis est. Non ergo coronabitur nisi qui legitime certauerit, 2. Timoth. 2 Non autem suapte natura operibus mercemur, ac ppria æstimatione, qua tam exiguum opus tanto præmio, tantaque retributione dignum sit, sed quia ex gratia ac dilectione, quæ non separo, voluntatem pulsante productum est, tantoque & honore, & gloria, & mercede a deo dignum ducitur. Qui quum sit iustus & æquissimus remunerator, non potest non remunerare, ex decreto iusticiæ bene ac impigre operãtes in vinea domini. Ita plane testatur in Matthæo vigesimo: Conuentione autem facta ex denario diurno misit eos in vineam suam, dicens: Ite in vineam meam, & quod iustum fuerit dabo vobis. Et mox: Voca operarios, & redde illis mercedem, Hinc Sapientiæ quinto: Iusti in perpetuum viuent, & apud dominum est merces eorum, ideo accipient regnum decoris & diadema speciei de manu domini. Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem, 1. Corinthiorum 3. Quæ enim seminauerit homo, hæc &

meret. Gal. 6. Consequitur ergo primum, Deum opa nostra cum bona tum mala respicere, illa vt cælesti prẽmio remuneret, hæc vero perpetuis aut temporarijs pœnis animaduertat. Sic respexit ad Abel & ad munera eius. Geneſis quarto: Sic ad opera Ioſaphat, quibus & condonationem pœnæ interminatę commeruit. 1. Paral, decimo nono. Et Dauid: Da illis ſecundum opera illorum & ſecundum nequitiam adinuentionum ipſorum. Hinc dominus. Ioha. quinto. Venit hora in qua omnes qui in monumentis ſunt audient vocem filij dei, & procedent qui bona fecerunt in reſurrectionem vitæ, q vero mala egerunt in reſurrectionem iudicij. Conſequitur ſecundo. Operum reſpectu nos beatitudinem ſperare poſſe, modo primarius oculus non ſit mercenarius, ſed ex iuſticiæ amore deo inhæreat, atque ſubinde in opera exeat. Mat. ſexto Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Eo modo fatetur Dauid ſe quandoque deum coluiſſe: Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas propter retributionem. 1. Corinthiorum 9. Omnis qui in agone contendit ab omnibus ſe abſtinet, & illi quidem vt corruptiblem coronam accipiant, nos autem in corruptam. Licet ergo ordine quodam ſpectare retributionem mercedis, coronam perſeuerantibus exhibendã. Imo admodum profuerit bene operantibus, non ſolum deum ipſiſſimam beatitudinis mercedem, ac propter ſeipſum adamandum bonum, ob oculos ponere, quãquam id maxime oporteat, ſed etiamnum commodum illud naturæ quo amore concupiſcentiæ id expetimus quod nobis vtile, modo appetentia non ſit corrupta. Corrumpitur autem ſi ſummo bono poſthabito, ſolis noſtris commodis obſequamur, eaque ſola ſpectemus, id quod eſſet abuti deo & perperam vti commodo ac felicitate ppria. Alioqui cur toties ſacræ litere hæc ipſa promitterent, p ponerent. Porro quum deus iuſtus ſit iuſticiaſque diligat (Pſalm. x.) iuſticię autem ſit vnicuique reddere quod ſuum eſt, quod iuſtum, conſequitur neceſſario operibus ex charitate factis deberi meritum, deberi prẽmium, deberi & mercedem, idque ex diuino decreto, quo clementiſſimus ille pater pro ſua liberalitate, ſua ſe ſponte noſtri debitorem conſtituit. Conuenit enim nobiſcum e

denario diurno quem ad vesperam dabit, Ita eleemosynis, ita orationi, ita ieuniis, aliisq; misericordiæ opibus ac pietatis promittit mercedem olim apud patrem repositam. Mat.6. Pater enim qui videt in absondto reddet tibi, id quod palam Paulus testatur.2.Tim.4. bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, dereliquo reposita est mihi corona iustitiæ quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Non solum autē mihi sed & iis qui diligunt aduentum eius. Non enim iniustus est deus vt obliuiscatur operis vestri (inquit) Heb.6. Itaque constantes estote & immobiles, abundantes in omni opere bono, scientes quoniam labor vester non est inanis in domino.Rom.15. Si non inanis, ergo plenus fructu & mercede. ¶In festo Sancti Bartholomei.

FActa est contentio inter discipulos, quis eorum videretur esse maior.Lucæ.22.Saluator noster supbam humani fastus in omnibus præsumptionē humiliare volens, & verbo & exemplo humilitatem ostendit, vnde & per humiles & secundum seculum abiectos colla gentium & regum iugo fidei subiecit, & hoc per stultitiam prædicationis.1.Corint.1.Verbum crucis.1.annunciatio pereuntibus quidem stultitia est.Humilis enim & abiecta res videtur Chri crux, sed hæc humilitas omnem mūdi vincit gloriam. Stulta q̄piam & indocta res videtur sermo incultus, q̄ Christum p̄dicamus cruci affixum & in cruce mortuum, Sed quibus? Nimirū qui pristinis excęcati vitiis, non audiunt intus sermonem euangelicum, & ideo pereunt, eo reiecto vnde salus poterat obtingere.i.Cor.2. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus.2.Cor. . Quod si opertum est euangelium meum in his qui pereunt opertum est. Stultū enim reputāt deum, p mundo mori. Cæteꝝ q salutem æternam hinc consequunt, hi, pfecto sentiunt non esse rē imbecillē sed oībus humanis p̄sidiis efficatiorem ac prorsus a deo, p fectam. iis autem q salui fiunt.1.nobis.Mat.1. Ipse saluum faciet populum suum a peccatis eorum dei virtus est qua diabolum vicit.Apoc.5. Ecce vicit leo de tribu Iuda.Rom.1.Non erubesco euangelium, virtus enim dei est in salutem omni credenti. Id quod in se est bonum, non potest alicui stultum videri, nisi propter defectum sa

pietiæ, ideo visum ē noua hac minimeq; vulgari ratiōe, mundum vniuersum instaurare, quod olim se facturum promisit. Esa. 29. ⌊Scriptum est enim: Perdam sapientiā sapientium & prudentiam prudentium reprobabo.⌋ Glo sa. Non vera sapientia & prudentia perditur a domino, sed falsi nominis scientia. Prudentia quantum ad cognitionem de agibilibus, quia cognitio rerum humanarum. Sapientia quantum ad cognitionem de speculabilibus, qa cognitio rerum diuinarum. vnde dicit: Sapientiā sapientium s. huius mundi, Iac. 3. Non est ista sapiētia desursum descendēs, sed terrena animalis diabolica, & p. prudentiū in oculis suis & rebus mundanis. Baruc. 3. Filij agar qui exquisierunt prudentiam quæ de terra est. Non autem elegit Christus philosophos mundi ad apostolatum, sed simplices ne profectus euangelij humanę adscriberet aut sapientiæ vel potentiæ, sed diuinæ. An nō ꝑtitit q̄d pollicitus est? ⌊Vbi sapiens? ⌋legis scientia tumens⌊ Vbi scriba? ⌋legis interp̄tatione superbus⌊ Vbi inquisitor huius seculi.⌋ Phūs scrutator arcanoꝝ naturæ.⌊ Nonne stultā fecit deus sapientiam huius mundi⌋ q. d. Sic, faciendo q̄d illi videbatur impossibile. Nā illi qui in hac sapiētia pollebāt, tam stulti facti sunt vt ꝟbum salutis non reciperēt; Hiere. 51. Stultus factus est oīs hō a scientia sua. Passus est deus illos (sic merebatur illoꝝ arrogantia) p cæcitatem ire p̄cipites in omne dedecoris genus, vt illos sibi oste̊deret, ac resipiscentes tandem intelligerēt inanem esse sapientiæ ꝓfessionē & inefficacē. Declarauit suā sapientiā per hoc pulcherrimū spectaculū mundi summa rōne conditi, vt ex operis admiratione rapentur in amorem opificis. At ea res eorum vitio cessit in diuersum. Res conditas admirati veneratique sunt, autorem velut incognitum contempserunt. Roma. 1. Itaque vixerunt quasi deus aut faueret vitijs, aut quod condidisset non idem moderaretur. Proinde rem eandem diuersa via aggressus est⌊ Nam qa in dei sapientia⌋ .i. cognitione creaturarum quę sunt q̄dam dei speculum. Rom. 1. Inuisibilia enim dei a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur ⌊Non cognouit mundus⌋ .i. mundani. Iohan. 1. In mundo erat & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit ⌊per sapientiam⌋ mundanam ⌊ deum,

placuit deo per stulticiam ꝓdicationis, saluos facere credentes ⌋ Vt quibus sapientia declarata per res conditas cessisset in deterius, hos restituerit per ꝓdicationem rei quæ mortalibus stulta & humilis videretur ⌊ Quia & Iudæi signa petunt ⌋ ac maiorum suorum miraculis sese iactitant. Mat. 12. Magister volumus a te signum videre ⌊ Et græci sapientiam quærunt ⌋ ab hac sibi pollicentes felicitatem. Vtrosq; sua fefellit opinio. Nam & Iudæi fiducia legis exciderunt a Christo, & philosophi sapientiæ persuasione turgidi, non recipiunt humilem in specie ꝓdicationem crucis ⌊ Nos autem prędicamus Christum crucifixum ⌋ rem quidem prima fronte stultam ⌊ Iudæis quidem scandalum ⌋ cuius humilitas ipsis ruinæ fuit occasio, qui Ionæ prodigium admirantur. Christi, tanto maioris Ionæ facta calumniantur. ⌊ gentibus aũt stulticiam ⌋ quia contra rationem humanæ sapientiæ vt deus moriatur, virgo cælitus concipiat fœtum, morte vitam restitui, mortuum resurgere. Ita Christus vtrisq; videtur aspernabilis ⌊ ipsis autem vocatis ⌋ diuino afflatu ad fidem ⌊ Iudæis atq; Græcis Christum dei virtutem & dei sapientiam ⌋ vt nec prodigia desiderent Iudæi, q maiora reperiunt in Christo, quia recognoscunt in cruce dei virtutem, per quam dæmones superantur, peccata remittuntur, & homines saluãtur, nec sapientiam græci semel reperto omnis sepiẽtiæ fonte in Christo. ⌊ Quia q̃d stultum est dei ⌋ .i. dicit de deo secundum errorem gentiliũ, ⌊ sapientius est hominibus ⌋ continens maiorem sapiam quam ab hominibus possit capi ⌊ & quod infirmum est dei ⌋ quod sit passus ⌊ fortius est hominibus ⌋ qa deitas nihil est passa sed humanitas, q̃ rõe coniunctionis ad diuinitatem efficacissima fuit ad redimendum genus humanũ ad debellandum inimicum, quẽ nulla creatura potuit superare. Deiecit se deus a sua sublimitate ad nostram humilitatem, descendit a sua sapientia ad nostram stulticiam, & tamẽ quod in illo stultum visum est, præcellit vniuersam mundi sapientiam, & quod in illo visum fuit imbecille, validius fuit omnibus humanis viribus. Quid abiectius quã inter maleficos vt maleficium tolli in crucẽ, atqui hoc pacto mortem nulli non inuictam solus deuicit. Quid simplicius aut popularius euangelica doctrina?

Hæc orbem totum innouauit, quod antehac nulla philosophorum professio valuit efficere, ne qd huiꝰ operis humanis laudibus ascriberetur, id erat futurum, si opũ aut eruditionis adminiculis per potentes ac sapientiæ professione celebres res administrata fuisset. Nunc cum per ideotas & piscatores expugnatum sit humanæ sapientię fastigium, totius huius negotiꝫ gloriam intelligimꝰ vni deberi deo, cuius occulta vis contrarijs rebus contraria præstitit. Bernar. Totum nobis de Christo bonum, totũ salutiferum, totum necessarium fuit. Non minus profuit infirmitas q̃ maiestas. Propter nos egenus factus est, de magno paruus, de celso humilis, infirmus de potente. Quod passus est de voluntate sua non necessitate, hoc ipsius quidem fuit stultitia, & nonne nobis fuit via prudentiæ, iustitiæ forma, sanctitatis exemplum? Mors igiẽ a morte, via ab errore, gratia a peccato liberauit.

¶ Cum dñs se tradendum a discipulo p̃diceret in vltima cœna, ipsi cœperunt q̃rere inter se qs esset ex eisq hoc facturus esset. In illo tem. Facta est contentio.

¶ Ostendit dñs in hoc euangelio non elatione, sed humili passionum toleratione ad veri & æterni regni perueniendum esse gloriam.

¶ Primum. Opportuna ambitionum refrenatio. In principio.

¶ Secundum. Placida prælationum regulatio, ibi. Vos autem non sic.

¶ Tertium. Quieta passionum refrigeratio, ibi. Vos estis qui.

¶ Quo ad primum. Considerans. Psal. vitiorum imitationem consimil cm sequi punitionem, orat: Ad te domine clamabo, qui solus saluare potes, deus meus ne sileas a me nequando taceas a me, & assimilabor descendentibus in lacum, nisi tu adiuues. Exaudi domine vocem deprecationis meæ dum oro ad te, dũ extollo manus meas ad templum sanctum tuum, corpore & mente colẽdo te, & quid oret subdit. Ne simul tradas me cum peccatoribus, & cum operantibus iniquitatem ne perdas me. Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Da illis secundum opera eorum, & secundum nequitiam adinuentionum ipsorum. Quid aũ

non moliuntur honores ambientes? quid non adinuenĩ-
unt ad excoriandum pauperes superbia & auaritia præ-
sidentes, ideo magister humilitatis Christus discipulo-
rum animos a prælationis ambitione repressit, ostendens pri
matus ambitionem gentium esse, non filiorum dei, qui
quo humiliores sunt & minus ambiunt, eo magis filĩ
dei sunt & reuera maiores. Quoniam dominus in cœna
de regno dei mominerat, incidit inter discipulos quæstio
EVANG. quis a morte domini primatum haberet in regno dei.
¶Facta est contentio inter discipulos, quis eorum videre
tur esse maior. ⌋Beda: Sicut bonis esse moris solet, in scri
pturis semper exempla patrum in quibus ad meliora p-
ficiant, quibus agnitis de suis actibus humilientur, in-
quirere, sic econtrario reprobi si quid forte in electis re-
prehensibile repererint, quasi suas ex eo nequitias obte-
cturi, aut pro iusto defensuri libentissime solent ample-
cti. Ideoque multo ardentius legunt quod facta est con-
tentio, quam quod multitudinis credentium erat cor v-
num & anima vna. Act. 4, quasi nobis infirmitas sanctõ
rum imitanda proponatur, hoc maxime in loco vbi & ip-
sa contentionis causa nobis est incognita. Neque enim
incredibile est quod iuxta hoc quod alibi scriptum est.
Luc, 13, Contendite intrare per angustam portam, ho-
nore se inuicem p̃ueniendo certauerint. Verum qualibet
ex causa contenderint, nos potius non quid carnales ad
huc discipuli gesserint, sed spiritualis magister quid iusse
rit videamus. Hæc ille. Quanquam dominus alias ipsos
ab hoc affectu reuocauerit, nunc tamen morituros incul
cat, ne tale quid imaginarentur in regno cælorum, qua-
le cernerent in regno terreno. Nam beneficijs constat nõ
vi, spiritualibus præsidijs obtinetur ac defenditur non
violentia, persuasione dilatatur non necessitate. ⌊ Re-
ges gentium dominantur eorum ⌋ quorum reges sunt
⌊ & qui potestatem habent super eos ⌋ a regibus consti-
tuti ⌊ benefici vocantur. ⌋ Siquidem principes huius mũ
di dominatum exercent in eos in quos habent magistra
tum, non enim persuadent vt ament honesta, sed metu
supplicioru deterrent a maleficijs. Rom. 13. Principes
non sunt timori boni operis sed mali, & honorem a su-
is exigunt etiamsi non promereantur, imo quo propius

accedunt ad tyrannidem, hoc plus honoris exigunt a suis, & interim magnificis titulis honorantur a populo. Vocantur principes, patres patriæ, seruatores, consules, quod potestate sua premant inferiores. Tale est regnum gentium. Non autem est spiritualium hominum, vt quis inter alios ambiat magnus fieri & alijs dominari, sed gentium, & eorum qui mundo & concupiscentijs viuũt. qui & mortui sunt deo. Prouerborum 28. Leo rugiens & vrsus esuriens, princeps impius super populum pauperem. Sed Iob. 34. Regnare facit hypocritam propter peccata populi. Eccls. 8. Interdum dominatur homo homini in malum suum. Esaiæ decimo: Væ qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitiã scripserunt: vt opprimerent in iudicio pauperes & vim facerent causæ hũmilium populi mei, vt essent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent. Quid facietis in die visitationis & calamitatis de longe venientis, ad cuius confugietis auxilium, & vbi derelinquetis gloriam vestram.

¶ Quo ad secundum, dicit Psalmista: Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, nequando irascatur dominus, & pereatis de via iusta. Et vere, quia iudicium durissimum in his qui præsunt fiet. Sapienti. sexto: Vnde magister pietatis non initæ contentionis arguit, sed formam quam sequãtur humilitatis modestia ratione describit, ne scilicet gentium more dominari subiectis, seque ab eis gaudeant superuacuis laudibus attolli: sed ad exemplum regis æterni, quasi iuniores eis quibus regendis præsunt efficiantur administri. 1. Petri. 5. Non vt dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo. Eccle. 32. Rectorẽ te posuerunt noli extolli, esto in illis quasi vnus ex illis. ⌊ Vos aũt non fic ⌋ quia inter vos q̃s ad cæleste regnũ & euangelicũ instituo, longe diuersa erit rõ ⌊ sed q maior est in vobis ⌋ autoritate ⌊ fiat sicut minor. Et q p̃cessor ẽ sicut ministrator ⌋ minus sibi vindicans violentiæ ptãtis ac gloriæ. Nec em̃ huc spectabit vt suis doctribus q̃s accepit a deo p̃mat inferiores, sed p̃sit ac subleuet, nec sibi uim dicabit laudẽ, sed deo totã trãscribet, nõ q̃ non sit in hoc regno futurus ordo, sed q̃ is q dilectus erit ad primatum vt alijs dux sit ad pietatẽ, adeo seruiet oim cõmodis, vt

videatur esse minister potius q̃ princeps. Ad verba exhortationis suimet adiungit exempla humilitatis, dicẽs; ⌊Nam quis maior est, qui recũbit an q̃ ministrat? Non ne qui recumbit? ⌋iudicio humano, licet quandoq; aliter iudicio diuino, qui intuetur cor. 1. Reg. 16. ⌊Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat. ⌋Mat. 20. Filius hominis non venit ministrari sed ministrare, & dare animã suam redemptionem pro multis. Chry. Quicũque desiderat primatum cælestem, sequatur humilitatẽ terrestrem, quicũq; autem desiderauerit primatũ in terra inueniet confusionem in cælo. Eccle. 3. Quanto magn⁹ es humilia te in omnibus, & coram deo inuenies gratiam. Non autem excluſit prælationem ab ecclesia, sed affectum & tyrannidem, vnde modum quomodo præessent indicauit. Nam hanc seruitutem non abstulit, cum stare possit cum libertate euangelica, Paulo teste, 1. Cor. 7. Seruus vocatus es non sit tibi curæ, sed & si potes fieri liber magis vtere. Qui enim in domino vocatus est seruus libertus est domini. Similiter qui liber vocatus est, seruus est Christi. Vnde triplex est libertas. Prima. A peccato, q̃ a peccato liberati in regnum dei transferimur, qua subinde participes fuere patres vtriusq; testamenti, idq; per fidem qua in vnũ seruatorem crediderunt cuius est a seruitute peccati eripere. Iohan. 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati, seruus autem non manet in domo in ętternum. Si ergo filius vos liberauerit veri liberi eritis, & Paulus. 2. Cor. 3. Vbi spiritus domini ibi libertas. Hac ita a peccato absoluimur, vt nihilo minus serui cõstituamur iusticiæ, vt carnem mortificemus, vt veterem hominem prorsus enecemus. Rom. 6. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis cõcupiscentijs ei⁹ Item liberati a peccato serui facti estis iusticiæ. Galat. 5. Vos in libertatem vocati estis, tantum ne libertatem in occasionem detis carnis. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Compatitur hæc libertas secum carnis tyrannidem comitem peccati, naturæ nocentissimum, qua procliniores semper ad malum sumus q̃ ad bonũ, qui subinde partim gratia, partim carnis mortificatione remittitur, imminuitur ac vincitur. Testatur Paulus Rom. 7. Video aliam legem in mem

bris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantẽ me in obsequium peccati. Moxq; victricem gratiam indicat: Miser ego homo qs me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum. Quantum ad mortificationem attinet, ita testatur. Castigo corpus meum & in seruitutem redigo. 1. Corin. 9. Item: Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, fornicationẽ, & cætera. Colo. 3. Secunda, Ab omni miseria, quam non antea adipiscimur, quam in regnum illud æthereum in quo saciabimur a gloria vultus domini, translati fuerimus. Vanitati enim creatura subiecta est non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe, quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei. Rom. 8. Tunc enim absterget deus omnem lachrymam ab oculis electorum, & mors vltra non erit, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit vltra. Apoca. 21. Esa. 25. Tunc enim est vera & perfecta libertas, cum anima in ipso creatore conquiescit. Corpus vero tum omni no subiectum erit aiæ, si quãdo egregijs illis dotibus adornatum fuerit, id quod in futuro expectamus, cum reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Philip. 3. Tum enim videbimus eum sicuti est. Tertia, A legis crassę seruitute quatenus ad crassas ceremonias atq; iudicialia attinet. Rom. 6. Non estis sub lege sed sub gratia. Et. 7. Lex in homine dominatur quanto tempore viuit. Itaq; fratres mei mortificati estis legi per corpus Christi, vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexerit, vt fructificetis deo. Cessauit enim lex quatenus ad neomenias, sabbatismos, varia baptismata & id genus alia attinet, prout Apostolus ostendit. Galat. 2. & cætera, & Ephe. 2. Quibus bene rimatis claret ipsum non agere vt legis præcepta moralia e medio tollat, cũ Christus hæc asserat, dicens: Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi serua mandata, neque decreta aut traditiones pontificum, cum & ipse, & cæteri apostoli iusserint sua decreta custodiri. Act. 15. sed christianos ad legis mosaicæ obseruantiam non obligari. Libertas ergo christiana ex cõ summato oritur dominio spiritus, dũ spiritus facile dñatur carni, concupiscentijs malis, & id genus alijs motib⁹ bestialitatis qui se aduersus spiritum erigunt. Hac fit vt

homo non q̃ ſua, ſed q̃ Chriſti ſunt & alioꝝ ſpectet, obſe
quitur ſuperioribus modoꝑcipiant q̃ non ex diametro ſint
aduerſus Chriſtum, quæ non cedant in ſcandalum puſil-
lorum, in turbationem reipublicæ. Quod enim non adi-
mat ab obedientia ſuperiorum, cõſtat quod Paulus chri
ſtianis quos antea affirmat liberos præcipit uti obſequã
tur magiſtratibus. Rom. 13. Hebræo. 13. Ephe. 6. Colo. 3.
Serui obedite dominis veſtris carnalibus, cũ tremore &
timore in ſimplicitate ſcordis vr̃i, ſicut Chr̃o, nõ ad oculũ
ſeruientes quaſi hominibus placẽtes, ſed vt ſerui Chriſti.
Et Petrus nõ ſolum probis ſed & diſcolis ꝑcipit obedien
dum. 1. Petr. 2. Quib⁹ liquet chriſtianam libertatem non
eximere ſubditos ab obedientia ſuperiorum ſed magis
ſubñcere atq; obſtringere, vt iex animo obediant. Siqui-
dem iuſtus non cogitur lege, ſed ſuapte ſponte fertur in
id quod iuſtum, quod ſanctum, quod pudicum. Iuſto em̃
non eſt lex poſita ſi quis ea legittime vtatur, ſed iniuſtis,
non ſubditis, impijs & peccatoribus. 1. Timo. 1. ĩęq; maxi
me ſubiiciuntur gladio qui obtemperare nolunt, qui do
minationem contemnunt. Romanor. 13. qui carnis liber
tatem quo licentius peccent prætexunt. Iuſtus vero quæ
iuſta ſunt iuſte exequitur. Deutero. 16. Neq; exigit ratio
nem legis, ſed ſe ad obediendum parat, non quisdicat ſed
quam ſaluberrimum ſit obedire conſiderat. Quandoqui-
dem Chriſtiani hominis eſt non perquirere non ſciſcita
ri cur leges, conſtitutiones æditæ ſunt, ſed vt inquit Pau
lus Philippen. 4, Quæcunque vera quæcunque pudica, q̃
cunq; iuſta, quæcunq; ſancta, quæcunq; amabilia, quæcũ
que bonæ famæ, ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc
cogitate, hæc agite, & deus pacis erit vobiſcum.

¶Quo ad tertium. Diuinæ indignationis grauitatem conſiderans Pſalmiſta hortatur dicens: Cum traſceretur in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo, & ve-
re beati. ⌊ Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tentatio
nibus. ⌋ Contradictionibus, perſecutionibus, conſpirati
onibus, ſcribarum & phariſæorum. Non enim inchoatio
pacientiæ, ſed perſeuerantia, cæleſtis regni gloria dona
tur. ⌊ Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater
meus regnum. ⌋ Iohan. 14. Vado parare vobis locum. Si
cut enim diſpoſuit filio regnum pater (quem factum, ob

dientem super omne nomen exaltauit) sicut filius idem permanentes secum in tentationibus æternum ducit ad regnum. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Rom. 6. Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & tabernaculis fiduciæ in requie opulenta. ⌊Vt edatis & bibatis super mensam meam. ⌋Mensa hæc proposita omnibus sanctis ad fruendum, cælestis est gloria, vitæ cibus potusq; ille de quo Matth. 5. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam saturabuntur, fruendo scilicet olim desiderato ac amato gaudio veri & inconcussi boni. Lucæ decimoquarto. Beatus qui manducabit panem in regno dei ⌊Et sedeatis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel. ⌋Hæc est mutatio dexteræ excelsi, vt qui nunc humiles gaudent ministrare conseruis, tunc super domini mensam sublimes, vitæ perpetuæ dapibus alantur. Et q̃ hic in tentationibus iniuste iudicati cum domino permanent, illic cum eo super tentatores suos iusti iudices venient, & quanto huic mundo magna humilitate despecti sunt, tanto tunc acceptis sedibus, maiori culmine potestatis excrescant.

¶ In festo exaltationis sancte Crucis.

NUnc iudicium est mundi, nunc princeps mundi huius eijcietur foras. ⌋Ioh. 12. Saluator noster humilitatis viam ingressus, sequentium vestigia informans aduersarij vires in via veritatis obsistentis compssit virtute crucis, quare Apostolus in ea gloriabatur. Gal. 6. ¶ Mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. ⌋Scio crucem huius probrosam eē apud gentes, inuisam apud Iudæos, in hac, vna tamen mihi satis est omnem gloriam ponere. Gloriatur quisq; in ea re in qua magnus reputatur. Quidā in amicitia apud magnates, sed per Adam inimicitiam incurrimus. Gen. 3, Ideo: Sic deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Iohannis 3. Commendat deus charitatem suam in nobis. quoniam si cum adhuc peccatores essemus secundum tempus Christus pro nobis mortuus est, multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum. Ro. 5. Nihil enim sic charitatis

EPIST.

erga nos commendat sicut mors Christi. Ioh. 15. Maiorē hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat q̄s pro amicis suis. Alii in scientia. 1. Corin. 2. Non iudicaui me scire aliquid inter vos nisi Iesum Christum & hunc crucifixum. Nam in cruce perfectio totius est legis, & tota ars bene viuendi. Philip. 3. Veruntamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi domini mei. Aliqui in potentia. 1. Cor, 1. Verbum crucis percuntibus quidem stultitia est, iis autem q̄ salui fiunt, id est, nobis dei virtus & dei sapientia. Phili. 4. Omnia possum in eo qui me confortat. Aliqui de libertate. Ioh, 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. ⌊ Per quem mihi mundus crucifixus est & ego mundo ⌋ Augusti. Contingit plærunq; vt homo mundum mente non teneat. sed tamen mundus eum in suis occupationibus constringit, & mortuus est homo mūdo, & mundus eum quasi viuus conspicit, dum alio intentum in suis actibus rapere intendit, sed Paulus nec mundum cupit nec mundus eum, vt in duobus mortuis neuter vtrum videt quia nec mundi gloriam quærebat, nec a mundi gloria q̄rebatur. Rationem gloriationis assignat. ⌊ In Chro em Iesu, neq; circuncisio aliquid valet neq; p̄putium ⌋ Ad huius professionem nihil refert circuncisus venias ex iudaismo, aut incircuncisus ex gētibus ⌊ sed noua creatura ⌋ Ioh. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & sp̄i. non potest introire in regnum dei. Nam per Adam producti sumus in esse naturæ: sed illa creatura vetusta erat. Ideo dominus constituens nos in cē gratię nouam fecit creaturam. Ia. 1. Voluntarie enim nos genuit verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. Dicitur noua quia per ip̄am renouamur in uitam nouam per charitatem, quæ per spiritum sanctum diffusa est in cordibus nostris. Ro. 5. Neq; enim circuncisio aliquid valet neq; p̄putium, sed fides q̄ per dilectionem operatur. Gal. 5. Ipsius enim factura sumus creati in operibus bonis, q̄ præparauit deus vt in illis ambulemus. Ephe. 2. ⌊ Et quicunq; hanc regulā ⌋ gloriandi in cruce ⌊ secuti fuerint ⌋ siue iudæus siue ⌊ gentilis. Non enim est distinctio Iudæi siue Græci, nam idem dñs oīm diues in oēs qui inuocant illum. Ro. 10. ⌊ Pax ⌋ mentis. Col. 3. Et pax Christi exultet in cordibus vestris

Philip.4. Et pax dei quæ exuperat omnem sensum custodiat corda vestra & intelligentias vestras ⌊ & misericordia ⌋ remissio peccatorum. Tren.3. Misericordiæ domini quia non sumus consumpti nos. Sapien.4. Quoniam gratia dei & misericordia in sanctos eius, & respectus illius in electos illius ⌊ super illos & super Israel dei ⌋ non carnalem. Non enim qui in manifesto Iudæus est neque quæ in manifesto in carne est circuncisio, sed qui in abscõdito Iudæus & circuncisio cordis in spiritu non litera, cuius laus non ex hominbus sed ex deo est. Rom.2.&.9. Non enim omnes qui ex circuncisione sunt Israel ñ sunt Israelitæ. Iohan.1. Ecce verus Israelita in quo dolus non est. ⌊ De cætero nemo mihi molestus sit ⌋ ob euangelij negotium. August. Laborem præstat magistro qui aliter sentit quam ille docuit ⌊ Ego enim stigmata domini Iesu in corpore meo porto ⌋ non in ore tantum, quæ, peius, nominis honore tuli mecum circunferam in corpore meo veluti trophæa quædam ostentans ac gloriæ mihi ducẽs quod qualicet, imitari merear Christi crucem quam prædico, 2. Corin. 4. Semper mortificationem domini nostri Iesu in corpore nostro circunferentes, Ideo nullus ius super me habet ⌊ Gratia ⌋ non dissensio, non legis seruitus non rixa ⌊ domini nostri Iesu Christi cum spiritu vro ⌋ .i. ratione vt veritatem semper intelligatis, & legem non carnaliter sed spiritualiter obseruetis. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum dei, in quo clamamus abba pater. Rom.8. Gloriantur seductores in carne sua & vestra, sed mihi absit gloriari nisi in c. d. n.

¶ Cum dominus ob gentilium deuotionem ipsum videre desiderantium, de passione sua & sequela, eiusq; præmio differens clarificationem a patre postulasset, venit vox de cælo dicens: Et clarificaui & iterum clarificabo. Turba ergo quæ stabat & audiebat dicebat tonitruũ esse factum. Alij autem dicebant. Angelus ei locutus est. Rñdit Iesus & dixit: Non propter me hæc vox venit sed propter vos. In i.t.d. Iturbis Iudæorum. Nunc.

¶ Ostendit dominus hoc euangelio redemptionis nostræ modum & fructum.

¶ Primum. Salutifera mundi iudicatio, In principio.

¶Secundū. Temeraria populi oppugnatio, ibi. Hoc autem dicebat.

¶Tertium. Vera fidei illuminatio. Dixit autem Iesus.

¶Quo ad primum psal. diuini operis iusticiam considerans ait. Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem. Non enim misit deus filium suum vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Iohan. 3. & 12. Non veni vt iudicem mundum, sed vt saluificem. ¶Nunc iudicium est mūdi ⌊discretionis quod ante vltimum iudicium condemnationis, quia nunc per passionem iure diaboli destructo multi liberabuntur. q.d. Nunc instat extrema colluctatio satanæ q princeps vel potius tyrannus est huius mundi, qui per peccatum hactenus in morte detinuit omnes, qui diligunt hunc mundum. Nunc mundi causa protrahitur in iudicium. At redarguta falsitate clarescet veritas, & princeps ille mundi, mortis autor, dum se victorem credet, per mortem depelletur a sua tyrannide. Condonabitur enim omnibus peccatum p fidem euāgelicam. Eo sublato fractę sunt vires tyranni, qui nō alio telo potens est Iohan. 3. Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundum & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem Erant enim eorum mala opera. Et. 7. Non potest mundꝰ odisse vos me autem odit, quia ego testimonium perhibeo quia opera illius mala sunt. ⌊Nunc princeps mundi huius eiçietur foras ⌋a redemptis qui dominatur in malis mundo deditis. Iob. 41. Non est potestas super terram quæ ei comparari possit. August. Dicat quispiam quia diabolus eiçitur foras, iam fidelium neminem tentat. Immo tentare nō cessat, sed aliud est intrinsecus regnare, aliud forinsecus oppugnare. Lucæ. 11. Spolia eius diripiet. Quā stulti qui se iugo eius iterum subdunt qui iam iudicatus est. Ioh. 16. Modum huius subdit. ⌊Et ergo si exaltatus fuero a terra ⌋in signum & remedium. Etenim qui suffiguntur in crucem, in alto pendent, quo procul sint omnibus conspicui, simulq; submonuit veteris historiæ quæ narrat æneum serpentem Christi typum in sublimi stipite suspensum, omnibus qui ad ipsum verterent oculos, quamuis e longinquo contra lethifera serpentiū vul-

EVANG.

nera præsentem opem attulisse. Nume. 21. ¶ Omnia traham ad meipsum ¶ mihi iure vindicans quod hactenus ille per tyrannidem occupauit, quasi dicat & si moriar nõ tamen superabor, sed omnia a tyranno detenta: & per se extre illius manus & accedere non valentia, ad vnitatem fidei & corporis adducam, vt eiecto diabolo sim caput, illi membra. Zachariæ. 9. Tu autem in sanguine testamẽti, eduxisti vinctos de lacu in quo non erat aqua. Augustinus. Non dicit omnes, vt de vniuersitate hominum accipias, sed omnia, vt de integritate naturæ, scilicet animam & corpus. In anima per gratiam, in corpore per glorificationem, quia nec capillus de capite peribit. Matthęi decimo. Lucæ. 12. vt vbi ipse est, illic & minister eius sit. Iohannis. 12.

¶ Quo ad secundum. Admonet Psalm. dicens: Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Vnde ludæi corde arido domino repugnantes, in infidelitate relicti, obstinati sunt. Cum enim dominus mortis suæ modum & fructum insinuaret, turbæ contradixerunt. ¶ Hoc autem dicebat significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba ¶ pro malitiæ suæ palliatione legem allegant ¶ Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum ¶ Esa. 9. Super solium Dauid sedebit, amodo & vsq; in sempiternum. Daniel. 7. Potestas eius potestas æterna, & regnum eius quod nõ corrumpetur. Hinc ratiocinari contendunt illum non esse messiam, qui se p̃dicaret moriturum, cum scriptura tribuat potestatem & regnum æternum, quin & Psalm. promittit ei sacerdotium æternum. Tu es sacerdos in æternum. Augusti. hoc eum dixisse intelligebant, quod facere cogitabant, non ergo eis verborum istorum obscuritatem aperuit infusa sapientia, sed stimulata conscientia. Discipuli autem dominum de morte loquentem non capiebant. Luc. 18. quia amor quo mori eũ nolebant, ipsos ab hoc intellectu retrahebat, ecõtra fuit de ludæis ¶ Et quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hoīs? Quis est iste filius hoīs? ¶ q. d. Si Christum dicis, plane contra legem loqueris quæ dicit ipsum manere & tu mori. Sic ergo quoties filium hominis nominas, teipsum dicis, aut non morieris, aut ille filius hominis non est Messias, si verum dicit propheta. Ad

hæc quoniam animo malitioso dicebantur non respondit Iesus. Poterat dicere se non hominem tantum verum etiam deum, & iuxta corpus humanum se moriturum quidem, sed mox resurrecturum, nec hanc mortem obstare regni perennitati, quod non esset mundanum sed spirituale, sed illi capaces nō erant tantorum mysteriorum, ideo monet vt omissa cæcitate mentis, desinant obstrepere lucī veritatis.

¶ Quo ad tertium, humanæ mentis cæcitatem aduertens Psal. orat. Qm̄ tu illuminas lucernam meam dñe illumina tenebras meas. Nam ille illuminat omnem hominē venientem in hunc mundum. Iohan. 1. ⌊ Dixit ergo eis Iesus. Adhuc modicum lumen in vobis est ⌋ fidei. s. quo Christum manere creditis, sed non plenum. ⌊ Ambulate dum lucem habetis ⌋ proficiendo in melius dum occasio est, rotum intelligendo & moriturum vt redimat, & victurum inæternum in cælo quo perducat. Vel dum Christum præsentem habetis, qui plenam vos fidem doceat. ⌊ Ne tenebræ ⌋ ignorantiæ aut infidelitatis ⌊ vos comprehendant ⌋ vel mortis. Iohan. 9. Operamini dum dies est, venit nox quando nemo potest operari. Namque sublata luce, frustra desiderabitis ademptum quod nunc oblatum aspernamini. Vnde post mortem ipsius excæcati fuerunt, paucis ex ineffabili eius clemētia ad fidem vocatis. ⌊ Et qui ambulat in tenebris nescit quo vadat ⌋ ignorantiæ, infidelitatis, aut erroris, sequens cæcos animi sui affectus in tenebris ambulat nec scit quo vadat, dumque se credit pie rectēq; agere, impingit ad mortē. Chry. Quanta Iudæi nunc agunt, & nesciunt quid agunt, putāt rectam incedere viam & contrariā incedunt. ⌊ Dum lucē habetis ⌋ gratiæ, doctrinæ, præsentis vitæ vel ipm̄ Christum ⌊ credite in lucem ⌋ .i. me veritatem, perfecte credite addendo æternitati passionem secundum hominem Iohan. 12. Ego lux veni in mundum. Et. 9. Quamdiu sum in mundo lux sum mundi. ⌊ Vt filī lucis sitis ⌋ per imitationem & amorem. Iohan. 8. Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Eratis aliquando tenebræ nunc autem lux in domino, vt filī lucis ambulate. Ephe. 5. Si quis (inquit dominus. Matt. 16.) vult post me venire, abneget semetipsum

& tollat crucem suam & sequatur me. Et Luc.9 dicitur, quotidie, ne semel fidei ardorem putemus sufficere, semper crux portanda est, vt semper nos Christum amare doceamus. Qui non accipit crucem suam & sequitur me nō est me dignus. Matthæi.10. Qui vero Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Gal.5. Hoc quomodo fiat indicat Roma.6. Vetus homo noster simul crucifixus est vt destruatur corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato. Et Gal.2. Christo confixus sum cruci, viuo ego, iam non ego, viuit vero in me Christus. Felix quisquis talis est. Igitur in cruce Christi gloriatio, in dextri latronis consolatio, in sinistri confusio. Augustin. Ideo crux in fronte credentium, vbi sedes verecundiæ figitur, vt de nomine eius fides non erubescat, & magis dei gloriam quam hominum diligat. Crucem dominus vt in ea glorietur suo gestans humero pro virga regni nobis commendauit. Hoc ergo opprobrium, hāc deformitatem Christi, non erubescamus sed veneremur Non enim est magnum in dei sapientia, potentia, vel maiestate gloriari sed in cruce, vt vnde impius insultat & irridet philosophus, inde pius gaudeat & glorietur christianus. Nota, triplicem in passione Christi crucem contemplamur. Vnam seruatoris, alteram seruandi, tertiam reprobandi. Primam perfecti in humeros sublatam alacriter baiulant, eamq; auidius sitiunt cum seruatore dicentes. Baptismo habeo baptizari, & quomodo coartor donec perficiatur. Luc.12. Hoc istos feliciores æstimauerim quod pro summo ducunt gaudio, vbi variis tuerint pressi tribulationibus. Quantum in sola cruce qui eiusmodi sunt glorientur, in Paulo & alijs apostolicis viris charitate Christi debriatis, clarius cernitur. Alios quamuis crux ipsa non vt priores oblectet, patienter tamen spe futuri præmij ferunt, vimq; sibi ipsis inferunt, regnum cælorum rapere satagentes, atque hoc patientius sustinent, quo salubriorem recognoscunt. Ad latronis grandem cessit felicitatem q̄d cruci suffixo, descendēdi adempta erat libertas, qua nacta, fortetentationi cessisset. Porro terti cruci inteliciter appensi, parem tolerant passionem, disparem recepturi mercedem, non quod status hæc sit natura, sed quod saluberrimum administrant antidotum,

reproba ipsorum voluntas sibi vertit in venenum, vt nō secus illis q̄d sua natura bonum est officiat, q̄ solet ophthalmia laborantibus obiectus sol officere. Num dñi poculū q̄d Iudas secus q̄ dignum erat bibit, non piculosum & non potius saluberrimum dicendum est. Non ergo ex vitæ genere est, q̄d infeliciter quibusdam euenit, sed ipsorum potius vitio, qui bono vel religionis abuntur, iuxta illud Iob. 24. Dedit ei locum pœnitentiæ, & ipse abutitur eo in superbiam.

¶ Matth. euangeliste.

EPISTO.

VIdit Iesus hominem sedentem in theloneo Matthæum nomine, & ait illi, sequere me Matth. 9. Saluator noster cunctos ad salutis viam vocare volens, mundo despectos, ne humanæ tribueretur sapientiæ, ad hoc officiū delegit munus. Hinc Apost. 1. Corint. 1. ¶ Videte vocationem vestram fratres, non per vos accessistis, sed vocati. Roma. 8. Quos prædestinauit, hos & vocauit. Ad quod̄. 1. Pet. 2. Qui vos vocauit in admirabile lumen suum, quia non multi sapientes, humana eruditione præditi, secundū carnem, non multi potentes, iuxta vulgarem æstimationem, non multi nobiles, maiorum imaginibus clari. Sed quæ stulta sunt mundi elegit deus, i. quos reputat stultos, vt confundat sapientes, de mundi sapientia gloriantes. Act. 4. Cōperto q̄ homines essent sine literis, & idiotæ admirabantur, & infirma mundi elegit deus vt confundat fortia & ignobilia mundi & contemptibilia elegit deus, ad p̄dicationis officium, & ea quæ non sunt, quæ pro nihilo ducuntur, vt ea quæ sunt, qui videntur sibi aliqd esse, destrueret. Rationem assignat, Vt non glorietur omnis caro in conspectu eius, pro nulla excellentia carnis per comparationem ad eum. Inter diuina & humana nulla est comparatio. Ex ipso autem vos estis, vocati ȳtute dei in Christo Iesu, ei coniuncti & incorporati non per vestram sapientiam, potentiam, vel nobilitatem. Eph. 2. Ipsius factura sumus, creati in operibus bonis quæ præparauit deus vt in illis ambulemus. Vos ergo q̄ uis mundi iudicio viles estis, dei tamen patris beneficio veram ac summam assequuti estis dignitatem, qui vos asciuit in consortium filij sui, per quem alia ratione largi

tus est nobis omnia quæ mundi celsitudo falso polliceb⁹ tur. ⌊Qui factus est nobis sapientia⌋ vera ⌊a deo & iu stitia⌋ vera per innocentiam & vitæ sanctimoniam. Romanor .3. Iustitia autem dei per fidem Iesu Christi. Quæ propter sui fortitudinem thoraci comparatur, Sap. 5. Induet pro thorace iusticiam⌊& sanctificatio⌋ Hebr. vlti. Iesus vt sanctificaret populum suum extra portam passus est⌊& redemptio⌋ a seruitute & tyrannide vitio rum. Psalm. Redemisti nos deus veritatis⌊vt quemad- modum scriptum est⌋ Hier. 9. ⌊Qui gloriatur, in domino glorietur.⌋ Ne sibi placeat sapiens ob sapientiam suam, ne fidat potens viribus suis, ne efferatur diues opum fidu cia, nam hæc nō præstant felicitatem sed si quis velit glo riari, in domino glorietur, ꝙ eum agnouerit omniū bo- norum autorem & fontē, at ita glorietur nequam huius negotij portionem mundi præsidijs arroget. ¶Quum do minus post curationem paralytici egressus Caparnaum ad mare populum ad se confluentem doceret. Mar. 2. In 1. t. Vidit Iesus hominem.

¶Oñdit dñs hoc euangelio diuinæ vocationis virtu- tem & bonitatis dulcedinem.

¶Primum, Affectualis Christi imitatio, in principio.

¶Secundum, Bestialis pharisæorum murmuratio, Ibi Et factum est.

¶Tertium, Cordialis peccatorum vocatio. Ibi. Non enim veni vocare iu.

¶Quo ad primum dicit Psalm. Ecce oculi domini su- per metuentes eum. Beda. Legimus, Apost. dicente, quia omnes peccauerunt & egent gloria dei, iustificati gratis per gratiā illius. Rom. 3. & iterum inæstimabilem ciusdē gratiæ magnitudinem commendans, ait: Vbi abundauit delictum abundauit & gratia. Rom. 5. Quia nimirum ꝙ to grauiorem dominus in electis suis peccatorum lāgue rem curauit, tanto ampliorem cunctis gratiæ medentis potentiam monstrauit. Vnde Matthæum tēporalibus cu ris intentū repente dominus miseratus vocauit, & de pu blicano iustum, de thelonario discipulum fecit, quem eti am proficientibus meritis eiusdem gratiæ & incrementis de communi discipulorum numero ad apostolatus gra- dum promouit. Quod ob id prouidentia superna fieri dis

posuit, vt nullum enormitas suorum aut numerositas sce
lerum a speranda venia reuocaret, cum hunc tantis mun
di nexibus absolutum tam cælestem factum conspiceret,
vt communicato cum angelicis spiritibus vocabulo eũ
EVANG. gelista nominaretur & esset. Hæc ille. ¶Vidit Iesus ho-
minem ⌋ vidit non tam corporeis intuitibus, quam inter
næ miserationis aspectibus, quibus & Petrum vt delic-
tum suum cognosceret ac deflere posset respicere digna
tus est. Luc. 22. ⌊ sedentem in theloneo ⌋ Est autem hoc
hominum genus, quoniam artem exercent sordidi quæ-
stus, & violentę rapacitatis, multis modis infame præser
tim apud Iudæos. Esa. 3. Populum meum ex actores sui
spoliauerunt. Sap. 15. Existimabant lusum esse vitam ho-
minis, & conuersationem vitæ compositam esse ad lucrũ
& oportere etiam vndecunq; ex malo acquirere ⌊ Mat-
thæum nomine ⌋ Alio nomine Leui filium Alphæi. Beda:
Quatenus maiorem per hoc publicanis & peccatoribus
adipiscendæ salutis cõfidentiam præberet, officium per
semetipsum ipse exprimit. Quam docendi formam Pau-
lus quoque secutus est, 1. Timoth. 1. Iesus Christus in hũc
mundum venit peccatores saluos facere, quorum ego
primus sum. Prou. 18. Iustus in principio sermonis, accu-
sator est sui. Iesus ergo qui prius Symonem & Andreã
Iohannem & Iacobum, ab humili quidem sed tamen lici
to quæstu vocauerat ad se, vt palam faceret se nullum o-
mnino genus hominum fastidire, modo se conuertat ad
meliora, vocat Matthæum miseratus eius qui humanis
studijs tantum deditus, necdum cælestia meditabatur.
Vidit miserando atque eligendo. ⌊ Et ait illi. Sequere
me ⌋ i. imitare non tam incessu pedum, quam executio-
ne morum. Qui enim dicit se in Christo manere, debet si
cut ille ambulauit & ipse ambulare, 1. Iohan. 2. & 1. Pet. 2
Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplũ,
vt sequamini vestigia eius. ⌊ Et surgens secutus est eũ ⌋
imitando profectum virtutis. Hierem. 17. Non sum tur-
batus te pastorem sequens. Vnde Luc. 5. Relictus omni-
bus surgens secutus est cum, nihil contatus, subito ex
publicano factus discipulus. Beda: Non mirandum est,
quod publicanus ad primam domini vocem terrena quæ
curabat lucra reliquerit, opibusq; neglectis illius comi-

statui quem nil diuitiarum habere cernebat inhæserat. Ipse enim dominus qui eum foris verbo vocauit, intus in uisibili instinctu vt sequeretur edocuit, infundens menti illius lumen gratiæ spiritalis qua intelligeret, qa quos temporalibus euocabat in terris, incorruptibiles illis in cælis dare thesauros valeret. Habebat em vox Iesu energiam quandam admirabilem, relucebat in vultu vis quædam occulta, qua quos volebat non aliter ad se trahebat quam magnes ferrum. Intelligens ergo Matthæus quid sit veraciter dominum sequi, vt plene Christum sequeretur non tam gressu pedum quam affectu, reliqt propria, q rapere solebat aliena, tanta enim sequendi dñm cupidita te ductus est, vt in nullo prorsus, hui⁹ vitæ respectum vel cogitationem sibi reseruauerit.

¶Quo ad secundum. Malorum hominum expertus Psalmista malitiam ait. Detrahebant mihi, sed quare? q-niam sequebar bonitatem. Greg. Vera iusticia compassionem habet, falsa indignationem. Diabolus siquidem peruersus bonorum æmulator, per se & sua membra, & dei honorem & animarum salutem impedire conatur. Vnde Sap. 2. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum imitantur autem illum qui sunt ex parte illius. Iohan. 8. Vos desideria patris vestri (ait dominus Iudæis ipsum interficere volentibus) vultis perficere. Ille homicida fuit sub initio. Sicut ergo serpens Gen. 3. dixit. Cur præcepit vobis deus, vt non comederetis ex omni ligno paradisi. Sic & hic pharisæi. Rogauerat Matthæus Iesum vt in ædibus suis conuiuium agere dignaretur. Nec hoc grauatus est dominus, vt suos doceret nec impiorum consortium esse vitandum, si spes sit illos nostra conuersatione fore castigatiores. Et fecit ei Leui conuiuium in domo sua, Luc. 5. Congruam beneficus cælestibus vicem impendit, vt a quo perennia bona sperabat, illi sua temporalia cōmunicaret; eumq; corporalibus epulis reficeret, quo ipso donante gustum spiritalis acceperat suauitatis. Porro si altiori intellectu indagemus, multo gratius domino conuiuium in domo pectoris sui per fidem & dilectionem parauit ipso testante. Apoca. 3. Ego sto ad ostium & pulso, si quis audierit vocem meam & aperuerit mihi, intrabo ad illum & cœnabo cū illo & ipse mecū. O quā iucūdū

conuiuium. Qui enim domicilio interno recipit Christū maximis exuberantium pascitur delectationibus vōluptatum. Nimirum quia melior est refectio mentis quam ventris. Bed. Ipse dominus conuiuia peccatorum, vt occasionem haberet docendi, & spirituales inuitatoribus suis præberet cibos, adire dignatus est. Denicq; frequenter ad conuiuiū fuisse cum scribatur, nil referturaliud, nisi quid ibi fecerit quid docuerit, vt & humilitas domini eundo ad peccatores, & potentia doctrinę eius in pœnitentium conuersione monstretur. ⌊Et factum est discumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores, venientes discumbebant cum Iesu⌋ quos exemplo & sermone suo pertraxerat in admirationem & amorem sui. Bed. Vnius conuersio, multis exemplum pœnitentiæ & indulgentiæ publicanis & peccatoribus tribuit. Publicani autem dicuntur, qui aut sceleribus fœdantur, aut publicis implicātur negotijs, quę vix aut nunquam sine peccato valent administrari. Videbant publicanū a peccatis ad meliora cōuersum locum inuenisse pœnitētiæ, & ob id etiam ipsi nō desperant salutem. Non ergo dedignatur cælestis medicus ægrotos ad mensam suam admittere, vt eos sanet. Murmurant pharisæi ⌊& discipuli eius⌋ tanquā amici. Vos iam non dico seruos sed amicos. Iohan. xj ⌊Et videntes pharisæi dicebant discipulis eius⌋ captātes vndiq; calumniandi materiam, ipsum quidem non audent interpellare, ne quod nollent audirent. ⌊Quare cum publicanis & peccatoribus⌋ quos nos vitamus⌊ manducat magister vester⌋ cui vos hæretis. Pares autem cum paribus facile congregantur, & tales fere reddimur, quales sunt hi quibus cum viuimus. Pharisæi publicanorum vitabāt cōsortia, non, ne malis illorū inquinarentur, sed vt apud homines haberentur sancti. Qui autem sanctimoniā habent euangelicam, non ideo consuetudinem expetūt peccatorum vt ab illis auferant emolumentum, sed vt illos locupletent pietate, nec alio studio subeunt eorum tecta, quam boni medici subeunt ædes ægrotorum. Duplici errore tenebantur pharisæi, cum magistro ꝑitatis de susceptione peccatorum detrahebant, & quia se iustos arbitrabantur, qui superbiæ fastu, a iustitia longe discesserant, & eos criminabantur iniustos, q̄ resipiscētes a pec-

catis non parum iusticiæ iam propinquabant. Eccl.10. Si mordeat serpens in silentio nihil minus habet qui occulte detrahit. Rom.14. Quid iudicas alienum seruum? Matthæi.7. Quid vides festucam in oculo fratris tui, & trabē qui est in oculo tuo non vides? Errabant ergo pharisæi, qui nec sua nec aliorum corda nouerant, sed qui nouit occulta cordis, qui venit quærere & saluum facere q̄d perierat, & eos quos pœnitentes iam susceperat, amplius in fide confortat, & eos quos superbos adhuc tolerat, & impios ad pietatis & humilitatis gratiam prouocat. ⌊ At Iesus audiens ait: Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus ⌋ quasi dicat. Medic⁹ sum animarum & salutem hominum sitio, quorsum autem attinet versari cum iustis: quales vos vobis videmini, quum illis medico non sit opus, sed qui maleualent. His vtilis est medicus, qui morbum suum agnoscunt, sec⁊ præbēt sanabiles. Seipsum medicum appellat, quod miro medicandi genere vulneratus est propter iniquitates nostras, & liuore ei⁹ sanati sumus. Esa.53. In eo ⁊ malehabentibus medicū se aduenisse testatur, auget spem sanitatis obtinendæ, ac vitæ, eis qui de peccatorum suorum languore turbati, saluatoris & viuificatoris magisterium iam sequi cœperant. In eo autem ⁊ valentibus non esse opus medico dicit, illorum temeritatem arguit qui de sua iusticia præsumentes, gratiæ cælestis auxilium quærere detrectabant. Quis nanq; iustus esse poterit, vt diuina opitulatione non egeat, cum ille quo in natis mulierum maior nemo est natus, de se Iohannes apertissime dicat. Non potest homo accipere quicquam nisi ei datum fuerit de cælo. Iohannis tertio: Hinc Apoc.3. Dicis quia diues sum & locupletatus & nullius egeo: & nescis quia tu es miser & miserabilis, & pauper & cæcus & nudus. ⌊ Euntes ergo discite ⌋ etsi necdum animaduertitis ⌊ quid est ⌋ id est, quid sibi velit ⌊ misericordiam volo & non sacrificium. ⌋ In quo pharisæis de falsa iusticia tumentibus, etiam consilium correctionis ostendit. Ammonet nanq; vt per opera misericordiæ sibimetipsis supernæ misericordiæ præsidia conquirant, & non contemptis pauperum necessitatibus, per oblationis sacrificia deum placare cōfidant. Proposuit autem eis testimonium, de propheta Osee.6. Et

hoc illos euntes discere iussit, euntes videlicet a temeritate stultæ vituperationis ad diligentiorem scripturæ sanctæ meditationem, vt qui eum peccatores susceptientem contra scripturarum decreta facere calumniabantur, ipsi potius intelligerent se dei præcepta neglexisse, vel agnita non fecisse. Oportuit ergo eos esse misericordes, cum misericordiam, quæ alijs impenditur, magis acceptet deus quam sacrificium. At immisericordes erant, vt qui medicum (& animarum quidem) ægris inuidebant, nam qui verius ægrotant & animo quidem quam peccatores, & si quidem publici. Prouer. 21. Facere misericordiam & iudicium, plus placet deo quã stultorum victimæ. Peccatoribus ergo succurrere sacrificium est longe gratius deo, quam vllum sacrificij genus ꝙd offertur in tẽplo, hoc vos latere non debuit qui tenetis scripturas, & si nondũ animaduertitis, euntes ergo discite quid sibi velit, at deinde si videtur calumniamini factum meum, quod non pugnat cum lege vestra, sed respondet voluntati diuinæ.

¶ Quo ad tertium, Immensam diuinæ pietatis abyssum Psal. considerans ait: Misericors dñs & iustus, & deus noster miseretur. Vere miseretur sicut pater filiorum suorum timentibus se. Vnde sequitur ⌊Non enim veni⌋ Iohan. 15. Exiui a patre & veni in mundum⌊ vocare iustos sed peccatores⌋ Bed. Quõ non venit vocare iustos, cum Nathanaeli testimonium perhibuerit, dicens: Ecce vere Israelita in quo dolus non est. Iohan. ⌋. nisi quia Luca referente, peccatores ad pœnitentiam vocare venerit? Omnes enim electos ad regnum cæleste dominus vocat, sed illos solos ad pœnitentiam, quos grauioribus peccatis inuolutos inuenit. Vocat peccatores, vt per pœnitentiam corrigantur. Matth. 3. Pœnitentiam agite, appropinquabit regnum cælorum. Quamuis & ita possit intelligi, quia non illos vocauerit qui suam iusticiam volentes constituere iusticiæ dei non sunt subiecti. Roman. 10. Sed eos potius, qui propriæ fragilitatis conscij, non erubescunt confiteri: quia in multis offendimus omnes Iacobi tertio: nec de sua iustitia inflantur, sed ei qui iustificat impium deuota mente subduntur, 1. Timoth. 1. Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Christus in hunc mundum venit peccatores saluos facere. O dulce super mel

verbum. Venit enim quærere & saluum facere quod perierat. Luc. 19. Non qui sibi iusti viderentur cum non essent Non autem vocat ad mundi gaudia, quia. Væ vobis qui ridetis nunc, quia flebitis. Lucæ. 6. Beati vero qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Sic nec ad opes, quia. Væ vobis diuitibus qui habetis hic consolationem vestram. Luc. 6. Sed pœnitentiam, quæ est prima conualescentiæ & iustificationis ianua. Sanitas autem iusticia quæ diuinæ voluntatis adimpletio est, & scientia dei nominatur At qui vere iusti sunt, ad illam non vocantur, quandoquidem non egent vt resipiscant, & qui se insitos putant, ægrotare se non sentiunt & si ægrotent, & ideo non resipiscunt quia se pœnitentia egere non putant., adeo vt vocantem rideant, ceu qui sibi sani videntur, medicum potionis amaræ sumptionem ipsis suadentem. Sine pœnitẽtia non condonari peccata ex eo liquet, q̃ dei clementia toties nostrum reditum, toties nostrum ab erratis spontaneum animi angorem efflagitat. Operepretium enim fuerit animum agnoscere admissa, agnita detestari, lachrymisq̃ extergere. Ezech. 18. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus suis quas operatus est, & custodierit omnia præcepta mea (sequitur.) Vita viuet & non morietur. Atq̃ mox: Non est voluntatis meæ mors impĩ, sed magis vt conuertatur & viuat. Et Hiere. 2. Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Scito & vide quoniam malum est & amarum reliquisse te deum tuum, & non esse timorem eius apud te. Et mox: Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me & ego suscipiam te. Esaiæ. 26. Si reuertamini & quiescatis salui eritis. Obseruandum hos tum demum salutẽ cõsecuturos si a pctis gescãt, si resipiscant, si discãt bñ agere. Surge (inquit Apostolus Ephe. 5.) qui dormis & exurge a mortuis & illuminabit te Christus. Ipse enim est qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Eo pertinet & illud quod clementissimus ille deus non alĩs remittit peccata, quam ĩs qui petunt, qui ad se confugiunt. Ad quem modum publicanus dicit. Deus propitius esto mihi peccatori. Lucæ decimooctauo: Item 15. Pater peccaui in cælum & coram te. His pensiculatis patet non solam fidem sufficere ĩs qui resipiscunt. Oportet

enim detestari peccata, oportet surgere, atq; ad deum conuertere, id vbi feceris habebis numinis præsentiam. Sequamur ergo dominum vocantem, & suscipiamus eum interno cordis hospitio nostrarum animarum medicum, nos ægrotos agnoscentes, dehinc a prioris vitæ consuetudine vere resipiscentes, non iustificantes nosipsos more pharisæorum, nullius inuidentes saluti, non temere quenquam iudicantes, alioqui non sanabimur, non vocabimur ad salutem.

¶ In festo Michaelis Archangeli.

ACcesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Quis putas maior est in regno celorum? ⌋ Matth. 18. *Sapientia dei attingens a fine vsq; in finem fortiter, omnia disponens suauiter. Sapient. 8.* infima gubernat per media, cum ipsa cunctis præsideat, angelicis spiritib⁹ medijs corporalem disponit regitq; creaturam, in tribulationibus consolando, futura prænunciando. Vnde sancto Iohanni propter verbum dei in Pat-

E PISTO. mos insulã relegato, mira de statu ecclesiæ reuelauit. Apoc. 1. ¶ *Significauit deus quæ oportet fieri cito, loquens per angelum suum* ⌋ *personam domini repræsentantem* ⌊ *seruo suo Iohanni* ⌋ *euangelistæ, vnde sequitur* ⌊ *qui testimonium perhibuit verbo dei* ⌋ *quantum ad æternam eius emanationem, dicens: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum & deus erat verbum, & quantum ad eius incarnationem temporalem. Et verbũ caro factum est & habitauit in nobis. Iohan. 1. Ideo sequitur.* ⌊ Et testimonium Iesu Christo ⌋ .i. de Iesu Christo, 1. Iohan. 1. Quod fuit ab initio quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus .i. perfecte inspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ & vita manifestata est .i. verbum dei quod est vita per essentiam manifestata est per opera, & vidimus & testamur, de visu & auditu, & anunciamus vobis vitam æternam: quæ erat apud patrem, & apparuit nobis. Iohannis decimoseptimo. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum deum, & quem misisti Iesum Christum, quæ erat apud patrem vt persona distincta ab eo per æternam ge-

nerationem, & apparuit nobis temporaliter in humanitate assumpta, vnde sequitur ⌊ quæcunque vidit ⌋ in eius conuersatione, miraculorum operatione, passione, resurrectione. ⌊ Beatus qui legit ⌋ quantum ad doctores. Qui enim docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iusticiam erudiunt multos quasi stellæ in perpetuas æternitates. Danielis duodecimo ⌊ & qui audit ⌋ mente attendendo ⌊ verba prophetiæ huius, & seruat ea quæ in ea scripta sunt ⌋ tribulationes patienter sustinendo, rationem assignat ⌊ tempus prope est ⌋ & cito transiens. Iohannis decimotertio: Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea.

¶Cum Petrus iussu domini didrachmã, ex ore piscis sublatam, pro Iesu & pro se soluisset. In illo tempore, Accesserunt discipuli.

¶Ostendit dominus hoc euangelio quanto scandalum vitandum studio, & humilitate quanta pro regno certandum cælesti.

¶Primum, Doctrinalis discipulorum informatio. In principio.

Secundum, Exitialis scandalorum operatio. Ibi: Væ qui susceperit.

¶Tertium, Finalis paruulorum cõmendatio. Ibi: Videte ne contemnatis.

¶Quo ad primum, *Superbiam omnis mali initiũ considerans Psalm. ait: Ad te domine animam meam leuaui, non ad mundi honores, deus meus in te confido non erubescam. Neq; irrideant me inimici mei, etenim vniuersi qui sustinent te non confundentur. Sed quoniam. Confundentur omnes iniqua agentes superuacue. Quid iniquus quam hic quærere statum quo amittitur regnum æternum, transit siquidem mundus & concupiscentia eius. 1. Iohan. 2. Ideo dominus cum discipuli adhuc rudes & nouelli de resurrectione ipsum audirent loquentem, & nondum gratia spiritussancti illuminati cæleste regnum perfecte amare didicissent, quia nondum erat spiritus datus quia necdum Iesus erat glorificatus. Iohan. 7. putarent q; resurgens a mortuis corporaliter regnum teneret, & ipi honoribus sublimarentur, vt penitus eximeret hunc affectum exanimis eorum paruulum pro exemplo posuit. Va*

de passionis tempore facta est contentio quis eorum videretur esse maior. Luc. 22. Mar. 9. Venerunt Capharnaũ & cum domi esset interrogauit eos quid in via tractabatis. At illi tacebant, siquidem in via disputauerunt quis eorum videretur esse maior. Et luc. 9. Intrauit autẽ cogitatio in eos quis eorum videretur esse maior. Vnde Lucas tangit initium. Marcus processum. Matthæus finem quæstionis. Audierant de regno cælorum, viderant tres apostolos seorsum abductos in montem, audierant Petro traditas claues regni cælorum, ob quod scire voluerunt quem dominus maximum fore vellet in regno cælorum. Adhuc enim somniabant tales quasdam dignitates quales videmus in principũ aulis, hac suspitione seducti sunt filij Zebedæi. Matth. 20. Duo discipuli in Emaus euntes. Lu

EVANG. cæ. 24. Immo omnes. Act. 1. Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel. In illa ergo hora qua Petrus scilicet staterem soluit pro se & domino. ¶ Accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Quis putas maior est in regno cælorum? ⌊Sed humilitatis magister (Mat. 11. Discite a me quia mitis sum & humilis corde) vt ostenderet regnum cælorum non superbia sed humilitate quærendũ eumque fore maiorem in eo qui se propter deum humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Eccl. 19.) paruulum in exemplum produxit. ⌊Et aduocans Iesus paruulum statuit eum in medio eorum & dixit: Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum⌋ Quo exemplo non solũ humilitatẽ sed, & simplicitatẽ hortatur seruare, q̃si dicat. Nisi conuersi fueritis a malo elationis. Psalmista. Nisi conuersi fueritis gladium suum vibrauit. Zacha. primo: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos Sicut paruulus, qui nesciunt male concupiscere, superbire, lædere. Nam hoc habent proprium pueri ætate, cum sint simplices, benevoli, innoxij, & maxime mites, nullam honoris, diuitiarum, aut luxus, habẽtes cupiditatem, q̃si ne vlla concupiscentia viuunt, cura in prouidentia parentum proiecta, erga quos summe se humiliant, & ad quos totum suum formant amorem. Tales erga deum & proximum esse oportet, qui hic in regno Christi & in futuro magni esse volunt. Humilitate enim peruenitur ad reg-

ſum, ſimplicitate penetratur cælum. Non intrabitis, inquit, tantum abeſt vt ambienda ſit eminentia. ⌊ Quicunque ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus, iſte hic maior ē in regno cælorū. ⌋ Paruulus eſt qui ſibi diſplicet vt deo placeat. 1. Cor. 14. Nolite pueri effici ſenſibus ſed malitia paruuli eſtote. Talis fuit regius propheta regali ſedens in ſolio dicens. 2. Reg. 6. Ludam & vilior fiam pluſquā factus ſum, & ero humilis in oculis meis. Etenim qui modeſtia minimus eſt, is virtute eſt maximus. Principes amant ſui ſimiles, & apud hos maiori eſt in precio qui cæteris ſubmotis ſemet anteponit, Dominus ſui ſimilibus delectatur. Quicunq; ergo vult fratrem præuenire regnando, prius illum præueniat obſequendo. Roma. 12. Honore inuicem præuenientes. Vincat eū officijs, vt poſſit vincere ſanctitate. Si enim te non læſit, fratris obſequium meretur vt diligas. Si læſit magis obſequium meretur vt vincas. Hæc enim noſtræ chriſtianitatis ſumma eſt, vt amantibus viciſſitudinem lædentibus patientiam rependamus. Non enim ad regnum cælorum peruenitur ſuperbia, diuitijs, prefectura, ſed humilitate, paupertate, lenitate. Arcta enim eſt via quæ ducit ad vitam. Matt, 7. Cum enim Chriſtus ſit oſtium. Iohan, 10. hinc 14. Nemo venit ad patrem niſi per me. Ideo humilis intrat, ſuperbus impingit. Prou. 26. Superbum ſequitur humilitas, humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria. Iob, 22. Qui humiliat⁹ fuerit erit in gloria.

¶ Quo ad ſecundum, Prauitatem malorum expertus Pſal. orat: Cuſtodi me a laqo quem ſtatuerunt mihi & a ſcandalis operantium iniquitatem. Quis enim euadere poteſt inſidias dęmonum & hominum malorum, niſi ſingulari dei munere? Sed ne quis putet illum eſſe contemnē dum, qui propter deum ſe humiliat, ſubiūxit præmiū ſuſcipientis, & malum ſcandalizantis. ⌊ Et qui ſuſceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me ſuſcipit ⌋ tanta eſt apud me humiliū & ſimplicium gratia, vt mihi velim imputari. Matt, 25. Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis, Signanter addit in nomine meo, quia multi non in nomine Chriſti, ſed vt laudem veneńt humanam miſericordię impendunt opera. Mat, 6. Amen dico vobis receperunt mercedem ſuam. Alij alias ob cauſas

conuiuia non pauperibus sed diuitibus impendunt, Lu. 14. Ne paruum putaremus tales suscipere, seipsum in his suscipi promisit. Vnde & Mat. 10. Qui vos recipit me recipit. Sicut ergo suscipientibus merces promittitur, ita duris & auaris pœna indicit cum subinfert ⌊Qui aũt scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris⌋ Non arbitretur qs leue peccatum esse fratrem scandalizare, vbi talis indicit pœna. Quid enim sceleratius quam eos offendere qui nulli male volunt, nulli inuident, nulli se præferunt, qui oẽs amant ex æquo? Pusillos dicit non solum ætate sed malitia. Melius ergo est innoxium graui pœna vitam finire, quam lædendo fratrem mereri mortem perpetuam, & melius est pro leui culpa pœnã breuem suscipere, q̃ æternis seruari cruciatibus. ⌊Væ mundo a scandalis.⌋ Væ dolentis est exclamatio & increpationis nota, ut effugiatur dei maledictio. Mundus cui væ dicitur, non ille est quem venit filius hominis saluare, sed ille qui in maligno positus est, 1. Iohan, 5. 1. mundi amatores. Ioh. 17. Pater iuste mundus te non cognouit, dñi ergo mundi amatores propter cupiditates seculi alios non metuunt scandalizare tunc ipsũ scandalum sustinent aliquando corpore, sp aũt mente. Et ideo væ illis, quia ducunt in bonis dies suos & in puncto ad inferna descendunt. Iob. 21. Qui enim voluerit amicus esse huius seculi, inimicus dei constituitur Iaco. 4. Ad quos ptinet quod sequitur ⌊Necesse est enim vt veniant scandala⌋ Attenta primum dæmonum malitia, deinde hominum (astu maligni) corruptorum, qui a primo parente per ipsum similiter decepto descendũt. Hominum ergo peruersitas in causa est, vt fieri non possit quin accidant offendicula. Hiero. Sicut necesse est ignẽ calere & niuem frigere, ita necesse est vt inigtas mũdi erroribus pleni, scandala pariat, perfectos vero charitas pietatis operibus luceat. Veruntamen quia nulla necessitas cogit humana corda esse iniqua, quæ tamen quia iniqua sunt, scandala mouent, iõ væ illi cuius vitio venit. ⌊Veruntamen væ homini illi, per quem scandalum venit⌋ & si præter intentum suum cedat in bonum eorum qui patientur, immo in bonum totius mundi. Eccl. 27. Va

sa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Vnde. 1. Cor. 11. Oportet hæreses esse, vt q probati sunt manifesti fiant. Pacis tpe non facile discerni potest bonus a malo. Cum autem flauerit scandalizantium ventus faciles & tenues proiiciet, quasi vent⁹ paleas, grana in horrea congregans Christi. Væ ergo illi qui talem se exhibet, vt malum quod futurum est, per ipsum impleatur. Vnde Mat. 13. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium. Tales malo suo bonum aliorum operantur, licet præter intentum, quemadmodum Iudas dñm tradendo. Ideo Apo. admonet. Rom. 14. Hoc iudicate magis ne ponatis offendiculum vel scandalū fratri. Ratio. 1. Cor. 8. Peccantes in fratres & percutientes cõ scientiam eor⁹ infirmã, in Christum peccatis. Hinc Ro. 14. Melius est mihi non bibere vinum neq; manducare carnem, neque aliquid in quo fratrem meum scandalizem. Notanter dicit per quem. Nam si malus ex bono alterius sua malitia scandalizatur, ex seipso sumit, sicut pharisæi ex verbis & miraculis domini boni. Matt. 15. Scis (ait Petrus) quia pharisæi audito hoc verbo scandalizati sunt. Respondit dñs. Sinite eos, cæci sunt & duces cæcorum. Si ergo pro veritate scandalum oritur, magis veritas eligenda est. Proinde qui cupiunt ingredi regnū cælorum, diligenter vitent offendicula pusillorum, sed potius alijs alij vicissim sint adiumento. Neq; satis est cauere, ne quis alteri sit offendiculo, verumetiam ne quis ipse sibi accersat offendiculum; Nullus ergo affectus adeo charus sit cuiq; quin amputetur, si fuerit offendiculo properanti ad regnum cælorum. ¶ Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum & proiice abs te. Bonum est tibi ad vitam ingredi debilem vel claudū, quam duas manus habentem, vel duos pedes mitti in ignē æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum & proiice abs te. Bonū est tibi cum oculo vno vitā intrare, q̄ duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. ¶ Iuxta literam quantum abhorreat facile patet, sed cum a litera excludimur, spiritalis est sensus requirendus. Per hoc ergo quod manus, pes, oculus, nostris necessitatibus

necessariora sunt, propinquorum & charissimorum hoc loco signatur affectus, qui si a via dei recedere persuaserint, eorum amor proficiendus, quasi dicat: Deuita eius societatem, quem castigare nequis. Sic Num. 16. Recedite a tabernaculis hominum impiorum. Iob, 29. Oculus fui cæco & pes claudo. Sic & vsus membrorum q̃tenus scandalizat. Treno. 3. Oculus meus deprædatus est animã meam. Melius est enim circa illa vsum reprimere, quamuis inde subsidium vitæ pendeat, cum melius sit sine tali cõmodo ad vitam sempiternam peruenire, quam tale vitæ terrenæ subsidiũ habentẽ, mitti in ignẽ extinguibilẽ.

Quantum ad tertium, Quantam dominus erga fideles curam habeat Psalmista indicat, dicens: Immittet angelus domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Vt igitur nihil tam charum tam pretiosum magnificũq; esse debet homini q̃ debeat auocari a regno cælorum, ita nemo quamuis pauper, obscurus, & humilis est contemnendus, sed adiuuandus potius vt proficiat ad meliora. ¶ Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis. ¶ Quãuis abiecti sint apud mundum, tamen apud deum magna est illorum ratio. Pusillum enim & magnum ipse fecit, & q̃liter est ei cura de omnibus. Sapi. 6. Pusilli sunt qui in oculis suis humiles sũt & despecti. Lu. 12. Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Quare non sint contemnendi subinfert. Dico enim vobis, quia angeli eorum semper vident faciẽ patris mei qui in cælis est. Nam deus eos tanta prouidentia dignatus est, vt angelos puritati eorum conseruandæ præfecerit. Hinc æstimare licet quanti sint apud deum, quũ illi tales addiderit custodes ac pedagogos. Chry. Ne dicas ille faber est, ille sutor, ille insipiens agricola, ab angelis quibus commissi sunt viles, venerabiles fecit. Qualiter tu contemnis q̃ deo tam studiosa sunt, cum docet & animam perdere pro vno de pusillis istis? Studiosissimũ qd est anima deo, pro qua proprio filio non pepercit. Ro. 8. Discim⁹ hoc loco vnumquemq; fidelium angelum ad sui custodiam habere deputatum, qui eum a tentationibus defendit, & in virtutibus iuuat. Omnes enim administratorij sunt spiritus missi in ministerium propter eos q̃ hęreditatem capiunt salutis. Hebr. 1. Hinc de Petro dicitur,

Act.12. Angelus eius est. Angeli ergo paululorum semp vident faciem patris, quod est vere beatum esse, quia sic foras propter nos exeunt, vt ab eius visione nunq̃ recedant. Vnde Raphael ad Tobiam. Ego sum vnus de septē spiritibus qui assistimus ante dñm. Tobiæ.12. Et Danielis.7. Milia milium ministrabant ei. & decies milies cēte na milia assistebant ei. Magna dignitas animarum, vt vnaquæq; habeat ab ortu natiuitatis, in sui custodiā angelum deputatum. Custodiunt enim malum amouendo. Primo Corporale. Vnde angelus Raphael relegauit dēmonium quod septem viros Saræ interfecerat in deserto superioris Aegypti. Tob.8. Sic in auxilium Helisei uenerunt, 4. Reg, 6. Consurgēs diluculo minister viri dei egressus est, viditq; exercitum in circuitu ciuitatis & eq̃s & currus. Nunciauitq; ei dicens: Heu heu heu domine mi quid faciemus. At ille respondit: Noli timere plures ēm nobiscum sunt quamcum illis. Cumque orasset Helisæus ait: Domine aperi oculos huius vt videat. Et aperuit dominus oculos pueri & vidit, & ecce mons plenus equoꝝ & curruum igneorum in circuitu Helisæi Sic Petrus per angelum liberatus fuit de manu Herodis, Actu.12, Secundo spirituale, a peccato impediendo: In cuius figura Balaam per os asinæ corripuit. Num, 22. Item: Bonum promouendo. Vnde Angelus dominū in sua confortauit passione, non ob sui indigentiam, sed nostram excitando cō fidentiam. Lu.22. Vnde & orationes nostras deo offerūt. Tob.12. Tunc dixit eis (.s. Tobiæ & patri, Raphael occulte) Benedicite deum cæli & coram omnibus viuentibus confitemini illi, quia fecit vobiscum misericordiam suā. Etenim sacramentum regis abscondere bonum est, opera autem dei reuelare & confiteri honorificum est. Bona est oratio cum ieunio & eleemosyna, magis quam thesauros auri recondere, quoniam eleemosyna a morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire vitam æternam. Qui autem faciunt peccatum & iniquitatē, hostes sunt animæ suæ. Manifesto ergo vobis veritatem & non abscondam a vobis occultum sermonem. Qñ orabas cum lachrymis, & sepelichas mortuos, & derelinquebas prandium tuum & mortuos abscondebas p diem in domo tua, & nocte sepelichas eos, ego obtuli orationē

tuam domino. Immo pro nobis orant. Zach. 1. Et respõdit angelus domini & dixit: Domine exercituum, vsque quo tu non miserebris Hierusa. & vrbium Iuda, quibus iratus es? iste iam septuagesimus annus est. Et respondit dominus angelo qui loquebatur in me verba bona, verba consolatoria. Finaliter in cælum deducunt. Lu. 16. Factum est vt moreretur mendicus & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ.

¶ In festo omnium sanctorum.

VIdes Iesus turbas ascendit in montem. Mat. 5. Dominus ac saluator, qui ad saluandos omnes venerat, ita se omnibus contemperauit, neq; aut Iudæis aut gentibus excusatio esset. Sed Iudæi in lege dei gloriantes, ac per legis præuaricationem deũ inhonorantes, pro maiori parte obstinati remanserunt ob humilitatem Christi, quam gentiles amplexantes in locũ ipsorum subintrarunt. Vnde Iohan. Apoca. 7. Magnum quidem numerum Iudæorum signo dei signatorum (sed tamen certum) posuit, gentium vero innumerabilem, dicens. ¶ Et vidi alterum angelũ ascendentem ab ortu solis habentem signum dei viui. Et clamauit voce magna quatuor angelis quibus datum est nocere terræ & mari dicens: Nolite nocere terræ, & mari, neq; arboribus, quoadusq; signemus seruos dei nostri in frontibus eorum. Ezechie. 9. Transi per mediam ciuitatem & signa thau super frontes virorum gementium & dolentium, super cunctis abominationibus quæ fiunt in medio eius. Et audiui numerum signatorum, centum quadraginta quatuor milia, ex omni tribu filiorum Israel. Post hæc vidi turbam magnam quã dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum in conspectu agni, quia sicuti beati reficiuntur interius in aspectu diuinitatis, ita exterius in aspectu humanitatis Christi, vt dicit Augustinus super Iohan. 10. Amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum, in signum victoriæ perfectæ, quę non habetur hic perfecte contra diabolum, mundum, & carnem. Et clamabant voce magna, Psalmista, qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te, dicentes Salus deo nostro. Id est salus quam habemus, inest no-

bis a deo ⌊ & agno. Et omnes angeli ſtabant in circuitu throni & ſenio⁹rum & quatuor animalium ⌋ tanquam parati deo. ⌊ Et ceciderunt in conſpectu throni in facies ſuas, & adorauerunt deum ⌋ gratias agentes ⌊ dicentes, amen ⌋ poſt laudem ſuprapoſitam. ⌊ Salus deo noſtro & agno ⌋ & ſubditur eorum laus. ⌊ Benedictio ⌋ id eſt, laus ⌊ & claritas ⌋ id eſt, diuulgatio nominis ⌊ & ſapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo deo noſtro in ſecula ſeculorum amen. ⌋ Non quod ex creaturis aliquid accreſcat deo in ſeipſo, ſed tantum in effectibus ſuis. Ad hanc laudem & gloriam vocare venit dominus & cætera.

¶ Cum dominus Iohanne carcere obcluſo euangeliſ prædicaret regni, circumiens totam Galilæam docēs in ſynagogis eorum, & ſanās omnem languorem, & omnē infirmitatem in populo, abiit opinio eius in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes male habentes varijs languoribus, & tormentis comprehenſos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos, & ſecutæ ſunt eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & de Hieroſo. & de Iudæa & de tranſiordanem. In illo tem⁹ re. Videns.

¶ Oſtendit dñs in hoc euangelio, regnum cælo⁹ non mundi delitijs, ſed virtutum diuitijs adeundum.

¶ Primū, Generalis populo⁹ adunatio. In princ.

¶ Secundum. Honorabilis virtutum remuneratio, ibi Beati pauperes.

¶ Tertium. Internalis affectuum pacificatio, ibi: Beati pacifici.

¶ Quo ad primum. Sapientiæ diffidens humanę Pſal. ait: Vias tuas domine demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua, & doce me, quia tu es deus ſaluator meus, & te ſuſtinui tota die, vitæ .ſ. meæ. Nam multi reges & prophetæ deſiderauerunt audire q̄ audierunt diſcipuli & videre quæ viderunt. Luc. 10. Cū enim venit plenitudo temporis miſit deus filium ſuum. Cala. 4. ¶ Videns turbas ⌋ videns miſerationis affectu. EPIST. Matthæi nono: Videns turbas miſertus eſt eis, quia erāt vexati & iacentes ſicut oues non habentes paſtorem.

⌊ Aſcendit in montem ⌋ ſic enim olim prædictum erat

Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Syon, qui euangelizas Hierusalem. Esa. 40. Subduxit ergo se se ab humili loco, qui facile patebat quibuslibet, ac monte conscenso, ipsa loci celsitudine declarans ardua q̃dam cæleſtia q; se traditurum, simul Mosi referens exemplum qui legem proditurus populo, montem ascendisse legit. Exod. 20. ⌊ Et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius ⌋ quos sibi peculiariter delegerat, vt audiẽdis illius verbis hi essent etiam corpore viciniores, qui præceptis implendis animo appropinquabant. Augu. Cum sedisset inquit, velut ardua seria q; docturus, quæ attentum requirerent auditorem. Deus enim per sanctos prophetas & famulos suos, secundum ordinatissimam distributionẽ tẽporum dedit minora p̃cepta populo quem timore adhuc alligari oportebat, & per filium suũ maiora populo quẽ charitate iam liberare conuenerat. Cum ergo minora minoribus maiora maioribus dantur, ab eo dantur, q sol⁹ nouit congruentem gñi humano suis temporibus exhibere medicinam ⌊ Et aperiens os suum ⌋ Hebr. 1. Multipharia multis q; modis olim de⁹ loq̃ns patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio. Ipsum ergo audite, Mat. 17. ⌊ docebat eos ⌋ euangelicam doctrinam, plurimum abhorrentem ab omnium opinione qui mundo admodum videtur sapere.

¶ Quo ad secundum, Psalmista exemplo ad exercitia virtutum exhortans ait; *Innocentes & recti adhæserunt mihi*: quia tales placent deo, & quia sustinui, paciẽter expectando, nomen tuum. Hinc dominus spe præmij laborem alleuiat exercitij dicens: ⌊ Beati pauperes spiritu. ⌋ Ex spontanea paupertate cæteræ virtutes exordium q̃dam & originem sumunt. Nam voluntaria paupertas misericors est: contra auaritiam, mitis, contra diuitias iactantiam, pacifica sublata rixandi occasione, quia caret acquirendi voluntate, mundo corde, quia non quæ mundi sed q̃ domini sunt, quomodo placeat deo solicita est. Illa ergo paupertas laudabilis est, quæ aut habere nõ cupit, aut si forte habet propter deum distribuenda relinquit. Multos enim rei familiaris tenuitas, generis humilitas, conditionis obscuritas, fortunæ aduersitas, reddit abiectos & humiles sibiq; displicentes. Sunt hi q̃dem vi-

einiores euangelicæ beatitudini si quo vocat fortuna sequantur animo. Sunt enim quidam pauperes rebus & spiritu. Matth. 19. Omnis qui reliquerit domum vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet & vitam æternam possidebit. Alij nec rebus nec spiritu sicut diuites superbi, Psal. Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo, obtinuerunt diuitias. Alij rebus tãtum & non spiritu, qui nihil habẽtes multa concupiscũt. Alij spiritu non rebus, qui secundum apostolum tanquã nihil habentes sunt, & omnia possidentes, quales fuerunt Abraham, Iob, Dauid, Ego vero egenus & pauper sum. Hæc spirituum humilitas in affectu sita est non in rebus externis. Sequitur merces. ⌊Quoniam ipsorum est regnum cælorum.⌋ Regnum mundanum paratur violentia, ferocia defenditur, hoc regnum parat modestia, tuetur & constabilit humilitas. Mundus non iudicat regno gerendo idoneos, nisi qui generoso præditi spiritu ingentes tollunt animos. Deus ad suum regnum eos potissimum euehit, qui se maxime abiiciunt. Vnde dñs ostendit eis regnum cælorum tribuendum, qs humilitas commendat animorum, magis quam indigentia facultatum Omni generi atq; ordini hominum, datur in hac virtute consortium, quia possunt in proposito pares esse & impares censu, nec interest quantum in terrena sint facultate dissimiles q in spiritalibus bonis inueniuntur æquales. Beata ergo illa paupertas, quæ rerum temporalium amore non capitur, nec mundi opibus augeri appetit, sed cælestibus bonis ditescere concupiscit ⌊Beati mites.⌋ Mites sunt qui nulli vim faciunt, q læsi facile condonant iniuriam, qui malunt rem perdere quam contendere, qui pluris faciunt concordiam & animi tranquillitatem quã latum fundum, qbus optabilior est quieta paupertas quã rixosæ diuitiæ ⌊Quoniam ipsi possidebunt terram.⌋ Mitibus ac mansuetis, humilibus ac modestis & ad omnium iniuriarum tolerantiam ꝑparatis, possidenda terra promittitur. Immitis ac ferox domino nec hoc possidet quod habet. Placidus autem qui mauult sua cedere quam prohis digladiari tot locis habent fundum, quod locis reperit amantes euangelicæ mansuetudinis. Item possidebunt

terra viuentium. Item terram corporis sui, quæ ex glori
osa resurrectione resumpta, dotata erit dono immortali
tatis, vt periculum vertatur in præmium, & quod fuit
oneri sit honori. Psal. Exultabunt sancti in gloria, læta-
buntur in cubilibus suis. ⌊ Beati qui lugent, quoniam ipi
consolabuntur ⌋ aderit enim spiritus cælestis secretus
consolator, qui ipsorum luctum inæstimabili mentis gau
dio pensabit, interim mox ad æterna gaudia transferen-
do. Sed luctus cui consolatio promittitur non de incom-
modis mundi est, sed religiosa tristitia, quæ alienum lu
get peccatum aut proprium, nec de hoc dolet quod diui-
na iustitia agitur, sed de eo mœret q̊d humana iniquitate
committitur. Vbi magis plangendus est faciens maligna
quam patiens, quia iniustum malitia sua demergit ad pœ
nam, iustum autem tollerantia ducit ad gloriam. ⌊ Bea
ti qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi satura-
buntur ⌋ Felix qui iustitię bono desiderat saturari, & ip̄o
domino impleri, quem cibum potumque non expeteret, si
nihil de eius suauitate gustasset. Audiendo autem gusta-
te & videte quoniam suauis est dominus, in amorem ca-
[illegible]imæ voluntatis exardescit, vt spretis omnibus tem-
poralibus, ad edendam bibendamq; iustitiam, toto accen
ditur affectu, iusticiam dico euangelicam, vbi semper est
quod esuriatur, semp quod satiatur, & beata satietas est
& hoc ipsum beatitudinis pars est esurire panem illũ ani
mi, de quo qui ederit viuet inæternum. Iohan. 6. Et siti
re aquam illam viuam, de qua qui biberit, fiet in eo fons
aquæ salientis in vitam æternam. Iohan. 4. Et dominus
Iohannis. 4. Meus cibus est vt faciam voluntatem eius q̄
misit me. ⌊ Beati misericordes ⌋ qui pro charitate frater
na alienam miseriam suam esse ducunt, qui quicquid ha-
bent dotis, id alijs subleuandis ac refocillandis impendũt.
Non enim is sumptum facit sed lucrum ⌊ Quoniam mi-
sericordiam consequentur ⌋ Condonasti proximo tuo de
lictum aliquod leuiusculum, tibi deus condonabit omnia
peccata. Remisisti fratri vindictam temporariam, tibi
deus remittet pœnam æternam. Subleuasti tua pecunia
fratris inopiã, tibi reddet deus opes suas cælestes. Agno
sce dignitatem Christianæ sapientiæ, & ad qualium di-

sciplinarum artes atque præmia voceris intellige. Misericordem te misericordia, iustum vult esse iusticia, vt in creatura sua creator appareat & in speculo cordis humani per lineas imitationis expressa dei imago resplendeat. Secura esto operantium fides, aderunt tibi desideria tua, & de his quæ amas sine fine potieris. ⌊ Beati mundo corde ⌋ ab iniquinamentis peccati ⌊ quoniam ipsi deum videbunt ⌋ quod est omnibus mundi voluptatibus optabilius. Magna felicitas, cui tantum præmium promittitur. Videre enim deum quantæ sit beatitudinis quæ mens concipere, quæ lingua valet explicare? Et tamen hoc consequentur, quando transformabitur humana natura, vt non iam per speculum in ænigmate 1. Corrint. deci. ter. sed facie ad faciem, ipsam quam nullus hominum videre potuit sicuti est deitatem videant. i. Ioh. 5 & quod oculus non vidit nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit prima Corinthiorum secundo: per ineffabile gaudium æternæ contemplationis obtineant. Quid est ergo habere mundũ cor, nisi eis quæ supra dictæ sunt studere virtutibus? Declinentur ergo terrenarum caligines vanitatum, & ab omni squalore iniquitatis interiores oculi tergantur, vt intuitus tanta visione pascantur. Exiliunt gaudio quibus adempta cæcitate contingit intueri lucem, nec aliter sibi gratulantur quam si redissent ab inferis. Quanto beatiores, quibus adempta mentis caligine, datum est intus cernere deum, totius lætitiæ fontem, quem videre summa felicitas est? Quod sol est puris oculis, hoc deus puris mentibus: quod pituita aut squamæ suut oculis, hoc peccata sunt animis.

¶ Quo ad tertium, Diuini necessitatem auxilij Psalmista cognoscens ait: Custodi animam meam & erue me, quia per me non possum, non erubescam quoniam speraui in te. Felix talis. Nullus enim sperauit in domino & confusus est. Eccle. secundo: Ideo dominus. ⌊ Beati pacifici ⌋ Ista non cuiuslibet consensionis, nec qualiscunque concordiæ est, sed illius de qua apostolus. Pacem habeamus ad deum, Romanos quinto, & Psalmista: Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalũ. Hanc pacem etiam arctissima amicitiarum vincula,

ia, & indiscretæ similitudines animoꝝ non veraciter sibi vendicant, si non cum dei voluntate concordant. Amor mundi cū dei amore nō congruit. Qui ergo mente sp cū deo soliciti sunt seruare vnitatem spūs in vinculo pacis nunquā ab æterna lege dissentiunt, fideli orōne dicentes, fiat voluntas tua. Mat. sexto: Vere ergo pacifici sunt qui postq̄ ipsi cupiditatum oīm rebellionem ex animis suis cōpresserunt, studēt & inter alios dissidentes sarcire cō cordiam, non solum non vlciscentes si quid læsi sunt a quoquam, verumetiam vltro inuitantes ad pacem, a quibus sunt offensi. Quod si cui durum videatur, audiat præmium. ⌊Quoniam filij dei vocabuntur⌋ Quid honorabilius hoc elogio? Imo quid beatius? Necenim est inanis titulus. Qui filius sit, idem & hæres sit oportet, Sed nothum arguit morum dissimilitudo, Germanum & gnesion patris imitatio. Deus gratis condonans omnia peccata mortales omnes, a quibus fuerat offensus, inuitat ad pacem & amicitiam, vltro se præbet propitium omnibus qui resipiscunt. Is non cognoscet pro filijs suis, nisi qui tales se præbuerint aduersus fratres suos, qualem se præbuit aduersus vniuersos, abdicaturus pacis osores, ac dissidiorum autores. Quoniam plures sunt vbique improbi, non potest cum omnibus constare pax nisi tolerantia malorum. ⌊Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam⌋ euangelicam quæ nullum lædit, prodest omnibus ⌊quoniam ipsorum est regnum cælorum⌋ Non est quod terreat humana crudelitas. Nemo vos lædere potest si mordicus tenueritis iusticiam. Persecutio malorum non auferet innocentiam vestram, sed augebit coronam & beatitudinem. Iacobi. primo: Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ. ⌊Beati estis cum maledixerint vobis homines & psecuti vos fuerint & dixerint omne malum aduersum vos mentientes ꝓpter me⌋ non vestra culpa. Siquidē summa criminum erit esse Christianum. 1. Petr. 4. Si exprobramini in nomine Chri, beati eritis: q̄m quod ē honoris, gloriæ & ꝟtutis dei, & qui est eius spiritus super vos requiescet. Nemo autem vestrum patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem vt Christianus non erubescat,

glorificet autem deum in isto nomine, quoniam tempus est vt incipiat iudicium a domo dei. Si autem primum a nobis, quis finis eorum qui non credunt euangelio. Si autem iustus quidem vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Itaq; & hi qui patiuntur secundum voluntatem dei, fideli creatori commendent animas suas in bene factis. Ne deplorate vosipsos vt afflictos, vt explosos vt infames, quin potius ob hæc ipsa. ⌊ Gaudete & exultate quoniam merces vestra copiosa est in cælis ⌋ quanto enim quisq; propter iusticiam durius affligitur, tanto dulcius in cælo remunerabitur. Ideo Iac. 1. Omne gaudium existimate fratres, cum in varias tentationes inciderits, scientes q probatio fidei vestræ patienciam operatur. Patiētia autem opus perfectum habet.

¶ De Apostolis.

HAec mando vobis vt diligatis inuicem. ⌋ Iohan. 15. Saluator noster nimia charitate mundum a morte æterna, sua saluans morte, hanc velut omnis boni arram & summam discipulis commendauit, quæ bonis facit & bona & aduersa cedere in bonum. Hinc Apost. Ro. 8. ¶ Scimus quoniam diligentibus deum, omnia cooperantur in bonum ⌋ ad fructum crescunt meritorum, siue prospera siue aduersa, ita vt nulla via possint ab ea ad quā prædestinati sunt gloria impediri, diligentibus deum dicit: Dei enim dilectio est in nobis per inhabitantem spiritum. Ro. 5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per. ſſ. qui datus est nobis. Qui nos dirigit in viam rectam, quia Prou. octauo: Ego diligentes me diligo. Diligere autem est bonum velle. Dei autem velle est operari. Omnia enim quæcunque voluit fecit. Tales ergo deus consolatur prosperis, exercet aduersis. Prosunt enim mala q̄ fideles pie perferunt, vel ad emendanda siue demenda pcta, vel ad exercendā probandam; iusticiam, vel ad demonstrandam huius vitæ miseriam. Quamuis enim mors carnis de peccato primi parentis originaliter venerit. Roma. 5. Tamen bonus vsus eius glorioſiſſimos martyres facit ⌊ his qui secundum ⌋ p positum ⌋ diuinæ prædestinationis ⌊ vocati sunt ⌋ ad fidem Christi, vel interius vel exterius per prædicationem ⌊ sancti ⌋ in sanctitatem. Secundum propositum dicit, ga

secundum Aug. prædestinatio propositum est miserendi. Ephe. 1. prædestinati secundum propositum eius. Vocati Esa. 41. Vocauit eum vt seq̃ret se. Sancti. Leui. 21. Ego dominus qui sanctifico vos. Nemo ergo potest nocere his q̃s deus promouet, sed deus prædestinatos diligentes deum promouet, ergo nihil potest eis nocere, sed omnia cedunt eis in bonum. ⌊Nam quos præsciuit⌋ ab æterno beatificandos⌊ & prædestinauit, conformes fieri imaginis filij sui⌋ in puritate vitæ hic, & post in beatitudine, vt portemus eius imaginem, 1. Cor. 15. Sicut portauimus imaginem terreni, sic portemus imaginẽ cælestis. Et sic ẽ constructio transitiua. Alio modo, vt sit constructio apposita sic, conformes imaginis filij eius q est imago. Col. 1. Qui est imago inuisibilis dei ⌊ vt sit ipse primogenitus in multis fratribus.⌋ Quanq̃ enim oẽs nos in quibus est gratia dei filij dei simus, ipse tamen consubstantialis & naturalis est filius, atq; ita primogenitus ante omnem creaturam tam dignitate quam tpe. Nos vero tantum ad optiui, & secundum beneplacitum eius, ad id quod natu[illegible] non eramus assumpti. Nota prædestinatio importat ordinationem quandam in animo, eor: q̃ quis est factu rus. Ab æterno autem deus prædestinauit beneficia quæ sanctis suis erat daturus, Vnde prædestinatio æterna, differt a præscientia secundum rationem, quia præscientia importat solum notitiam futurorum, sed prædestinatio importat causalitatem quandam respectu eorum. Et ideo deus habet præscientiam & de peccatis, sed prædestinatio est de bonis salutaribus. ⌊Quos autem prædestinauit⌋ ab æterno ad gloriam suam⌊ hos & vocauit⌋ suo tempore ad fidem & ecclesiam. Est duplex vocatio, exterior per prædicationem. Alia interior quæ nihil aliud est quã quidam mentis instinctus, quo cor hominis mouetur a deo, ad assentiendum his quæ sunt fidei vel virtutis, & hæc necessaria est nobis. Iohan. 6. Nemo venit ad me nisi pater qui misit me traxerit eum. Et hæc vocatio est efficax in prædestinatis, quia ei assentiunt, Iohann. 6. Omnis qui audiuit a patre, & didicit, venit ad me. ⌊Et quos vocauit, hos & iustificauit⌋ qui eius vocationi obedierunt, eosdem a peccatis mundãs, & ad bona opera validos reddens per gratiam suam. Rom. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius⌊ Quos aũt iustificauit. Illos & ma

gnificauit ⌋ nunc quidem gratiæ suæ donis magnificis, ac postmodum gloriæ æternitatis suæ. Non enim parum magnificum est vacare vitijs, innocentiæ gloria florere affectibus esse incorruptis, sic insitum esse Christo vt idē sis cum illo, spiritum illius habere pignus, hæredem esse dei, cohæredem Christi, vt de hoc q̄d supereſt suo tempe implendum, nec liceat diffidere. Ecce hæc sunt mira & magnifica erga nos diuinæ dilectionis testimonia. Quis vnquam tanta sperare ausus fuerat? ⌊ Quid ergo dicemus ad hæc? ⌋ Quid potest dici contra tanta dei beneficia. Prou. 21. Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dñm. Et quid retribuemus dño, p oībus q̄ tribuit nobis ⌊ Si deus, p nobis ⌋ p̄destinando, vocando iustificando, magnificando ⌊ qs contra nos ⌋ f. efficaciter salutem nostram impediendo. Iob. 17. Pone me iuxta te, & cuius vis manus pugnet contra me. Nō ergo nocet sed coopatur, licet p̄ter voluntatem in bonum ⌊ Qui etiam p̄prio filio suo non pepcit ⌋ tanto nos amore prosecutus ⌊ sed pro nobis omnibus tradidit illum ⌋ in mortem pro expiatione p̄ctōrum nostrorū. Rom. 4. Traditus est [illegible] pter delicta nostra Esa. 53. Dñs posuit in eo iniqtates omnium nostrū ⌊ quō non etiam cum illo omnia nobis donauit? ⌋ ad nostrā salutem necessaria. Nempe peccatorum remissionē, & gratiæ suæ auxilium, & spiritualia omnia charismata ad salutem necessaria, cuius nos fecit cohæredes. Nec periculum est, ne hunc animum erga nos suū ⸗ tat mutet q̄ deus opera calumniatoris. ⌊ Quis accusabit aduersus electos dei ⌋ qs destinato cerro q̄ consilio delegit, pro suis q̄ ducit. Ecce deus est qui electos suos a peccatis iustificat: quis tam audax qui eos qs deus a peccatis absoluit, quasi peccati reos audeat falsis criminationibus accusare ⌊ Deus est qui iustificat ⌋ quia alius non pōt cū sit omnium iudex ⌊ quis est qui condemnet ⌋ Solus Christus pōt, mō nos cauerimus ne in pristinas culpas relabamur. Et ne quis putaret ne a Christo Iesu accusaremur & condēnaremur subdit ⌊ Christus Iesus qui mortuus est ⌋ pro nostra salute ⌊ imo qui resurrexit ⌋ deuicta morte ⌊ q est ad dexteram dei ⌋ in q̄litate gloriæ eius, ventur⁹ iudex ⌊ q & interpellat, p nobis ⌋ vbi q̄tuor notat Primo mortem, 1. Pet. 1. Christus semel, p peccatis nr̄is mortu⁹ est

Secundo resurrectionem, p quam nos viuificat, nunc vita spirituali, & tandem æternali. Roma. 4. Resurrexit propter iustificationem nostram. Tertio patris confessionē ad gloriam nostram. Eph. 2. Cōsedere nos fecit in cælestibus, in Christo Iesu. Quarto interpellationem, 1. Iohan. 1 Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum. Hebræ. 9. Introiuit in ipsum cælum, vt appareat vultui dei pro nobis. Quis ergo prævalere possit aduersus eosquos deus tanti fecit, & tanta charitatis exhibuit beneficia?

¶Cum dominus post cœnam consternatos discipulorum suoꝝ de sua morte & discessu animos, multis consolaretur verbis, suū ad ipsos reditum, ac paracleti aduentū ꝓmittens, ad mutuam contra mundi odia perferenda, cohortatus est dilectionem. In illo temp. d. l. d. ſ. Hæc mando vobis.

¶Ostendit dominus in hoc euangelio quam honorificum sit pro nomine ipsius pati, & quā terrificum persecutionem bonis inferre.

¶Primum. Accepta discipulorꝝ adunatio, in principio

¶Secu. Benigna aduersorum toleratio. ibi. Si mundus

¶Ter. Cæca malorum obstinatio, ibi. Sed hæc omnia.

¶Quo ad primum Psal. ob magnam sibi ostensam benignitatem, in laudem dei, prumpens ait. Exaltabo te domine quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me, permittens me cadere in manus ipsorum per peccatum, quo essem similis ipsis, sed per charitatem bonis connectens. Ipsa enim sola est quæ mundi vincit odia, & in bono conseruat. Hinc dominus suos ad mundi p

EVANG. secutiones sustinendas mittens ait. ¶ Hæc mando vobis vt diligatis inuicem. ¶Non sunt dura iussa mea, quid enim dulcius quam amare, qui sunt tam imbecilles quos non fortes reddat amor mutuus, quid tam triste quod non dulce reddat mutua charitas. Augustinus. Bonus magister dilectionem sæpe commendat tanquam sola præcipienda sit, sine qua non possunt prodesse cætera bona, prima Corinthiorum. 13. Et quæ non potest haberi sine cæteris bonis, quibus homo efficitur bonus. Vnde apostolus contra carnis opera fructum spiritus commendās a capite charitatem posuit, dicens: Fructus autem spiritꝰ charitas, ac deinde cætera tanquam ex isto capite exorta

vel religata contexit: quæ sunt Gaudium. Quis enim bene gaudet q bonum non diligit vnde gaudet? Phi. 4. Gaudete in domino semper. Hinc dominus. Iohan. 14. Si diligeretis me gauderetis vtique quia ad patrem vado: quis verā pacē, nisi ad eū quē digit habet? Quis i bono lōganimis perseuerat, nisi qui seruat diligendo? quis benignus, nisi diligat cui opitulatur? quis bonus nisi efficaciter diligendo? quis salubriter fidelis nisi ea fide quæ per dilectionem operatur? Galat. 5. Fides enim non nisi per charitatem ferax est operū sine qua nihil est, 1. Cor. 13. Licet em Paulus strenue fidem testetur salutis basim. Hebr. 11. Sine fide impossibile est placere deo, tamen in ea sola non constituit felicitatis summam, vt ei charitatem longe prætulerit, in qua & legis plenitudinem cōsistere clamitat, Romanos. 13. Qui proximum diligit legem impleuit. Ea enim fit, vt omnia sanctis cedant in bonum, Rom. 8: Quo fit vt ad cōsummatam felicitatem non sat fuerit fide quē piam esse imbutum. Exigitur enim charitas, qua in deum ac proximum feramur, qua liberrimo animo omnia cum commoda, tum incommoda toleremus, qua iussa superiorum volentes exequamur, qua iniurias omnes, infa[illegible] am ob Christum irrogatam omnem excelso feramus animo. Est enim charitas siue dilectio donum dei, quo rationalis natura in amicitiam ac fauorem dei suscipit, quo voluntas ipsa, eam enim maxime permouet, cum in deum vt supmum bonum propter seipsum adamatum, tum in proximū ad dei imaginem excultum, placide effunditur ac deducitur. Charitas inquit Apostolus. Romanorum quinto. Diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Hac imbutus ait: Quis nos sepabit a charitate dei, tribulatio an anguſtia an nuditas, an fames, & cætera quæ sequuntur. Hac enim fit vt animus non solum in cognitione dei quæ per fidei lumen fit conquiescat, sed etiam totis remis velisque totis neruis contendat ei adhærere arctissimis ac ccu vulcaneis vinculis, in quo est omnis bonitatis ratio contemptisque omnibus quæ ab hoc conatu reuocant, id maxime curat, vt amoris dulcedine in dilecto conquiescat. Canticorum secundo. Dilectus meus mihi & ego illi, in tra vbera mea commorabitur. Hanc vt totam possidea-

mus præcipit deus. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Deuter. 6. Matthæi. 22: Lucæ. 10. Iohannis. 4. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet & deus in eo. De ea vero qua in proximum ferimur plenæ sunt scripturæ. Christus enim inquit: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Matthæi. 22. In his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ. Non inquit in sola fide, sed in his duobus (dilectionis dei & proximi præceptis) totius legis cardo voluitur. Hoc inquit est mandatum meum, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Iohannis. 15. Efficaciter, gratuite, recte. Non sicut mundus, qui diligere nescit nisi propter se & suam vtilitatem aut voluptatem, 1. Petri. 4. Ante omnia mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Vniuersa enim delicta operit charitas. Prouerbiorum decimo: Ideo admonet apostolus Ephesiorū quarto; Soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Quis mansuetus cui dilectio non moderetur. Quis abstinet vnde turpatur, nisi diligat vnde honestatur. Ideo dominus Iohannis decimoquinto: In hoc cognoscēt omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem.

¶Quo ad secundum Psalmista omnem in deū ponens fiduciam ait: *Dominus adiutor meus & protector meus, & in ipso sperauit cor meum & adiutus sum.* Pro dilectione enim dei patienter debemus mundi odia sustinere. Necesse est enim vt oderit, quos cernit nolle quod ipse diligit. Consolatur ergo dominus nos primo Exemplo, dicens ⌊Si mundus vos odit⌋ .1. mundani. Iacob. 2 Nonne diuites opprimunt vos per potentiam, & ipsi trahunt vos ad iudicia? Nonne ipsi blasphemant bonum nomen quod inuocatum est super nos? 1. Ioh. 3. Nolite mirari fratres si odit vos mundus ⌊. Scitote quia me priorem vobis odio habuit⌋ Cur ergo membrū super caput se extollit, recusat esse in corpore qui odium mundi non vult sustinere cū capite. Ne ergo videatur indignum vos in mundo perpeti, quod ego prior vobis perpessus sum. Odit me mundus non quod merear, sed quod arguam & prodam illius malefacta, docens ea quæ non congru

unt mundanis affectib. Oprimum ergo est causam persecutionis omnium habere dominum. Secundo: Quia per hoc cognoscuntur alieni a mundo, & cõiuncti deo. Si de mundo fuissetis, cõcupiscentias et sequendo mundus quod suum erat diligeret. Eccles. 13. Omne animal diligit sibi simile, & omnis hõ ad similem sibi coniungit. Si diligeretis ea quæ mundi sunt, si doceretis ea quæ congruunt cupiditatibus mundanis, mundus, &c. 1. Iohan. 4. Ipsi de mundo sunt, ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit: Novit ille suæ factionis homines eosq; cõplectitur, euehit, vt similis amat similem, & mala scabies amat commode scalpentem. Infelices ergo quibus hic mundus blandus est & amicus, nã hoc arguit eos alienos esse ab amicitia dei, quæ sola vere felices reddit. Iacob. 4. Quicunq; voluerit amicus esse huius mundi, inimicus dei constituitur. Quia vero de mundo non estis sectando quæ carnis sunt, sed quæ spiritus, non inhiatis bonis terrenis sed cælestibus sed ego elegi vos gratis de mundo de q̃ aliq̃ fuistis, propterea odit vos mundus iustitia vestra mundanis est odiũ cã, non quod digni sitis, sed q̃d malo & impio dissimiles. Hoc ergo argumento cognoscetis vos esse vere discipulos meos & amicos, nimirũ alienos a mundo, q totus in maligno positus est, 1. Iohan. 5. Velut de cælo delati sitis, quia per hoc alieni a diabolo. Augustinus. Vniuersæ hoc dicit ecclesiæ, quã plerunque mundi nomine appellat. Vñ, 2. Corint. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Iohannis .3. Non misit deus filium suum vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Totus ergo mundus ecclesia est. Totus mundus odit ecclesiã. Mundus odit mundum, inimicus reconciliatum, damnatus saluatum inquinatus mundatum. Ipsi autem inde erant, vnde vt nõ essent electi sunt inde, nõ meritis suis quorum nulla præcesserant bona opera, non natura quæ tota fuerat per liberum arbitrium in ipsa radice viciata, sed bonitate gratuita, id est, vera gratia. Diligit autem se falsa dilectione quia vitium & iniquitatem qua iniquus est. Odit vere, quia qui diligit iniquitatem odit animam suam. Odit ergo naturam & diligit vicium, sicut econtra nos iubemur diligere mundum nos persequentem. Matthæi. 5.

Diligite inimicos vestros , & odire quod ipse diligit.s. iniquitatem,& diligere quod ipse odit.i.naturam.Nolite ergo mirari quod innocentia vestra non tuebitur vos ab odio mundi. ⌊ Mementote sermonis mei,quem ego dixi vobis⌋Iohan.15. ⌊Non est seruus maior domino suo.⌋Aug. Manifestum est illum seruum qui non manet in domo inæternum , ad illum pertinere timorem quem foras mittit charitas , & esse intelligendum vbi dictum est. Iam non dicam vos seruos sed amicos, hic autem illum significari seruum qui pertinet ad timorem castum, permanentem in seculum seculi.Hic enim seruus auditurus est.Euge serue bone & fidelis,quia super pauca fuisti fidelis,super multa te constituam , intra in gaudium domini tui, Mat.25.⌊Si me persecuti sunt, & vos persequẽtur.⌋ Nec enim mea me innocentia tueri potuit ab odio mundi q̃ maior est vestra,nec meã doctrinam veriti sunt aspernari , nec meis beneficijs mitescere potuerunt,& a crudelibus cœptis reuocari. Quod ausi sunt in me dominum & magistrum, multo magis audebunt in vos. ⌊Si quemadmodum ergo meam doctrinam nõ tulerunt, ita nec vestram ferent , quoniam eadem docebitis quæ ego. Ezechie.tertio. Domus Israel nolunt audire te,quia nolunt audire me.Illi ergo qui seruant iam non sunt de mũdo,quod enim lux non omnium oculis capitur , aut certe non æque , non a lucis sed ab oculorum diuersitate prouenit.

¶Quo ad tertium dicit Psalm . Notus in Iudæa deus & in Israel magnum nomen eius. Ignorantia enim dei, mundi subuersio,bonorum persecutio, & animarum est perditio,& omnis error & confusio. Sic scientia dei,est mundiædificatio, bonorum pax,animarum salus,& summatim omnis veritas & gloria , & hæc fides nũcupatur. Hæc a deo infunditur,vt supernæ lucis radius.Illa a maligno,vt fumus exhalatur.Vnde sequitur⌊Sed hæc oĩa⌋ s.persequendo,odio habendo,& sermonem contemnendo⌊facient vobis propter nomen meum⌋.i.confessionẽ nominis mei.Tãto ergo miseriores, qui propter hoc nomen ista faciunt, quanto beatiores qui propter hoc nomen patiuntur,sicut ipse ait Matth.5.Beati qui persecu-

tionem patiuntur propter iusticiam. Ipse autem factus ē nobis a deo iustitia. 1. Cor. 1. ⌊quia nesciunt eum qui misit me⌋ inquantum scilicet misit filium in salutem, licet gloriarentur se nosse. Iohan. 8. Si deus pater vester esset, diligeretis vtique me. Ego enim ex deo processi & veni. Neque enim a meipso veni sed ille me misit (& ante) Neque enim me scitis, neque patrem meum scitis, si me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis. Nesciunt ergo quia noluerunt discere, & ideo hæc ignorantia non excusat in die vindictæ. Vnde seq. ⌊si non venissem⌋ secundum promissionem, ego qui filius quo maior mitti non poterat, ⌊& locutus eis non fuissem,⌋ omnia quæ poterant illos ad meliorem reuocare mentem ⌊peccatum non haberent⌋ Aug. Nunquid sine peccato aliquem inuenit dominus, sed de magno quodam loquitur quo tenentur omnia quod vnusquisq; si non habet dimittuntur ei cuncta peccata. Hoc est autem quia non crediderunt in Christum, q propterea venit vt credatur in eum. Hoc peccatum vtiq; si non venisset non haberent, ⌊Nunc autem excusationē non habent de peccato suo⌋ Iohan. 1. In propria venit & sui eum non receperunt. Iohan. 8. Quare loquelam meam non cognoscitis. Iohan. 5. Ego veni in nomine patris mei & non recepistis me, si alius venerit in nomine suo illum accipietis, qui mundi scilicet quærat gloriam Nedum Iudæi quibus per se locutus est Christus, sed & gentes quibus per apostolos & ecclesiam locutus est & loquitur, ad quod pertinet illud. Luc. 10. Qui vos spernit me spernit. An experimentum quæritis (inquit apost. 2. Cor. 13.) eius qui in me loquitur Christus, ⌊qui me odit & patrem meum odit⌋ Ecce radix peccati, quia odium non permisit eos recipere veritatem. Esa. 1. Blasphemauerunt sanctum Israel, alienati sunt retrorsum. Nam eius autoritate loquor quæ loquor, & quicquid facio eius virtute facio. Nec enim verbis illis solum locutus sum, sed etiam factis. ⌊Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit⌋ in magnitudine & multitudine oēm virtutē creatam transcendentia. ⌊Peccatum non haberent⌋. s. illud magnum quo in eum loquentem & operantem nō crediderunt. Notanter dicit in eis, quia non solum inter eos vel coram eis, sed prorsus in eis, quia eos sanauit. Hæc

enim intelligi voluit, quæ non solum facerẽt ammiratio
nem, verumetiam manifestam conferrẽt salutem, pro q-
bus vtiq; beneficijs amorem non odium retribuere debue
runt, ⌊Nunc autem & viderunt⌋ opera ⌊& oderunt⌋
post talium operum visionem ⌊& me⌋ qui loquutus
sum & opera feci⌊& patrem meũ⌋qui per me locutus est
& operatus, Sed quod ex sola malitia odij causa processe-
rit, ostendit per scripturam. ſſ. prolatam quæ per os Da-
uid prædixit, qualis futura esset illorum malitia, & ipi vt
mali dictum a propheta impleuerunt & prophetiam ve-
ram esse comprobauerunt ⌊Sed vt impleatur sermo qui
in lege eorum⌋Psalm. 34. scriptus est. ⌊Quia odio habue
runt me gratis⌋ .1. sine causa, notum & benemerentẽ per
sequendo, dum econtrario diligere deberent. Psal. Retri-
buebãt mihi mala pro bonis, odium pro dilectione mea,
Hiere. 18. Nunquid redditur pro bono malum.

DIxit Simon Petrus ad Iesum: Ecce nos reliquimus
omnia & secuti sumus te, & cæt.⌋ Matthæi. 19
Saluator noster, quo corda hominum ad diuina
suscipienda charismata prepparet, a terrenis affecti-
magnitudine promissorum ad superna desideran-
da simul & contemplanda verbis & parabolis eleuare stu
duit. Hinc apostolus Ephesios. 1. ¶Benedictus deus⌋ab
omni creatura⌊ & pater domini nostri Iesu Christi qui
benedixit nos ⌋ gratuito fauore omnem benignitatem
in nos inferendo, non solum impartiens nobis hæc quæ
ad huius vitæ vsum, quæque ad corporis præsidia perti
nent, verumetiam eas dotes quæ ad animæ salutem, &
ad vitam faciunt immortalem, quæ nos manet in cælis
⌊in omni benedictione spiritali⌋ quantum ad animam
& quantum ad corpus. Seminatur corpus animale, resur-
get corpus spirituale .1. Cor. 15. ⌊in cælestibus⌋quæ fina
liter ibi habebitur ⌊in Christo⌋ per ipsum enim nobis
aperuit aditum ad superos, qui est mediator dei & homi
num 1. Tim. 2. qui & reformabit corpus humilitatis no-
stræ, configuratum corpori claritatis suæ Phil. 3. ⌊Si-
cut elegit nos in ipso⌋.1. per ipsum ⌊ante mundi consti-
tutionem, vt essemus sancti & immaculati⌋qui eramus fi
lij iræ, sicenim illius bonitati æterno consilio decreum
erat, vt per filium suum per quem & condidit, & guber-

nat & restituit vniuersa, abolitis pristinæ vitæ vitijs efficeremur sancti ꝟtutibus, & immaculati a vitijs. Vtrũq; enim facit electio secundum duas partes iusticię. Declina (inquit) a malo & fac bonum, & hoc non solum apud homines sicut hypocritæ, sed ⌊ in conspectu eius ⌋ qui ex occultis animi affectibus æstimat hominem .1.Reg. 16. Homo videt ea quæ patent, deus autem intuetur cor ⌊ in charitate ⌋ sine qua nil prosunt alia .1.Cor.13. non timore aut necessitate. Non est enim perfectum officium quod a seruis extorquet metus mali, aut ira domini, sed quod a filijs impetrat vltronea charitas pietasq;. ⌊ Qui prædestinauit nos ⌋ sola sua gratia ⌊ in adoptionem filiorum ⌋ Rom.8. Non accepistis spiritum seruitutis iterũ in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum ⌊ per Iesum Christum ⌋ non nostris meritis ⌊ in ipsum ⌋ quia filiatio adoptionis est quædam assimilatio ad filiationẽ naturalem.1.Iohan.3. Videte qualem charitatem dedit nobis deus, vt filij dei nominemur & simus: Et post, scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus. Notandũ duplicem esse similitudinem prædestinatoꝝ ad filium dei Vna imperfecta per gratiam, qa ex parte cognoscimus. Corint.13. Et quia solum secundum animam. Col.3. Reformamini spũ mentis vestræ & cæ. Alia perfecta in gloria, qa reformat corpus humilitatis & c. Et q̃tum ad animam. Cum venerit quod perfectum est, euacuabit quod ex parte est 1.Cor.13. Potest ergo de vtraq; ĩteelligi, tamẽ melius de perfecta. Rom.8. Ingemiscimus adoptionem filiorum dei expectantes. Causa prædestinationis diuinæ, non est necessitas ex parte dei, nec debitum ex parte prædestinatorum, sed magis est ⌊ secundum propositum voluntatis suæ ⌋ Sic enim illi placuit, qui natura bonus est, quo gratuitam suam in nos beneficentiam redderet orbi magis illustrẽ ⌊ in laudẽ gloriæ & gratiæ suæ ⌋ vt cognoscamus quantum deus laudandus pro tam gloriosa gratia, id est, misericordia nobis impensa ⌊ in qua gratificauit nos ⌋ .i. gratos & dilectos fecit, q eram⁹ natura filij iræ ⌊ in dilecto filio suo ⌋ quem ineffabiliter diligit, ex odio dignis seruis, filios fecit gratos & charos. Col. primo. Transtulit nos in regnũ filij dilectionis suæ ⌊ In quo habemus redemptionem ⌋ a seruitute vitiorum

[per sanguinem ipsius remissionem peccatorum] .i. Petri primo: Non enim corruptibilibus auro & argento redempti estis, sed precioso sanguine quasi agni immaculati Christi Iesu. [secundum diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis.] dum æternæ voluntatis suæ arcanum tot iam seculis orbi celatum, nunc nobis tanquam propitius pater filijs suis aperuit.

¶Cum discipuli ad verbum domini, quo difficilem diuitum asserui salutem, mirarentur valde, dicentes. Quis ergo poterit saluus fieri? Dixit dominus, Apud homines hoc impossibile est, apud deum autem omnia possibilia sunt. In illo tempore: Dixit Symon Petrus ad Iesum. Ecce, &c

¶Ostendit dominus in hoc euangelio, apostolorum nude ipsum sequentium eminentiam, ac fidelium ipsius amore sua relinquentium gloriæ refulgentiam.

¶Primum: Debita discipulorum imitatio. In principio.

¶Secundum: Eximia imitatorum sublimatio, ibi. Iesus autem.

¶Tertium, Fructifera bonorum remuneratio. ibi, Et omnis qui reliquerit.

¶Quo ad primum Psal. mundanorum vanitatem, & deo adhærentium felicitatem considerans ait. Elegi abiectus esse in domo dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. De hac domo. 1. Tim. 3. hæc scribo tibi fili Timothee, vt scias quomodo oporteat te in domo dei conuersari, quæ est ecclesia dei viui. Eccle. 21. Stuppa collecta synagoga peccantium, & consummatio eorum flamma ignis. Audiens autem Petrus dominum dicentem adolescenti qui nimium hærebat diuitijs. Si vis perfectus esse, vade vende omnia quæ possides & da pauperibus & veni sequere me, & habebis thesaurum in cælis, nonnihil bonæ spei concepit, qui quamquam diues non esset, tamen hoc ipsum q̃d habebat alacriter reliquit, & dominum fuerat secutus, vnde interrogat quam mercedē ipsi qui omnia relinquendo ipsum secuti sint, essent recepturi. ¶Dixit Simon Petrus ad Iesum. Ecce nos reliquimus omnia] faciendo, quod ab adolescente flagitabas. Hiero. Grandis fiducia. Petr⁹ piscator erat, diues nō erat

ẽbos manu & arte quærebat, & tamen loquitur confidẽter, reliquimus omnia. Matth. 4. Relictis retibus & naui secuti sunt eum. Omnia reliquit qui voluntatem habẽ di reliquit. Etenim & paruarum rerum magna tenemur affectione, sed & omnes voluptates reliquit, & cum parentibus amorem carnis. Illę enim affectiones nõ solum contrà diuites, sed etiam contra pauperes militant. Vnde dominus dixit Abrahæ. Gen. 12 Egredere de terra tua & de cognatione tua, & de domo patris tui. Nam p voluntariam paupertatem non solum relinquuntur possessa in actu, sed etiam possibilitas acquirendi & possidendi. Sed quia non sufficit tantũ relinquere, nam & hoc Socrates fecit & alĩ, iungit quod perfectũ est, dicens: ⌊ Et secuti ⌋sumus te. ⌊ Fecimus quod iussisti, quid ergo dabis nobis præmiĩ? ⌊ Quid ergo erit nobis ⌋ Eccles. 23. Gloria magna est sequi dominum, longitudo enim dierum assumetur ab eo. Iohan. 8. Ego sum lux mundi, q sequitur me, non ambulat in tenebris. Nemo enim venit ad patrem nisi per me. Ioh. 14. Hinc apost. 1. Cor. 4. Imitatores mei estote sicut & ego Christi.

¶ Quo ad secundum, tanquam beneficiorum sibi [illegible] nitus collator: gratus rememorator Psalm. gratulabundus ait: Exaltabo te domine, non me neq; meos, quoniã suscepisti me, alienum a mundo, nec delectasti inimicos meos super me. Ipsis subdendo. Eccl. 13. Si præstas animę tuæ concupiscentias suas, dabunt te in gaudium inimicistuis. Et qui maiores inimici q̃ hostes malignici. Pet. 5. Sobriĩ estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret cui resistite fortes in fide, per dilectionem operante. Galatas. 5. quæ aliquid est coram deo. Quum ergo duo dixisset Petrus, vnum tantum resumit dñs. ⌊ Iesus autẽ dixit illis: Amen amen dico vobis ⌋ ego cuius dicere facere est ⌊ quod vos qui secuti estis me. ⌋ Non dixit q relĩquistis omnia. Hoc enim multi fecerunt vanitatis studio sed qui secuti estis me, quod proprium est Apostolorum atq; credentium ⌊ In regeneratione ⌋ Duæ sunt regenerationes. Vna ex aqua & spiritusancto. Iohan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aq̃ & spiritusancto, non p̃t introire in regnum dei. Altera in resurrectione, quando ex mortuis

de corruptione resurgent incorrupti.i.Cor.15,Et nos im mutabimur. Oportet enim mortale hoc induere immor talitatem. Roma.8. Ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum dei. Vos in quam qui nudi nudum hactenus secuti estis, si perseueraueritis ⌊cum sederit filius hominis⌋ deposita quã nunc videtis humilitate ⌊in sede maiestatis suæ⌋ Dan.7. Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit. Hebr.13. Christus Iesus heri & hodie ipse & in secula. Vestimentum eius candidum quasi nix, & capilli capitis eius quasi luna mũda. Thronus eius sicut flãma ignis, rotæ eius ignis accensus, fluuius igneus rapidus & egrediebatur a facie eius. Milia milium ministrabant ei, & decies millies centena milia assistebant ei. Iudicium sedit & libri aperti sunt, Ioh.5, Pater omne iudicium dedit filio Actu.1. Hic Iesus qui assumptus est a vobis sic veniet (gloriose scilicet in nube) quemadmodum vidistis eum ascendentem in cælum ⌊sedebitis & vos super sedes duodecim⌋ vos piscatores, rum consortes honoris, qui nunc estis cõsortes afflictionis. Magnum præmium, magnaq; gratia illo tempore seculo rependetur apostolis, cum scripturi dicant super sedes duodecim, quod magnam quam in regno beatorum habituri sunt præeminentiam pariter & gloriam ostendit. ⌊Iudicantes duodecim tribus Israel⌋ quia vobis credentibus illi credere nolucrunt, quod ex eadẽ stirpe progeniti, eiusdem legis periti, eiusdẽ miraculis & beneficijs prouocati, nulla tamen ratione perduci potuerũt vt crederent, cum vos humiles & idiotæ, statim ad simplicem vocis iussionem, etiam illa relinqueretis, quibus vitam sustentabatis. Hieron. Hic discimus cum suis discipulis dominum Iesum iudicaturum. Vnde Lucæ.11. Et Matthæi 12. Si ego in Beelzebub eiicio dæmonia, filij vestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Nec quoniam super duodecim sedes sessuros esse ait: duodecim solos homines cum illo iudicaturos putemus. Alioquin quum in locum Iudæ Matthiam apostolum legimus ordinatum, apostolus Paulus qui plus omnibus laborauit. 1, Corinthiorum, 15. vbi ad iudicandum sedeat non habebit, qui cum alijs sanctis ad numerum iudicantium se pertinere demonstrauit, cum dicit. 1. Corinthior. 6. Nescitis

tis quoniam angelos iudicabimus? Sic & de ipsis iudicā dis. Si enim duodecim tribus Israel, vbi tribus Leui quæ 12. vbi & gentes? Hæc ille. Iudicare capitur tripliciter. Principaliter sicut iudex, & sic Christus Actu, 10. Ipse est qui constitutus est a deo iudex viuorum & mortuorum fidelium & infidelium. Matthæi, 8. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Alio modo assessorie, sic apostoli. Tertio approbatione, sic omnes electi sententiam iudicis iustissimam approbabunt. Qui ergo sua relinquentes dominum secuti sunt, hi iudices erunt, qui licita habentes recte vsi sunt, iudicabuntur quibus dicetur: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Esuriui enim & dedistis mihi, & cæt.

¶ Quo ad tertium, Diuina gratia a mundanis auocatum ad superna animum habens, Psalmista ait: Domine clamaui ad te, & exaudisti me, & qd subdit. Domine eduxisti ab inferno animam meam, saluasti me a descendentibus in lacum. 1. Timo, 6. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Dominus ergo ostendere volēs hanc eximiam laudem non solum patere diuitibus, verumetiam tenuibus qui quicquid, hoc est, quod possidēt libenter habent pro derelicto ob euangelium, quum hęc virtus magis æstimetur ab affectu relinquentis, quam a modo rei relictæ, docet pro vilibus illis prompto animo relictis, non vile præmium est reponendum. ⌊ Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros ⌋ quibus immodico hærebat amore ⌊ propter nomen meum ⌋ id est, mei nominis professionem & amorem, adeo non perdet quod mea causa reliquit, vt magno potius lucro sit fœneraturus, sed ⌊ centuplum accipiet ⌋ in hoc mundo, Marci 10. Lucæ 18. ⌊ & vitam æternam possidebit ⌋ Hierony. Sensus est, qui carnalia pro saluatore dimiserit, spiritualia recipiet, quæ comparatione & merito sui, ita erunt quasi paruo numero centenarius comparetur. Hæc ille. Nam pro carnalibus parentibus & fratribus, familiaritatem cum deo a quo hic grati-

am recipit, pro agris totum mundum. i. Cor. 7. Tanq̃ nihil habentes & omnia possidentes, imo paradysum, pro ædibus lapideis supernam Hierusalem, & omnes fideles spirituali affectione coniunctos. Psal. Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua. Nitamur abdicatione nostri nostrorumq; sequi Christũ, face amoris accensa in cordibus nostris, & centuplum accipiemus in hoc mundo, & in futuro vitam æternam, in quo gaudium nunquã nobis defuturum est, per benedictionem summi patris. Chry. Aspice qualiter paupertatem quã dñs docuerat, per opa demõstrauit. Confundantur paupertatis detractores, cuius gloria in capite nostro in ipsis etiam cunabulis refulget. Lu. 2, Et, 2, Cori, 8, Propter uos egenus factus est, vt illius inopia diuites essetis. Quam & verbo docuit. Matt. 19. Si vis &c. Hieron. Si habes substantiam vende, si non habes, grandi onere liberatus es, nudum Christum nudus sequere, durum, grande, difficile, sed magna sunt præmia, dicente domino: Beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum cælorũ. August. Bonum est facultates cum dispensatione pauperib⁹ [illegible]gare, meli⁹ est pro intentiõe sequendi Christum in simul donare, & absolutum a solicitudinibus egere cum Christo. Matth, 8. Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet, quasi dicat, secundum Hieronym. Quid me propter diuitias & seculi lucra cupis sequi, cum tantæ sim paupertatis, vt nec hospitium quidem habeam, & tecto vtar non meo. Idem de illust. vi. Apparet talem primam Christo credentium fuisse ecclesiam, quales nũc monachi esse nituntur, & cupiunt, vt nihil cuiusquã proprium sit, nullus inter eos diues, nullus pauper, patrimonia egentibus diuidantur, orationi vacetur, & psalmis, doctrinæque & continentiæ. Patet ego monasticam paupertatem eam esse, quæ a domino tum verbo tum exemplo tradita est, etiam ab apostolis custodita, a fidelibus quoq; primitiuæ ecclesiæ diligenter obseruata, quam cõstat ex Christi verbis nihil aliud esse, quam volũtariam omnium facultatum abrenunciationem, cum intentione Christum expeditius sequendi. Sed vt dicitur Luc. 16. Audierũt hæc omnia pharisæi qui erant auari, & deridebant eum. Di-

cit autem Iohan.12, Qui spernit me & non accipit verba mea: habet qui iudicet eum, sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die. Notandum tamen totum euangelium in præceptis & consilijs, ceu duobus cardinibus pendere. Confirmat. Nam p̃cepta de his sunt q̃ ad salutem adeo sunt necessaria, vt non possit cuiquã his non obseruatis salus contigere. Vnde Christus præcepta tradens absolute loquebatur, pœnas æternas transgressoribus intentas. Nisi inquit abundauerit iustitia vestra plus quam scribarum & phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Mat.5. Hæc mando vobis vt diligatis inuicem. Iohan.15, &c. Consilia autem de his q̃ ad salutem quidem conferunt nonnihil atq; vtilia sunt, vt tamen nulli sit desperanda salus vbi hęc non accesserint. Hoc discrimen Paulus subindicat.1.Corin,7. Consiliũ, inquit, do. Hoc enim vobis vtile est. Christus autem præter ea quæ seruandis necessaria sunt, alia non pauca in euangelio docuit ad parandam salutem vtilia, iuxta illud Hebræorum 12. Hic autem, id est, Christus, erudiuit nos ad id quod vtile. Sunt igitur in Christi euangelio præter p̃cepta omnibus necessaria ad salutem, ad perfectio[illegible] haud parum commoda quædam, quæ consilia dicim⁹ ab eo quem Esaia. 9. consiliarium siue magni consilij angelum describit, ecclesiæ sanctæ relicta. Apud Lucam 7. quoque consilij nomen offendis. Spreuerunt, inquit, phariſæi consilium dei. Quibus & hoc accedit Act.20. Nõ subterfugi quo minus annunciarem vobis omne consilium dei id est, Christi. Si itaque omne consilium Christi gentib⁹ annunciatum est, reliquum est aliqua esse consilia Christi, in ipsius euangelio expressa. Vnde dominus paupertatis proponens consilium, non coactitio sermone vsus est, neque pœnam non seruantibus interminatus est aliquam, neque necessitatem imposuit, sed in hominis arbitrio situm esse voluit. Si vis, inquit, perfectus, Matth.19. Sic continentiam. Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum cælorum. Qui potest capere capiat, Matth, 19. Et Apostolus: De virginibus & cætera. Et iterum: Qui non iungit matrimonio virginem suam melius facit. Audis hic penes arbitrij libertatem relictum si velis continere. Consilium enim dans, indicat rem factu pos-

bilem, & Christus testatur quosdam se castrasse. Sic de obedientia. Si quis vult post me venire (qui non veni meam sed eius qui misit me facere voluntatem, Iohannis quinto) abneget semetipsum & tollat crucem suam & sequatur me. Audis hic in hominis potestate situm si quidem velit, velle autem non sine assensu, renutu, vel nutu est voluntatis. Erit igitur rursus non coacta sed spontanea voluntas. Quo fit vt quod volens pollicita est quoue sese sua sponte astrinxit, id vt reddat oportet, modo liceat, deceat, atque expediat. Id quod Hieremias indicat secundo. Iurabitis dicit dominus in iustitia, iudicio, & veritate. Eiusmodi vota non semel scripturæ sanctæ seruanda præcipiunt. Inquit Moses: Cum voti voueris domino deo tuo non tardabis reddere, quia requiret illud dominus deus tuus, & si moratus fueris reputabitur tibi in peccatum, si autem nolueris pollicert absque peccato eris. Quod autem semel egressum est de labijs tuis, obseruabis & facies sicut promisisti domino deo tuo, & propria voluntate & ore locutus es. Deuteronomio vicesimotertio: Prouerbiorum 20. Ruina est homini de [illegible]re sanctos, & post vota retractare. Porro Esai. 19. ecclesiæ tempus designans, ait: Cognoscent Aegyptij dominum in die illa, & colent cum in hostijs & muneribus, & vota vouent domino & soluent. Sic & Paulus adolescentularum transgressionem quæ sese domino deuouerãt damnans dicit, 1. Timot. 5. Cum enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Ecce quæ pacta continẽtiæ irrita fecerunt, damnatæ sunt ac proscriptæ, nimirum a deo ac vnica sua ecclesia. Licet aũt consilia quæ circa paupertatem, castitatem, & obedientiã versantur, carni pugnent, ea tamen spiritus amplectitur quasi salubria & ad beatitudinem expedientia, quibus & Christus adest, vt exequantur suo præsidio suaque gratia. Sic adfuit Paulo. Sufficit tibi gratia mea, secund. Corinthio. duodecimo: Omnia (inquit Philippen. quarto) possum in eo q̃ me conforrat. Sic adest & omnibus ad ipsum confugientibus, cumq; in veritate precantibus. Lucæ. 11.

¶De Euangelistis.

DEsignauit dominus & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam, in omnem ciuitatem & locum quo erat ipse venturus. ⌊Lucæ, 10. Saluator noster genus humanum variis obcæcatum erroribus, ad lumen veritatis reducens, variis gratiarum muneribus sponsam suam ecclesiã ornare dignatus est. Prout Apostolus Ephesi. quarto declarat, dicens: ¶ Vnicuique nostrum ⌋ qui sumus vnum EPIST.
corpus Christi mysticum ⌊ data est gratia ⌋ nullus est qui expers sit gratiæ. Iohannis primo: De plenitudine eius omnes nos accipimus, gratiam pro gratia. Non tamen vniformiter sed ⌊ secundum mensuram donationis Christi ⌋ qui est dator, & eam singulis mensurauit. Vnius est quicquid in nobis est bonarum rerum, donorũ enim partitio non à nobis sed a dei pendet arbitrio, qui cuique sua beneficia dispensat largius aut parcius, prout perspexerit expediri. Non est ergo cur fastidiatur qui minus habet, nec est cur cristas tollat qui plus habet. Illud dispensantis est dei, hoc largientis, licet omnia per Christum: qui simul hæc largitur oĩa cum patre ⌊ [illegible] propter quod dicit, ⌋ olim per prophetam. ⌊ Ascendens in altum ⌋ scilicet CHRISTVS, sed non solus ⌊ captiuam duxit captiuitatem. ⌋ Nam debellatis inferis ascendit rediuiuus in sublime regnum patris, secum adducens victoriæ suæ trophæum, captiuorum gregem e peccati diabolique tyrannide liberatum, atque inde ex liberalitate patris per cælestem spiritum ⌊ dedit dona hominibus ⌋ varia, quemadmodum triumphantibus est solenne missilia in populum e sublimi spargere. E cælo misit dona, & cælestia misit. Psalmista: Gratiam & gloriam dabit dñs. 2. Pet. 1. Per quem preciosa promissa nobis donauit. ⌊ Quod autem ascendit quid est? nisi quia & descendit primum. ⌋ Ideo dixit ꝙ ascendit, quia ipse primo descenderat vt ascenderet, aliter enim ascendere non potuisset. Prior est descensus, postea ascensus. Nam sublimitatem non meretur nisi hũilitas suiꝙ deiectio. Porro summã humiliationẽ summa sequtur sublimitas. Chꝛus e summo cælo (ꝙ nil sublimius eẽ pt) demisit se vsq; ad inferos, ꝙbus nil ꝑt inferius, ga descẽdit ⌊ in inferiores ptes ter-

fæ.¶Zach.9.Tu q̃q; in sanguine testamenti, eduxisti vinctos tuos de lacu,in quo nõ erat aqua.¶Qui descendit ipe est.¶non est alius¶ & qui ascendit.¶propria virtute. Iohan.3.Nemo ascendit in cælum,nisi qui descendit de cælo,filius hominis qui est in cælo¶ super omnes cælos.¶Ephe,1.Constituens illum ad dexteram suam in cælestibus,super omnem principatum,& potestatem,& virtutem,&dominationem,& omne nomen quod nominatur non solũ in hoc seculo,sed etiã in futuro¶ vt adimpleret oĩa.¶spũalib⁹ bonis &alia quadã rõe nobis iã adesset efficatius,quãadfuerat cũ cõuersaretur nobiscũ in terris.Ad impleuit & oĩa per prophe.dicta.Lu.vlt.Oportet impleri oĩa q̃ scripta sunt i lege & prophetis &psalmis de me. Non ergo deseruit suum corpus,sed ita partitus est singulis membris suas dotes,vt in vniuerso nihil desideret Licet alijs dotibus alia p̃polleant¶ Et ipse dedit q̃sdam quidem aposto.¶Lu.6.Elegit ex ipsis quos & aposto. nomi nauit,¶quosdam aũt prophetas.¶futura p̃dicentes,Actu, 11.& 13.¶Alios vero euangelistas.¶euangelium circunte rentes & cõscribentes¶ Alios autẽ pastores &doctores.¶ Diabulo sacri sermonis,ac salubri vitæ exemplo,pascant Christi gregem, proprium enim pastorum ecclesiæ est docere ea quæ pertinent ad fidem, & bonos mores. Hier.3.Dabo vobis pastores iuxta cor meum,& pascẽt uos scientia & doctrina¶ ad consummationem sanctorum.¶ id est,perfectionem¶fidelium,in fide & moribus.¶ In opus ministerij.¶ad hoc enim collata sunt dona,vt ministrent deo & proximis,vt honor dei & salus proximi,procuretur.1 Corin.4.Sic nos existimet homo vt ministros Christi.Esa,61.Ministri dei dicetur vobis,¶ In ædificationem corporis Christi.¶in infidelium conuersione.1,Corin.14.Ad ædificationem & exhortationem & consolatiõem.Sequit.Nam maior est q prophetat quã q linguis loquit nisi forsitan interp̃tetur vt ecclesia ædificationem accipiat. ¶ Donec occurramus oĩs in vnitatem fidei & agnitionis filij dei.¶donec omnes pueniam⁹ ad par fidei robur,similiq; perfectione cognoscamus filium dei, cui⁹ auxilio sic grandescamus secretis animorum actibus, vt tãdem euadamus in virum perfectum,ac iuxta modũ nostrum pfectissimo capiti respondeamus,in quo nihil su-

it nec imbecillitatis, nec erroris, nec vicij. Vsq; ad hocem̃ extenditur istud ministerium, consummatio sanctorum, ædificatio ecclesiæ ⌊ donec ⌋ in resurrectione ⌊ occurramus ⌋ Christo, Matthæi. 25. Ecce sponsus venite exite obuiam ei, 1. Thess. 4. Simul rapiemur cũ illis in nubibus obuiam Christo in aera, & tunc plane cognoscemus qa videbimus eũ sicuti est, in perfectione naturæ, 1. Corint. 13 Cum venerit quod perfectum est euacuabitur quod ex pte est. ⌊ In mensuram ætatis plenitudinis Christi. ⌋ Illa enim perfecta est ætas, in qua Christus mortuus est. s. 33. annorum, huiusmodi ergo ætatis plenitudini cõformabitur ætas sanctorum resurgentium, in quibus nullus erit defectus senectutis, nec ulla imperfectio. Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.

¶Cum dominus quinque milia virorum, exceptis paruulis & mulieribus de quinque panibus saciasset & duobus piscibus. Matthæi. 14. Marci. 6. Lucæ. 9. Iohannis. 6. Populis ad eum confluentibus, de pane cælesti vitam mundo præstanti non pauca disseruit. Et cum plurima ad ipsum conflueret turba. In illo tempore. Designauit dominus, & cætera.

¶Ostendit dñs in hoc euangelio, p̃dicationis euangelicæ modalitatem ac vtilitatem.

¶Primum. Gnara prædicatorum conbinatio. In principio.

¶Secundum. Honesta morum ordinatio, ibi, Ite. Ecce ego mitto vos.

¶Tertium immensa bonorum annunciatio, ibi. Et in quamcunq;.

¶Quo ad primum. ss. illustratus Psalm. mirabilem discipulorum Christi præuidens conuersationem ait. Conturbati sunt omnes qui videbant eos, & timuit omnis homo, verbis & conuersatione prouocatus. Et annunciauerunt opera dei (ecce vnde timor) & facta eius intellexerunt, ss. illustrati quamuis essent simplices. Postquam ergo dominus selegerat. 12. apostolos. ¶Designauit domin⁹ EVANG.
& alios septuaginta duos ⌋ quemadmodum. 72. duces in populo Israel in figura fuerant, & quia. 72. linguarũ populis prædicaturi erant ⌊ & misit illos binos. ⌋ In chari-

tatis commendationem. Iohan. 13. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis si dilectiõem habueritis ad inuicem. Propter mutuam consolationem. Eccl's. 4. Melius est duos esse simul quam vnum, habent enim emolumẽtum societatis suæ, si vnus ceciderit ab altero fulcietur. Væ soli qa cum ceciderit non habet subleuantem. Et veritatis confirmationem, quia in ore duorum vel trium stat omne verbum. Matth. 18. Et quia duos populos in vnum ouile congregare debebant ⌊ ante faciem suam, in omnem ciuitatem & locum, quo erat ipse venturus ⌋ vt sua prædicatione præpararent animos in aduentum domini ne lateret, vt præparati & beneficijs allecti promptius doctrinam Christi in suam salutem reciperent. Luc. 1. Præibis ante faciem domini parare vias eius. Semper enim dominus sicut in primo aduentu, & in secundo ad iudicium, sic & ad cor hominis veniens, præmittit sibi viã præparantes. ⌊ Et dicebat illis ⌋ reddens causam quare auxisset numerum prædicatorum. ⌊ Messis quidem multa ⌋ Late spargitur euangelij rumor, & plures accenduntur auiditate doctrinæ cælestis. Messis non in vno agro circumcisionis tantum, sed in omni regione præputij. Iohan. 4. Videte regiones, quoniam iam albæ sunt ad Messem. ⌊ Operarij autem pauci ⌋ veri sunt, & si multi mercenarij. Apti pauci ad prædicandum, ratione vitæ sanctæ & integræ doctrinæ. Greg. Ecce mundus totus sacerdotibus plenus est, & tamen in Messe dei rarus operarius inuenitur, quia officium quidem sacerdotale suscipimus, sed opus officij non implemus ⌊ Rogate ergo dominum messis, vt mittat operarios ⌋ Nullus enim aptus nisi p gratiam sit dei, & ab eo missus mediate vel immediate. Ro. 10 Quomodo prædicabunt nisi mittantur. Hier. 23. Ego non mittebam eos & ipsi currebant ⌊ in messem suam ⌋ Videat ergo quisq; qualem se operarium exhibeat. Nam. Matth. 13. In tempore messis dicam messoribus. Colligite primũ zizania in fasciculos ad cõburendum, triticum autem cõgregate in horreum meum. Solicite (inquit apostolus, 2. Timo. 2.) cura te ipsum probabilem exhibere deo operariũ ĩn. or fusibilem, recte tractantem verbũ veritatis.

¶ Quo ad Secundũ. Plenam in deo ponendam esse fiduciam. Psal. insinuans ait; ⌊ Lætabitur iustus in domino (nõ

in mundo) & sperabit in eo, licet mundus fremat, & laudabuntur omnes recti corde, cum deo, cui & laus a deo. Cum ergo temporalia in sui acquisitione animum inescent, & adhuc plus in sui possessione, quia sunt iam quasi membra incorporata ipsi homini habenti, & ideo magis trahunt animum hominis ad inordinatam sui dilectionem. Quia ergo hoc suffocat verbum dei, ideo non debet esse in prædicatoribus. Et quoniam a deo missi, ideo ipsi plene fidere. Nam cum nullus sit dominus qui operarium suum cibo diurno dignum non æstimet, ne putes dominum cælestem & superbonum, suum operarium dignū cibo. i. sua indies ad necessaria quæcunq; prouidentia, nō existimaturum dicit igitur. ⌊ Ite ⌋ meis vnius præsidijs freti. Ostendit se dominum messis, quem rogari præmiserat. ⌊ Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos ⌋ simplices & innocentes. Matth. 10. Estote prudentes sicut serpentes, qui capitis summam curam habendo se conseruant, senectamq; exuunt assumptis quotannis nouis induuijs. Christus caput cuius precipuam curam habendo viuunt, & indies veterem hominem perfectius exuendo, nouitate spiritus renouantur. Et simplices sicut columbæ nullis noxij, nullis maleuoli, ex vmbra inimicos cognoscentes, & procul fugientes ab illis qui sunt mundani, carnales. Lupi non natura sed proprietate. Nam lupus rapit & dispergit. Frement potentes ac mali aduersus doctrinam vestram, non mitto vos vt quenquam lędatis, sed vt simplices & innoxij, studeatis omnibus prodesse, & ex lupis faciatis agnos. Sed heu ex agnis fiunt lupi rapaces. Ac ne de victu quidē sitis soliciti. Expediti ite ad negotium euangelicum. ⌊ Nolite portare sacculum ⌋ pecuniæ. Marc. 6. Neque in zonis ęs ⌊ Neq; peram ⌋ esculentorum sufficit vobis q̄ curam habeatis verbi dei, alendi ab his quibus verbum ministratis. Ambrosius. Tanta prædicatori debet esse fiducia cum deo, vt præsentis vitæ sumptus & si non prouideat, sibi tamen certissime non defuturos sciat, ne dum occupatur mens ad temporalia, minus prædicet æterna ⌊ neque calciamenta. ⌋ Marci sexto. Calciati pedes sandalijs. Omnem resecat superfluitatem. ⌊ Et neminem per viam salutaueritis. ⌋ Non prohibet offerri salutem, cum præcipiat domum

salutandam, sed per viam dicit sicut Helisæus. 4. Reg. 4. Si occurrerit tibi homo non salutes eum, & si salutauerit te quispiam non respondeas ei. Nam salutatus resalutat, & sic consequenter fit familiaritas, & verborum multiplicatio, & ad humana negotia inclinatio, per quæ verbum dei impeditur. Et ne de tecto quidem soliciti sitis, erunt qui vos excipient, tantum præstate vos puros & incorruptos euangelicæ prædicationis ministros. ⌊ In quācunq; domum intraueritis, primum dicite, pax huic domui ⌋ precantes pacem toti familiæ, quæ est tranquillitas mentis ex remissione peccatorum & reconciliatione ad deum. Luc. 2. In terra pax hominibus. Ephe. 2. Ipse est pax nostra qui fecit vtraq; vnum. ⌊ Et si ibi fuerit filius pacis ⌋ homo mitis, auidusq; mansuetæ doctrinæ, proderit illi vestra precatio ⌊ requiescet super illum pax vestra ⌋ Non impugnata requiesset manens. Esa. 26. Dabis pacē nobis, pacem, quoniam in te sperauimus. Magnum, dei mandato benedictio pacis requiesset super eos qui digni sunt, pax dei quæ exuperat omnem sensum. Phil. 4. ⌊ Sin autem contumelioſus fuerit non capax pacis, ne ⌊ reuertat vos bene precatos fuisse, non enim vobis peribit merces oblati officij, sed ⌊ ad vos reuertetur ⌋ fructus oblatæ pacis, ad meritum vestrum. ⌊ In eadem autem domo manere ⌋ qui vere, libenter, & prompte receperint vos ⌊ edentes & bibentes quæ apud illos sunt ⌋ non affectantes vitæ delitias, nihil amplius pro mercede quærentes. ⌊ Dignus est enim operarius mercede sua ⌋ vt qui laborat in agro euangelico, viuat ex liberalitate eorum quibus laborat, si non aliunde suppetat vnde viuat. Nam laborantem agricolam oportet primo de fructu suo edere, 2. Timoth. 2. Vnde Gal. 6. Communicet autem is q catachizatur, ei qui se catachizat in omnibus bonis. Ideo, 1. Cori. 9. Si nos vobis spiritualia seminauimus magnū est si vestra carnalia metamus? Qui ergo non laborat non manducet, 2. Thess. 3. Qui autem bene præsunt presbyteri duplici honore digni sunt, maxime qui laborant in ỹbo & doctrina, 1. Timoth. 5. ⌊ Nolite transire de domo in domum ⌋ quasi fastidito priori hospitio, lautius & instructius quæratis in scandalum. Ideo ne occasio habeatur discurrendi dicitur. Matth. 10. In quamcunq; ciuitatem aut

castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit; & ibi manete donec exeatis. Intrantes autem domum salutate eam dicentes. Pax huic domui.

¶Quo ad tertium Psalm. ss. illustratus veræ cognitionis diuinæ causam deo tribuit, dicens: Notas mihi fecisti vias vitæ. Vere enim nobis notas fecit vias vitæ, cum nobis semitas manifestauit ad vitam, ignota enim erat ante Christi aduentum vnde sequitur, adimplebis me lætitia cum vultu tuo. Ad huius summæ lætitiæ participationem nedum per se, sed & per apostolos & discipulos oēs vocat, quare grauiter peccaueruntur & peccant, non recipientes eam q̄ ad vitā ducit doctrinam. Matth. 10. Quicūque non receperint vos, neq; audierint sermōes vestros, exeūtes foras de domo vel de ciuitate illa, excutite puluerem de pedibus vestris. Amen dico vobis tolerabilius erit terræ Zodomorum & Gomorrēorum in die iudicij q̄ illi ciuitati. L. Et in quamcunq; ciuitatem intraueritis, & susceperint vos, manducate quę apponuntur vobis, sine delectu nulloq; fastidio. Erant quidam qui creaturas dei ad mortalium commodum a deo conditas, suapte natura existimabant malas, atq; ob id prohibitas, q̄d confutat apostolus, 1. Timoth. 4. Omnis creatura dei bona est, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur, sanctificatur enim p verbum dei, & orationem. Alij ob legis prohibitionem, quæ per Chm abolita est. Hinc Petro dictum fuit. Actu. 10. Quod deus purificauit, tu ne commune dixeris. Ideo apostolus, 1. Corin 10. Si quis infidelium vocat vos ad cœnam & vultis ire, omne quod vobis apponitur manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Vbi loquitur de idolothytis. Similiter Roma. 14. Omnia ergo hæc saluator hic excludit. Non tamen vult quin per sponsam suam ecclesiam, quæ spiritu ipsius regit, certis temporibus certas ob causas, delectus vt habeatur ciborum, ordinetur, quemadmodum apostoli in Hierusalem. ss. congregati ordinarunt, vt fideles abstinerent ab immolatis simulachrorū, & sanguine, & suffocato, & fornicatione. Actu. 15. Cū ergo Paulus ob ieandalum infirmorum abstinendum duxerit a licitis, & plegem Christi abrogatis, vt neq; vinum bibendum nec carnem manducandam duxerit, in quo frater scandalizatur;

quid dicturi sunt qui non necessitate (quæ legem nō habet) sed voluptate ducti, contra præceptum & longæuā ecclesiæ sponsæ Christi consuetudinem, temerarie vniuersa corrumpunt. Væ homini, inquit saluator Matth. per quem scandalum venit. Et curate infirmos qui in illa sunt. quo gratiores sitis hospites, maioreq; cum fide prædicetis regnum dei, idq; gratis & prompte facite neminem reñcientes. Et dicite illis. Appropinquabit in vos regnum dei. Videtis argumenta virtutis diuinæ, præparate animos vestros ad innocentiæ studium. Pelluntur morbi corporum, profligabuntur & animarum morbi peccata. Cum enim in anima quis sanatus fuerit, tñc venit in eum regnum dei. Ab ægro tante enim longe istud est, quandoquidem peccatum in illo regnat ac dñatur cōtra illud. Rom. 6. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore vt obediatis concupiscentiis eius.

¶ De vno martyre.

EPISTO.

NOlite arbitrari quia venerim pacem mittere in terram, non veni pacem mittere sed gladium. Matth. 10. Saluator noster animos hominum ad superna e terrenis eleuans, gladium spiritus quod est verbum dei. Ephe. 6. misit, quo affectus rescinderet carnales & in supernis solidatos, cælesti foueret consolatione. Hinc apostolus, 2. Cor. 1. ¶ Benedictus deus. q fons est & autor omnis beneficentiæ, & deus nō formidandus piis. Nos bñdicimus deum, & deus benedicit nobis, aliter & aliter. Nam dicere dei facere est. Psalm. Ipse dixit & facta sunt. Vnde dei benedicere est bonum facere, & bonum infundere, & sic habet rationem causalitatis. Gen. 1. Item. 22. Benedicens benedicam tibi. Dicere autem nostrum non est causale sed recognoscitiuum seu expressiuum, ideo nostrum benedicere est recognoscere. Cū ergo gratias agimus deo, benedicimus sibi. 1. recognoscimus eum bonum & datorem omnium bonorum. Tob. 12 Benedicite deum cæli. Dan. 3. Benedicite omnia opera domini domino. Et pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum. miserias auferendo, & peccatorū veniam dando. Psalmista. Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est dominus timentibus se & deus totius consolationis. in malis confortando & refrigerando

a quo proficiscitur omnis nostra consolatio vndecunq; inciderit ⌊ qui consolatur nos in omni tribulatione nostra Vt possimus & ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt ⌋ Ad hoc enim deus dat aliquibus spiritalia dona, vt ipsi effundant illa in vtilitatem aliorum, 1. Pet. 4. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei ⌊ p exhortationē qua exhortamur & ipsi a deo ⌋ p scripturas. Rom. 15. Quæcunq; scripta sunt, ad nostram doctrinā scripta sunt, vt per patientiam & consolationē scripturarum spem habeamus. Aut internas inspirationes Psalm. Audiam quid loquatur in me dominus deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam. Iohan. 16. In mundo pressuram, in me pacem habebitis. Non piget afflictionum, quas ob Christum & exemplo Christi perpetimur. Is quo grauiora passus est, hoc maiore solatio fruitur, & nos quo grauius afflicti sumus huius causa, hoc eodem opitulante, maiore solatio reficit deus malis exemptos, vt vos in vobis idem speretis. ⌊ Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis ⌋ q̄s ꝓ ipō patimur. Vel ad eius imitationē sustinemus ⌊ ita & ꝓ Christum abundat cōsolatio nostra ⌋ Actu. 5. Ibant apostoli gaudentes a cōspectu concilij, q̄m digni habiti sunt ꝓ nōie I. su contumeliam pati. Abundat consolatio, vel cum hic liberamur vel pietatē paternā in flagellis intelligim⁹, ergo vbi nulla flagella, nulla consolatio erit. ⌊ Siue aūt tribulamur ꝓ vestra exhortatione & salute ⌋ id enim facit ad animandos vos, & vestræ saluti conducit, vt nostro exēplo confirmati fortiter feratis asperrima quæque, q̄s tolerātia licet amara sit, tñ est salutifera. Sic tepidis passiones sanctoꝝ adhibent in exemplū. ⌊ Siue consolamur ꝓ vestra consolatione ⌋ q̄ nobis subleuatis vestros reficiat animos ne p̄ dolore deficiatis, sed vicissitudine malo⁹ ac solatij possitis & ipsi perpeti quæ nos perpetimur. ⌊ Siue exhortamur pro vestra exhortatione & salute. ⌋ Vere quic quid recipimus in bonum vestrum est, siue per internam inspirationem, siue externam flagellationem, vt ad maiora animemini & salutem speretis ⌊ quæ opatur toleran tiam earundem passionum quas & nos patimur. ⌋ Lucæ 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Ia-

cobi quinto. Exemplum accipite fratres exitus mali, laboris & patientiæ propheras, qui locuti sunt in nomine domini. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, & finem domini vidistis. ⌊Et spes nostra firma est pro vobis, scientes quoniam sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationis⌋ hæredes vitæ æternæ, 2. Tim. 3. Fidelis sermo, nam & si commortui sumus & conuiuemus. Roma. 5. Gloriamur in tribulationibus, scientes quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit⌊. In Christo Iesu domino nostro⌋

¶ Cum dominus e Galilæa venisset in fines Iudææ trãs Iordanem, secutæ sunt cum turbæ multæ & curauit eos ibi. Matthæi. 19. & sicut consueuerat iterum docebat eos. Marc. 10. & inter cætera contemptum mundi exemplo & amore sui docebat, dicens: Baptismo habeo baptizari & quomodo coartor donec perficiatur. Lu. 12. In. i. t. d. I. d. 5. Nolite. &cæt.

¶ Ostendit dominus hoc in euangelio quanto amore ipse sit sequendus, ac sequentes se recipiens, quanto sit ad deum honore dignus.

¶ Primum. Libera impedimẽtorum resecatio, In principio.

¶ Secundũ. Moderata animoꝝ mortificatio, ibi. Et q non accipit.

¶ Tertium. Nitida donoꝝ remuneratio, ibi. Qui recipit vos.

¶ Quantum ad primum Malos in suam perniciem, in malitia concordes Psal. considerans ait. Zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns. Non enim vbique bona est cancordia, sed bonum est quandoq; dissidium. Veritas Christi omnibus quæ diliguntur est anteponenda, & est causa persecutionis, quia ex quo omnia præcellit diligibilia, ea quæ ante dilecta fuerunt conuertuntur in odium. Præmia ingenria, sed ad hæc pertinacibus animis & studijs grassandum est, non contingent ociosis, non cessanti-

EVANG. bus. ¶ Nolite arbitrari quia venerim pacem mittere in terram: Non veni pacem mittere⌋ mundanam & iniquinatam, sed spiritualem & diuinam. Iohan. 14. Pacem meam do vobis pacem relinquo vobis. Non quomõ mũdus

dat ego do vobis, Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, Ephe, 2, Hanc ergo veram pacem cum deo, cũ proximo in bonum, & seipso in conscientia, venit mittere & quæ hanc tollunt auferre. Vnde sequitur ⌊ sed gladium ⌋ verbum scilicet dei, quod diffidere facit hominem a seipso. Hebr. 4. Viuus est sermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vsque ad diuisionem animę & spiritus. Quid enim anima nisi sensus animalis & carnalis? quid spiritus nisi sensus gratiæ & spiritalis? Venit ergo mittere gladium i. bellum etiam intestinum ac domesticum non modo ciuile. Quum enim euangelica doctrina plerisque sit inuisa futura, & hæc tã ardens sui studiũ requirat, vt oporteat omnes humanos affectus quantumuis impotentes cedere, fieri non potest, quin magna dissidia inter coniunctissimos etiam exoriantur, dum & qui mundum deamant, cirius sæuient in sibi charissimos, quam vicia quibus assueuerunt relinquant & quos semel attigit ardor euangelicæ pietatis, nullis affectibus patientur se auelli ab eo quod cœperunt amplecti. Sed felix dissidium quod syncera prouehit, putria resecat, felix gladius, qui noxias cupiditates omnes animo recidit. Omnibus offero salutem quam si omnes amplectantur nullum erit dissidium. Per se quidem euangelium res est pacifica, sed aliorum vicio concitatur seditio. Verum expedit amputari noxia, quo magis inter puros constet vera sanctaque concordia. Nullus est naturæ aut amicitiæ nexus tam tenax, quem hic gladius non queat dirumpere. ⌊ Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam ⌋ Chrysostomus: Non dicit separare a patre sed aduersus patrem, quia non corporalem sed spiritualem ab eo separationem requirit, qui enim corporaliter separatur a patre separatur contra patrem, qui autem spiritualiter, corpore quidem cum patre est, fide autem aduersus patrem. Non enim verisimile est quod corporaliter iubeat relinquere patrem, qui dicit: Honora patrem tuum. Exodi vicesimo, & sic præponendi sunt non coniũctis. Luc. duodecimo: Putatis quia veni pacem mittere in terram. Non dico vobis sed separationem. Erunt enim quinq; in domo vna diui

si ,duo in tres, & tres in duos diuidẽtur. Pater in filiũ &c. ⌊Et inimici hominis domestici eius⌋ Psalm. Obliuiscere populum tuum & domum patris tui. Genesis duodeci. Egredere de terra tua & de cognatione tua. Vt autem intelligamus hunc gladium non esse odiũ sed amoris, subdit. ⌊Qui amat patrem aut matrem plus quam me⌋ qui licet amari debeant, non tamen supra deum vt dum illis obsequitur dei præcepta quis negligat, vt propter eos ad fidem venire omittat, aut acceptam dimittat ⌊non est me dignus⌋ secundum quod ego sum merces sanctorum. Genesis decimoquinto: Ego ero merces tua magna nimis. Vnde. 1. Regum secun. dictum fuit Heli, Magis honorasti filios tuos quam me, sequitur. Qui contemnunt me erunt ignobiles. Sed de Abraham genesis. 22. Quia fecisti rem hanc, & non pepercisti vnigenito tuo propter me, benedicens benedicam tibi & cæt. ⌊Et qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus⌋ Sub deo & propter deum quicquid amatur est amandum. Maximus autem debet esse amor ad Christum, Cum & inimicos diligere iubemur, quãtomagis parentes. Hactenus constabit hoc bellum, vt qui a nobis, contemnant tantum hostes, non lædant autem, quod quidem in ipsis est, seruent etiam si queant, & hactenus consistet contemptus non vt fastidiant, sed vt modeste reddita ratione non obtemperent iussis impijs.

¶Quo ad secundum Psalmista omnem in deo spem ponens, ait: Exaudi domine vocẽ meam q̃ clamaui ad te, miserere mei & exaudi me. Cãm annectit. Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea, faciẽ tuam domine requiram. O felix anima quæ hoc vere dicere potest. Infelix qui dominum hic non sequitur, quoniam nec in futuro. Hinc dominus ⌊Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus⌋ Amor ⌈CHRI⌋STI proprio amori præponẽdus est. Ne autem videatur esse nimium dei voluntatem præferre humanis affectibus, quum nihil sit homini vita gratius, nisi quis hanc quoq; contemnat euangelij gratia, & semper paratus ad omne mortis supplicium, ait: Et qui. Excamus ergo ad eum extra castra improperium eius portantes. Hebræorum decimotertio. Iohannis. 19. Exiuit baiulans sibi crucem

Ideo dicit,& sequitur me,ponens se in exemplum,quare sequendus. Non sicut Symeon qui in angaria portauit. Matt'.15. Qui enim Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vicijs & concupiscentijs.Gala.5.Sicut enim portauimus imaginem terreni,sic portemus & imaginem cęlestis.1.Cor.15.Dicitur autem Luc.9.quotidie,ne semel putemus ardorem fidei sufficere semper crux portanda est, vt semper nos Christum amare doceamus. Quemadmodum præposterus amor parentis aut filij, odium est veritatis quam amor,cum vtrisq; sit noxius,ita præpostera cura seruandæ vitæ verum est exitium vitæ. ⌊Qui inuenit animam suam⌋inuenire quærit & conseruare in delectabilibus, nam inuenire videtur qui vitam quæ in carne est custodit.⌊Corinthio.2. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus. Psalmista, In labore hominũ nõ sunt, & cum hominibus non flagellabuntur.Sap.2. Qm̃ ex nihilo nati sumus,& postea erimus, tanq̃ si nonfuerimus.Sequitur: Venite ergo fruamur bonis quæ sunt,& vtamur creatura tanq̃ in iuuentute celeriter. Vino pretioso & vnguentis nos impleamus,& non ptereat nos flos tpis.Sed non vere inuenit sed perdit, quia mittit in [illegible] num supplicium.Lucæ.12. Stulte hac nocte repetent [illegible]e animam tuam,& quæ præparasti cuius erunt.1.Corin.6; Esca ventri & venter escæ,deus hũc & has destruet.Pro.1 Quia vocaui & renuistis, extendi manum meam & non fuit q̃ aspiceret,Despexistis omne consilium meum,& increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo cum vobis id quod timebatis aduenerit.Cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit,&c. Tunc inuocabunt me & non exaudiam.Iob. vicesimoprimo. Ducunt in bonis dies suos,& in puncto in inferna descendũt. ⌊Et qui perdiderit animam⌋id est, vitam suam. Ecclesiastici decimo octauo,post concupiscentias tuas non eas, & a voluntate tua auertere⌊propter me⌋.1.meam gloriam, quia martyrem non facit pœna sed causa.⌊inueniet eam⌋Iohannis duodecimo Qui odit animam suam in hoc mũdo in vitam æternam custodit eam.Seruauit vitam qui bene perdidit, perdidit qui male seruauit. Non perit anima cum ob euangelij professionem occiditur, sed in ęter-

num seruatur. Vere periit si breuem in corpore moram impetrauit, quamquam ne tum quidem viuit in corpore cum viuit inuisa deo, quamquam mundanis contrarium videatur.

¶Quo ad tertium Psalmist. non in hominibus sed deo fidēdum insinuans, ait. Adiutor meus esto, ne derelinquas me, neque despicias me deus salutaris meus causam annectens ob quam ait: Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt, & multo fortius alīs: dominus autem assumpsit me. Non est ergo periculum ne si contingat a parentibus, cognatis, & affinibus, & amicis destitui, non sint qui tectum, domum, ac victum suppeditent, vt enim nunquam deerunt qui bonos aspernentur & persequantur, ita nunquam non erūt qui eos bonō syncerocq; refocillent affectu. Atq; vt illos bonis nō vlciscentibus sed bene precantibus olim grauissime puniet deus, qui spretum se in illis interpretatur, ita his pro bonis eti amsi nihil referant gratiæ, mercedem amplissimam reponet. Adeo enim deus redamat suos amatores, vt si quis eos audiat, recipiat beneficijs afficiat propter Christum, [illegible]ri, recipi, beneficijs affici iudicet, & non solum se sed & patrem suum. Qui recipit vos me recipit, cuius legatione fungemini .2. Corinth .5. Pro Christo legatione fungimur tanquam deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo, reconciliemini deo, Lucæ decimo *Qui vos audit me audit: & qui vos spernit me spernit. Et qui me recipit, recipit eum qui me misit,* id est, a quo missus sum, & cuius ago negotium. *Qui recipit* prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. Non ob aliud, nisi quod a me missus prædicat diuinam voluntatem, ac diuina promissa, & si pseudopropheta, mercedem tamen prophetæ accipiet, nimirum factus & ipse propheta, quamdiu nomini dat sustentationem, & vitium non imitatur. Et qui recipit iustum in nomine iusti. non ob alium affectum mercedem iusti accipiet. nimirum factus & ipse iustus. An non feliciter commutauit, qui communicauit hospitium, & lucrifecit innocentiā? Chrysostomus: Quid est mercedem prophetæ & iusti accipient? id est, qualem mercedem ille habet qui propter deum peregrinatur, talem ha

bet & ille qui suscipit peregrinantem, & fiũt ambo æquales, & qui propter deum refrigerat & qui propter deum laborat. Eccle. duodecimo: Bene faciusto & inuenies retributionem magnam, & si non ab ipso certe a deo. Ab hoc lucro nec fortunæ tenuitas quemquam arcebit. Hic enim affectus dantis existimatur in ratione præmij, non doni precium ⌊ Et quicũq; dedertt vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam ⌋ Fiet enim & ipse discipulus. Vt enim non refert quantum sit quod datur, sed quo affectu, cuiusue nomine detur, ita non refert quãtus sit ille cui præstatur officium. Hoc satis est quod meus est discipulus, vt mihi possit imputari pro magno beneficio. Chrysostomus: Qui aquæ frigidæ mercedem constituit, puto quod & sine opere bonæ voluntati reddet mercedem. 2. Corinth, octauo: Si voluntas prompta est, secundum id quod habet accepta est, non secundum id quod non habet. Ideo Hebræorum decimotert, Beneficientiæ & communionis nolite obliuisci, talibus enim hostijs promeretur deus. Roma. 12. Necessitatibus sanctorum communicantes.

NIhil opertum quod non reueletur, & occultum quod non sciatur. ⌋ Matthei. 10 Saluator noster ad ꝟtutis lumen, nunc spe p̃mij nunc terrore iudicij (quo & bonoꝝ virtus & patientia & malorũ peruersitas, & malitia manifestabitur) reducere errantes, & verbis studuit & exemplis. Hinc nos apostolus hortatur. 2. Tomoth. 2. ¶ Memor esto ⌋ in mente tenendo, contra tribulationes ⌊ dominum nostrum Iesum Christũ ⌋ qui caput est ecclesiæ ⌊ resurrexisse a mortuis, ex semine Dauid ⌋ quia secundum naturam humanam mortuus est & resurrextt. Romano. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, ferendis contumelijs illustrauit gloriam euangelij, & post crucis supplicium euectus est ad immortalitatis præmium ⌊ secundum euangelium meũ ⌋ Quod hactenus constanter prædicaui. 1. Corinth. 15. Notum vobis facio euangelium quod prędicaui vobis ⌊ In quo laboro vsque ad vincula ⌋ huius gratia multis malis affligor, quia tunc Romæ erat in vinculis ⌊ quasi male operans ⌋ facinorosus quispiam. Christiani enim tunc re

pi Est.

putabantur pessimi.⌊Lu.9. Eiecerint nomen vestrum tan quam malum, ꝓpter filium hominis. Sic & Christus dam natus fuit tanq̃ male opans. Esa.53. Et cum iniqs deputatus ē ⌊sed verbum dei nō est alligatum⌋Chryso. Ligantur manus sed non lĩgua, miles ligatus non pugnat, agricolæ si ligantur manus non seminant, doctor autem non manu sed lingua seminat. Acto.4. Non em̃ possumus quę audiuimus & vidim⁹ non loqui ⌊ ideo oĩa sustineo propter electos⌋Chrys. Nō hos vel illos sed electos. Col.1. Gaudeo in passionibus meis pro vobis .1. Iohan .3. Ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere ⌊ vt & ipsi salutem consequãtur⌋ non dicit p̃bendam, honorem temporalem &c. sed salutē quæ offertur oĩbus, non per legem Mosi sed ⌊quæ est in Christo iesu⌋q̃ per ipsum pręstatur. act.4. Non est aliud nomen sub cælo datum hominibus in q̊ oporteat nos saluos fieri ⌊ in gloria cælesti⌋ qui sicuti pro nobis est passus, ita vicissim decet nos pro illius euangelio & fratrum salute perpeti, & sicut ille per afflictiones varias & igno[illegible]m ad cælestem gloriã euectus est, ita nobis eadem via est enitendum.2. Tim.3. ⌊Tu aũt essecutus es meam doctrinam⌋ non sicut illi qui semper sunt discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes.2. timot. 2. & huic congruentem morum ⌊ institutionem⌋ quia qualis doctrina talis & vita ⌊ propositum⌋ quo tendo & tu ꝑ alacritatem animi nihil refugiẽdo ⌊fidem⌋firmã Hebr.11. Sine fide impossibile est placere deo ⌊ longanimitatem⌋in expectatione præmiorum, ecce spes ⌊dilectionem⌋dei & proximi.1. Iohan.3. Qui non diligit manet in morte, qua prodesse cupiebam & hostibus ⌊ patiẽtiam⌋ in aduersis. Prou.19. Doctrina viri per patientiã dinoscitur. ⌊persecutiones,⌋de loco in locum. Mat.10. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam ⌊passiones⌋tormentorum.2. Cor.12. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum in mortibus frequenter ⌊ q̃lia⌋te teste ⌊ mihi facta sunt Antiochiæ, Iconij, Listris, q̃les persecutiones sustinui, & ex omnibus eripuit me dñs ⌋cuius p̃sidio eram infractus. Neq; ꝟo hæc mihi vel meo peculiari q̊dã fato acciderunt, vel ob malefacta mea sunt inflicta, sed ob synce-

ritatem euangelicæ doctrinæ pariter ac vitæ. [E oēs qui pie volunt viuere] .i. obseruare cultum Christianæ religionis, [in Christo Iesu persecutionem patientur] exemplo Christi & mei. Nunquam enim non habiturus est mundus, qui quo suam fictam religionem tueantur, affligant & opprimant veræ pietatis cultores, Sed hæc afflictio nobis cedit in lucrum, quemadmodum improbis illis & impostoribus sua prosperitas cedet in cumulum damnationis, duplici nomine daturis pœnas, & quod ipsi defciuerint a veritate, & quod alios suis erroribus inuoluerint.

¶Cum dñs discip. ad prædicandum missos, exemplo suo ad passionum tolerantiam animasset, d. Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos. In illo tem. Dixit Iesus d. s. Nihil opertum.

¶Ostendit dominus hoc euangelio, quanta constantia euangelij veritas & verbo sit prædicanda & opere demōstranda.

¶Primum. Omnimoda secretorum manifestatio. In principio.

¶Secundum, Placida malorum toleratio, ibi: Nolite timere.

¶Tertium: Qualificata bonorum attestatio. ibi: Omnis ergo.

¶Quo ad primum: Nihil diuinæ oculis maiestatis occultum Psalm. considerans ait: Non est occultatum os meum a te quod fecisti in occulto, & substantia mea in inferioribus terræ. Imperfectum meum viderunt oculi tui & in libro tuo omnes scribentur. Apoc. vicesimo. Iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris, secundum opera ipsorum. Omnia nuda Christo & suo tempore manifestanda.

¶Nihil opertū quod nō reueletur] Hieron. Nolite timere persecutorum sæuitiam, neque cmulemini simulatores, quia veniet dies iudicij in quo vestra virtus, & eorum nequitia demonstrabitur. Dicent vos magos, malefi cos, seditiosos, sed hæc ignominia post vertetur in gloriam. Eluceſcet tandem orbi vestra synceritas, quam oēs Euang.

audibus vehēt, execrantes eos qvos falsa fœdauerāt in

famia, Diu pressa laus , maiori cum luce solet erumpere. Vos tantum hoc agite vt laude digna geratis, non vt laudem affectetis. Sapientiæ .5. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam & finem illorum sine honore. Ecce quomodo cōputati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illorum est. ⌊ Et occultum quod non sciatur ⌋ 1. Corinthio. 4. Veniet dominus qui & illuminabit abscondita tenebrarum, Danielis. 7. Iudicium sedit & libri aperti sunt. ⌊ quod dico vobis in tenebris ⌋ obscure & in ænigmate ⌊ dicite in lumine ⌋ aperte prædicate. Matthæi. 13, Luc. 8. Vobis datum est nosse mysterium regni, cæteris autem in parabolis. Marci. 4. Seorsum autem disserebat discipulis omnia ⌊ & quod in aure auditis, prædicate super tecta ⌋ Esaiæ. 58. Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam & annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Non est ergo q̄ infamiæ metu deterreamini, quo minus libere prædicetis euangelium regni. Nihil habet pudendum aut celandum nostra doctrina, fucos nescit vult in lucem omnium proferri, neq; cuiusq̄ veretur conscientiam. Hinc Apost. Rom. 1. Non erubesco euangelium, licet quibusdam erubescibile videatur. 1. Corin. 1. Nos aūt prędicamus Christum crucifixum Iudæis quidem scandalum. Gentibus aūt stultitiā. *Virtus enim dei ē, licet pereuntibus stultitia videatur*, 1. Corin. 1. *Nam virtus dei in eo manifestatur, & quia in se continet dei virtutem, vnde sequitur, in salutem omni credenti. Sed non omnes obediunt euangelio. Romanos* decimo, non ob defectum euangelij. sed quia non deuote & humiliter & beneuolenter audiunt, qualiter vacuum redire non solet dum sic auditum fuerit. Vnde comparatur niui & imbri in terram cadenti & ipsam infundenti & fœcundanti. Esa. 55. Qui autem audiunt obseruanter sicut pharisæi & hypocritæ in illis fructificat iuxta dispositionem ipsorum, quemadmodum melleus succus ab aranea haustus.

¶Quo ad secundum Psal. auxilio fretus diuino omnē exclusit timorem, dicens. Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Dñs mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos. Ideo. Bonum est confidere in domino, quam confidere in homine. Nam vana salus ho-

minis. Sed erunt fortasse qui contemnant infamiam cæteraque mala, mortem vero quis posset contemnere, propter hoc subdit ⌊ Nolite timere eos qui occidũt corpus ⌋ quæ vilissima pars est hominis ⌊ animam aũt non possunt occidere ⌋ q̃tumuis sæuiant, quæ potior pars est hominis, iure eos timeretis si totum hominem possent occidere. Sapie. 3. Iustorum animæ in manu dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori, illi aũt sunt in pace, Magis autem nocerent si non occiderent sibi consentientes, quam si occidant contempti. ⌊ Ia. 12. Ne terreamini ab his qui occidũt corpo, & post hæc non habent amplius quod faciant. Non tamẽ excludit dominus timorem naturalem, nam Iesus cœpit pauere. Marc. 14. ⌊ Sed potius eum timete qui potest & animam & corpus, ⌋ quæ condidit ⌊ perdere in gehennam ⌋ Animam post mortem, corpus post resurrectionem. Hiere. x. Quis non timebit te o rex gentium? Chry. Eum qui potest animam perdere non timemus, eum q̃ non potest corpus pdere sed interficere, timemus. Pro. 29. Qui timet hominem corruet, qui autem sperat in domino sublevabitur. Ideo Psalmista. Seruite dño in timore. Non est [illegible] pus quod ad tempus extinguit tyrannos omnino perit, reddetur enim in resurrectione longe melius. Hactenus igitur corpus duntaxat periclitatur, si constanter obtemperantes iussis meis contingat occidi. Cæterum si iussis illorum obtemperantes, deseratis euangelij negotiũ tunc non solum corpus perit, quod etiam si nullus occidat tamen communi lege naturæ moriatur oportet, verum etiam anima æternis tradetur incendijs. Quid autem refert vtrum persecutor auferat animam, an morbus aliusue casus? Certe glorioſius est ob euangelium mortem oppetere quæ quamquam violentia, non tamen veniet absque prouidentia diuina. Chrysostomus. Timidorum ẽ mortem formidare, nũc enim munus est necessarium naturæ iam corruptæ, quæ non est fugienda sed tanquam malorum terminus amplectenda. Fiat voluntarium q̃d futurum est necessarium, offeramus deo pro munere q̃d pro delicto redditur. Hæc ille. Non patietur nos deus occidi nisi quũ maxime nobis expediet mori. Quare formidinem omnem ex animis propellite. Ostendit autem tri-

plici ratione mortem corporalem pro Christo non timendum. Prima ex consideratione pœnæ futuræ, & iudicis Christi p rõem timoris. Ex spe resurrectionis corpo[illegible] Nõne duo passeres asse veneũt ⌋.i. minimo ꝑtio ad pondns nõ ratione q̃titatis, sed in distinctione põderꝝ & vnus ex his tã vilis ꝑcij licet sit, ⌊ non cadet sub terrã sine patre vestro ⌋ ipsius ꝑmissu & voluntate, in q̊ sunt oĩa (vt taceã de massa corpis) etiam minimæ ꝑticulæ dei ꝓuidẽtia conseruãtur. An igitur metuetis ne vos q̊s delegit ex omib⁹ ad hoc euangelij negotiũ, passurus sit ante tempus interire, q̊s adeo non negligit, vt etiam capillos capitis vestri habeat numeratos ⌊ Vestri aũt & capilli capitis oẽs numerati sunt ⌋ prima Corinthio. decimo quinto. Mortui resurgent incorrupti, vnde secundo Machabeorum septimo. Tertius postulatus linguam cito protulit, in manus constanter extendit, & cum fidutia ait; a cælo ista possideo, & propter dei leges hæc ipsa despicio, quoniam ab eo me ea recepturum spero. Tertia. ¶ Honoris & pręmij ⌊ Nolite ergo timere multis passeribus ⌋ non tm̃ vno, ⌊ meliores estis vos ⌋ patri cælesti vos, quo [illegible]atum naturæ quia ratione ditati, & quo ad statum gloriæ & gratiæ quia per adoptionem filij dei. Nolite ergo timere ne quid in vos possint homines secus quam illi visum est, qui vestri iugem agit curam. Huic ergo vitæ mortisque vestrę curam relinquite, nec vllo metu malorum quæ possunt homines hominibus inferre deterreamini, a publica nominis mei confessione, quamlibet inuisi mundo, prima Petri quinto. Humiliamini sub potenti manu dei vt vos exaltet in die visitationis, omnẽ vestram sollicitudinem proijcientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis.

¶ Quo ad tertium Corde, ore, & opere deum magnificans Psalmista ait; Confitebor tibi dñe in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua, Chrysostomus. Non solum ille proditor est veritatis q mendacium pro veritate loqtur, sed etiam qui non libere pronunciat veritatẽ quã pronunciare optet, aut non libere defendit veritatẽ quã defendere optet; istud laicoꝝ illud sacerdotũ: ⌊ Oĩs ergo qui me confitebitur coram hominibus, ⌋ publice ad hominum ædificationem. Acto. pri. Eritis mihi testes in Hierusalem & in omni Iudæa & Samaria vsque

ad vltimum terræ LConfitebor & ego eum coram patre meo Iagnoscendo famulum & discipulum, qui est in cælis. Iohannis duodecimo, Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus qui in cælis est. Quid ergo timerent, quandoquidem habituri sunt ante cælestis patris conspectum, filium eius coęqualis potestatis, dignitatis, & regni, confitentem eos, & negantem interfectores eorum a consortio beatorum excludentem & æternis supplicijs deputantem? Quid enim est confiteri nisi in consortium beatorum admittere, & participes regni cælestis & gloriæ æternę efficere? Non ergo est delicata professio. Non enim me profitetur, nisi qui vita quoque declarat se credere dictis meis, Abnegat autem qui sic viuit vt quicquam anteponat mihi. Titum primo Confitentur se nosse deum, factis autem negant. Duplicem itaque beatitudinem christiani hominis sacræ produnt literæ. Alteram qua inserimur adeoque inautoramur Christo, dum videlicet a regno satanico transferimur in regnum adoptionis filiorum dei, hæc cum in baptismate, tum in pœnitentia perficitur. Hanc [illegible] gratiæ dei ferimus acceptam non nostris viribus, non meritis, non operibus ipsis, alioqui gratia vt inquit apostolus. Romanorum vndecimo, iam non est gratia. Clementia enim sua & misericordia deus præuenit nostram voluntatem, vt velimus bonum, cooperaturque vt perficiamus quod deo autore feliciter cœptum est. Nolo tamen hoc loco existimes me excludere liberi arbitrij assensionem. Alteram beatitudinem dicimus consistere in æterna felicitate, dum exuti omnibus miserijs, cælestibus illis ambrosijs fruemur. Beati inquit Psalmista, qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Hanc ingemiscimus arque expetimus dicentes. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Hanc vt consequamur bonis operibus insudandū. Quam quam enim Christus huius ianuam aperuerit, voluit tamen & nos in bonis operibus (quibus fides ipsa primaque illa atque iustificans beatitudo perficitur) operam omnem nauare. Vnde Matthæ. 7. Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cælorū, sed q facit voluntatem patris mei. Est qdem fides totius salu-

tis basis & fundamentum Paulo teste. Hebr. 1. Accedentem oportet credere. Sine fide enim impossibile est placere deo. Est q; substantia rerum sperandarum argumentū non apparentium; Id quod plerique omēs ita intelligūt, vt sit assensus seu cognitio firmiter assentiens veritati cælitus reuelatæ, qua intellectus indago in obsequium Christi sese captiuat. videlicet iis assentiēs quæ sunt supra naturam, supra sensum, supra humanam rationem. Extenditur autem hæc ipsa assentio mentis, non modo ad Christum in carne multis signorum portentis declaratum, (quamquam ad ipsum potissimum) verumetiam ad vniuersa, quæ & deū ipsum omnium rerum opificem, & a se productas creaturas, & harum tum reparationem tum renouationem concernunt. Quæ vniuersa, vt sunt & condita & a deo disposita per filium, siquidē ex ipso, in ipso & per ipsum sunt omnia. Rom. 11. humana ratio imbecillior est vt perueštiget, atq; ob id dono quodam supercælesti erigatur oportet quo (quod impossibile ē naturæ) facilius cognoscat, intelligat, miretur ac proinde imitetur. Est enim lucerna illuminans mētis apicem, qua se ad vitā mundana simul & diuina mysteria corripit, eaque meditatur, introspicit quoad in via conceditur, quæ ingeniū naturęq; vires superant. Producuntur ex viuificante fide virtutum opera, veluti fructus quidam ex radice. *Nam sine charitate nihil est, & per charitatem operans aliquid est, Gal. 5. Imo vt Iac. 2. dicitur, sine operibus mortua est.* Nisi forsan Iacobi epistolam ceu apostolico spiritu indignam repudiarit quis, verum eadem facilitate & nos Paulum cæteroſque ecclesiasticos scriptores reiiciemus, quandoquidem & hos & illum nobis ecclesia tradiderit, Sed absit a Christianis temeritas, adsit vero candor & animi iuditium, q̄ si quid in altero offendiur, quod alteri pugnare videtur, aut pie interpretet, aut vt in cōcordiam veniant scripturæ (quæ a concordi spiritu inspiratæ sunt) conferantur loci locis, scripturæ scripturis, tempora, personæ, causæ singula singulis, & ita demum comperiemus nihil in diuinis eloquiis, tantum abest in apostolicis epistolis offendi, quod non ceu rota in rota consonet, quadret, conspiret. Quod igitur Paulus inficiatur nos operibus salutem consecutos, non id agit quod fi-

gunt quidam sed obtundit stultam, imo superstitiosam pharisæorum arrogantiam, qui posthabito Christo, suis operibus suisq; viribus, deinde crassissimis legis Mosaicæ ceremonijs salutem deputabant. Adeo Moses mordicus eis erat insertus, vt quandoq; visus sit prorsus totum Mosen enervare, extenuare, elevare, ac e medio tollere, q̃ facilius gratia Christi propagetur, tum in gentes, tum in Iudæos. Hunc esse genuinum Pauli sensum tũ ex phrasi ipsa verborũ, tum ex epistolarum ad Rom. gal. Ephe. & Col. facile sciri potest. Rom. x. Volentes suam stabilire iustitiam iustitiæ dei non sunt subiecti. Et .3. Arbitramur hominem iustificari sine operibus legis. Id q̃d luce clarius compertum habemus in gentibus qui promissorũ dei participes facti sunt sine vllis legis Mosaicæ opibus. Gal .5. Si circuncidamini Christus nihil vobis proderit. Eadem fere de ciborum, sabbatorum, neomeniarum observatione apud Colo. 2. Quibus omnibus hoc potissimũ agit vt ostendat legis imperfectionem. (Nihil enim ad perfectum adduxit lex Heb. 7) pedagogia enim fuit, quæ vbi intrauit Christ' abrogata fuit & antiquata, non vt tollat bona opera e medio Christianismi, cum tot opera quibus certam nostram facimus vocationem. 2. Petri primo adhortetur: Multo enim alio proposito quam Iudæi, potissimum tamen Pharisæi, qui repudiarũt Christum, nos operamur Nos enim Christo omnia ferimus accepta. Ipsi suo Mosi, atq; ob id meritissime damnandi, vtcunq; in speciem opera quædam prætexant, Sine Christo enim nihil prosunt opera quatenus ad meritum gloriæ attinet, & si forsan alias ob causas transitorias prosint operantibus.

¶ Infra Pascha & Pentecosten.

EGo sum vitis & vos palmites, qui manet in me & ego in eo, & cætera Iohan. 15. Saluator genus humanum radicitus in primo parente viciatum, quo vitæ æternæ fructum ferre posset, sibi inserere ac incorporare studuit, vt exemplo suo mundi persecutiones patienter ferendo, filij dei per adoptionis fieri mereretur gratiam, & in eorum deputari consortio de quibus Sap. 5 ¶ Stabunt iusti in magna constantia qui modo iacent viles & abiecti in magna miseria, sed quando. Tunc vi

præmittit ibidem, quarto cum peruersi erunt; decidentes sine honore, & in contumelia inter mortuos in perpetuum, quoniam dirumpet illos flatus sine voce, & non commouebit illos a fundamentis, & vsq; ad supremum desolabuntur, & erunt gementes, & illorum memoria periet. Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi & traducent illos ex aduerso iniquitates ipsorum, ┗aduersus eos qui se angustiauerunt┛inferendo nocumentũ in personis contumelijs, iniurijs, irrisionibus, varijsque modis. Hebr. 11. ┗ Et qui abstulerunt labores eorum┛inferendo nocumentum in rebus possessis ┗ Videntes ┛bonos de tanta miseria ad tantam gloriam, & se de mundi gloria ad sempiternum opprobrium delectos ┗ turbabuntur timore horribili.┛ Horrendum enim est incidere in manus dei viuentis. Hebr. 10. ┗ Et mirabuntur in subitatione insperatæ salutis. ┛ Dies enim domini tanquã fur ita veniet. 1. Thess. 5. ┗ Gementes præ angustia spiritus┛quia hic pro Christo angustiam patiũ luerunt, tũc gement ob maximam angustiam quam patientur, propter præsentiam omnis mali & absentiam omnis boni. Esa. 65 Serui mei comedent & vos esurietis. Ecce serui mei bibent & vos sitietis, Ecce serui mei lætabuntur & vos confundemini, Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus viulabitis ┗ dicentes┛quod seq. ┗ intra *se pœnitentiam agentes* ┛ *sed seram nimis, tum quia extra statum meriti, quemadmodum arbores autumnales quæ florere incipiunt quando fructus aliarum colliguntur.* Inde cum hi sunt arbores autumnales infructuosæ bis mortuæ (in corpore & anima) eradicatæ, tum quia non propter offensam dei sed duritiam flagelli & præ angustia spũs gementes ┗ Hi sunt quos aliquando┛ in mundo ┗ habuimus in derisum┛Iob. 12. Deridetur iusti simplicitas ┗ & in similitudinem improperij ┛improperantes Christi nomen, quod non verum improperium, sed gloriosum, quemadmodum Christus per Psalmistam dicit, factus sum illis in parabolam. ┗ Nos insensati┛sine sensu sapientiæ, per ignorantiam futurorum bonorum, ┗ vitam illorum æstimabamus insaniam┛ quia contemnentes felicitatem temporalem, gaudebãt aduersis Act. 5.

ibant apostoli gaudentes a conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati ⌊& finem illorum sine honore⌋ Sap. 2. Errauerunt, excæcauit enim illos malitia eorum. Et nescierunt sacramenta dei, neq; mercedem sperauerunt iustitiæ, nec iudicauerũt honorem animarum sanctarũ ⌊Ecce quõ computati sunt inter filios dei⌋ angelos (Iob. 1.) ad quorum consortium assumentur ⌊& inter sanctos sors illorum est⌋ i. hæreditas æterna.

¶Cum dominus post vltimam cœnam desolatos de suo decessu per mortem discipulorum animos, plurimis consolaretur verbis, inter cætera ait. Iam non multa loquar vobiscum, venit princeps mundi huius, & in me nõ habet quicquam. Sed vt cognoscat mundus quia diligo patrem, scilicet ideo mortem eius ordinatione innocens sustineo, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Surgite eamus hinc. In illo tempore dixit Iesus discipulis suis. Ego sum.

¶Ostendit dominus hoc euãgelio, fidelibus sine ipo nec vitam nec opera vitæ esse.

¶Primum: Radicata operationum fundatio. In principio.

¶Secundum: Solicita affectuum ordinatio, ibi: Manete in me.

¶Tertium: Tuta ordinationum firmatio, ibi: Si manseritis in me.

¶*Quo ad primum* Psal. ⌊Illustratus debitõ Christiani hominis depingit formam, d. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit. Ecce declinatio a malo, Sequitur bonum. Sed in lege domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Et erit tanquam lignum, quod plantatũ est secus decursus aquarum. Ioha. 7. Qui sitit veniat ad me & biba, Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius non defluet, & omnia q̃cunq; faciet semp prosperabuntur. Nihil ergo periculi ijs qui persistunt in consortio, quantum autem sit periculi deficientibus, a tę-

Euang. dere quod cum ipso pacti sunt, indicat dominus ¶Ego sum vitis vera ⌋ Aug. Iste locus euangelicus vbi se dominus dicit vitem, & discipulos suos palmites, secundum hoc dicit quod est caput ecclesiæ, nosq; membra eius mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Vnius quippe naturæ sunt vitis & palmites, propter quod cum esset deus cuius naturæ non sumus factus est homo. vt in illo esset vitis humana natura, cui⁹ & nos homines palmites esse possemus. Quid est ergo quod dicit vera? Nunquid addens vera hoc ad eandem vitem retulit, vnde ista similitudo translata est. Sic enim dicitur vitis per similitudinem non per proprietatem, quemadmodum dicitur agnus, ouis, leo, petra, lapis angularis, & cætera huiusmodi, quæ magis ipsa sunt vera, ex quibus ducuntur istæ similitudines non proprietates. Sed cum dicit ego sum vitis vera, ab illa se vtique discernit cui dicitur: Quomodo conuersa es in amaritudinem vitis aliena. Hier. 2. Nã quo pacto est vitis vera quę expectata est vt faceret vuas fecit autem spinas. Esa. 5. Vitis Christus incarnatus. Nam vitis lignum quidem habet vile & despectum & quasi in [illegible] quum fructus optimos habeat, sic Christus humanitate despectus habebatur, gloriosissimos tamen fructus habuit ⌊ & pater meus agricola est. ⌋ Agit enim in vineæ agro vt plantetur & fructificet. 1. Cor. 3. Dei agricultura estis. Nam neque qui plantat est aliquid neq; qui rigat, sed qui incrementum dat deus. 1. Cor. 2. Ego radix vel stirps vitis sum, vos membra mea ceu palmites e stirpe prognati, pater me plantauit, nimirum qui genuit, q quicquid vobis largitur per me ac spiritum suum vobis largitur. Succus autem stirpis qui palmitibus quoq; dat vitam ac fructificandi vim spiritus est patri mihiq; communis. Is vt me patri connexuit, ita quoq; vos mihi copulat, Vinum huius vitis euangelium est regni, doctrina cælestis. Palmites omnes ex regeneratione ad ipsum accedentes. ⌊ Omnem palmitem in me ⌋ adhærentem per fidei professionem ⌊ non ferentem fructum, ⌋ charitatis euangelicæ. Oportet enim vt sit fides per dilectionẽ operans. Gal. 5. ⌊ tollet eũ ⌋ velut onerosum & inutile membrum, frustra enim est in vite qui fructum non habet sed folia tantum, tollit ergo pater a corpore Christi & vita

Quæ est spiritualis vita dependens a spiritu Christi. Col. 3 Cum Christus apparuerit vita vestra ⌊ & omnem qui fert fructum ⌋ stirpe dignum ⌊ purgabit eum ⌋ scilicet pater superuacuas amputans cupiditates, auferendo omne quicquid obest ei ad huiusmodi vitam: secundum spiritū siue sit internum vt peccata, & concupiscentiæ, siue externum vt parentes diuitiæ res familiares, vt in ea vita quę corpus Christi decet magis proficiat id faciente Christo qui caput. 1. truncus & radix est totius vitis, omnia palmitibus quæcunq; habent & agunt, suggerens ⌊ vt fructum plus afferat ⌋ copiosiorem & digniorem: Merito ergo in ipso manendum, quia aliter fructificare non possumus vitæ æternæ. ⌊ Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis ⌋ per doctrinam meam ab erroribus purgati. Vna est operatio patris & filij. Iohan. 8. Sermo quem audistis non est meus, sed eius q̄ misit me patris. August. Quare non ait mundi estis ꝓpter baptismum q̄ abluti estis, nisi qa in aqua ꝟbum mundat. Detrahe ꝟbum & qd est aqua nisi aqua? Accedit aqua ad elementum & fit sacramentum. Vñ ista tanta virtus aquę, vt corpus tangat & cor abluat, nisi faciente verbo, non quia dicitur sed quia creditur? Nam aliud est sonus trā siens; aliud virtus manēs, 1. Petri. 2. Sic & vos saluos facit baptisma non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in deum. Christus quippe nobiscum vitis, cum patre agricola, dilexit ecclesiam & se ipm tradidit pro ea vt sanctificaret illā, mundans eam lauacro aq̄ in verbo vitæ, vt exhiberet sibi ipse gloriosam ecclesiā non habentem maculam aut rugā, aut aliqd huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. Iohannis. 17. Sanctifica eos in veritate, quia sermo tuus veritas est. Mundatio ergo nequaquam fluxu ac labili tribueretur elemento, nisi adderetur in verbo. Hoc verbum fidei tantum valet in ecclesia dei vt per ipsum, credentem, offerentem, benedicentem tingentem, etiā tantillum mūdet infantem, quam uis nondum valeat corde credere ad iusticiam, & ore cō fiteri ad salutem. Totum hoc fit per verbum de quo dominus ait: Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Nihil prætermisi quod facere debui. Itaq; quod vestrum est iudicate.

¶Quo ad secundum Psalm. lxxix. prævidens synagogę vi neam ad ecclesiam transferendam, ait: Vineam de Aegypto transtulisti, eiecisti gentes & plantasti eā, dux itineris fuisti in conspectu eius, & plātasti radices eius & impleuit terrā. Extēdit palmites suos vsq; ad mare, & vsq; ad flumen, ppagines eius. Ad literā em̄ a flumine magno Eufrate vsq; ad mare Mediterraneum: terra promissionis, ptendebatur. Segtur. Vt qd destruxisti macerīā eius? Hoc saluator indicat. Mat. 21. Vbi principib. sacerdotū & senioribus rūdentibus colonos malos male perdendos, & vineam alijs locādam, qui fructum i tempore suo reddant, dixit, quia auferetur a vobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Ideo dominus hic monet, dicens. ⌊Manete in me⌋ vnde per fidem vitam hauriatis ⌊& ego in vobis⌋ Augu. Non eo modo illi in ipso sicut ipse in illis. Nam in Christo manere est Christū in se manentem habere. Et hoc discipulis, non Christo prodest. Nam præciso palmite, potest alius de viua radice pullulare, qui autem præcisus est, non potest sine radice viuere. Vnde segtur. ⌊ Sicut palmes non pōt ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite ⌋ qd quicquid habet succi trahat e stirpe ⌊sic nec vos⌋ poteritis vllius boni operis fructum ædere ⌊ nisi in me manseritis ⌋ per fidem & dilectionem, vnde vobis, pficiscatur oportet quicquid ad veram & æternam facit salutem. Manemus in Christo per dilectionem, 1. Ioh. 4. Qui manet in charitate in deo manet, & deus in eo. Ideo Eph. 3. In charitate radicati & fundati. Aug. Magna gratiæ cōmendatio, corda instruit humilium, ora obstruit superboꝝ, q ignorantes dei iusticiā suā volunt cōstituere. Rom. 10. dicēs a deo habemus qd hoies sumus, a nobis metipsis quod iusti sumus. Quid vos decipitis non assertores sed p̄cipitatores liberi arbitrij, ex alto elatiōis, p inania p̄sumptiōis in pfundo submersi. Qui enim a semetipso fructum se ferre existimat, in vite non est, ac sic nec in eo Christus, nec ipse Christianus. ⌊Ego sum vitis, vos palmites ⌋ cui gratis estis insiti, gratis purgati, sed vnde vestra culpa possitis excidere, quare vobis curandum vt mihi perpetuo iungamini, qui ministrō succum spiritualis & æterni gaudij. ⌊Qui manet in me & ego in eo⌋ meo spiritu viuens ⌊ hic fert fru-

ctum multum Jaspirante patre, sibi salutem æternam lucrifaciens, & deo cuius gratia fiunt omnia, gloriam apud homines concilians L quia sine me nihil potestis facere Jmeritorium. s. sicut, prima Corinthiorum decimoterтio: Si habuero omnem fidem ita vt montes transferam charitatem autem non habuero nihil sum. s. quo ad deū. Augusti. Ne quis putaret saltem aliquem fructum parui posse a semetipso palmitem ferre, cum dixisset fert fructum multum, non ait quia sine me parum potestis facere, sed nihil. Siue ergo parum siue multum, sine illo fieri non potest, sine quo nihil fieri potest, quia & si parum attulerit palmes, eū purgat agricola vt plus afferat. Esa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis dñe. L Si qs in me non manserit Jveraciter per charitatem, licet apparenter maneat per fidem, quæ sine operibus mortua ē Iacobi. 2. suo vitio auulsus, is non solum nullum ædit fructum L mittetur foras, & arescet sicut palmes, & colligent eum Jcum reliquis sarmentis exectis L & in ignem mittēt & ardet Jta destitutus succo spirituque meo, emoritur iuxta mentem, separat⁹ merito a fidelibus licet numero eis iungatur, priuatus vita gratiæ quæ a c[illegible] in corpus ecclesiæ influit, etiāsi viuat iuxta corpus, & post hāc vitam separatus (ab angelis tollētibus zizania de medio tritici) irrecuperabiliter a vite, conficitur in ignem æternum, semper arsurus ad suum supplicium, qui noluerit in vite permanere fructum æditurus felicitatis æternæ. Matth. 25. Inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Augustinus. Ligna vitis tanta sunt contemptibiliora si in vite non manserint, quanto glorioſiora si manserint, 2. Petri 2. Melius erat illis non cognoscere viam iusticiæ, q̄ post agnitionem retrorsum conuerti, ab eo quod illis traditum est sancto mandato. Denique sicut dominus de his per Ezechielem decimonono dicit, præcisa, nullis agricularum vsib⁹ prosunt, nullis fabrilibus operibus deputantur. Vnum e duobus palmiti congruit, aut vitis aut ignis, si in vite nō est in igne erit.

¶ Quo ad tertium tutū veræ orationis fundamentum Psalmista insinuans ait: Venite audite & narrabo, oēs qui timetis dominum q̄ta fecit animæ meæ. Apud ipsum

ore meo clamaui, & exultaui sub lingua mea. Iniquitatē si aspexi in corde meo non exaudiet dominus. Propterea expediuit deus & intendit voci deprecationis meæ. Vnde hic dicit dominus. ⌊Si manseritis in me⌋ manebitis autem ⌊& verba mea in vobis manserint⌋ Augustin. Tunc dicenda sunt verba eius in nobis manere, quando facimus quod præcipit, quando diligimus quod promittit. Quando autem verba eius manent in memoria, nec inueniuntur in vita, nō computatur palmes in vite, quia vitam nō extrahit & radice. Vnde Psalm. Et memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea. Multi enim memoria tenent vt contemnant, vel etiam deridеant, vt oppugnent ea. In his verba Christi non manent, quia tangunt quodammodo non cohærent, & ideo non erunt illis in beneficium, sed in testimonium, & quia sic insunt eis vt non maneant in eis, ad hoc tenentur ab eis vt iudicentur ab eis. ⌊Quodcunque volueritis petetis, & fiet vobis⌋ Manendo in Christo quid velle possunt nisi quod conuenit Christo? quid velle possunt manendo in saluatore, nisiq̄d non alienum est a salute? Et si petimus & non fiet, nō hoc petimus quod habet mansio in eo, nec quod habent verba eius quæ manent in nobis, sed quod habet cupiditas nostra, & infirmitas carnis, quæ non est in eo, & in qua non manent verba eius. Hæc ille: Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur in auxilio opportuno. Hebræ. 4. Cæterum hāc fiduciam recte ambire videbimur, consequendæ gratiæ & gloriæ, si præclaris operibus testemur, nos filios adoptionis & hæreditatis esse. Nam sine operibus bonis, diuinis inniti promissis, non spes sed præsumptio est. Constituit enim deus egregia quidem promissa, 2. Pet. 1. Dedit atq; signauit nos spiritu promissionis. Eph. 1. Verum non satis fuerit tam preciosis niti promissis, nisi & ipsis operibus declaremus nos ex animo sperare. Vnde Psalm. Spera in deum & fac bonitatem, & pasceris in diuitijs eius, facere siquidem iussit bonitatem, ne cui forte satis videretur fiducia illa in diuina promissa. Et 1. Iohan. 3. Omnis qui habet hanc spem sanctificat se sicut & ille sanctus est. Quid est sanctificare, nisi mortificare animi affectus? crucem ferre, post Christum factis anhelare, & im-

maculatum se custodire ab hoc seculo. Hinc 1. Petr. 1. Succincti lumbos mentis vestræ, sobrie & perfecte sperate in eam quæ offertur vobis gratiam. Spem enim plerique omnes finiunt esse dei donum, quo rationalis creatura firma animi intentione diuinis promissis, immo deo promittenti fidit, adeo vt nihil minus metuat, dum ardua opera aggreditur, dum incommodis & rerum & corporis afficitur, dum hostis insultus exoriuntur, quam diuino destitui præsidio. Estque tutissimum deploratis conscientijs asylum, ne prorsus concidant, neue a proposito aduersus hostes certamine deterreant. Roboratur enim infirma conscientia in deum fiducia, adeoq; non diffidit ipsi, vt etiam de se quandoq; desperet, animumq; despondeat (vt Iob decimotertio) nihil tamen secus ipsi contendit deo adhærere. Ita enim ait Iob, Desperaui, at mox animo erecto in deum dicit. Et si occiderit me tamen sperabo in eum. Hoc firmatus Abraham contra spem in spē credidit, vt fieret pater multarum gentium. Romano. 4. Et mox. In repromissione enim dei non hæsitauit diffidētia, sed confortatus est fide, dans gloriam deo plenissime sciens quia quæcunq; promisit deus potens est & f[illegible]. Ideo Eccl. 2. Qui timetis dominum sustinete illum, & sperate in illum, & in oblectatione veniet vobis misericordia. Respicite filij nationes hominum, & scitote quoniā nullus sperauit in domino & confusus est. Ideo Psalm. Mihi autem adhærere deo bonum est, ponere in domino deo spem meam.

¶ De martyribus.

DEscendens Iesus de monte stetit in loco cāpestri, & turba discipulorum eius cum eo. Lucæ. 6. Saluator noster sua dignatiōe, nedum ÿ bo sed & facto, æternæ nobis vitæ vias ostendit, quatenus exemplo ipsius prouocati, tota post ipsum fiducia curram⁹. Hinc Apostolus Hebræorum duodecimo. ¶ Ideoq; & nos habentes tantam impositam nubem testium. Cum itaque tanta turba ac veluti nube sepiamur eorum qui ferendis malis testati sunt se toto pectore fidere promissis dei, etiam in veteri Testamento, horum exemplis animati deponentes omne pondus rerum corporalium & cupiditatum, quæ remorantur onustum ani

EPISTO.

mum ab expetendis cælestibus ⌊ & circunstãs nos peccatum ⌋ omnem occasionem peccati, prima Petri secundo ⁎, Deponentes omnem malitiam, & omnem dolum, omnem affectum temporalium & carnalium qui nos circunstat quia a nobis, rerum cælestium spe inflammati ⌊ per pacientiam curramus ad propositum nobis certamen ⌋ voluntarie Eccl. 4. Vsq; ad mortem certa pro iusticia ⌊ aspicientes in autorem fidei ⌋ passum. Num. 21, Iohan. 3. Sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam. Et merito, quia ipse quod cœpit in vobis perficiet ⌊ & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio ⌋ Iohan. 6. Iesus ergo vt cognouit quia venturi essent vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus ⌊ sustinuit crucem, confusione contempta ⌋ Phil. 2. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis ⌊ at q; in dextera sedis dei sedet ⌋ Consideremus qua ingressus sit ille via, & quo peruenerit, cum innocenti liceret fugere mortem, tam abesse ab oñi cruce ⁎ quam aberat ab omni peccato, tamen contemptis huius mundi gaudijs, subijt mortem crucis. Qua ingressus sit videtis nunc, quo tandem peruenit? Contemptu vi tę huius assequutus est immortalitatem, contemptu ignominiæ apud homines, assecutus est æternam gloriam, in cælis in dextera maiestatis patris. At huius consortium cum properetis, per varias ignominiæ dolorumq; afflictiones ⌊ Recogitate eum ⌋ qui nescius omnis peccati, tamen vt nobis ostenderet exemplar veræ tolerantiæ ⌊ q talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem ⌋ Probrorum, ignominiæ, & criminationũ vsq; ad mortem crucis ⌊ vt non fatigemini animis vestris deficientes ⌋ qui non immunes ab omnibus peccatis leuiora patimini. Præstat millies mori, quam in pristinã vitam relabi. At vos leuioribus adhuc malis affecti ⌊ Nõdum enim vsq; ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum repugnantes ⌋ quod acriter vos impugnat. Non ergo debetis in tribulationibus deficere, q a necdum pro vobis tm̃ sustinuistis, sicut Christus p vobis, q sanguinem suum fudit. Mat. 26. Hic est sanguis noui Testamenti, q d

multis effundetur. ¶ Et obliti estis consolationis ¶ paternæ ¶ quæ vobis tanq̃ filijs loqtur dicens ¶ Prou. 3. Apoc. 3 ¶ Fili mi noli negligere disciplinam ¶ i. correctionẽ negligenter habere fastidiendo. Sap. 3. Sapientiã & disciplinam qui abijcit infelix est ¶ neq; fatigeris dum ab eo argueris ¶ impatienter ferendo ¶ Quem enim diligit dominus castigat ¶ huius vitæ malis. Sensus enim & cogitatio cordis humani, prona sunt ad malum ab adolescentia sua Gene. 8. Psalmista. Castigans castigauit me dominus, & morti non tradidit me. ¶ flagellat autem omnem filium quem recipit ¶ Si ergo flagellationem huiusmodi patienter fertis, agnoscit suos filios deus, seq; vicissim illis offert ut patrem, ppitiũ & amantem, nec excludit ab hæreditate vitæ cælestis. An ideo putatis vos inuisos ac neglectos deo, quod affligimini malis huius mundi, imo hoc argumento esse debet vos esse destinatos hæreditati paternæ, si vos immunes estis ab huiusmodi castigatione paterna, cum omnes pñ qui deo chari sunt aut fuerunt, afflictionibus temporarijs eruditi sint ad veram pietatẽ, nimirum argumentum est vos nothos esse, non germanos filios. ¶ Quis enim filius quem non corripit p[illegible] ¶ Iob. 6. hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore nõ parcat. Prouerbio. 13. Qui parcit virgæ odit filium suum qui autem diligit illum instanter erudit ¶ Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes ¶ .2. Timoth .3. Omnes qui pie volunt viuere in Christo Iesu persecutionem patientur ¶ ergo adulteri & nõ filij estis ¶ legitimi, quibus debetur hæreditas æterna, quia p multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Actuum. 14.

¶ Cum dominus duodecim elegisset vt essent apostoli in monte (post orationem per noctem factam) cum factus esset dies. In i.t. descendens Iesus de monte.

¶ Ostendit dominus in hoc euangelio, adhærentiũ sibi & persecutiones mundi sustinẽtium immensum esse in cælestibus præmium.

¶ Primum, Affectuosa turbarum aggregatio. In principio.

¶ Secundum. Beata virtutum commendatio, ibi. Et ipse eleuatis.

¶Tertium. Clara passionum remuneratio, ibi. Beati eritis.

¶Quo ad primum dicit Psalmista. Dominus illuminatio mea & salus mea: Ipse enim illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Iohan. 1. Et non est in aliquo alio salus. Actu. 4. Quod ergo descendit in planicem, monstrauit illam cælestem & superbonam benignitatem ad ima descendere, vt nostras curet infirmitates quoties ipsam totis votis requirimus, quacunque parte mundi id fiat, quod ostendunt hic requirentes ipsum.

EVANG. ¶Descendens Iesus de monte, stetit in loco campestri] quia non nisi in humili turbæ Christum vident [& turba discipulorum eius, & multitudo plebis, ab omni Iudæa & Hierusalem, & Maritima, & Tyri, & Sydonis, qui venerant, vt audirent eum, & sanarentur a languoribus suis] Auiditas audiendi sermonem euangelicum pertraxerat nonnullos, quo in anima curarentur, & illuminarentur. Chrys. Si iusticiam facere non vis, vt qd prædicatorem iusticiæ audis, quare magistrum vocas, cuius non vis esse discipulus? Alios recuperandæ spes sanitatis [Et qui vexabantur a spiritibus immundis curabantur. Et omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat & sanabat omnes] Saluator enim erat, & sanandis omnibus venerat. Erat enim in eo fons ac plenitudo virtutis diuinæ, quæ proficiscebatur ab eo, non secus ac lumen a sole, calor ab igne. Prophetæ & alij sancti non habent virtutem a se egredientem, quia non fontes virtutum sicut Christus. Matthæi decimo. Conuocatis duodecim discipulis suis dedit illis potestatem spirituum immundorum, vt eijcerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. Iohannis. 14. Qui in me credit, opera quæ ego facio, & ipse faciet & maiora horum faciet, quia ego ad patrem vado. Ephesio. 4. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem dedit dona hominib⁹ De quibus, 1. Corinthi. 12. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem, scilicet ecclesiæ. Alij quidem per spm datur sermo sapientiæ. Alij autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum. Alteri fides in eodem spiritu. Alij gratia sanitatum in vno spiritu. Alij operatio virtutum &c. Hæc autem operatur omnia vnus atque idem

ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult. Cum ergo ſine pœnitentia ſint dona & vocatio dei Roma. xi. claret, ſanctos nunc apud deum inuocantibus opitulari poſſe, quemadmodum & multo fortius quam in terra. Non enim peioris nunc ſunt conditionis quã tunc, nec cedit in detrimentum, ſed potius in augmentum gloriæ diuinæ, quum ſe huiuſmodi miraculis viuere apud Chriſtum teſtentur, cuius miniſtri hic dum viuerent fideles fuerunt. Quotq; ergo & nunc Chriſtum pio tangunt affectu ſanat omnes. Tangit Chriſtum, qui fideliter credit in eum, tangitur a Chriſto, qui firmatur ab illo. Qui ſic tangit & tangit, ſpiritus ipſius virtute ſanatur.

¶ Quo ad ſecundum, dicit Pſal. Domine ad te confugi a facie mundi, carnis, & diaboli, doce me facere voluntatem tuam (quia mea mala) quia deus meus es tu. Ioha. 19. Ego in hoc natꝰ ſum, & in hoc veni in mundũ, vt teſtimonium perhibeam veritati. Quæ eſt iſta niſi de qua Iohannis 7. Non poteſt mundus odiſſe vos, me autem odit quia ergo teſtimonium perhibeo de illo quia opera eius mala. Vnde dominus hic oſtendit falſam (imo damnabilem) huius mundi felicitatem, inducens ad quatuor virtutes cõtrarias his in quibus mundani conſtituunt felicitatem. ⌊ Et ipſe eleuatis oculis in diſcipulos ſuos. ⌋ Beda: Etſi generaliter omnibus loquitur, ſpecialiter tamen in diſcipulos ſaluator oculos leuat, vt his q verbum intẽta cordis aure percipiunt, latius ſaporis intimi lumen aperiat, quibus in monte ſedens os aperit, vt magna proferret, in eos ſtans in campo oculos dirigit vt audita patienter intelligant ⌊ dicebat; Beati pauperes. ⌋ Terrena beatitudo primo conſiſtit in abũdantia terrenorum: q frequenter occaſio ſunt malorum multorum. Ideo dicit beati pauperes. Beda: Non vtiq; omnes, ſed illi tantummodo q omne præſentis culmen ſeculi tametſi altũ videatur pro nihilo ducunt, qui merito regni cæleſtis perhibentur munere digni. quia delectationis humanæ probantur cupiditate nudati, qualem ſe rex Dauid pauperiem ſuſtinuiſſe declarans ait: Ego vero egenus ſum & pauper. Item: Quid enim mihi eſt in cælo, & a te quid volui ſuper terram. Mox vbi ſpei ancorã fixiſſet ſubdendo manifeſtat. Mihi autem adhærere deo bonum eſt, ponere in domi-

no deo spem meam. Aliqui nonnulli miserrima conditione paupertatis, & hic seculi gaudijs propter inopiam rerū & ibi regno dei ob meritorum nequitiam carent. Greg. Qui nihil habet in mundo quod diligat: nihil est in mūdo quod pertimescat, & ideo nihil est ei molestū. L. Quia vestrum est regnum dei. Jqui regnum mundi contempsistis vobisipsis displicentes. An non magnificum regnum est, nulli seruire vitio, nullis obnoxum esse cupiditatib⁹, conculcasse sathanam cum omnibus suis copijs, vicisse mundum cum omnibus suis terroribus & illectamentis, ascitos esse in consortium dei, ascriptos esse regno celestii. Ideo Luc, sexto. Veruntamen væ vobis diuitibus qui habetis hic consolationem vestram, Notanter addit consolationem vestram, quia non merebuntur habere diuinam. Lu. 12. Anima mea habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi deus. Stulte hac nocte animam tuam repetunt a te, quæ autem præparasti cuius erunt. Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in deum diues. Secundo. Constitit felicitas mundana in hoc vt bene sit homini in corpore, c[illegible], & potibus, &c. Ideo dñs ad oppositum inducit. L. Beati qui nunc esuritis J castigando corpus vt spiritui subigatur, in quo consistit vitæ rectitudo. Bed. nunq̄ nos satis iustos æstimare debemus, sed quotidianum iusticię amare imo ardere profectū, cuius pfectam saturitatē non in hoc seculo sed in futuro prouenire posse supernor̄ desiderio Psalmista flagrans ostendit, cum ait: Ego autem cum iusticia apparebo conspectui tuo, saciabor cum apparuerit gloria tua. Ioh. 7. Qui sitit veniat ad me & bibat. Chry. Non oēs vocat ad potū, sed sitientes. Econtra: Væ vobis qui saturati estis qa esurietis, quemadmodum diues epulo, Luc, 16. Qui esurit, esurienti compatitur, cō patiendo largitur, largiendo fit iustus æqualem se inferioribus præstat, dolum excludit, ueritatem regrit vt dicit Ambrosius: Tertio. In temporali iucunditate inepta. Ideo dicit hic. Beati q nunc fletis. J Non tpalium damna commodor̄ sed virtutum detrimentū spūalium, considerando tempus vitæ præsentis luctus esse & tristitiæ, cū ratione culpæ, sine qua præsens vita transigi non potest. 1. Iohannis. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus,

nosipsos seducimus & veritatis in nobis non est. Vnde non nostra solum sed & proximi iubemur commissa flere, quem si vt nos diligimus consequēter illius profectu gratulari & defectu necesse ē turbari, nec solū turbari uerum ad lachrymas vsque succendi. Sic Samuel & Dauid peccatum & interitum lugebant Saulis. Sic dominus super peccatrice fleuit ciuitate. Luc, 19. Tum dilationis gloriæ. Cant. 5. Nunciate dilecto quia amore langueo. Econtra: Væ vobis qui ridetis nunc, cum sit tempus fletus, qā lugebitis & flebitis. Illic. s. vbi est fletus & stridor dentium. Mat. 25.

¶ Quo ad tertium. Improperium seruis dei illatum ab ipso vindicandum deo. Psal. insinuans ait: Ne auertat humilis factus confusus, pauper & inops laudabunt nomē tuum. Exurge deus iudica causam tuam (nō meam) memor esto improperiorum tuorum, eorum quæ ab insipiente sunt tota die. Vere insipienti, qui alijs coronā, sibi aūt auget pœnam perpetuam. Quarto. Mundani felicitatem ponunt in honore & laude hominum. Vnde vulgus felices appellat quibus applaudit populus, qui ad honores prouehuntur, qui magnificis titulis celebrantur, ex quibus homines superbiunt & alia ad vitia dilabuntur. Ideo ⌊Beati eritis cū vos oderint homines⌋ quia signum ēt non estis de mundo, si enim de mundo essetis mūdus vtique quod suum erat diligeret. Iohan. 15. Oderint corde, ⌊& seperauerint vos⌋ opere, vt execrabiles e contubernio suo⌊& exprobrauerint⌋ nomen crucifixi⌊& eiecerint nomen vtm⌋ christianitatis quod a Christo credentes habere voluerunt. Ioh. 9. Iam enim conspirauerāt Iudæi, vt si quis eum Christum confiteretur, extra synagogam fieret, ⌊tanquam malum⌋. 1. Cor. 4. Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsima vsq; adhuc⌊propter filium hominis⌋ nulla vestra causa, sed quia eius doctrinam gloriamq; predicabitis. Bed. Docet eos ab hominibus infectandos, sed super homines eē beandos, qui eū in terris sustinent aduersa pro Christo, in cælis multa a Christo recipiēt dona. Sequit⌊Gaudete in illa die & exultate⌋ Ne quid vobis ob hæc displiceatis cū acciderint, ⌊Ecce enim merces vestra multa est in cælis⌋ in loco tuto, amœno, & qeto. Vere magna pro

paupertate temporali regnum æternum, pro momento leo luctu lætitia sempiterna, pro fame horaria satietas plena, pro vilitate modica gloria perpetua. Beda: Non hoc a quolibet patiente, sed ab eo qui supernæ tantum mercedis intuitu patitur præceptum potest impleri, vt scilicet inter odia cordium, inter probra linguarum, inter manus persequentium, æquali imo lætiori adhuc corde versetur, tales fuerunt de quibus. Actor. 5. Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Odiãt licet homines corde nephando, dilectum cor Christi lædere non possunt, separent a synagoga depellant, Christus inuenit & confirmat, exprobrent nomen crucifixi, ipse commortuos sibi conresuscitabit, & consedere faciet in cælestibus. Hæc ille. Excommunicandi potestas ex euangelicis pendet literis, estq; maxime exercenda in rebelles & manifestarios peccatores, qui cæteris offendiculo sunt, quiq; alias corrigi nequeunt, Quantum ad eius ordinẽ, caussam, & processum spectat, ita apud Matthæ. 18. legimus. Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solum. Et mox, si fraternam monitionem contempserit, dic ecclesiæ, si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Quæcunq; enim alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo, & quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cælo. De hac potestate non semel se iactat Paulus, non semel contestatur se posse vti, si modo corrigi nolint blandis ac monitionibus. In virga, inquit, 1. Cor. 4, vultis veniã ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis. Rursus 2. cor. 13. Ideo enim hæc absens scribo, vt non præsens durius agam secundum potestatem, quam dedit mihi dominus in ædificationem & non in destructionem. Hac vsus scortatorem illum Corinthum sathanæ tradidit in diuexationem carnis. 1. cor. 5. Ego quidem absens corpore præsens autem spiritu, iam iudicaui vt præsens, cum qui sic operatus est, in nomine domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis & meo spiritu, cum virtute domini Iesu tradere huiusmodi sathanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi. Deinde ostendit in quos maxime exercenda sit, & a quibus cauen

dum. Scripsi vobis non commisceri fornicariis, non auaris aut rapacibus aut idolis seruientibus. Et mox: Cum eiusmodi nec cibum sumere. Itemq; Auferte malum ex vobisipsis. Sic quidem fieri deberet. Ita hæreticos & eos qui circa fidem naufragium fecerunt satanæ tradidit, 1. Timo. 1. Quidam circa fidem naufragauerunt ex quibus Hymenæus & Alexander quos tradidi satanæ vt discãt non blasphemare. Et ad Titum. 3. Hæreticum hominem post vnam & secundam monitionem deuita, sciens quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit cum sit proprio iudicio condemnatus. De horum vitatiõe dicitur. c. Ioh. 2. Si quis venit ad vos & hanc doctrinam non affert, ne receperitis eum in domum, nec aue ei dixeritis. qui enim dicit illi aue communicat operibus eius malis. Ex quib⁹ exploratissimum est excommunicationis fulmen maxime ferendum in hæreticos, & qui nolunt procaciter ecclesiæ decretis obtemperare.

CONfiteor tibi domine pater celi & terre, qđ abscondisti hec a sapientibus & prudentib⁹, & reuelasti ea paruulis. ¶ Matt. 11. Saluator noster æterna patris sapientia, homines qui per mundanã deum non cognoscere poterant sapientiam, ad humilem diuinæ & veræ sapientiæ inuitans susceptionem, perfectum mundi & sensualitatis contemptum & plenum ad deum stabilemq; ostendit necessarium affectum. Hinc ad monet apostolus Hebr. 13. ¶ Doctrinis variis nolite abduci, ceu nullo fundamento nixi scilicet a doctrina apostolorum & peregrinis a veritate fidei. Sumus enim ciues sanctorum & domestici dei. Ephe. 8. Optimũ em est gratia stabilire cor ad consequendã verã pietatẽ, 2. Thess. 2. Non cito moueamini a vestro sensu. Gala. 1. Miror q̃ tam cito transferemini ab eo qui vocauit vos in gratiam Christi in aliud euangelium. Deus autem a nobis requirit cor. Prou, 23, Præbe fili mi cor tuum. Ideo debet esse firmum. Non enim stabilitur escis sed gratia. Rom. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, & per redẽptionem quæ est in Christo Iesu. Huic fundamento quod iecit Iesus innitendo & non vacillabit Iudaicis superstitionibus. Non escis. Rom. 14. Non est regnum dei esca & potus, sed iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto

EPIST.

quæ non profuerunt ambulantib. in eis. Nã q incibo potuq; corporis, pietatem constituentes in earum obser uatione rer superstitiose versati sunt, nullum inde fructum iustitiæ retulerunt. Hie. 11. Nunquid carnes sanctæ auferent a te malitias tuas in quibus gloriata est. Si illis religiosum a certis abstinere cibis etiam ab immolatis habemus altare multo sacratius de q̃ edere non habent potestatem, qui tabernaculo deseruiunt addicti adhuc legalibus ceremoniis, nescientes gratiam euangelicam vere salutis largitricem. Quor enim animalium infert sanguis pro pcõ in sancta p pontificem, hor corpora cremant extra castra Num. 19. perinde quasi sanguis habeat aliqd sacri, cum corpora ceu polluta deferantur foras propter q̃d & Iesus vt sanctificaret per suum sanguinem populum extra portã passus est. Cuius exẽplum oportet nos non superstitiose sed religiose imitari. Exeamus igit ad eum extra castra a cõmertio mundi huius improperium eius portantes. nobis dulci sit subire probrum pro Christo, q̃ mundi gloria frui. Non enim habemus hic manentem ciuitatẽ ideo valeat hæc terrena ciuitas sed futuram inquirimus cælestem eternam. Col. 3. Si cõsurrexistis cum Christo q̃ sursum sunt quærite non q̃ super terram. Exit ciuitatem, quisqs affectus abiicit carnis, totoq; studio cælestia meditatur. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper deo Psalmista: *Sacrificium laudis honorificabit me. i. fructus* labior confitentium nomini eius. Ro. 10. *Corde creditur* ad iustitiam ore aũt fit cõfessio ad salutem. Ose. 14. *Red*demus vitulos labiorum nostror. Psal. Benedicam dñm in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Labior non tam corporis q̃ animi, quibus agnoscimus dei beneficium erga nos, & commemorantes Christi crucem pro condonatis peccatis, pro tot dotibus, gratias agimus. Est & aliud sacrificij genus dignum euãgelio q̃ litare oportet assidue deo. Beneficentiæ autem & communionis erga proximum nolite obliuisci. Gala. 6. Bonum aut facientes non deficiamus talibus enim hostijs promeretur deus. Icitius conciliat q̃ Iudaicis obseruatiunculis neglecto fratre. Ipse em est merces nra. Gen. 15. Ego protector tuus sum & merces tua magna nimis. Esa. 19. Co-

gent eum in hostijs & muneribus, & vota vouebunt domino & soluent.

¶ Cum dñs. 72. cum gaudio reuersis eo quod dæmonia in nomine ipsius subijcerentur ipsis respondisset. Videbã satanam tanq̃ fulgur de cælo cadentem. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici & nihil vobis nocebit. Verumtamen in hoc nolite gaudere quia spiritus vobis subijciuntur, gaudete autem q̃ nomina vestra scripta sunt in cælis. In ipsa hora exultauit i spiritu sancto. In illo tempore spondens Iesus dixit: Confiteor.

¶ Ostendit dominus hoc euangelio quantum deo placeat simplex humilitas, & displiceat superba põpositas.

¶ Primum. Dilucida simplicium illuminatio, in principio.

¶ Secundum. Electa omnium vocatio, ibi: Omnia mihi tradita.

¶ Tertium. Fundata vocatorum ordinatio, ibi: Tollite iugum.

Quo ad primum. Diuinæ bonitatis magnitudinẽ & humanæ peruersitatis ingratitudinem Psalm. inimitans ait: Dominꝰ de cælo prospexit super filios hominum, vt videat si est intelligens aut requirens deum. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt. Sapien. 13. Vani sunt omnes homines in quibus non subest scientia dei. Ideo saluator gratias agens ait: ¶ Confiteor tibi .i. laudo EVANG. & gratias ago pater domine cæli & terræ creator & gubernator cuius sapientia reguntur vniuersa quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus. Matthæi, 10. Estote prudentes sicut serpentes & simplices sicut columbæ. Iaco, 3. Qui sapiens & disciplinatus inter vos ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mãsuetudine sapientiæ. Quod si zelum amarum habetis, & contentiones sint in cordibus vestris, nolite gloriari & mendaces esse aduersus veritatem, non est enim ista sapientia desursum descendens a patre luminum, sed terrena, animalis, diabolica. Terrena. 1. Corin. 3. Sapientia huius mundi stultitia est apud deum. Vnde Lucæ 16. Filij huius seculi prudentiores filijs lucis sunt in gñationibus suis.

Sed Iohan,14. dicitur ꝙ mundus spiritum sanctum capere non potest. Ego, inquit, rogabo patrem & alium paracletum dabit vobis, spiritum veritatis quem mundus nō potest accipere. Animalis. Rom. 8. Prudētia carnis mors est, prudentia autem spiritus vita & pax. Quoniam sapientia carnis inimica est deo, legi enim dei non est subiecta, nec enim potest. Caro enim concupiscit aduersus spiritum Gala, 5. Cum ergo carnis curam agat in desiderijs contra monitum Apost. Ro. 13. non permanet in ea spiritus domini. Gene. 6. Non permanebit spiritus meus i homine in æternum, quia caro est. Diabolica. Genc. 3. Serpens callidior erat cunctis animantibus. Sic Hiere. 4. Sapientes sunt vt faciāt mala, bene autem facere nescierūt. Ideo Rom, 16. Volo vos sapientes esse in bono, & simplices in malo. Vnde sequit; ⌊ Et reuelasti ea paruulis ⌋ Psalmista: Intellectum dat paruulis. Au. Non dixit stultis & imprudentib⁹, sed paruulis. Noīe ergo sapientum & prudentum intelligi superbos posse ipse expositit cum ait; & reuelasti ea paruulis. i. Cor, 1. Nonne stultam fecit (id ē, ostendit) sapientiā huius mundi. Nam quia in dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam deum, placuit deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Beda: Humilitas clauis est scientiæ. Hinc dominus Luc. ii. Væ vobis legisperitis, qui tulistis clauem scientiæ ipsi non introistis, & eos qui introibant prohibuistis. Finis siquidem legis Christus. Rom, 10. Idco, 1. cor, 14. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote. Si quis ergo indiget sapientia postulet a deo, qui dat omnibus affluenter & non improperat, & dabitur ei. Iac. 1. ⌊ Ita pater quoniam sic placitum fuit ante te. ⌋ Auguſt. Facti huius æquitatem dominus paternæ voluntatis indicio confirmat, vt qui dedignantur paruuli in deum fieri, stulti deinceps in sua sapientia fiant. Rom, 1. Dicentes se sapientes stulti facti sunt. Vides quam terribilis in concilijs dominus super filios hominum. Disce veræ humilitatis exempla, nec temere discutias supernæ dispensationis consilia. Cum enim intulisset vtrunq; scilicet quod alijs aduentus sui sacramenta reuelauerit, ab alijs absconderit non mox ratiōem reddidit, sed sic deo placitū dixit, ostēdens manifeste quod iniustum esse non potest, quod pla

cuit iuſto. Placuit enim diuino conſilio damnare humanam ſapientiam, & per humilitatem euangelicæ doctrinæ homos ad ſe trahere. Ideo Apoſtolus. 1. Corinthiorum tertio. Nemo ſeſeducat, ſi quis videtur inter vos ſapiens eſſe ſtultus fiat, vt ſit ſapiens. Captiuando intellectum ſuum in obſequiũ Chriſti. 2. Corinthiorum. 10. Et 2. cor. 4. Quod ſi opertum eſt euangelium noſtrum, in his quĩ pereunt eſt opertum, in quibus deus huius ſeculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illis illuminatio euãgelĩ gloriæ Chriſti. Excæcauit enim illos malitia eorum. Sapientiæ 2. Cæci & duces cæcorum. Matt. 15. De quibus Iohan. 9. Si cæci eſſetis peccatum non haberetis, nunc vero dicitis quia videmus, peccatum ergo veſtrum manet. Gratias aũt agit non de malorũ excæcatione ſed ſimplicium illuminatione, quemadmodũ Apoſto. Ro. 6. Gratias deo, qa fuiſtis ſerui peccati, obediſtis aũt ex corde in eam formam doctrinæ, in qua traditi eſtis.

¶ Quo ad ſecundum, Diuinæ potentiæ magnitudinẽ Pſal. conſiderans, ait: Omnia quæcunq; voluit dñs fecit, in cælo, & in terra, in mari, & in omnibus abyſſis. Ne ergo crederetur minor patre, ſubdit ⌊Omnia mihi tradita ſunt a patre meo⌋ Tradita dicit, non cælum & terram q̃ condidit ipſe Hebr. 1. Per quem fecit & ſecula, ſed hoc q̃ per filium acceſſum habent ad patrem, & aĩ rebelles, deũ poſtea per fidem ſentire cœperunt. Iohan, 6. Omne quod dat mihi pater ad me veniet. Illum meq; noſſe tota felicitas eſt. Ioh. 17. Hæc eſt vita æterna vt cognoſcant te ſolũ deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Sed non inſinuat ſeſe niſi placidis ac modeſtis animis. ⌊Et nemo nouit filium niſi pater⌋ non excludit perſonam ſed naturam, vnde non excluditur. ſſ. ſed magis includitur ⌊neq; patrem quis nouit niſi filius, & cui voluerit filius reuelare⌋ non autem patefacit ſuperbis & elatis, nihil agit doctrina, nihil agunt miracula, niſi ſecretus acceſſerit afflatus. Iohan. 17. Pater manifeſtaui nomen tuum hominib⁹ quos dediſti mihi. Mat, 16. Beatus es Symon Bariona, qa caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui in cælis eſt ⌊venite ad me omnes.⌋ Oſeæ, 6. venite reuertamur ad dominũ. Sed quomõ. Eſa. 21. Conuertimini & venite. Si enim nunc ipſum audierimus. auctem⁹ in fine. Ve

Et

nite benedicti patris mei percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Matth. 25. Sin autem, illud: Discedite a me maledicti in ignem æternum. Prou. 1. Vocaui & renuistis, extendi manum meam, & non fuit q aspiceret. Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoq; in interitu vestro ridebo, & subsannabo cum vobis id quod timebatis aduenerit. Hierem. 2. Quare dicit populus meus recessimus, non veniemus vltra ad te? Ad me (dicit) si nō vultis errare qā sum via. Iohannis, 14. Si non decipi, quia sum veritas. Iohannis decimo nono. Ego in hoc natus sū & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Si non mori, quia vita. Coloss, 3. Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos cum ipso apparebitis in gloria. Qēs 1. Timoth. 2. Qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Rationem assignat quare libenter venire debemus ⌊ qui laboratis ⌋ afflictionibus, curis, aut vitiorum conscientia ⌊ & onerati estis ⌋ malorum sarcina. Psalm. Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Item lege. Actu. 15. Quid tentatis (ait Petrus) deum imponere iugum super ceruices discipulorū, quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuimus ⌊ Et ego reficiam vos ⌋ aduersus omne malorum genus impertiam solatium. Eze. 34. Ego pascam oues meas & accubare eas faciam, dicit dominus, quod perierat requiram, & quod abiectum fuerat reducam, quod confractum fuerat alligabo, & quod infirmum consolidabo, quod pigue & fortē custodiā, & pascam illas in iudicio. Ioh. 7. Qui sitit veniat ad me & bibat. Ioh. 4. Qui biberit ex aqua quā ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Luc. 22. Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis sup mensam meam in regno meo. Sed sunt qui plus filiqs cum filio prodigo gaudent porcorum. Lucæ. 15,

¶Quo ad tertium dicit Psalm. Et factus est dominus refugium pauperi, adiutor in tribulatione, & sperent in te qui nouerunt nomen tuum. Omnis enim qui inuocauerit nomen domini saluus erit. Ioelis, 2. Non autem octo

lis in foro, sed laborantibus in vinea mercedem iussit reddere. Matthæi 20. Ideo sequitur ⌊ Tollite iugum meum super vos. ⌋ Habet mundus suum iugum prima specie blandum, sed reuera molestum & asperum, illud in primis excutite, ad me currite, iugo meo colla submittentes 2. Corinthiorū, 9. Nolite iugum ducere cum infidelibus quæ enim participatio iusticiæ cum iniquitate. Sup vos. Trenor. 3. Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Non super alios. Matthæi 23. Super cathedram Mosi sederunt scribæ & pharisæi, quæ dicunt facite & seruate, secundum opera vero eorum nolite facere, dicunt enim & non faciunt. Alligant autem onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt mouere. Sed Lucæ 11. Væ vobis legisperitis, quia oneratis homines oneribus quæ portare non possunt, & ipsi vno digito vestro non tangitis sarcinas. Sed quoniam cœpit Iesus facere & docere. Actum. 1. Sequitur ⌊ Et discite a me ⌋ O deus satis fuisset præcipere, sed se præbet exemplum. Sed nec præceptis, nec minis. nec exemplis mouemur. Iohannis 13. Exemplū dedi vobis vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Faciatis dicit, non tantum vt sciatis & dicatis ⌊ quia mitis sum ⌋ Psal mista; Suauis dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius ⌊ & humilis corde ⌋ Est enim qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo ⌊ & inuenietis requiē animabus vestris ⌋ Mitis ac mansuetus animus, fons est omnis tranquillitatis humanæ. Ecclesiastici vltimo; Modicum laboraui & inueni mihi requiem multam. Iohannis 19. In mūdo pressuram, in me pacem habebitis. Item in futuro. Apocalyp, 14. Amodo iam dicit spiritus vt requiescant a laboribus suis. Econtra. Esa. 27. Impij q̄si mare feruens q̄d quiescere non potest. Hierem. 16. Seruietis dijs alienis, qui non dabunt vobis requiem die ac nocte ⌊ Iugum enim meum suaue est & onus meum leue. ⌋ Siquidem illud reddit suaue certa spes præmiorum. Hoc onus leue efficit amor ineffabilis in deum. Augustinus, Mira res, quomodo suaue cum eos qui intrepida ceruice subierint sarcinam hanc mansuetissimis humeris, tantis cernamus agitari procellis mundi, vt non a laboribus ad quietem sed

à quiete ad laborem vocati videantur, cum apostolus di
cat: Omnes qui pie volunt viuere in Christo Iesu, perse-
cutionem patientur. 2. timo. 3. Quomodo ergo suauc q̃-
re non magis ait, venite qui vacatis (nam & vacantes cõ
ducit in vineam vt ferant æstum diei) vnde & apostolus
2. corint. 6. In omnibus exhibeamus nos sicut dei mini-
stros, in multa patientia &cæt. Sed spiritussanctus qui in
exterioris hominis corruptione, interiorem renouat de
die in diem. 2. cor. 4. Et gustata requies spiritualis in af
fluentia delitiarum dei, in spe futuræ beatitudinis oĩa
præsentia delinit, & aspera omnia & grauia releuat. Oia
enim sæua & immania prorsus facilia, & prope nulla fa
cit amor. Nam secari & vri se homines patiuntur, vt
dolores non æterni sed aliquãto diuturniores vlceris a-
ctionum dolorum precio redimantur. Quos labores &
pericula mercatores in terra & in mari pro tẽporali nõ
sustinent lucro, maiori quam præcedentia anxietate ple
na. Sic venator cui quandoq; magis suaue est; quia capta
sit bestia, quam comedentis palato quia cocta sit. Sic in
cunctis artificijs. In quibus omnibus qui hęc amant leuia
quã[illegible]ro non amant eadem grauia patiuntur. Quanto er
go certius ac facilius ad veram beatitudinem charitas fa
cit, quod ad miseriam quantum potuit cupiditas fecit. Vn
de vas electionis Roma, 8, *Non sunt condignæ passiones
huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in
nobis. Ecce vnde iugum illud suaue & sarcina leuis. Et ſi
angusta est paucis eligentibus, facilis tamen omnibus di
ligentibus.* Nihil enim tam facile est bonæ volũtati quã
ipsa sibi, & hæc sufficit deo. Quantumlibet ergo sæuiat
mundus, verissime angeli nato dño in carne clamauerũt:
Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonæ
voluntatis. Lucæ, 2. Quia qui natus erat suaue iugume-
ius & sarcina leuis, sicut dicit Apostolus, 1, Corint, 10. Fi
delis deus qui non patietur vos tentari vltra id quod po
testis, sed faciet cum tentatione prouentum, vt possitis
sustinere. In veritate etiam laborioſiº est peccare, quam
virtuose viuere. Hieremiæ 9. Vt inique agerent laborauc
runt. Vnde Sapientiæ quinto: Lassati sumus in via ini-
quitatis.

¶ De sanctis Doctoribus & confessoribus.

VOs estis sal terre, quod si sal euanuerit in q̃ salietur.⌋ Matth,5. Saluator noster mundum tenebris viciorum & errorum obnubilatum per se & suos illuminare volens,& ad salutem reducere, verbum suum,mentem illuminans,& affectum inflammans, per eos prædicari disposuit. Hinc Apostolus,2,timo.4. EPIST.
¶ Testificor coram deo⌋patre⌊ & Iesu Christo filio ei9, qui iudicaturus est viuos & mortuos⌋ cuius sententiam nemo effugere potest. Act.io. Ipse est qui constitutus est iudex viuorum & mortuorum⌊ & per aduentũ ipsius⌋ quo non humilis iam sed sublimis ac formidandus venit iudicaturus iuste, qui hic passus est se iudicari iniuste. 1.Petri 2. Tradebat autem iudicanti se iniuste, qui peccatum non fecit,nec inuentus est dolus in ore eius⌊ & regnum eius⌋cui nulla potestas poterit resistere. Matthæi vltimo: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Hoc regnum in iudicio consummatur. Psalmista: Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum⌊ p̃dica verbum⌋euangelicum,nec aduersis deterritus, nec prosperis delinitus. Marci vltimo: Prædicate euangelium omni creaturæ⌊ insta opportune importune⌋ secundum æstimationem malorum. Nam Iohannis octauo: Qui ex deo est verba dei audit, propterea vos non auditis quia ex deo non estis. Esaiæ,58. Clama,ne cesses. Nullum ergo tempus tibi non videbitur opportunum in euangelico negocio, quo spes sit profectus. Ideo⌊ Argue⌋ delinquentem. Titum,1. Argue cũ omni imperio⌊ Obsecra⌋cessantem. Galata,6. Vos qui spiritales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis⌊ increpa,⌋ perseueranter in errore, quo seueritate corrigatur qui placida admonitione correctus non est, sed ita vt acrimoniæ obiurgationis admisceas omnem & lenitatem & doctrinã, ne vel odisse videaris, si tantum intones c onuicijs, vel temere litigare si tantum increpes ac nondoceas etiam⌊ in omni pacientia & doctrina⌋ Prouerbiorum decimonono: Doctrina viri per pacientiam noscitur. Hierem.3. Pascent vos scientia & doctrina. Facilius obtemperat qui persuasus est, & libentius obtemperatur amanti quã inimico. Hoc magis optandum est vt confirmemus animos nostrorum.⌊ Erit enim tempus⌋ graue & periculosum

Lcum sanam doctrinam ⌋ Christi ⌊ non sustinebũt ⌋ erit enim eis odiosa ⌊ sed ad sua desideria ⌋ corruptissima & varia ⌊ coaceruabunt sibi magistros ⌋ nouos ac varios, non qui doceant pietatem, sed qui titillent aures quas habebunt stulta libidine prurientes. Prou, 1. Vsq; quo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea quæ sibi sunt noxia cupient, & imprudentes odibunt scientiam. Esai, 30. Loquimini nobis placentia, pruriẽtes auribus. Act, 17. Athenienses ad nihil vacabant nisi aut dicere, aut audire aliquid noui ⌊ Et a veritate quidem auditum auertent ⌋ euangelica scilicet, noua & arguta magis audire volentes quam vtilia. Ose, 4. Non est veritas, non est misericordia, non est scientia dei in terra. Ad fabulas aũt cõuertentur. 1. Timo. 4. Ineptas & aniles fabulas deuita ⌊ Tu vero vigila ⌋ Matth, 24. Vigilate quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Roma, 12. Qui præest in solicitudine ⌊ In omnibus labora ⌋ in diuersum nitere, euangelij gratia nihil non ferens. Sapien. 3. Bonorum laborum gloriosus est fructus. In omnibus dicit, sine personarum delectu. Marci vltimo: Prædicate euangelium omni[illegible]turæ. In quo sit laborandum insinuat ⌊ Opus fac euangelistæ ⌋ re ipsa euangelij præconem te exhibẽs. Nobile opus ad quod & Christus missus fuit, Lucæ 4. Oportet me & alijs ciuitatibus euangelizare, quia ad hoc missus sum. ⌊ *Ministerium tuum imple* ⌋ fac ita verseris vt plene persuadeas ea *quæ doces infigasq; penitus animis ne facile labefiant ab his qui diuersa conabuntur docere* ⌊ Sobrius esto ⌋ in victu & doctrina, Acto, 26. Verba sobrietatis & veritatis (ait Paulus ad Festum) eloq̃r. Ideo diligentius tibi conandum est, quod non sim diutius conatibus vestris opitulaturus ⌊ Ego enim iam delibor ⌋ ceu victima destinata Christo ⌊ & tempus resolutionis meæ instat ⌋ Animæ a corpore. Eccl's, 12. Et reuertatur puluis in terrã suã, vnde erat & spirit⁹ redeat ad deũ qui dedit illum ⌊ Bonum certamen certaui ⌋ Eccl, 4. Pro iustitia agonizare, pro anima tua, & vsq; ad mortem certa pro iustitia ⌊ Cursum consummaui ⌋ euangelicum. 1, Corinthio, 9. Sic currite vt comprehendatis ⌊ Fidem seruaui ⌋ in eo quod delegatum erat. Matth. 24. Quisputas est fidelis seruus quem constituit dominus super famili

am suam [In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ] innocentiæ debita [quam reddet mihi dominus] cui militaui. Non enim coronabitur nisi qui legitime certauerit. 2, Timo, 2 [In illa die] non in hac vita in qua certandi tempus est [iustus iudex] 1, Timot, 1. Scio cui credidi & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem iustus iudex, rependens vnicuiq; præmiũ pro vitæ meritis [Non solum autem mihi] hæc immortalitatis corona parata est [Sed & his] omnibus qui freti promissis eius se seruant integros & incontaminatos, cum gaudio p̃stolantes illius aduentum [qui scilicet diligunt aduentum eius.]

¶ Cum dñs discipulos suos ad euangelij gratiam electos ad passionum tolerantiam animasset, spe p̃miȝ cælestis, ac prophetarum exemplo. In illo tempore dixit Iesus discipulis suis, vos estis. Ostendit dominus in isto euangelio euangelicæ doctrinæ eminentiam, ac debitã doctoris ipsius diligentiam.

¶ Primum. Gnara operum demõstratio, in principio

¶ Secundum, Abunda legalium consummatio, ibi.

¶ Tertium, Iusta docentium ordinatio, ibi.

¶ Quo ad Primum Psal. iustã dei sup̃ peccatores vindictam considerans ait: Posuit flumina in desertũ, & exitum aquaȝ in sitim, terram fructiferam in salsuginem, a malitia inhabitantium in ea. Sic flumina gratiaȝ propter peccata claudit, & hypocritam regnare p̃mittit. Iob: 1õ dñs prædicatores sale sapientiæ diuinæ plenos misit, q̃ homines doctrina & reprehensionibus morderent & cõdirent ne pariant vermes perpetuos. Non opus est multo sale, sed efficaci, vt quicquid contigerit afficiat, & ex insipido reddat sapidum [Vos estis sal terræ] prophetæ ad vnam gentem missi sunt, vos totius terræ sal estis, p fectus ergo euãgelicæ charitatis vigor perseueret in vobis oportet. Alioqui si vestri mores fuerint amore laudis, cupiditate pecuniaȝ, studio voluptatum, libidine iudicãdi, metu infamiæ, damnorum, aut mortis infatuati, quid tandem erit reliquum quo multitudinis insulsa vita condiatur [Quod si sal euanuerit] Marci nono: Insulsum. Lucæ 14. Infatuatum fuerit [in quo salietur] id est, corrigetur. Eccles, triceſi. quarto. Ab immundo quid

mundabitur. Ad nihilum valet vltra. Luc. 14. Nec in terram, nec in sterquilinium vtile est, cuius ne ad agri quidem stercorandum vllus vsus est, quippe sterilitatem etiam adferens si admisceatur. Ita futurum est, vt non solum aliis condiendis non sitis vsui, verumetiam ipsi veniatis in extremum hominum contemptum, nequaquam præstantes quod docetis. nisi vt mittatur foras & conculcetur ab hominibus. Ita vos admirabuntur homines etiam qui vobis per inuidiã, & odium oblatrabant, si sentirint doctrinam vestram sapere euangelicum vigorem, si viderint vitam omnem doctrinæ respondere. Hac professione susceptа aut magno vsui omnibus sitis oportet, aut magno malo omnibus, aut ingentem gloriam apud homines reportetis, aut insignem ignominiam. Est autẽ ignominia magis morte vitanda, quæ redundat in infamiam euangelij. Sitis ergo vndequaq; synceri, & insigniter integri, quo vestra puritate corrigatur multitudinis impuritas. Talis sit vita vestra doctrinaq; vt omnibus intuentibus sit dux regulaq; recte viuendi. Vos estis lux mundi. Iperci pientes in me lumen veritatis. Ioh. 8. Ego sum lux mundi. Si vestra doctrina calligauerit errorib⁹, si vestra vita mundanis cupiditatibus erit obfuscata, q̃ res depellet caliginem multitudinis? Phi. 2. Omnia facite sine murmurationibus & hæsitationibus vt sitis sine querela, & simplices filij dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ atq; peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes. Qui reprehẽdit quæ occulte fiunt, lux est. Ephe. 5. Omnia quæ arguuntur a lumine manifestantur, omne enim quod manifestatur lumen est. Vnde sicut sal, debent corruptionem pellere. Sed quia lux, debent tenebras effugare. Chry. Sal potest carnem incorruptam seruare, putridam autem mundare non potest. Bona conuersatio sacerdotum condimẽtum est populi, ideo sal, sed ob doctrinam verbi sunt lux Prius sal, postea lux, quia prius oportet bene viuere, & postea bene docere. Nam per bonã conuersationem ascenditur ad scientiam sine dubio, per scientiam autem nescio si ad bonam omnino conuersationem veniatur, propter hoc scientes multos sine timore dei videmus timentes autem deum sine scientia nullos videmus. Initium

enim sapientiæ timor domini. Iob. 28. Timor domini ipse est sapientia, & recedere a malo intelligentia. Cauendū igitur ne qd tenebrarum in vobis sit, ne quid stultitiæ, non poteritis latere etiam si maxime conemini. ⌊ Non potest ciuitas abscondi supra montem posita ⌋ hæc est euangelicæ doctrinæ natura, non finit suiprofessores latere, quamuis ipsi famam hominum fugitantes quærant latebras. ⌊ Neq; accendunt lucernam, & ponunt eā sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. ⌋ Non est vobis quidem affectandum vt famam & opinionem paretis apud homines, tantum curate vt lucem quam in vobis accendi, ne obscuretis, & in candelabro quo vos collocaui perseueretis. Ego vos accē di lumen, nunc vestri officij erit ne gratia exstinguatur, ita vt & alijs luceat sine personarum delectu omnibus. Non potest non condire sal, non potest non lucere lux. ⌊ Sic luceat lux vestra ⌋ imo mea & patris ⌊ coram homi nibus ⌋ vt informentur tam vita quam doctrina ⌊ vt vi deant vestra bona opera ⌋ vndequaq; pura & inculpata cælestia q; ⌊ & glorificent ⌋ in vobis non vos ⌊ patrē ve strum qui in cælis est ⌋ cui debetur omnis honos & glo ria, 1. Tim. 1. Soli deo honor & gloria. Bernard. Lingua magniloqua, manus otiosa, doctrina lucida, vita tenebro sa res est monstruosa. Cum saluator hic præcipiat bonis operibus hominibus dari lucem ad deum glorificandum claret non in quouis opere hominem peccare, secundum peccati exactam rationem, quum dominus dicat ipsa bona, & sic, vt deus inde sit glorificandus. Sciendum ergo peccatum quandoq; accipi in scriptura pro peccati causa sic diabolus secundum Ambr. & Orig. vocat pecca tum. Item: Concupiscentia remanens in baptizatis, vel motus eius secundum August. eo quod peccatum faciat in sibi consentientibus. Rom. 7. Quandoq; pro peccati effe ctu, sic ipsa concupiscentia, mortalitas, quæ sunt pœnæ contractæ & aliæ pœnæ pro peccatis debitæ vocantur peccata. Tertio: Oblatio pro peccato sicut sacrificia quæ dam oblata, imo ipse Christus, 2. Co. 5. Eum qui nō nouerat peccatum, p nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia dei in illo. Quarto pro actu vel habitu quo deus offenditur, & anima rea constituitur & pœnæ obnoxia,

& sic maxime capitur in scripturis & a sanctis, Secundū exactam rationem peccatum est auersio a summo ac incō mutabili bono, ad caduca ac volubilia & quæ vix boni nomine censenda sunt. Ad quem modum queritur dominus. Hierem. 2. Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ (quo ad auersionis dignitatem) foderunt sibi cisternas dissipatas, quo ad caducas & res volubiles quæq; a deo animum abalienant. Deinde & illud obseruatu dignum tria esse genera operum.

Primum q̄d natura duce ac ratione quadam producitur. Siquidem natura insculptam habet legem qua dijudicare potest, si summa optimaque spectet, neminem lædendum, quodq; malum vitandum, omne quod rationem recti bonique in se complectitur faciendum, deūq; & parētes venerandos. Alteri facere quod velit sibi fieri, qua & gentes quondam moderatæ sunt Rom. 7. adeo vt ethnicosq; plerique Christianis iustiores sint & fuerint. Verum operibus ex hac naturæ lege promanantibus nihil meremur nisi adsit charitas, 1. Cor. 13. Quanq̄ aūt ijs opibus merces ęterna non debeatur, nō tñ ijs peccatur aut delingtur, alioqui implens substantiam actus p̄cepti, deum parentesq; colens opam dans bonis ac liberis studijs peccaret, id q̄d tā a vero abhorret, q̄ q̄d maxime pōt, nisi forsan & in ijs circumstantia vel finis debiti, vel intentionis, vt dici solet fit corrupta, id q̄d nō semp & i oībus vsu venit; Alterq̄ ꝓrsus auertimur a deo nr̄aſque voluptates, concupiscētias, affectus ac desideria non secus ac bruta sequentes. His opibus non gloria paraī, sed æterna tormenta. Ezech. 18. Anima q̄ peccauerit ipa morietur. Quanq̄ & sub eo statu p̄cōres, potissimum vbi actus peccati desint (Non enim semp eligunt actum auersionis, aut peccati) nō in q̄uis alio opere peccent. Nēpe dum peccatis obnoxii largiūtur eleemosynas, orant veneranturq; parentes, cæteris, que pietatis officijs studeant, nisi forsan p̄cō omissionis quo negligunt sese ad gratiā p̄parare. Tertiū, quod ferax illa ac viuificans fides, cooperante motrice charitate, p̄duxit, & id qdem non mō non est p̄cm̄, sed etiānum vitæ æternæ dignū. Eo gñe operū non peccare nos vel ex eo liquet, quod id toties scripturę sctm̄, iustū, bonum, deoq; dignū commēdāt. Sic dominus Mariæ vnctionē bonum

opus ait Matt.29.Sic Paulus Rom.2.Gloria & honor omni operanti bonũ.Hinc 1. Cor.15. Euigilate iusti & nolite peccare.Id non monuisset si peccatum omnino cauere non possent. Adde quod Christus.Matth.6.Si oculus tuꝰ simplex fuerit,totum corpus tuum lucidum erit. Si totũ lucidum iam non peccatum.Accedit iis Petrus:Hæc enim facientes,quæ videlicet præmisit de bonis operibus,non peccabitis aliquando,&c.

¶Quo ad secundũ. Firmitatem diuinorum attendens ꝓmissorum.Psal.in persona dei ait.Nec̃ prophanabo testamentum meum, & q̃ ꝓcedunt de labijs meis non faciã irrita. Ne ergo crederent vt qdam suspicabãtur quod notuis p̃ceptis q̃ nec Moses neque prophetæ docuerũt negligere aboleregꝫ vellet legem,ait L Nolite putare quoniã veni soluere legem aut ꝓphetas. Non enim veni soluere legem sed adimplere⌋.i.perfecte iplere. Nihil enim illa p̃cipit quod a me hactenus non obseruatum queri possit Quod si luce prodita cedũt vmbrę, si iam factis ipsis p̃sto quod ꝓphetæ futurꝫ p̃dixerant, nihil legi derogatur.sed potiꝰ accedit perfectio.Quod illa promisit nũc iam factis ipsis p̃sto,q̃d prædixit geritur, q̃d adumbrauit ostendit oculis exponitur Illa carnalis & crassa hactenus profuit vt hoies peccatum suum agnoscerent,nunc absq; ceremonijs daf gratia q̃ peccata diluat L Amen ꝙppe dico vobis donec transeat cælum & terra⌋ Lucæ.21. Cælum & terra transibunt,verba autem mea non transibunt. 2.Pet.3. Aduenier dies domini vt fur,in quo cæli magno impetu transient,elementa vero calore soluentur,terra autem & omnia quę in ipsa opa sunt exurẽt⌋L Iotavnum aut vnus apex non præteribit a lege,donec omnia fiant⌋Nondum enim oia impleta.Nec minimum ergo verbum incompletum manebit,adeo non facimus irrita legẽ. Vnde.Luc.14 Necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Mosi & prophetis & Psalmis de me.

¶Quo ad tertium. Diuinam bonitatem simul & iusticiam Psal.attendens ait, Semel locutus est deus duo hæc audiui ,qa potestas dei est,& tibi domine misericordia, quia tu reddes vnicuique secundum opera sua , non verba.Sunt enim qui confitentur se nosse deum,factis autem ne gant. Titum.1. L Qui ergo soluerit vnum de manda-

tis istis minimis ⌊quæ nunc addo præscriptis Mosaicę legis ⌊& docuerit sic homines⌋ secundum suam solutionem vel docens obseruãdum quod ipse non præstat ⌊minimus vocabitur in regno cælorum⌋ adeo vt nisi profecerit ad meliora prorsus excludendus sit ab euangelico contubernio, & vltimus sit & abiectus in gehennam. ⌊Qui autem fecerit & docuerit⌋ optimus ordo, primo fęcerit & postea docuerit, quomodo enim alium inducã in viam quam nunquam transiui. Hæc minuta non esse negligenda quæ procul arcent ab his quę lex vetat ⌊Hic magnus vocabitur⌋ & erit nomine & re, licet hic sit abiectus ⌊in regno cælorum⌋ In synagoga summates habẽtur qui negligunt huiusmodi, satis esse putantes, quod nihil horum committant quæ lex puniri iussit, quum interim in prauis animi cupiditatibus sibi ignoscant. Hęc est eorum iusticia quos pœnæ metus terret a maleficijs. Cęterum quos charitas & cælestis ille spiritus ad perfectiora impellit, procul & vltro se submouent ab omni confinio maleficiorum, & adeo non laedunt quemquam, vt necmale velint cuiquam.

¶De S. Confessoribus.

EPISTO.

Estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis venit. ⌊Luc. 12. Saluator noster vt semper solicitos nos redderet, incertitudinem aduentus sui (cum ad iudicium, tum ad mortem cuiuslibet) horam frequenter inculcat, ne aut impatientia in aduersis, aut elatione i prosperis seducti, imparati inueniamur. Sicut enim quidam vere Christum sequentes ac in ipso gloriantes paratos se deo reddunt, sic nonnulli non syncere ipsum (ut mundo placeant) confitentur, ac bonos irridẽt. 1. Cor 4. ¶Spectaculum facti sumus mundo angelis & hominibus ⌊Mundo qui deridet. Iob. 12. Deridetur iusti simplicitas. Sed Iohan. 15. Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Item: Matth. 24. Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Angelis, ad consolandum, hominibus ratione vtentibus ad imitandum. Sunt modo in mundo spectaculum irrisionis, sed in iudicio glorificationis sibi & malisconfusionis. Sapientiæ quinto. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij. Nos in-

sensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illorum est. ⌊ Nos stulti propter Christum⌋ secundum malorum reputationem, quia crucem Christi prædicamus, 1. Corin. 1. Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalū gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudæis & græcis Christum dei virtutem, & dei sapientiam ⌊ vos autem prudentes in Christo⌋ quia ista tacentes, videmini sapientes ne alios offendatis. Hierony. Malo esse rusticus catholicus, quam vrbanus hæreticus. ⌊ Nos infirmi⌋ i. afflicti ⌊ vos fortes, vos nobiles⌋ i. reuerendi ⌊ nos ignobiles⌋ & despecti, qui enim libere Christum & crucē prædicant, stulti, infirmi, ignobiles reputantur. Ideo alij ne populum offenderent non recte Christum prædicabant ⌊ Vsq; in hanc horam⌋ i. continue ad hoc tempus vsq; ⌊ Esurimus, & sitimus, & nudi sumus⌋ 2. Corint. 11. In fame & siti, in frigore & nuditate. Ambr. Veritatem prædicantes & vicia arguentes, gratiam non habent apud homines, & sic multiplicem habent defectum ⌊ Et instabiles sumus⌋ i. fugamur ne plures doceamus. Matth. 10. cum persequentur vos de vna ciuitate fugite in aliam. ⌊ Et laboramus operantes manibus nostris ⌋ quia nō solum gratiam apud homines non habebant, verumetiam accipere ab his indignum erat qui errori studebant sicut dicit Psalm. Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum, quia libertatem amittit arguendi, & peccat q̄ ab eo accipit, qui ideo dat ne corripiatur, vt dicit Ambr. ⌊ Maledicimur & benedicimus⌋ Roma. 12. benedicite persequentibus vos, benedicite & nolite maledicere. i. hortamur alios ad bonum ⌊ persecutionem patimur & sustinemus⌋ patienter. Actu. 5. Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilij, quonia digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. ⌊ Blasphemamur⌋ tanquam malefici & magi ⌊ & obsecramus⌋ pro illis orando Matthæi quinto. Orate pro persequentibus & calumniantibus vos, vel obsecramus ne blasphement. Roma. 12. Nulli malum pro malo reddentes, sed vincite in bono malum. ⌊ Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus omnium, peripsima vsq; adhuc ⌋ quibus mundus inquinetur

Iudæi enim & gentiles mundum ĩfici dicebant apostolorum vita & doctrina ⌊vsque adhuc⌋ id est, ad hoc vsque tempus. Peripsima purgamenta ferri vel pomi & quicquid de qualibet materia vt purgatior fiat reñcitur. Secundum tamen veritatem mundus nõ erat eis dignus Hebræorum vndecimo.

¶Cum diuersis saluator discipulos & verbis & similitudinibus, ad solicitã incertæ horæ aduentus sui inducere observationẽ iter cætera ait: De die illa & hora nemo scit. Mat. 24. & paucis interiectis partem huius tangit euangelij, quod latius Lucas deducit. In illo tempore

¶Primum. Gnara decentium ordinatio, in principio.

¶Secundum. Abunda obsequentiũ consolatio, ibi, Beati serui illi.

¶Tertium. Indefessa timentium obseruatio, ibi, Hoc autem scitote.

¶Quo ad primum dicit Psalmi. Expecta dominum & custodi viam eius. Nam veniens venit & non tardabit. Qualiter autem expectare debeamus indicat. di. ⌊Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus dñm suum, quando reuertatur a nuptijs⌋ Viatores lumbos præcingunt, quo expeditiores sint ad viã. Indicat ergo amouendum esse omne impedimentum & voluptatum, & diuitiarum, & honorum, vt expediti curramus ad huius vitæ exitum. Præcingi debent lumbi mentis. s. Affectus & intellectus, vnde cogitationes oriuntur multę. 1. Pet. 1. Succincti lumbos mẽtis vestræ sobrij perfecte sperate in eam q̃offertur vobis gratiã in reuelationẽ Iesu Christi. Succingatur ergo intellectus ne talentũ creditũ sub terra defossum tollatur, & hñti detur, pœnaq; pro neglectu incurratur. Mat. 25. Sic & affectus. Nemo enim potest duobus dominis iseruire. Mat. 6. Item lũbi carnis. Psal. q̃niã lumbi mei impleti sunt illusionib⁹. Greg. Lũbos præcigimus, cũ carnis luxuriã per continentiã coartamus. Quia Rom. 8. Qui in carne sunt deo placere non possunt. Vnde Gen. 6. Non permanebit spiritus meus in homine inæternum quia caro est. Si secundum carnem vixeritis moriemini. Roma. 8. Sed heu sus lota in volutabro luti, 2. Pet. 2. Sed quid lucernæ sunt nisi opera bona? Matthæi. 5. Luce

at lux vestra corã hominib⁹ vt videant opera vr̃a bona, & glorificent patrem vestrum q in cælis est. Debent ergo esse accensæ lumine veritatis & charitatis, q enim facit ꝟitatem venit ad lucẽ, vt videãtur opera ei⁹ qa in deo sunt facta Iohan. 3. Qui autem male agit odit lucem. Hæc autem illuminatio non a nobis. Ps. Quoniã tu illũinas lucernam meam domine, illumina tenebras meas. Vt ergo ab amore temporalium possitis remoueri, & simplici intentione quæ agitis bona æternorum agatis desiderio, cingite lumbos. i. motus carnalium desideriorum frenate, habentes bonorum operum lucernas diuino igni succensas, vt in operatione solo dei amore ardentes, proximis exẽplũ præbeatis. Deo enim vnum sine altero placere non potest, cum quis vel bona agit non refrenata luxuria, vel caste viuit, nec se exercet per bona opera. Ardeatis contra noctem seculi. Ioha. 3 Ille erat lucerna ardens & lucens (ait dñs de Iohan.) Ardens quo ad deum, Lucẽs quo ad proximum per exemplum, & vos si. Siue vitetis mala siue faciatis bona, nihil laudis venemini, sed solum domini expectetis soliciti aduentum, longanimes, timentes. Ad nuptias domin⁹ abijt, quando post res[illegible]ionẽ nouus hõ, ãgelorꝫ sibi multitudinem copulauit. Reuertitur cũ nobis per iudicium manifestatur. Vnde Act. 1. Hic Iesus qui assumptus est a vobis in cælum, sic veniet quem admodum vidistis eum euntem in cælum. Venit ergo ex cælestibus nuptijs vel in cõsummatione seculi, vel in morte vniuscuiusq;. Quotidie enim nuptiæ fiunt in cælo animarum sanctarum, quas ei commendauit Apo. 2. Corin. 11. De seruis expectantibus subditur ⌊ vt cum venerit & pulsauerit confestim aperiãt ei ⌋ Venit dominus properando ad iudicium, pulsat, cum per ægritudinis molestias mortem esse vicinam denunciat. Confestim aprimus si læti iudicem suscipimus. Luc. 21. Respicite & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Aperire pulsanti non vult, qui exire de corpore trepidat, & videre eum quem contempsisse se meminit iudicem formidat. Si ergo bene fuerit vigilatũ cito aperietur. Venit etiam dominus & pulsat, per gratiam suam nos visitans cui confestim aperimus, si parati gratiam eius repente admittimus. Nam bonitas cælestis sponsi tanta est, vt

nos frequenter in hac visitet vita. Iaco. 5. Ecce iudex ante ianuam stat.

¶Quo ad secundum dicit Psal. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te. Qui autem timet deum nihil negligit. Eccl's. 7. Vnde sequitur. ⌊ Beati serui illi quos cum venerit dominus inuenerit vigilantes. ⌋ Beatus seruus quem succinctis lumbis hoc est vere Christianum philophum agentem, & ad ministerium dei præparatum, habentem lucernam rationis & iudicij, non solum facientem quod bonum est, sed etiã bene dominus inuenerit. Vigilat qui ad aspectum veri luminis mentis oculos apertos tenet, vt tenebras negligentiæ euitet: qui opere exercet quod credit, qui gregis curã solicitus gerit. Beatus ergo seruus non domini temporalis sed æterni & sempiterna bona retribuentis, quem non in terrenis sed suis ministerijs inuenerit occupatum, & ad eius aduentum vigilantem. Vnde sequitur. ⌊ Amen dico vobis q̃ præcinget se & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit eis. ⌋ Præcinget se, hoc est ad retributionẽ præparabit, quasi dicat. Sicut præcincti & habiles fuerunt ad actione bonorum operum, sic illis ero in retributione præmiorũ. Discumbere nr̃m in regno qescere est, vbi bonos seruos totos p̃ omnia qescere faciet. Etem̃ i hac vita qetem corporis non inueniunt. Alibi aũt cum animabus spiritualia corpora & diuina eorũ incorruptionem hæreditabunt, & omni qete fruentur, & deus erit oĩa in omnibus illis. Nam transiens ministrat, eo mõ q̃ hospes intendens discumbentibus quid remouendum apponendumve pro voto edentium. Apoca. 21. Absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorũ, & iam non erit amplius neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra q̃ prima abierunt. Præcinctis in hac vita lumbis ad boni operationem, præcinctus in patria obsequitur, vt ipse duntaxat sit beatitudo ciuium supernorum, sedentium ad mensam æternam. Lucæ. 22. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam. Transiens non passibus aut mutatione locorum, sed singulis gradibus & staribus beatorum sic se dabit & ostendet, sicut meruerunt, & cum de iudicio rediens ad regnum, sua claritate fideles faciat,

Psal. Saciabor cum apparuerit gloria tua. Vel cū a cognitione humanitatis ad diuinitatis cognitionē nos eleuat. Ioha. 10. Ingredietur & egredictur & pascua inueniet. Si quis ergo iniuuentute sua vigilare neglexit, nō desperet nam longanimitatis suæ benignitatem dominus insinuans, ait: ⌊ Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit ⌋ vigilantes scilicet in statu gratiæ, & non in peccato dormientes, 1. Cor. 15. Euigilate iusti & nolite peccare (& ita in) vel saltem tunc ⌊ beati sunt serui illi ⌋ Stationes noctis nominat ad vigiliam ordinatas, vt nulla hora per ocium & somnolētiam transigatur. In nocte enim huius vitæ & mundi, semper contra hostem debemus esse soliciti, expectando lucem venturam, id est, iudicis aduentum. Beatus ergo qsquis quacunq; ætate inuentus fuerit vigilans, nec operando bonum negligēter se gerens, quia pius iudex moras nostras patienter expectat, & non in vna sola sed quacunq; ætate possumus promereri veniam. Venit dominus primo in morte, quia talis in iudicio præsentabitur, qualis in morte inuenitur, quantum ad gratiam & culpam. Ideo opus est vigilia, quæ somni mortis & peccati eā expulsio, & gratiæ dei ad gloriam excitatio. Ideo Esa. 30. Expectat dominus vt misereatur, quare Trenor. 3. Bonum est viro cum portauerit iugum domini ab adolescentia sua. Vigilat enim, qui Christum imitatus semper operibus intentus est, si quid sordidum cōtraxit, id sanctis purificationibus eluit & expiat. Tota enim hæc nox p̄sentis vitæ quatuor vigiliis dispartitur, pueritiæ, adulescentiæ siue iuuentutis, senij & postreme vitæ.

¶ Quo ad tertium dicit Psa. Tunc non confundar, cum pspexero in omnibus mādatis tuis. Nam sicut magna confusio inobedientibus diuinis mandatis erit, ita maxima gloria obedientibus. Ideo ad excutiendam mentis desidiam exteriorum damnorum similitudinem inducit. vt per hoc animus ad sui custodiam excitetur. ⌊ Hoc aūt scitote qm̄ si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vtiq; & non sineret perfodi domum suam ⌋ Nescit paterfamilias furis aduentum & tempus. Si sciret aduentum, vigilaret in tempore, si sciret tempus vigilaret in aduentu, neutrum sciens sæpe rerum ablatarum

patiturā facturam, sic nos. Nam dominus aduentum suum siue ad mortem siue ad iudcium furi comparat, quia sicut fur inopinate ve it, sic .2. Petri .3. dies domini sicut fur in nocte, ita veniet, & si dormiunt domum perfodit Gregorius. Nescienti patrefamilias fur domum perfodit, quia dum a sui custodia spiritus dormit, improuisa mors carnis habitaculum irrumpit & ad supplicia trahit. Furi autem resisteret si vigilaret, quia aduentum iudicis occulte venientem præcauens pœnitendo occurreret. Ideo imparatos nos inueniens domum nostram pretiosissimo spoliat thesauro, animam in perditionem rapiendo, pro cuius salute Christus sanguinem pretiosissimum dedit. 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi. Quanta erga vigilantia hūc custodire debemus thesaurum domini nostri Iesu Christi. Ipsius enim est. 1. Cor. 6. Nō estis vestri, empti enim estis precio magno. Cum ergo ignoremus horā, & ex fide tum commi natione multiplici veniendi ab eo qui mentiri non potest scimus aduentū, quare necessitas vrget animo paratos n[illegible] syncero emendatiōe morum, qualificatione que virtutum, certum tenentes aduentum omni ex parte ignoratum, ne nos inueniat a bono opere torpentes, & in mundi delectatione dormientes. Ideo sequit. ⌊ *Ideo & vos estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis veniet* ⌋ *Parati sine macula & ruga. Matth. 25. Quæ paratæ erant intrauerūt cum eo ad nuptias. VI* timā horā nos ignorare voluit dñs, & semp sit suspecta & ad eum p̄paremur. Vigilare enim nos voluit per omnia momenta expectantes saluatoris aduentū, nedū quis remissius agens de die in diē opera sua differt, iudicū futuri vel p̄priæ mortis die p̄uentus, meritum suæ cōmendationis amittat. Vnde Mat. 24. Si dixerit malus seruus in corde suo, moram facit dominus meus venire, & cœperit percutere conseruos suos, manducet autem & bibat cum ebriosis, veniet dñs serui illius in die q̄ non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum (animam a corpore, vel totum ab electis) partemq; eius ponet eum hypocritis, illic erit fletus & stridor dentium. Felix q dicere pōt illud Psal. Paratum cor meum deus paratum cor

meum. Item q̄ paratus sum & non sum turbatus. Non ẽ confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.

EVge serue bone & fidelis, &c. ⌊Matth. 25. Saluator noster spe præmij eleuare volens mentes fidelium paucitatem laboris, & mercedis magnitudinem ostendit, vt excitati hilariter in commissis & fideliter agentes, ⌊non solum nobis sed & alijs proficere studeamus maxime sacerdotij officio functi, de quo Apostolus Hebræ. 5, ¶ Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur, in his quæ sunt ad deum. ⌊Licet enim sit alijs similis natura, tamen præcellere debet dignitate & vita, ideo dicitur assumptus ad aliquod dignū, per quod valet alijs subuenire. Non autem proprium sed aliorum quærat ꝯmodum & honorem In his quæ sunt ad deum. Vt per eum a deo misericordiam consequantur ⌊ vt offerat dona & sacrificia pro peccatis ⌊Leuitici quarto: Rogabit pro eo sacerdos & pro peccato eius, & dimittetur ei. Quare ex hominibus assumitur ostendit. ⌊ Qui condolere possit ⌊ q. d. necessariū est vt alijs sciat condolere, cum enim sit vicarius Christi cui proprium est misereri & parcere, ideo parcere & cō dolere debet ⌊ ijs qui ignorāt & errant ⌊ id est, ignorantia & infirmitate peccantibus, vel alio quouis errore quia infirmitas passionis peruertit iudicium rationis ⌊ q̄niam & ipse circundatus est infirmitate ⌊ Aufert occasionem extollendi. Galatas sexto: Considerans teipsum ne & tu tenteris ⌊ & propterea ⌊ quia infirmus vt alij, ex consideratione proprij delicti ⌊ debet quemadmodum p populo, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis ⌊ id est, qua necessitate debet offerre pro populo: eadem pro se, quia similis alijs. ⌊ Nec quis q̄ sumit sibi honorē ⌊ ꝑcutit honoris cupidos, q̄ non vocantur sed ingerunt se ꝑce, ꝑcio, potentia, simulatiōe ⌊ sed qui vocatur a deo ⌊ non se intrudendo, q̄ enim rectē eligitur, a deo vocatur ⌊ tanq̄ Aaron ⌊ Exod. 28. Necesse est ergo esse rite electū & hoc vt debite exerceat officium, q̄ in his q̄ sunt ad deum, non mundum carnem mediator est, alioquin non dicet sibi, Euge serue bone, se dmagis, serue male & piger.

EPIST.

¶ Cū dñs conclusisset decem ỹginum parabolā p vigilia, hic in ista pabola ostdit quō lampades oleo fotæ ardere debent, d. Sicut hō q̄ pegre. Reliqua vide Mat. 25.

¶De S. Virginibus.

VIgilate quia nescitis diem neque horam.⌋ Matth. 25. Saluator noster ostendere volens mortis iudicij incertitudinem, ac post hanc vitā meriti vacuitatem, nunc ad boni operis vigiliam admonet Vnde apostolus, 1. Corin. 16. Vigilate, state in fide, viriliter agite, confortamini, & omnia vestra in charitate fiant. Hinc, 2. Corin. 10. ¶Qui gloriatur in domino glorietur⌋ deo totum attribuens, confidentiam suam & gloriam. Hier. 9. Non glorietur sapiens, &c. Iohan. 8. ego gloriam meam non quæro, sed honorifico patrem meum. ⌊Non enim qui seipsum commendat ille probatus est.⌋ qui extra deum gloriatur sibi attribuendo quod dei est. Prou. 27. laudet te alienus non os tuum ⌊sed quem deus commendat⌋. i. quem certiores res gestæ, & veri labores dei cum gratia assumpti probum demonstrant⌊ Vtinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ⌋ 2. Co. 11. factus sum insipiens, vos me coegistis ⌊sed & supportate me⌋ propias laudes explicatur, pluribus modis illas castigat, ne alios se laudando offendat. Causam supportationis agit, d. ⌊Aemulor enim vos dei æmulatione⌋ Ne arbitrarentur p rebus humāis vel glorię gratia, apostolum sui charitate deuinci, dei zelo adiecit. Deus enim zelo nostri tenetur, quia plurimum nos amat, non vt lucrę aliquod assequatur, sed vt saluos nos reddat, cum ad se trahit & applicat. Tali amore tenebatur Paulus. q. d. diligo ad honorem dei, non meum, non zelo sponsam mihi, sed deo. ⌊Despondi enim vos vni viro⌋ domino cui gratia vos zelo. Oseæ. 2. desponsabo te mihi in fide. Mirę quod contigit ecclesiæ, quando quidem post nuptias, non amplius nuptæ seruant virginitatem. In ecclesia vero, vel quæ non antea virgines extitere, nuptijs hisce confectis, virginitati redduntur, quam æque vniuersa tutat ecclesia. Hæc equidem ad omnes disserit apostolus. Verę quæ nam dona afferens despondit apostolus: nimirum regnum cælorum. Huius rei figuram & Abraham præferebat, qui seruum dimisit ad gentilem fœminam despōsandam. Hoc vero seculo deus seruos suos destinauit prophetas, vbi ecclesiam Christo filio suo despondit sicut & Dauid inquit. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam

EIPST O.

quin & apostolos misit, vt & Paulus testatur, 2. Corin. 5. pro Christo legatione fungimur, & cæ. Est itaq; præsens hoc tempus desponsationi accommodum, futurum vero & nuptijs, cum fiet vox illa. Ecce sponsus aduenit exite obuiam illi. [Virginem castam exhibere Christo] .i. ad hoc vt exhibeam. Ephe. 5. Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ: vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiã, nonhabẽtem maculam neq; rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata.

¶Cum saluator dixisset Iudæis, ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Matth. 23. discipulis commiserantibus & templi ædificationes ostendentibus dixit. Videtis hæc oĩa. Amen dico vobis non relinquetur hic lapis super lapidem q non destruatur. Sedente ipso super montem oliueti accesserunt discipuli secreto dicentes: Dic nobis quando hæc erunt, & quod signum aduentus tui, & consummationis seculi. Ipse opinionem ipsorum, qua finem mundi instare, & Christum temporaliter regnaturum credebant, compressit, icertam & [illegible]atam sui aduẽtus horam ostendit, paratos nos semper fore volẽs. In illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Tunc simile æstimabitur.

¶Primum. Pura credentium præparatio. In principio.

¶*Secundum*, Quieta diligentiũ associatio, ibi, Moram autem faciente.

¶Tertium. Rigida negligentium refutatio, ibi. Nouissime vero.

¶Quo ad Primum, dicit Apostolus. Ephe. 5. Eratis aliq; quando tenebræ, nũc autem lux in domino. Sed quomodo. Luc. 11. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit, si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen quod in te est, tenebræ sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Vnde dominus hic ostendit quod operantes non simplici oculo, excluſæ sunt. ¶Si EVANG.

mile est regnum cælorum decem virginibus, quæ accipiẽtes lampades suas, exierunt obuiam sponso & sponsæ. Regnum cælorum præsens ecclesia, permixta tam religiose quam supoerstitiose viuentib⁹, recipit enim pisces bonos & malos. Mat. 13. Decem virgines omnes christiani. Sunt enim virgines corpore solum, nubere scilicet intendentes. Sunt corpore & mente. Chrysosto. Virgo est quæ nec habet virum, nec habere desiderat, quod si volũtatem quidem nubendi habet, corpore quidem virgo est animo autem nupta, quia corpus sorditatur opere, anima voluntate. Hæc fatua quæ carnis solam virginitatẽ putat placere deo, vnde, 1. Corin. 7. Mulier inupta & virgo cogitat quæ domini sunt, vt sit sancta corpore & spũ Non vt laqueum vobis iniiciam, sed ad id quod honestũ est, & quod facultatem præbeat sine impedimento dominum obsecrandi Porro hoc ad vtilitatem vestram dico, &c. Ecce intentio. Ideo Matth. 19. Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum cælorum, qui potest capere capiat. Vnde, 1. Cor. 7. De virginibus præceptum domini non habeo, consilium aũt do, tanquam misericordiam consecutus, vt sim fidelis, existimo enim hoc bonũ esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Item : Volo autem omnes vos esse sicut meipsum, sed unusquisque proprium donũ habet ex deo vnus quidem sic, alius vero sic. Sunt virgines mente & spũales de quibus hic saluator loquitur, & apostolus secundo Cor. 11. Comparatur ecclesia. 10. virginibus, quia ex vtroque sexu fidelium multitudo colligitur, vt dicit Aug. & Greg. Item quia .10. sensibus vita humana vtit, scilicet secundũ interiorẽ hoiem & exteriorẽ. De interiori dicitur Ephe. 3. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem dñi nostri I. C. ex q̃ ois paternitas in cælis & in terris noiatur, vt det vobis secũdum diuitias gloriæ suæ ỹ tutem, corroborari per spm̃ eius in interiore hoie, habitare Christũ per fidem in cordibus vestris, in charitate radicati & fundati. Vnde 2. Cor. 4. Licet is qui foris est noster hõ corrumpatur, tñ is qui intus est, renouatur de die in diẽ. Virgines dicũtur, q̃ se a luxuria seculi cõtinẽt. Vnde Iacobus amatores mundi adulteros appellat. Iac. 4. Adulteri, nescitis quia amicitia huius mundi inimica

est deo? Hiero. Possumus quinque sensus iuterpretari, quorum alij festinant ad cælestia & superna desiderant, alij terrenis fecibus inhiantes, non habent fomenta veritatis, quibus sua corda illuminentur, Lampades fidei opera quæ secundum istam continentiam fiunt. Nam sicut lampas domum, sic fides illuminat animam. Mat. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona. Rom. 12. prouidentes bona, non solum coram deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Exierũt fide & desiderio, nam omnes sponsum expectant, ipsi perenniter coniungi optantes. Tit. secũdo. Expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni dei, & saluatoris n. I. C. Sponso Christo. Iohan. tertio. Qui habet sponsam sponsus est. Sponsæ, omnes animæ simul sunt sponsa. Apocal. 21. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouã descendentẽ de cælo a deo patã, sicut spõsam ornatã viro suo, q̃ mõ despõsata virgo a corruptiõe seculi: nubet aũt cũ mortalitate deposita ĩmortali spõsocõiungeť. Sed quoniam ecclesia modo permixta est omnibus, tam religiose quam superstitiose viuentibus, sequitur ⌊ Quinque autem ex eis erant fatuæ ⌋ quia veritati [illegible] pro laudibus hominum ⌊ & quinque prudentes ⌋ quia veritati seruiunt pro æternis præmijs. Rationem adiungit ⌊ Sed quinq; fatuæ acceptis lãpadibus non sumpserunt oleum secum ⌋ Oleum lętitiam ex charitate dei qua ipsi placere studemus signat, ꝓcedentem. Ps. Vnxit te deus tuus oleo lætitiæ. Matt. 6. Tu aũt cum ieiunas vnge caput tuũ & faciẽ tuã laua, ne videaris hoĩbus ieiunans, sed patri tuo qui est in abscõdito, & pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi (ecce quid clarius) De charitate loqtur Apostolus. 1. Cor, 12, Adhuc eminentiorem vobis viã demonstro, ⌊ Prudentes ꝟo acceperunt oleum in vasis suis cũ lãpadibus ⌋, id est, nitorem gloriæ ĩ conscientiis suis, cum ostensiõe bonorum opm, Mat, 5, vt videant bona opa vestra, & glorificent patrem vestrum q in cælis est, Prudentes dicuntur, qa ꝓuident, p̃s, Prouidebam dominũ ĩ cõspectu meo sp, Habuerũt em̃ lampadem fidei p dilectionem bonis opibus lucentẽ, Fatuæ autẽ opa fidei sine dilectione, de quibus 1, Cor, 13, Si habuero oẽm fidẽ, ita vt montes trãsferã, charitatẽ ãt nõ habuero nihil sum

¶Quantum ad secundum dicitur Apoc.3.Si non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur, & nescies qua hora veniam ad te, vnde hic dicitur. ⌊ Morã aũt faciente sponso ⌋ non parum temporis spacium rursus interiectum ostendit, opinionem discipulorum reprimens, qui confestim regnum eius futurum sperabant, quapropter crebro eos ab huiusmodi spe remouet ⌊ dormitauerunt omnes ⌋ domitare est a salute ante mortem languescere ⌊ & dormierunt ⌋ per mortem. Iohan.11. Lazarus amicus noster dormit.1.Thes,4.Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini sicut cæteri qui spem non habent. Statutum est hominibus semel mori Hebrę. 9. Vnde & Christus semel pro peccatis nostris mortuus est 1.Pet.3. ⌊ Media autem nocte clamor factus est ⌋, id est, nullo sciente. Dies enim domini sicut fur in nocte, ita veniet 1. Thes.5. De isto clamore 1.Thes.4. Ipse dominus in iussu, in voce archangeli, & tuba dei descendet de cælo 1. Cor,15, Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, Sed quid clamant ⌊ ecce sponsus venit ⌋ cũ maiestate magna & potestate Matthæi,25. Cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cũ eo, tu[illegible]ebit super sedem maiestatis. O quam iucunda erit hæc vox in aure bonorum. & horrida in auribus malorum, nam sequitur ⌊ exite obuiam ei ⌋ 2, Cor.5. Omnes nos manefestari oportet ante tribunal Christi, *sed quid ibi faciemus, inquiretur an parati simus, vnde subdit Apostolus, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum. Exite ergo,* non de domibus sed sepulchris. Modo necesse est exire de peccato, carne, & mundo. Ecclesiast.v. ad adsociandum sibi perpetuo virginem ⌊ Tunc surrexerunt omnes virgines illę ⌋ 1.Cor.15. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur, Danielis duodecimo. Multi de his qui dormiunt in terræ puluere euigilabunt, alij in vitam æternam, alij in opprobrium vt videant semper ⌊ & ornauerunt lampades suas ⌋ numerando & diligẽter cogitãdo opa, ꝑ qb. remunerationẽ expectãt. Eccl 29. añ iudiciũ pa iustitiã. Vt dicere possis ꝑat⁹ sum & nõ sum turbatus ⌊ Fatuæ aũt sapiẽtibus dixerũt, date nobis de oleo vr̃o quia lampades nr̃æ extinguunt ⌋ Vere fatuæ quia propter vanã gloriam operatæ fuerunt, In aduen-

tu iudicis quærunt testmonium laudis, putantes sic intrare ad nuptias. Et clausa ianua petunt intrare. Chry. q̃si diceret: Vestra iustitia sufficiẽs est vos saluare & nos excusare. Date nobis testimonium laudis dicendo de operibus nostris q̃ vidistis. Rationem petitionis adiungũt, qalam. no. exting, opera quæ hominibus clara videbantur. Greg. Quorum facta aliena laude fulciuntur, eadem subtracta deficiunt, & de consuetudine id semper requiret, vnde gaudere animus solet. Itaq; hominum qui corda non vident testimonium volunt habere apud deum, qui cordis inspector est. Ex aduentu iudicis obscurantur & a deo non habebunt mercedem, quia receperunt laudẽ. Hierony. Si quis animam habet virginalem, & amator ẽ pudicitiæ, non debet mediocribus esse contentus quæ cito exolescunt, & exorto reumate arescunt, sed perfectas virtutes sequatur, vt lumen habeãt sempiternum q̃ enim lampades suas queruntur extingui, ostendunt eas ex p̃te lucere, & tñ non hñt lumen indeficiens, nec opa perpetua. Prou, 31. Nõ extinguetur in nocte lucerna eius, quia Cantico, 8. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. Responderunt prudentes, dicentes: Ne forte non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. Non de auaritia, sed timore dictum venit, quia vnusquisq; pro se rationem reddet. Rom, 14. Nec alieno testimonio iuuatur quis apud deum, cui cordis secreta patẽt, & vix quisq; sufficit, vt sibi testimonium perhibeat conscientia sua. Vnusquisq; enim pro suis operib⁹ mercedem accipiet, nec possunt in die iudicij aliorum virtutes, aliorum vitia subleuare. Et quomodo tempore captiuitatis Babylonicæ Hieremias peccatores iuuare non potuit, & dicitur ad eum, ne oraueris pro populo isto. Hiere, 14. Sic formidulosa erit dies illa. Quanq̃ autem nihil humanius illis virginibus fuerit, non enim totum petebant (de oleo dixerunt) & necessitatem ostendebant (quia ext. lam.) tamen repulsæ sunt, nec humanitas earum a quibus petebãtur, nec petionis facilitas, nec petentium necessitas vt impetrarent effecit. Ad insinuandum quia nullus nos (si opera perdiderimus) defendere ibi poterit, non quia nollet sed quia non potest. Videmus enim prudentes ad impossibilitatem confugere, q̃d

& Abraham ille denotauit, dicens: Magnus inter nos & vos hiatus est. Dant quidem prudentes consilium quod non debeant sine oleo lampadarum sponso occurrere. Verum quia iam emendi tempus excesserat, & aduenienti sponso locus non erat noua opera parare, sed peccatorum rationem exoluere, ideo crimen earum videntur exobliquo commemorasse, quasi dicerēt: Videamus modo qd vos adiuuent, qui vobis laudes vendere consuerunt. Vendunt oleum omnes adulatores, qui accepta alicuius cōmodi temporalis mercede, siue vera, siue falsa laudando in errores animas mittunt. Dum irent emere. Grego. Inclinantibus se illis in ea quæ foris sunt, & solita gaudia quærentibus, quia interna non nouerant. venit sponsus. Ille qui iudicat. Lucæ 12. Ideo & vos estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis veniet. & quę paratæ erant. quibus conscientia bonum testimonium perhibebat. intrauerunt cum eo ad nuptias. Vbi munda anima sempiterno dei verbo copulatur. Apoca. 19. Gaudeamus & exultemus, & demus glōriam deo, quia venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se, & datum est [illegible] cooperiat se byssino splendenti & candido. Byssinum enim iustificationes sunt sanctorum. Et dixit mihi, scribe beati qui ad cœnā nuptiarū agni vocati sunt. & clausa est ianua. Aditus regni cælestis, nam post iudiciū p̄cibus nullus patebit aditꝰ, qa magna est eius seueritas p̄ iudiciū, cuius in effabilis misericordia prorogata est. O si quis sapere posset in palato cordis sui, qd admirationis habet quod dicitur venit sponsus, quid dulcedinis intrauerunt cum eo ad nuptias, quid amaritudinis clausa est ianua. Non enim post iudicium p̄cum aut meritorum patet locus. Apoc. 3. habet clauē Dauid & claudit & nemo aperit.

¶ Quo ad tertium dicit Apostolus Galat. 6. Dum tēpus habemus operemur bonum. Venit enim nox quando operari non licet. Iohannis 9. Nouissime vero veniunt & reliquę virgines, dicentes: Domine dñe api nobis. Vere nimis tarde ueniunt, per seram pœnitentiam. Pulsant per infructuosas lachrymas, foris relictæ. Non dicitur quod emerint oleum, ideo intelligendum, quia ā nullo de alienis laudibus remanente gaudio, in angu-

ſtis redire coguntur ad imploratione dei. Dolore repul
ſionis compulſæ, appellationem ingeminant dñantis. E-
gregia quidem in domini appellatione confeſſio, ide re
petitum indicium confeſſionis fidei eſt, ſed quid prodeſt
voce inuocare, quem operibus neges? Luc, 6. Quid dici-
tis mihi dñe, dñe, & non facitis quæ dico. Atille reſpon
dens ait: Amen dico vobis neſcio vos. Hiero. Nouit dñs
qui ſunt eius, neſcit autem operarios iniquitatis, q.d. Io
vos deſero, quia per vitæ meritum non agnoſco. Hie, 4.
Benefacere neſcierunt. Sed ignorans ignorabitur, 1, Cor,
14. Vigilitate itaq; quia neſcitis diem neq; horam. Ec
ce quo tendit parabola, videlicet vt teſtimonium bonæ
conſcientiæ nobis præparemus, ne cum fatuis virginib⁹
foras remaneamus, non ſolum enim diem iudicij, ſed nec
mortis diem vel horam ſcimus, in qua qui tũc paratus in
uenitur, etiam in iudicio paratus erit, 1, cor, 15. Euigilate
iuſti & nolite peccare.

¶ In exequijs.

Domine ſi fuiſſes hic, frater meus non fu-
iſſet mortuus. Iohan, 11. Saluator nouit mor
tem, diaboli fallacia inductam. (Gene, 3, Sapie. 2)
curare volens, mortem pro nobis ſecundum humanã ſub
ire dignatus eſt naturam, ac ſua in reſurrectione, & ad
cælos aſcenſione, ſpem nobis immortalitatis tribuere.
Hinc & Apoſtolus. 1. The, 4. ¶ Nolumus vos ignorare de EPIST.
dormientibus. Electos dicit dormientes. Dormiens cõ
tria facit: Cubat in ſpe ſurgendi. Pſalmiſta: Nunquid qui
dormit non adijciet vt reſurgat. Sic qui moritur in fide
Item anima vigilat. Canti, 5. Ego dormio cor meum vi-
gilat. Item homo poſtea ſurgit magis refectus. Sic ſan-
cti incorruptibiles. 1. Corinthiorum 15. Nemo tam facile
a ſomno, quam Chriſtus excitat a ſepulchro. Hinc de La
zaro dominus. Iohannis, 11. Lazarus amicus noſter dor-
mit. Vt non contriſtemini ſicut & cæteri gentes qui
ſpem reſurrectionis non habent. Ne impotenti dolo
re lugeatis eos quaſi perierint. Non ergo prohibet luctũ,
ſed immoderatum. Eccl, 22. Modicum plora ſup mortuũ
qm̃ requeuit. Chriſtianoꝝ enim mors non eſt aliud quam
ſomnus, vnde expgiſcimur in aduentu Chriſti, lõge iam

felicius victuri. Cur enim non speremus in membris fore quod factum scimus in capite? Ponit ergo apostolus rationem monitionis. Si enim credimus firmiter q̃ Iesus mortuus est & resurrexit. Dicit Christum mortuũ, vt dum audimus illum mortuum & resurrexisse, nos q̃que speremus resurrecturos per virtutem diuinitatis, q̃ est causa efficiens nostræ resurrectionis, sicut per humanitatis resurrectionem est causa exemplaris. Ita & deus pater qui resuscitauit Iesum eos qui dormierũt p Iesum Illius promissis confisi, & ipsum professi adducet cum eo reduiuios in aduentu filĩ, ne capiti suo desint membra. Hoc enim vobis dicimus in verbo dñi q̃d ab ipso Christo didicimus, nõ est ergo fabula humana. qa nos qui viuimus, qui residui sumus, in aduentu dñi id ẽ quos aduentus dñi viuos ac residuos hic reperiet non p̃ueniemus eos q dormierunt vt fistamur ante in conspectu dñi q̃ hi qui mortui fuerunt vna fistantur. i, cor, 15. In momento inictu oculi in nouissima tuba. Q̃m ipe dñs Act. 1. Quemadmodum vidistis eum euntem in cælum sic veniet in iussu In primo aduentu venit vt obe[illegible] 2. Factus obediens vsq; ad mortem crucis, Luc 21. Veniet cũ potestate magna & maiestate. s. in secundo aduentu Et in voce archangeli & in tuba dei nam virtute diuina fiet ministerio archangeli exhortantis ut *experrecti properent ad iudicium descendet de cælo, & mortui q in Christo sunt resurgent primi. Deinde nos q viuimus, q relinquimur, simul rapiemur cum illis* in ipso raptu mortis debitum exoluentes. Hebr, 9. Statutũ est hoibus semel mori, post hoc autem iudiciũ, i, cor, 15. Insipiens tu homo, q̃d seminas non viuificatur nisi prius moriat. in nubibus obuiã Christo in aera impĩs in terra quã dilexerunt remanentibus. Mat, 24. Vbi fuerit corpus ibi congregabuntur & aquilæ. Mat, 25. Ecce sponsus venit exite obuiam ei Et sic semper cum dño erimus immortales. Phi. 3. Saluatorẽ expectamus dñm nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Oportet tm mortale hoc induere immortalitatem, i, Cor, 15. Ioh. 14. Iterũ veniam & accipiam vos ad meipsum, vt vbi ego sum & vos sitis. Itaq; quia sancti resurgent immorta-

les & beati ⌊consolamini inuicem, in verbis istis⌋ Aug. Pereat contristatio, vbi est tanta consolatio, detergatur ex animo luctus, fides expellat dolorem. Fleuit dñs non mortuum sed mortem, quam homo peccando contraxit. Si enim peccatum nō pcessisset sine dubio mors secuta nō fuisset. Secuta est mors corporis, quam pcessit mors animæ deserendo deum. Sap. i. Quoniam deus mortē non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. Creauit em vt essent omnia, &c. Impij autem manibus & verbis accersierunt eam. Ro. v. Sicut p vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & p peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in q̄ oēs peccauerūt; sequitur. Sed non sicut delictum ita & donum. Si enim vnius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia dei & donum in gratia vnius hominis Iesu Christi in plures abundauit. ſ. ad vitam.

¶ Cum Bethaniam veniens Iesus inuenisset Lazarū q̄tuor dies in monumento habentem, Martha illi occurrit. Maria autem domi sedebat. In illo tēpore. Dixit Martha, ad.

¶ Ostendit dominus hoc euangelio, quibus sit [illegible]ectio ad vitam & a quo contingat.

¶ Primum. Excelsa æternæ felicitatis opatio. In principio.

¶ Secundum. Deuota fraternæ calamitatis insinuatio ibi, Dicit ei Iesus.

¶ Tertium. Firma internæ credulitatis approbatio, ibi; Credis hoc.

¶ Quo ad primum. Oēm in deū spem. Psalm. ponens dicit: Oculi mei semper ad dñm; & quare? quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos. Respice in me, & miserere mei, quoniam vnicus & pauper sum ego. Sic Martha cum venisset in conspectum Iesu, nonnulla spe bona de fratre ad vitam reuocando concepta, flebili voce. ¶ Dixit Martha ad Iesum, Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. ⌊ Nam facile morbum dicto depulisses, quemadmodum & in alīs: quanquam ne nunc qdem res est omnino extra spem⌋ Sed & nunc scio, quia quæcunq; popposceris a deo, dabit tibi deus ⌊ etiā si mortuo sepulto q̄ vitam popposceris. Nō dicit rogo vt resuscites, ignorās EVANG.

si vtile foret fratri resurgere, sed dispositioni ipsius relinquit. Iohannis 14. Quodcunque petieritis patrem in nomine meo hoc faciam. Et. 15. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunque volueritis petetis & fiet vobis. Deus autem charitas est, & qui manet in charitate in deo manet. 1. Iohannis 4. Si quis in me nō manserit mittetur foras & arescet, & colligent eum & in ignem mittent & ardet. Iohannis, 15. Manēs ergo in eo, foras non mittetur, veruntamen si super fundamentō ædificauerit lignum, fœnum, stipulam detrimentū patietur. Ipse tamen saluus erit sic tamen quasi per ignem. 1. Corinthio. 3. Non quidem infernalem qui perpetuo cruciat, sed purgatorium, ut intelligit Origē. Homilia 6. super eodem. Nota q̄ codex græcus non habet dies domini, sed simpliciter dies declarabit, quod in igne reuelatur. Esse ergo quibusdam animabus expiationis locum & iusticiæ est & misericordiæ. Iusticiæ equidem cuius est reddere vnicuiq; secundū opera sua, cuius est vlcisci pro mensura peccati ipsum peccatorem. Vt enim nihil in vniuerso fit in quo non reluceat misericordia & iudicium, ita ipsum iudicium exigit vt peccata non sint inulta [illegible] hoc, vel in futuro seculo puniantur. Nec enim deus ob hominis inertiam ac negligentiam, legem a se conditam infringere vult. Erit igitur iusticiæ peccata vlcisci etiamnū in quartam & quintā gnationem. Exodi. 20. Numeroꝝ, 14. quanq̄ offensam remittat. Non refragor deum pro immensa clementia sua posse & culpam & pœnam omnem condonare, Veruntamen sacris literis inuenimus contineri, quod remissa culpa, pœna aliquota pars remaneat, q̄ operepretium est vel hic vel in futuro solui. Vñ Dauid peccatum suum ad correptionem Nathan agnoscens dicendo peccaui, audiuit. Dñs quoq; peccatum tuum transtulit a te. Veruntamen quia fecisti blasphemare inimicos nomen dñi propter verbum hoc, filius qui natus est tibi morietur. 2. Reg. 12. Et in sequentibus habetur deum illi malū suscitasse de domo sua haud dubie in peccati commissi expiationem, 2. Reg. 15. & 16. Hinc lachrymis stratum suum rigabat. Audierat pœnam translatam, sed non prsus cōdonatam, id quod rei exitus postea docuit. Consonat iis apostolus. 1. Corin. 11. Si no-

metipſos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Cum autem iudicamur a domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. His adde quod dicit dominus. Exodi 20. Ego ſum dominus deus tuus fortis zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartã gẽ tionẽ eorũ qui oderunt me. Et iterum quum Moſes præcaretur pro populi offenſa, remiſſa quidem quatenus ad culpam, ſed non quatenus ad pœnam attinet. Qui peccauerit (inquit) mihi delebo eum de libro meo, tu autem vade & duc populum iſtum quo locutus ſum tibi, angelus meus præcedet te. Ego autem in die vltionis viſitabo & hoc peccatum eorum (ſequitur pœna ob remiſſa ac condonata peccata) Percuſſit ergo dominus populum pro reatu vituli quem fecerat Aaron. Obſerua hic reatum atque obligationem ad pœnam poſt remiſſam culpam & offenſam remanſiſſe. Sic Numeri decimo quarto, Qui viſitas peccata patrum in filios, in tertiam & quartã generationem. Dimitte obſecro peccatum populi huius, ſecundum magnitudinem miſericordiæ tuæ. Dixit quoque dominus Dimiſi iuxta verbum tuum. Attamen omnes homines qui viderunt maieſtatem meam, & ſigna quæ feci non videbũt terrã qua iuraui (& infra) i ſolitudine cadent corpora vſa, & quadragĩta annis recipietis iniquitates veſtras. Sic & Chriſtus, quanquam in ſuo ſcorpore noſtra e medio ſuſtulerit peccata, proque nobis ſatisfecerit, voluit tamẽ & per nos noſtra mala iudicari, idq; modo orationibus, modo vigiliis, ieiuniis, eleemoſynis ſecunda Corinthiorum ſexto. In omnibus exhibeamus nos ſicut dei miniſtros &c. Romanos duodeci. Obſecro, & ſexto. Sicut exhibuiſtis &c.

Iam ſi negligas ipſe in te vindicare quod admiſiſti facinus, deus non modo quia iuſtus eſt, ſed etiam quia miſericors ſit & præſtabilis ſuper malitia (Ioelis 2.) certum locum expiandis animabus aſſignauit, quæ necdum ſunt in termino ſed in via qua itur ad alterum finium, nempe ad gloriam, Nam qui tartareis recluduntur nõ expiandi ſed ꝑpetuo cruciãdi hinc exeunt. Dr autẽ purgatorium ob id quod maculæ peccatorum quas in hac vita contraxerunt animæ per pœnarum aſperitatem purgantur quemadmodum aurum ex fornace illud boni conſequi

tur, vt purgatum fulgeat. Sic ANIMAE pari modo fulgorem ex fornace purgatorij reportant, sed nihilo maiorem gratiam aut charitatem, quam secum attulerunt. Quod enim illicita voluptate contractum fuit, merito per molestiam pœnæ deleri debet. Nihil enim coinquinatum intrabit in illam. Apoc. 12. Imo nec verbuli quidem ociosi pœna. Matthæi. 21. Tantum abest vt sordibus obnoxij ac polluti eo recipiantur. Hunc expiationis locum subindicat salúator Matthæi. 5. Esto consentiens aduersario tuo cito quum es cum eo in via ne forte aduersarius tradat te iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris: Amen dico tibi, non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem. Soluto igitur ære alieno, redditoq; quadrante nouissimo, quem neglexit reddere in corpore degens, iam excundum, iamq; ad sydera scandendũ. Hic & duodecimo: Qui dixerit verbum contra spiritum sanctũ, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro. Et alius euangelista: sed reus erit æterni delicti. Ex quo colligitur quædam esse delicta, quorum reatus non est æternus: q si in hoc seculo, id est, hac mortali vita non remittatur, remittetur in futuro. Non enim ociosum est quod Christus ait, neque in futuro. Abundaret autem nisi quædam in futuro remitterentur. Sic Augustinus vigesimo primo de ciuitate dei, capit. 24. & Gregorius quarto dia. li. intelligunt. Ad hæc Apocalypsi quinto dicitur: Et omnem creaturam quæ in cælo est, & quæ super terram, & quæ subtus terram & mare, & quæ in eo sunt, omnes audiui dicentes: Benedictio sedenti super throno & agno Qui autem in inferno sunt non benedicunt, sed iugiter blasphemant, & execrantur dei iusticiam, & sanguinem Christi. Triformem hunc statum Apostolus Phil. 2. asserit: In nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum: constat ergo de purgandis accipiendum, quia dicit infernorum. Obserua etiamq; in primitiua ecclesia cura fuit pro mortuis: Nam quidam baptizabantur pro eis, 1. Cor. 15. Et tempore Machabeorum 2. Mach. 12. Augustinus in serm. 44, ad fi. inhe. Defunctis cum omni diligentia misereri & subuenire studeamus, attẽdentes quid Iudas Machabæ. fecerit, Dixit enim

¶ sancta esset cogitatio pro defunctis exorare, vt a peccatis soluantur. Licet ergo libri Machabæ. non sint in canone Iudæorum: sunt tamen in canone ecclesiæ, quemadmodum euangelia, &, cætera: vt dicit sanctus Augustinus libro decimoseptimo de ciuitate dei, capite tricesimo octauo. Qui ergo ipsos non recipit pro canonibus, non filium ecclesiæ, sed spurium synagogæ se ostendit. Suppetias ergo feramus ijs oportet lege charitatis inducti. Sunt enim membra corporis inuicem solicita. 1. Corin. 12. Ideo Colos. tertio. Super omnia autem charitatem continuã habentes, quod est vinculum perfectionis. Romano. decimo tertio: Qui proximum diligit, legem impleuit. Col. tertio: Et pax Christi exultet in cordibus vestris, in quo & vocati estis in vno corpore. 1. Corin. 12. Sicut enim corpus vnum est & membra habet multa: omnia autem mẽbra corporis quum sint multa vnũ tamen corpus sunt, Ita & Christus: Etenim in vno spiritu omnes nos in vnũ corpus baptizati sumus, siue Iudæi siue gentiles, siue serui siue liberi, omnes in vno spiritu potati sumus, (& infra) Si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra, Siue gloriatur vnum membrum, consentiunt omnia membra: Quemadmodum ergo nos tanquam membris capitis glorioſis congaudemus, ita ipſi ¶ nobis tanquam infirmis orant, quo celerius ipſis coniuncti consumetur ipsorum gaudium, in animæ & corporis coniunctione, Deo melius prouidente pro nobis, vt nõ sine nobis consummarẽtur. Hebræorum vndecimo. Pro nobis dicit, Sic & ijs qui in purgatorij pœnis, non enim exibunt nisi soluto quadrante nouissimo. Hinc Chrysostomus Homil. sexagesima nona: Non temere ab apostulis hæc sancita fuerunt, vt in tremendis mysterijs defunctorum agatur commemoratio, sciũt enim inde illis multum contingere lucrum vtilitatem multam, hæc ille. Sic & Damascenus affirmat modũ orandi pro defunctis, ab apostolorum traditionibus manasse.

¶ Quo ad secundum, Veram animæ vitam ex deo Psal. considerans, ait: Quis est hõ qui timet dñm, Legem statuit ei in via quã elegit, Anĩa eius in bonis demorabitur. Timenti enim deum bene erit in extremis. Eccle. ¶, Vnde vt Marthæ fiduciã cõfirmaret ... Dicit ei Iesus, Resurget

frater tuus_Iq.d.bono animo esto. Sed quoniã ambigui erat quũ non dixerit mõ resuscitabo, reuerebatur ne quẽ admodum cum nuncijs respondisset nõ esse capitalẽ mor bum.ambiguo responso refellerat, ita nunc quoque late ret aliquid in illius dictis q̃d spem illius illuderet. ⌊Dicit ei Martha Scio quia resurget, in resurrectione in nouissi mo die_Iqñ oẽs resurgemus. De hac certa sum, sed qd nũc de fratre contingat incerta ⌊Dicit ei Iesus. Ego sum re surrectio,& vita_Iq.d.dicis qa frater tuus resurget in no uissimo die.& verꝫ dicis,sed per quẽ tũc resurget, p hunc põr & mõ, qa ego sum resurrectio: q enim resurgẽt in no uissimo die p me resurgent. Et vita. Nec enim quisq̃ viuit nisi dono meo,neq; quisq̃ reuiuiscet nisi per me, non solũ iuxta corpis mortẽ, q̃ nõ magnopere formidanda est sed aiæ,q̃ maxime metuenda,cum deducat ad mortem gehen næ.Sap.16. Hõ per malitiam occidit animam suam,Psal. Sicut oues in inferno positi sunt,mors depascet eos. Quo modo vita acquiratur adiungit ⌊qui credit in me_Ifide p dilectionem operante,q̃ aliquid est Gal.5.In Chꝛo Ie su neque circũcisio aliquid valet neq; ꝓputium, sed fides q̃ p [illegible]ionem opatur, ⌊etiãsi mortuus fuerit_I carne ⌊viuet in ania,doenc resurget caro nunquã postea mo ritura,Ioh.8.Amen amen dico vobis si quis sermonẽ meum seruauerit,mortem non videbit inæternum.Nec hoc tm̃ de fratre tuo accipe,qa⌊Et oĩs qui viuit_I in corpore, ⌊& credit in me_Iam viuens in anima ⌊non morietur in æternum_I propter vitam spiritus& immortalitatem resurrectionis, etiam si corpus exanime ad tempus con quiescat. Est & vita & resurrectio animæ. Nam vñ mors in anima, nisi quia non est fides p quam deus habitat in nobis? Eph.3. Vnde mors in corpore,nisi quia non est ibi anima,Magis ergo deflenda mors animæ quam corpis. Aug. Admonet apost.vt de dormiẽtib⁹.i. mortuis charis simis nostris non contristemur, sicut cæteri qui spem re surrectiõis non hñt,& incorruptiõis æternæ;q̃re & dor mientes in scripturis appellant, vt euigilaturos minime desperemus. Est ergo de mortuis eis qui diliguntur quę dam tristitia quodammodo naturalis. Mortem horret non opinio,sed natura. Nec huiusmodi mors accederet, nisi ex pœna quam præcesserat culpa. Contristamur er-

go nos in nostrorum mortibus necessitate amittendi, sed cum spe recipiendi. Inde angimur, hinc consolamur, inde dolet humana conditio, hinc sanat diuina promissio. Proinde pompa funeris, agmina exequiarum, sumptuosa diligentia sepulturæ monumentorum opulenta constructio, viuorum sunt qualiacunque solatia, non adiutoria mortuorum. Orationibus vero sanctæ ecclesiæ, & sacrificio salutari, & eleemosynis quæ pro eorum spiritibus erogantur, non est dubitandum mortuos adiuuari, vt cum eis misericordius agatur a domino, quam eorum peccata meruerunt, illis autem prodesse qui ante mortem ita vixerint vt possint eis vtilia esse hæc post mortem. Nam qui sine fide per dilectionem operante, eiusque sacramentis de corporibus exierint, frustra illis a suis huiusmodi pietatis officia impendunt, cuius dum hic essent pignore caruerunt, vel non suscipientes vel inuanum suscipientes dei gratiam, & sibi non misericordiam sed iram thesaurizantes. Non ergo mortuis noua merita operantur, cum pro eis boni aliquid comparant sui, sed eorum præcedentibus consequentia ista redduntur. Permittatur ergo pia corda de charorum suorum mortibus contristari dolore sanabili, & consolabiles lachrymas fundere affectione mortali, quas cito reprimat fidei gaudium, qua creditur fideles quando moriuntur paululum a nobis abire, & ad meliora transire. Cõsolentur etiam eos fraterna ob sequia, siue quæ funeribus exhibentur, siue quæ dolentibus adhibentur. Sit cura sepeliendi q̃ in patriarchis & domino ipso commendatur. Impleant hæc homines erga suos officia postremi muneris, & sui humana lenimenta doloris: Verum illi vtique abluunt spiritus mortuorum, qui orationes, oblationes, erogationes multo feruentius ob seruantiusque pro eis impendunt, qui suos carne non spiritu mortuos, non solum carnaliter sed etiam spiritualiter amant. Hæc ille; Chrys. super illud Iohan. 9. Me oportet operari opera eius, qui misit me donec dies est. Venit nox quando nemo potest operari. Quid hoc significat, quam habet consequentiam? sane magnam. Hoc est donec dies est, dum licet hominibus in me credere, dum hæc durat vita laborandum est, venit nox, hoc est, futurum tempus, quando nemo operari potest, non dixit, quando

non potero operari, sed nemo potest operari. Augustin. Hic omne meritum comparatur, quo post hanc vitam relevari quisquam possit vel grauari. Nemo autem speret q̃ hic neglexit, quum obierit apud deum promereri 2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet coram tribunali Christi, vt reportet vnusquisque ea quæ fiunt per corpus, iuxta id quod fecit siue bonum siue malum. Ecce iuxta id quod fecit anima in corpore, vel præmium vel supplicii reportabit, quamobrem exuta corpore amplius mereri non potest. Cum ergo certum sit ex sacris literis, q̃d nec beatorum animæ, nec damnatorum prorsus ociosæ sint, nec dubitare quisquam poterit Christum vera dixisse, necessario infertur, quod de meritorio duntaxat opere simul & de tempore præsentis vitæ sit locutus. Dixit em̃ nemo potest operari, quod & generatim de cunctis, qui iam hinc migrauerunt debet intelligi. Simile quiddam Eccl's. 9. Quodcunque potest facere manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt ad inferos quo tu properas. Quid hic dicemus? Num ista non erant apud inferos quando patres in limbo fuerunt? erant haud dubie, sed tamen ideo dixit quoniam amplius mereri potest apud iferos. Quod si patres nihil in limbo meruerunt, frustra nobis blãdimur in purgatorio merendi tempus. His consine est illud. Calat. 6. *dum tempus habemus operemur bonum ad omnes.* De *quo tempore, 2. Cor. 6. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Hinc Eccl. 14. Ante obitum tuum operare iusticiam, quoniam non est apud inferos inuenire cibum*, nimirum vnde ad meritũ refocilleris. Hieronym⁹. Super Eccl's. 8. Viuentes metu mortis possunt bona opera perpetrare, mortui vero nihil habent ad id adiscere, q̃d semel secum tulere de vita: Et paulo infra. Sed & dilectio eorum, & odium, & æmulatio, & omne quod in hoc seculo habere potuerunt, mortis finitur aduentu, nec iuste gp̃e p̃nt agere nec peccare, nec virtutes adiscere nec vitia, hæc ille. Animæ ergo ex purgatorio suffragijs liberatæ viuentium minus beantur, quam si per se satisfeciissent, satisfactiõ enim in hac vita pro peccatis in gratia, nõnihil meriti reportat p̃ter ipsam pœnæ deletionem. Neque enim vllum est opus bonum, quod si fiat in gratia & chari

tate, iusta remuneratione frustrabitur apud deum, apud quē nec is qui calicē aquæ frigidæ ꝓpter deum & Christi nomen petenti dederit, mercede sua carebit. Satisfactio autem quæ fit in purgatorio nihil mercedis lucratur maculas tantum expiasse contenta.

¶Quo ad tertiū. ait Psal. Firmamentum est dñs omnibus timentibus se, & testamentum ipsius vt manifestetur illis. Nam finis legis Christus, ad iusticiam omni credenti. Rom. 10. Humilibus siquidem sacramenta sua (quæ a sapientibus abscondit) reuelauit. Vnde & hic sequitur: ⌊Credis hoc⌋ s. q̄d dico ⌊ait illi. Vtiq; domine⌋ ego credo. ⌊Ego credidi quia tu es Christus⌋ i. Messias Ioh. 1. In uenimus Messiam, q̄d est interpretatum Christus ⌊filius dei, qui in hunc mundum venisti⌋ ad salutem animarum a prophetis promissus, a multis seculis expectatus. Venit enim peccatores saluos facere, 1. Timothe. 1. Non enim misit deus filium vt iudicet mundum, sed vt saluetur mūdus per ipsum. Ioh. 3. Qui credit in eum non iudicatur qui autem non credit iam iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti filij dei. Qui credit in filium habet vitam æternā, qui vero incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira dei manet super eum.

¶Enarrationum in Epistolas & Euangelia Finis.
Coloniæ, Impēsis integerrimi viri Petri Quentell.
Anno M. D. XXXI. Mense Septembri.



PASSIO

DOMINI NOSTRI SECVNDVM quatuor Euangeliſtas Per eundem autorem.

DILEXIT nos, & lauit nos a peccatis noſtris, in ſanguine ſuo. Apo. i. Videns omnipotens deus genus, per abrupta pergere vitiorum, humanum, & tandem ad perpetuum omnium peruenire cruciatum malorũ, niſi miſericorditer per ipſum, qui ſolus poſſit & velit, ſubueniretur: inexhauſta ſua & ineffabili, qua plenus eſt benignitate, non ſolum humanã qua nos inſtrueret ſibiq; aggiutinaret aſſumpſit naturam, ſed & omnem noſtris pro exceſſibus condignam exoluit, nimia noſtra deuictus charitate, pœnam. Hinc Greg. Omnipotẽs deus, ſicut ex nihilo oia bona creare potuit, ita p incarnationis ſuæ myſterium etiam perdita bona reparauit. Duas vero ad intelligendũ ſe creaturas fecerat, angelicam ſcilicet & humanam. Vtramq; vero ſuperba perculit [illegible] a ſtatu ingenitæ rectitudinis ſtrauit. Sed vna re[illegible]is habuit, alia vero nil infirmũ de carne geſtauit. Angelus em ſolũmodo ſpiritus, homo vero ſpiritus & caro eſt. Miſertus ergo creator vt redimeret, illam ad ſe debuit reducere, quã in perpetratione culpæ, ex infirmitate aliquid conſtat habuiſſe, & eo altius debuit apoſtatã angelũ repellere quo cũ a perſiſtendi fortitudine corruit, nil infirmum ex carne geſtauit. Vnde & recte Pſalmiſta cum miſertũ redẽptorem hoibus diceret ipam quoq; cauſam miſericordiæ expreſſit dicens. Et memoratus eſt qa caro ſunt. q.d. Quo eorum ifirma vidit, eo diſtricte culpas punire noluit. Eſt & aliud quo perditus homo reparari debuit, & ſuperbiẽs ſpiritus reparari non poſſit, quia nimirum angelus ſua malicia cecidit, hominem vero aliena proſtrauit. Hæc ille. O igitur inæſtimabilis dilectio charitatis, quod qui potuit, ſic voluit ſubuenire. Hinc Apoſtolus Epheſios quinto. Eſtote imitatores dei ſicut filii chariſſimi, & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis, oblationem & hoſtiam deo, in odorem ſuauitatis. Sic enim deus, ait ſaluator, Iohannis

14 126.

tertio, dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illum non pereat, sed habeat vitam æternam. Credit dicit, nimirum fide per dilectionem operante Galatas quinto. Ideo .1. Iohannis. 4. Nos diligamus deum, quoniam ipse prior dilexit nos, & misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Hinc Bernard. Quotidiana lectio Christiani esse debet recordatio passionis Christi. Nihil enim ita cor humanum accendit, quemadmodum sedulo, & sæpe recogitata passio & humanitas saluatoris. Hæc ille. Non ergo debet nos tædere cogitare, quæ non tæduit ipsum pro nobis tolerare. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio oportuno. Hebræ. quarto. Hic thronus lignum est crucis, in quo verus noster rex pacificus sedit, pacificans per sanguinem crucis, siue quę in terris, siue quæ in cælis sunt, Colossenses primo.

¶ Dilexit nos &c. In quibus quidem verbis, amarissimã domini contemplantibus passionem tria proponuntur. Primum Acceptus ortus ibi dilexit nos. Secundum. Beatificus fr[illegible] & lauit nos. a. p. n. Tertium. Certus modus, ibi in sanguine suo.

¶ Quo ad primum, ortum habuit passio domini ex parte dei, ex nimia ipsius erga genus humanum dilectione. Vnde. Romanos quinto. Commendat autem deus charitatem suam in nobis, quia cum adhuc peccatores essemus secundum tempus Christus pro nobis mortuus est. Oblatus enim est quia ipse voluit Esaiæ. 53. In hoc, inquit, Iohannes .1., Iohannis tertio. cognouimus charitatem dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit. Sed ex parte Iudæorum ex inuidia quam conceperant contra dominum taxantem vicia eorum. Matt. 26. Sciebat enim (Pilatus) quod per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Sap. 2. Circumueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ. Promittit se scientiam dei habere, & filium dei se nominat. Grauis est nobis etiam ad videndum. Cõtumelia & tormento interrogemus eum, vt sciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius. Morte tur

pissima condemnemus eum, & cæ. Vnde bis consilium super eius morte procuranda habuere. Primo post suscitationem Lazari Iohannis vndecimo. ¶ Collegerunt pontifices & pharisæi concilium aduersus Iesum & dicebant. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit: Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani & tollent nostrum locum & gentem. ¶ Augu. Non dicebant credamus, plus enim perditi homines cogitabant, quomodo nocerent, quam quomodo sibi consulerent ¶ Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine, cum esset pontifex anni illius, dixit illis. Vos nescitis quicquam, nec cogitatis quia expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat ¶ Contra legem, liuore excæcatus, loquebatur quæ dicit. Insontem non occidas. Exo. 23. Ideo quod timebant euenit, quia quadragesimo secundo post passionē dñi anno, & locum & gentem perdiderunt ¶ Hoc autem a semetipso non dixit, sed cū esset pōtifex anni illius prophetauit, quia Iesus moriturus erat pro gente, & nō tantum pro gēte, sed vt filios dei qui erāt dispersi congregaret in vnum. ¶ Licet Caiphas intēderet solum mortem procurare Christi tamen [illegible]one diuina ipso inscio, verba ipsius in salutem sonabant & gentium & Iudæorum fore mortem Christi, spiritualē ¶ Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eū ¶ Firmiter diffinientes ipsum occidere quā primum possent. ¶ Sciēs ergo Iesus iam nō in palam ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionem iuxta desertum, in ciuitatem quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cū discipulis suis. ¶ Non mortis timore, sed qa nondū venerat tēpus eius. Reuerso autem ipso ad Bethaniam in vigilia palmarum ¶ turba multa ex Iudæis, venerunt illuc, non propter Iesum tantum, sed vt Lazarū viderent, quem suscitauit a mortuis. Cogitauerunt autem principes sacerdotum, vt & lazarū interficerēt, quia multi propter ipsum abibant ex iudeis, & credebant in Iesum. ¶ Venit autem ipso palmarum die cum gloria in hierusalem eiciens ementes & vendentes de templo, docens ibi populum vsq; ad vesperam ¶ & relictis illis. & circumspectis omnibus, cum iam vespera esset, exiit in Bethaniam cum duodecim foras extra ciuitatem, ibiq; docebat eos de regno dei ¶ Similiter feria secū-

da & tertia, sed quarta remansit, vt locum tractandi & tempus de eius morte relinqueret. Tunc cõgregati sunt principes sacerdotum, & seniores (.i. iudices ordinarii) in atrium principis sacerdotum qui dicitur Caiphas & concilium fecerunt. Et quærebant summi sacerdotes & scribæ, quomodo eum dolo tenerent, & occiderent. Timebãt vero plebem. Dicebant autem, non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Prius concilium habuerũt, quo ipsum prorsus occidẽdum diffinierant, hic autem de modo, qualiter occulte sine turbis, & ideo differendum post festum iudicarunt, sed nacta occasione ex discipuli proditione, hanc sententiam mutauerunt. Vnde ex parte iudæorum habuit ex auaritia, sequitur enim. Intrauit autẽ satanas in iudam qui dicitur Scarioth vnũ de duodecim, tunc abiit ad principes sacerdotum, vt proderet eum illis Et locutus est cum principibus sacerdotum, & magistratibus, quemadmodum illum traderet eis, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego cum vobis tradam? Qui audientes gauisi sunt, & promiserũt, & pacti sunt pecuniam illi dare. At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde quæ[illegible]ortunitatem, vt eum oportune traderet sine turbis. Ecce quanta vigilantia concilium malignantium obsedit Christum, vt animam eius tollerent, quare vigilemus & nos, consilium ꝙrentes vt vitam eius in nobis habeamus. Quoad ad secundum dicitur. Rom. 5. Cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filij eius. Mortuus enim est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. hinc. Hebræ. 10. Habentes fiduciam in introitu sanctorum per sanguinẽ Christi. Qui enim proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo etiam cum illo non omnia nobis donauit. Romanos octauo.

¶ Quo ad tertium dicit Bernar. Super omnia reddit te mihi amabilem bone Iesu, calix quẽ bibisti, opus nostræ redemptionis, hoc omnino amorem meum facile sibi vendicat. Hinc dominus, Iohannis. 12. Ego si exaltatus fuero a terra, omnia trahã ad meipsum. Bernar. Ascendit Christus in altũ, vt ab omnibus videretur, alta voce clamauit vt ab omnibus audiretur, clamori lachrymas addidit, vt homo compateretur, qui ad hanc vocem non concutitur,

terra grauior est, petra durior, sepulchro fœtidior. Ideo Treno. 1. Attendite obsecro vniuersi populi, si est dolor sicut dolor meus. Facto ergo, pro consolatione & instructione discipulorum, post agni paschalis esum, & agni veri, in sacramẽto eucharistiæ institutionẽ, sermone ℒ Hymno dicto ℐ Laude & gratiarum actione, ℒ egressus Iesus secundum consuetudinem ibat trans torrentem cedron, in montem oliuarum ℐ Chry. Solitus erat dominus loca solitaria, & a tumultibus quieta quærere, quando volebat aliquid sublime docere, quod non fuit ab alijs fas audiri. ℒ Secuti sunt eum autem & discipuli. ℐ Mœsto quidem corde. ℒ Tũc dicit discipulis suis. Omnes vos scandalum patiemini in me, ista nocte ℐ me derelinquendo & negando, quod confirmat scriptura. ℒ Scriptum est enim (Zachariæ decimotertio) Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Postquam autẽ resurrexero, præcedam vos in Galilæam, ℐ Vt bonus samaritanus apponit oleum lenificatiuum post vinum mortificatiuum. Nam dixit pastorem percutiendum, sed se resurrecturum. Oues dispergendas, sed se, ipsis congregatis, præcessurum in Galilæam. ℒ Respondens autem Petrus ait illi: Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. ℐ Fuit quidem intentio ipsius bona, sed caro infirma, ideo sequitur. ℒ Et ait illi Iesus: Amen dico tibi, quia tu hodie in hac nocte, priusq̃ gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur. Etiã si oportuerit me simul commori tibi, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt. ℐ Verbis enim ipsius, & corporis ac sanguinis sacramento saginati, impossibile iudicarunt hoc esse, non attendentes carnis infirmitatem. ℒ Tunc venit cum illis in villã quæ dicitur Gethsemani, vbi erat hortus, in quem introiuit ipse & discipuli eius. Et ait illis. Sedete hic, donec vadam illuc & orem. Vos autem vigilate & orate, ne intretis in tentationem ℐ Hila. Iussit eos sedere & expectare redeuntem, donec pro cunctis solus oret, quia eius oratio, omnium nostrum est redemptio. Vt ergo omnino volũtarie se pati ostenderet, non ab alio prius affligi, sed a se afflictionem voluit assumere. ℒ Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedæi ℐ tam quã specialibus amicis, qui viderant gloriã transfigurati

Mat.17. ⌊ Cœpit pauere,tædere.& contristari, & mœstus esse.Et ait illis.Tristis est anima mea vsq; ad mortē. ⌋ Psal.Repleta est malis anima mea.glos.i doloribus & hoc vsq; ad m.Intēsiue,qa tam vehemens, vt mortem induceret,nisi diuinitas sustentaret.Itē extensiue, qa durauit ad mortem vsq;.O quid fuit passio,si memoria tantum incussit horrorem? ⌊ Sustincte hic, & vigilate mecū. Orate ne intretis in tentationē. ⌋ Hiero.Nō ait,ne tētemini qa impossibile est humanā non tentari animā,sed ne intretis.i. ne vos superet. ⌊ Et progressus pusillū,& ipse auulsus est ab eis quantū iactus est lapidis ⌋ Hier.Separantur in oratione,qui separabātur in passione.Cōsuetudo(ait Chry.) enim illi erat sine eis orare. ⌊ Et positis genibus procidit in faciem suam super terram,& orauit vt si fieri posset trā firet ab eo hora,& dixit.Abba pater, omnia tibi possibilia sunt.Si possibile est transfer calicē hunc a me ⌋ Bona. Hic parumper subsiste,& mirabilia domini dei tui mēte pertracta.Orat nunc dñs iesus, sed hactenus pluries legiē oasse,sed pro nobis tunc vt aduocatus noster, nunc autē pro se orabat.Cōpatere & admirare profundissimam hu militatem.Cum enim sit deus,patri coæternus & coæqualis,obli[illegible]etur se esse deum.Orat vt homo, stat tanquam quilibet homunculus de populo deū orans.Cōsidera etiam perfectissimā obediētiam.Quid enim oratē Certe vt hora mortis transferatur.Habet hoc expedire vt nō moriatur si ei placeret,& tamen nō exauditur,secundum aliquā dico volūtatem q̄ in eo erat,quia vult pater vt penitus moriatur,& ei quāuis coæterno filio & vnico non pepercit,sed pro oībus nobis tradidit Dñs autē ictus hāc obediētiam suscipit,& exeqtur reuerenter.Vnde videtis indicibilem ad nos charitatem tam patris quam filii, compassione,admiratione,veneratione eq; dignissimā.Nā ꝓpter nos hęc mors indicitur.Postulat aūt a se transferri calicem,non patiendi timore, sed mia populi, ne ab illo bibat calicem,ꝓpinatum q excusationem ignorantiæ non haberet,cum illū quotidie in libris suis legeret.Rursus videns vtilitatem toti mundo inde,ꝓfuturam subdit. ⌊ Verumtñ nō sicut ego volo,sed sicut tu.Fiat voluntas tua. ⌋ Duplex ifinuaē volūtas. Ratiōis,q̄ erat similis & subiecta diuiq. Alia sensualitatis,quā rō subiiciebat volūtatidiuiq,

licet ipsa sensualitas cõtrarium appeteret¶, & ita quamuis non erat similis, erat tñ subiecta, ac per hoc non contraria, hæc Bona. ¶ Et cum surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormiẽtes. Et ait Petro: Simon, dormis? Sic? Non potuisti vna hora vigilare mecum? ¶ Eum præ cæteris increpat, qa gloriatus fuerat in carcerem & in mortem se cum ipso ire, & principalis inter apostolos fuit. Deinde dixit cæteris. ¶ Vt quid dormitis? Surgite, vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. ¶ Supra eos advigilãtiã & sustinentiam p̃monuit, orationem nunc subiungit, quia ex ipsa & per ipsam, & in ipsa, tota vis nostræ actionis inualescit & crescit, atq; auertit tentationem, quamuis ipsius non ꝓhibeat actum. Sed vnde timẽdum subiũgit. ¶ Spiritus qdem promptus est, caro autem infirma. ¶ Hiero. Et si spiritus vester, promptus sit aduolendum¶, caro tamen fragilis est ad sustinendum. Gal. ỹ. Caro concupiscit aduersus spiritum. ¶ Iterꝫ secundo abiit, & orauit dicens. Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illũ, fiat voluntas tua. ¶ Nullo a patre accepto responso, rex gloriæ interpellauit orare, reuersus tñ ad piam actionem & vtilem. ¶ Et venit iterꝫ ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes. [illegible] enim oculi eorꝫ grauati. & ignorabant qd responderent. ¶ Alte quippe, p̃mittẽs, & in p̃missione succumbens legittima non habet responsa. ¶ Et relictis illis, iterũ abiit, & orauit tertio eundẽ sermonem dicens. Pater si vis, transfer calicem hunc a me. Verumtñ non mea volũtas, sed tua fiat. ¶ *Immutatum animum possedit, nõ pro remouenda ptinaciter passione, sed pro sua conformi cum patre voluntate pandenda Raba.* Orauit Christus patrem tribus vicibus instruens nos tria debere orare, de p̃teritis veniam, de p̃sentibus tutelam, de futuris cautelam. ¶ Aparuit aũt illi angelus de cælo confortans eum. ¶ Bed. Alibi legimus quod angeli ei ministrabant, hic q̃d angelus eum confortat, vt vtraq; natura demõstret, nã diuinæ ministrant, hũanã cõfortãt. ¶ Et factꝰ in agonia, plixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. ¶ Aug. Angustias animæ tuæ domine Iesu dulcissimæ¶, certissime indicabat sudor ille sanguineus, qui orationis tẽpore de sanctissima carne tua guttatim defluebat. ¶ Et cum surrexisset ab oratione, & venisset ad disc. suos inue

nit eos dormientes præ tristicia, Et ait illis: Dormite iam & requiescite ⌋ Secundum Aug. & Raba. siluit aliquantulum compaciens eorum infirmitati, donec traditor appropinquaret, tunc intulit ⌊ Sufficit ⌋ tantum vos quieuisse, causam subiungit ⌊ Ecce appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite eamus ⌋ obuiam inimicis, ⌊ Ecce qui me tradet prope est. Sciebat autem & Iudas qui tradidit eum locum, quia frequenter conuenerat illuc cum discipulis suis. Iudas ergo cum accepisset cohortem, & a pontificibus & pharisęis ministros venit illuc. Adhuc eo loquente, ecce Iudas Scharioth, vnus ex duodecim venit, & cum eo turba multa, cum gladijs & fustibus, & lignis & laternis, & facibus, & armis, missi a principibus sacerdotum, & scribis, & senioribus populi. Dederat autem traditor eis signum dicens, Quemcumq; osculatus fuero, ipse est, tenete eum, et ducite caute ⌋ hoc dixit secundum Chrys. quia multotiens detentus ab eis, pertransijt ipsis nescientibus, & quia in beelzebub ipsum credebant eijcere dæmonia, & ne Iacobũ minorem ipsi simillimũ loco ipsius caperent, Signo osculi quo dominus a foris redeuntes discipulos excipere solebat, pr[illegible]em suam palliare studuit, quemadmodũ omnes proditores ⌊ Iesus autem sciens omnia quæ ventura erant super ipsum, processit obuiam & dixit ⌋ humili voce ⌊ Quem quæritis? ⌋ Theo. Non quærit vt volens scire cum omnia nosceret quæ ventura erant super eum, sed vt ostenderet se neq; cognosci neq; capi posse quamdiu nollet ⌊ Responderunt ei ⌋ horribili voce ⌊ Iesum nazarenum. Dixit ergo eis Iesus. Ego sum. Stabat aũt & Iudas qui tradebat eum cum ipsis. Vt ergo dixit eis Iesus ego sum, abierunt retrorsum, et ceciderũt in terrã ⌋ O q̃lis erit vox illa, ite maledicti in ignẽ æternũ, si hæc tam dulcis turbã armis et odijs ferocẽ sic, ꝑstrauit. Hiero. Omnia hæc diuina facta sunt dispẽsatione, vt ꝟtus oñderet latentis diuinitatis in eo, & inexcusabiles essent, qui tot signis visis non credidissent ⌊ Iterũ ergo interrogauit eos. Quẽ q̃ritis? Illi aũt dixerunt Iesum nazarenũ ⌋ Perdiderunt audaciam sed nõ seuiciam, nec reassumere potuissent, nisi vox quæ abstulit reddidisset. ⌊ At ille dixit: Dixi vobis qa ego sum, si ergo me q̃ritis, sinite hoc abire.

Vt sermo Iesu impleret quē dixit. Quia quos dedisti mihi non pdidi ex eis quenquam. ⌋O inuictæ ꝟtutis constantia magna, quæ inter pssuras, tribulationum suarꝝ oblita de proximis gerit curam ⌊ Iudas vero añcedebat eos, & appropinquauit Iesu vt oscularet eum, Iesus aūt dixit illi Amice, ad qd venisti? ⌋ Ansel. Innocens agne, qd tibi & lupo illi, quæ conuentio Chr̄i ad Belial. Sed & hoc benignitatis tuæ fuit dñe Iesu, vt illi omnia exhiberes, quę praui cordis ꝑtinaciam emollire potuissent. Nam & veteris amicitiæ cōmonuisti dicens. Amice &c. & horrore sceleris cor impij ferire voluisti ⌊ Et confestim accessit ad Iesum & ait. Aue rabbi. Et osculatus est eum ⌋ Aug. O signum sacrilegū, per q̊d consueuerunt homines bella finire, Iudas studuit inchoare. Ambro. Amoris pignore vulnus infligis, & charitatis officio sanguinē fundis, & pacis instrumento mortem irrogas ⌊ Dixit illi Iesus. Iuda osculo filium hominis tradis? ⌋ Bern. O cor omni felle amarius, omni lapide durius. O Iuda mercator pessime, qūo fuisti ausus labia illa tangere melliflua? ⌊ Videntes autem hi qui circa ipsum erant, q̊d futurꝝ erat ⌋ captionem ipsius, ⌊ Dixerunt ei. Dñe si ꝑcutim⁹ in gladio? ⌋ Nos defendendo. Animati enim fuerunt ꝓstratione Iudæ [illegible] Simon ergo petrus hñs gladium eduxit eum ⌋ non expectato domini responso ⌊ extendensq; manum suam, & percutiens seruum principis sacerdotum, amputauit auriculam eius dextram. Erat autem seruo nomen Malcus ⌋ Chrys. Credebat se valide ipsum læsurū quare ad ipsum caput impetū fecit. ⌊ Respondens autem Iesus ait. Sinite vsque huc. ⌋ Au. Permittite vsq; huc, ꝑgredi. Intermittite vos, ꝓhibere lædētes quousq; patiar, q̊niam ad alios & in aliud tempus reseruat iudicium vltionis, nunc vero tempus est passionis ⌊ Dixit ergo Iesus Petro. Cōuerte gladium tuum, & mitte in vaginam, in locum suum Omnis enim qui acceperit gladium gladio peribit ⌋ Aug. Gladium accipit, qui nulla superiori ac legittima potestate vel iubente vel concedente, in sanguinem alicuius armat. Remigi. Qui gladio vtit ad occidēdū, ipse prius maliciæ suæ gladio moritur, & tādem illius ex cuius ore gladius ꝓcedit bis acutus. Apo. 1. ⌊ Calicem quem dedit mihi pater non vis vt bibam illum. Non vis tu creatura, quod vult crea

tor? Dedit pater filio calicem amarissimæ passionis, quem ipse ad fundum exhausit, pro eo quod voluntati eius nihil statuit præferendum. An putas quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum? q.d. Non indigeo auxilio hominum, qui habere possum exercitus angelorū. Legio continet. 6666. Vnus angelus percussit in castris assiriorum vna nocte, 185000. 4 Reg. 19. Quō ergo implebuntur scripturæ? Quia sic oportet fieri. Nam sicut pati ab æterno disposuit, sic, pphetari ante tps, vt potiꝰ passio causa fuerit prophetiæ, quam prophetia passionis. Et cum tetigisset auriculam eius sanauit eum. Chrys. Miraculum fecit, eruditeus nos qm̄ eis qui malefaciunt beneficere debemus. Bed. Nunquam pietatis suæ obliuiscitur deus, qui etiam hostes suos non patitur vulnerari. illi iusto mortem inferunt, iste pſequentium vulnera sanat, mystice docens & ipsos si conuertantur posse sanari, qui in suæ sunt mortis cōsensione vulnerati. in illa hora ait iesus ad eos, qui venerant ad se principes sacerdotum, & magistratus templi & seniores. Tanquam ad latronem existis cum gladiis & fustibus comprehendere me, cum quotidie fuerim apud vos in templo sedens & docens, & non me tenuistis nec misistis manus in me. Chrys. in templo non tenuerunt propter turbam, & quia ipse noluit, vnde subdit. Sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarū. Bed. ideo aduersum me in tenebris congregamini, qa potestas vestra, qua contra mundi lucem armamini in tenebris est. Hoc aūt totū factum est, vt implerentur scripturæ pphetarum. Tunc accesserunt & manus iniecerunt in iesum, & tenuerunt eum. Bern. O quis sine gemitu audiret, qliter illa hora mali homicidæ manus illas ligauerūt quæ omnia creauerant, illum ceperunt qui nos a captiuitate liberare venerat, illum traxerunt qui ad suam dilectionem oēm trahit creaturam. Tunc discipuli eius omnes relicto eo fugierunt. Chrys. Nunc timore pterriti fugientes, īmemores pacti, signat hūana fragilitas. Adolescens autem quidam sequebatur eum, amictus sindone sup nudo, & tenuerunt eum. At ille relicta sindone nudus profugit ab eis. Cohors autem & tribunus, & ministri iudæorum comprehendentes iesum, ligauerunt eum,

ne tanq̃ magus manus eor̃ euaderet, & vt eum dignum morte ostenderet. & adduxerunt ad Annam primum. Erat autem Annas socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius.] Beda. Vt qui erant affines sanguine, sociarentur in scelere. Erat autem Caiphas qui consilium dederat Iudæis, quia expedit vnum hominem mori p̃ populo. Seq̃batur autem Iesum Simon Petrus a longe, & alius discipulus. Discipul. autem ille erat notus pontifici, & introiuit cum Iesu in atrium pontificis. Petrus autem stabat foris ad hostium. Exiuit ergo ille alius discipulus, qui erat notus pontifici & dixit ostiariæ & introduxit Petrum. Et ingressus intro, sedebat foris in medio atrij deorsum cum ministris ad ignem, & calefaciebat se vt videret finem. Circumsedentibus autem illis, erat Petrus in medio eorum. Quem cum vidisset ancilla quædam ostiaria, vna ex ancillis summi sacerdotis sedentem ad lumen, & calefacientem se, & eum tuisset intuita.] nam videns eum trepide intrantem suspectum habens cauti⁹ considerauit. aspiciens illum dixit. Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius.] Secundum Chrys. Ex compassione hoc dixit. At ille timens & tremens. negauit et omnib. dicens: Mulier non sum. Non noui eum, neque scio quid dicis. Et exiit foras ante atrium, & gallus cantauit. Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & doctrina eius.] Dominus quia de discipulis nil pro tunc boni loqui poterat, quorum vnus tradiderat ipsum, alter negauerat, reliqui fugerant, docens de malis proximi præter ordinem iuris nihil loquendum, de veritate suæ respondit doctrinæ ex loco publico & auditorum testimonio. Respondit IESVS. Ego palam locutus sum mundo. Ego semper docui in synagogis & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? (cui non credis). Interroga eos qui audierunt, quæ locutus sum eis. Ecce hi sciunt quid dixerim ego.] Occulta namq̃ doctrina superstitione nonnunquam perfunditur, & vicium vtique habet annexum, si publicum timet. Magnum testimonium est quod vera sit & irreprehensibilis doctrina, quæ ad iudicium remittitur æmulorum. Hæc

cum dixisset Iesus, vnus assistens ministrorum dedit alapam Iesu dicens: Sic respondes pontifici. ¶Chrysost: Horreas cælum, excessum mentis patere terra, dominatoris longanimitatem & seruoꝝ indeuotionē. Haud parua fuit quam euangelista tam vigilanter assignauit, & prophetā prænunciauit, Tre.; Dabit percutienti se maxillā. ¶Respondit ei Iesus, Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo, si autem bene, cur me cedis? ¶O benignitas et humilitas Saluatoris nostri, iudicium vult subire cum seruo, qui est dominus omnium & iudex. Totum se ponit in iudicio, omnia inimicorum examinationi remittit, corpus, mores, & verba. Aug. Fieri potest vt alteram maxillā p̄beat visibiliter homo iratus, quā to ergo melius respōdet vera placatus, & ad proferenda grauiora tranquillo animo sit paratus. ¶Et misit eum Annas ligatum ad Caiphā pontificem principem sacerdotum, vbi oēs sacerdotes scribæ & pharisæi & seniores conuenerant. ¶tanquam lupi rapaces contra agnum. ¶Petrus autem sequebat eū a longe, vsque in atrium summi sacerdotis. ¶Non tam gressu corporis q̄ fide mentis, nam trahebat amor, retrahebat timor. In hoc tamen, vt dicit Raba. maxima est nobis veneratio dñs & fugiendus quod dominum non reliquit, etiā cum timeret. Quod enim timet est naturæ, q̄d segtur deuotionis, q̄d negat surreptionis quod pœnitet fidei. ¶Stabant autem ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefactebant se. Erat autem Simon Petrus cum his stans & calefaciens se, Et post pusillum rursus cum vidisset eum alia ancilla, cœpit dicere his qui erant ibi, circunstantibus. Et hic cum Iesu Nazaræno erat. Dixerunt ergo ei qui circunstabant: Nunquid & tu ex discipulis eius es? Negauit iterum cum iuramento & dixit: Non sum, quia non noui hominem. Et interuallo facto quasi horæ vnius, dicit vnus ex circunstantibus, cognatus eius cuius abscíderat Petrus auriculam. Nonne ego te vidi in horto cum illo? Et rursus qui astabant dicebant Petro. Vere tu ex illis es, namet Galilæus es, & loquela tua manifestum te facit. Iterum ergo negauit. Et cœpit anathematizare, detestari, & iurare, quia nescio hominem istum quem dicitis. Et continuo adhuc eo loquente iterum gallus cantauit. ¶Rabanus: Mora in peccato dat incrementum sceleris. ¶Et cōuersus dñs

respexit Petrum, & recordatus est Petrus verbi domini quod dixerat ei Iesus, priusquam gallus bis cantet, ter me negabis. Et egressus foras flevit amare. Chrysost. Non potuit diu manere in tenebris, quem lux respexit diuinæ miserationis. O felix respectus diuinus, quo auersos reuocat, cæcos illuminat, tepidos inflammat, aridos irrigat. Principes autem sacerdotum & omne concilium quærebat falsum testimonium cõtra Iesum, vt eum morti traderent, nec inueniebant, cum multi falsi testes accessissent. Multi enim falsum testimonium dicebant aduersus eum, & conuenientia testimonia non erant, ad finem sum intentum, quo per apparentem iusticiam ipsum occidere studebant. Nouissime autem venerunt duo falsi testes, & falsum testimonium ferebant aduersus eum dicentes: Hic dixit, quoniam audiuimus eum dicentem, Possum destruere templum hoc manufactum, & post triduum aliud non manufactum reædificare. Et non erat conueniens testimonium eorum. Nam ex hoc inferre volebant quod vsurparet sibi diuinitatem, sed non poterant. Falsi testes fuerunt, quia & verba & intentionem peruerterunt. Non enim dixit dominus [illegible] templum, nec reædificabo, sed excitabo, & hoc de templo corporis sui. Et exurgens princeps sacerdotum in medium interrogauit Iesum dicens: Non respondes quicquam ad ea quæ tibi obiiciuntur, & isti aduersum te testificantur? IESVS autem tacebat, & nihil respondit. Non enim instrui, sed calumniari quærebat. Nam inutilis est responsio nullo eam acceptante, & magna prudentia est scire tacere, vbi ex omni parte calumnia paratur. Rursus autem summus sacerdos dixit ei, Adiuro te per deum viuum, vt dicas nobis si tu es Christus filius dei benedicti. Iesus autem dixit illi. Ob reuerentiam diuini nominis inuocati ita responsionem temperãdo, vt & veritatem insinuaret, & homicidas futuri terrore supplicij, a malitia reuocaret. Ego sum, tu dicis. Veruntamen dico vobis, Amodo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis dei, & venientem in nubibus cæli. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua dicens: Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? Leo. Caiphas ad exaggeran

dam auditi sermonis inuidiam scidit vestimenta sua, & nesciens quid hoc significaret, insania sua sacerdotali se honore priuauit. At illi omnes exclamauerunt dicentes: Reus est mortis. Chrysostomus: Magna malicia Iustius Cayphæ, nam primo tulit sententiam blasphemiæ in Christum, & postea consilium quæsiuit. O cæca Iudæorum stultitia, mortem venerat tollere, & dicunt reus est mortis. Tunc expuerũt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt. Et viri qui tenebant eum illudebant et cedentes. Verbis & factis contumeliosis eum afficientes. Et velauerunt & percusserunt faciem eius. Et ministri eum alapis cædebant. Traditus fuit dominus voluntati eorum, ideo vnusquisq; vbi, & quomodo voluit eum percussit, quare varie percussum & illusum euangelistæ commemorant. Alij palmas in faciem eius dederunt, & interrogabant eum dicentes. Prophetiza nobis Christe, qs est qui te percussit? Rab. In contumeliam hoc dicunt, qd se vt propheram haberi voluerit cum non esset. Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Haud dubium qn & faciebant. Bona. Intuere nunc dominum verecunde & pacient[illegible]nia tacentem, tanquam in culpa deprehensum, vultu in terram demisso, & hoc totũ amore peccatricis animæ. Et confestim mane facto conuenerunt principes sacerdotum cum scribis & pharisæis & seniores populi, cum vniuerso concilio aduersus Iesum vt eũ morti traderent. Bed. Ecce quanta solicitudo Iudæoꝝ in malo, tota quippe nocte vigilauerunt vt homicidium perficerent. Et adduxerunt eum in concilium suum dicentes: Si tu es Christus, dic nobis palam. Condemnarant in priori concilio ipsum morte dignum, eo quod filium dei se dixisset, sed quia Pilatus, apud quem accusare prætendebant, gentilis, legis edicta paruipendens, deorum pluritatem colebat quærebant an esset Christus, vt calumniarentur ipm, quod regium sibi, contra edictum imperatoris vsurparet honorem. Et ait illis. Si dixero vobis non creditis mihi. Chrys. qnia nec prophetis prænunciantibus. Si autem & interrogauero, non respõdebitis, nec; dimittetis. Ex hoc autẽ erit filius hominis sedens a dextris virtutis dei. Dixerunt ergo omnes. Tu ergo es filius dei. Quia ex verbis ipsius de regni vsurpatione ipsum calum

riarinon poterant, conuerterunt se ad concludendum q̃d diuinum, contra legem sibi arrogaret honorem. ¶ Qui ait Vos dicitis, quia ego sum. ¶ Licet non credatis tamen veritatem dicitis. ¶ At illi dixerunt. Quid adhuc desideramus testimoniũ. Ipi nanq; audiuimus ab ore eius. ¶ O excæcata malitia. Ipi accusatores, testes, iudices. ¶ Tunc surgens omnis multitudo eorum, vincientes Iesum, adduxũt a Caipha, & ligatum eum tradiderunt pontio Pilato præsidi in prætorium. Erat autem mane. Et ipsi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur sed vt manducarent Pascha. ¶ Augustinus: O inopia cæcitatis humanæ, habitaculo contaminabantur alieno, sed non scelere proprio. Leo. Tradiderunt Pilato tanquam Romani deuoti legibus, omne iudicium poestati Cæsaris reseruassent, sed expetierunt magis executorem sæuitiæ quam arbitrę causæ. Offerebant enim duris nexibus vinctum, colaphis & alapis frequentibus cæsum, sputis oblitum, clamoribus p̃damnatum, vt inter tot p̃iudicia, quem omnes vellent pire non auderet Pilatus absoluere. ¶ Tunc videns Iudas quod damnatus esset, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum, & seni[illegible] populi d. Peccaui, tradens sanguinem iustum. ¶ Chry. Vidit veritatem vndiq; fulgentem, proditor de seipso dat testimoniũ & eorum qui condemnauerunt opilat or̃a. ¶ At illi dixerunt: Quid ad nos tu videris. ¶ Hilar. Professio audax, emisse se iusti sanguinem audiunt, et in vendente scelus confitentur, & extra reatum se esse credunt, nec intelligere volunt, quod si peccauit ille qui tradidit, multo magis q̃ emerunt, & p̃cium offerendo discipulum ad proditionem prouocauerunt. Videns ergo se deorsum, lapsus est in desperationem. ¶ Et proiectis argenteis in templum recessit & abiens laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotũ acceptis argenteis dixerunt. Non licet eos mittere in corbonam, qa p̃cium sanguinis est. ¶ Aug. Quæ ista simulatio innocentiæ, pecuniam sanguinis non mittere in arcam & ipsum sanguinem mittere in conscientiam. ¶ Consilio aũt inito, emerunt ex eis agrum figuli in sepulturam peregrinorum, propter hoc appellatus est ager ille lingua eorum acheldemach, hoc est ager sanguinis vsq; in hodiernum diem. Tunc adimpletum est quod dictum est p Hie-

remiam prophetam dicentem. Et acceperunt triginta argenteos precium appreciati, quem appreciauerunt a filijs Israel, & dederũt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi dominus. ⌋ Factum est hoc diuina disposítione ad memoriam proditionis Iudæ & perpetuum impietatis Iudæorum signum, & Christi passionis innocentiam declarandam, rametsi Iudæi contrarium, Christi infamationẽ intenderet. ⌊ Iesus autem stetit ante præsidem. ⌋ Chryso. Videns Pilatus ligatum eum, & a tot ductum, non æstimauit hoc esse argumentum inalterabile actionis, sed interrogauit. ⌊ Exiuit ergo ad eos foras, & dixit eis. Quã accusationem affertis aduersus hominem hunc? ⌋ Non enim erat consuetudinis Romanis dare aliquem hominem nisi is qui accusabatur præsentes haberet accusatores locumq; defendendi acciperet ad abluenda crimina quæ ei obiiciebantur, vt dicitur Actu. vicesimo quinto. Ideo interrogauit. Iudæi vero scientes se legittima carere accusatione. ⌊ Responderunt & dixerunt. Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum. ⌊ Dicebat, Si de potestate legis vestræ accusatis eum, punite secundum legem. Si sufficit vestra examinatio, sufficiat & vestra condemnatio, ego insontem perdere nolo. ⌊ Dixerunt ergo ei. Nobis non licet interficere quenquam. Vt sermo Iesu impleretur quem dixit, significans qua morte esset moriturus. ⌋ quia tradendus gentib. ad illudendum & flagellandum, & crucifigendum. ⌊ Cœperũt autem illum accusare dicentes. Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibẽtem tributa dare Cæsari, & dicentem se Christum regem esse. ⌋ Pilatus gentilis primam accusationem de lege parum curans, & secundam falsam relatione sciens, nam dixit Cæsari reddenda quæ ipsius sunt. Matthæi vigesimo secundo, tertiam & si falsam, quia quæsitus in regem a turba fugit. Iohannis sexto, quia contra regiam videbatur maiestatem discussit. Chrysostomus, Periclitari timuit, si non diligenter inquireret de crimine læsæ maiestatis. ⌊ Introiuit ergo iterũ Pilatus in prætorium, & vocauit Iesum, & dixit ei. Tu es rex Iudæorum? Iesus autem respondit. A teipso hoc dicis, an alii tibi dixerunt de me. ⌋ Si a te cogitasti me fore

regem communis iudex transit in partem, quo facto, sem per est suspecta ventilatio rei. Si a teipso hæc causa sum psit initium, iniustum est vt cogitatio præsidis per exa minationem exquiratur, quare pande signa meæ rebellio nis. Si alij dixerunt de me, inquisitionem fac ordinariam ⌊ Respondit Pilatus. Nunquid iudæus ego sum? ⌋ Ipsis fa uens aut legem noscens ⌊ Gens tua & pontifices tui, tra diderũt te mihi. Quid fecisti? ⌋ Augustinus. Abstulit a se suspitionem qua posset putari a seipso dixisse, id sc a iudæ is audiuisse demonstrans ⌊ Respondit iesus. Regnum me um non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri vtique mei decertarent pro me, ne trade rer iudæis. Nunc autem regnum meum non est hinc ⌋ Au gustinus. Non dicit, non est hic. Hic enim est regnum eius vsque in finem seculi, habens zizania vsque ad messem, sed tamen non est hinc, quia peregrinatur in mundo non habens inde originem. Chrysostomus. Quoniam non te net regnum vt hic reges terræ tenent, sed quoniam desu per habet principatum, qui non est humanus sed multo clarior & maior ⌊ Dixit ergo ei Pilatus. Ergo rex es tu? Respondit Iesus. Tu dicis, quia rex sum ego. [illegible] in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati ⌋ q.d. Non ad dominandum sed do cendum veritatem de diuinis in cordibus fidelium veni. ⌊ Omnis qui est ex veritate, audit vocem meã, ⌋ obedien do doctrinæ meæ opere implendo, & in talibus spirituali ter regno ⌊ Dicit ei Pilatus, Quid est veritas? Et cum hoc dixisset iterum exiuit ad Iudæos ⌋ Non enim fuit dignus audire, quia a veritate iudicij declinauit. ⌊ Ait autẽ Pilatus ad principes sacerdotum, & turbas. Ego nõ inuenio causam in hoc hõie ⌋ Considerantes ergo Pila tum liberationi Christi insistere, quia nõ amore verum inuestigare, sed inuidiæ stimulis iustum damnare satage bant, inualescebant clamoribus, quia defecerunt ration bus ⌊ At illi inualescebant dicentes. Commouit popu lum, docens per vniuersam Iudæam, incipiẽs a galilea vs que huc. Theophylact. Peruertit populum, nec in vna par te tantum. Galilæam nominabant volentes eum no tare seditionis, quemadmodum Iudas Galilæus qui di

xit iniustum subdi alicui nisi deo, qui cum suis periit. Actuum quinto, & Lucæ decimotertio ⌊ Audiens autem Pilatus Galilæam, interrogauit si homo Galilæus esset. Et vt cognouit q̊d de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui et ipse Hierosolymis erat ijs diebus ⌋ Beda: Pilatus de præmissa accusatione non interrrogãdum dominum ratus, seipsum magis nacta occasione cupit ab eo liberum in iudicando reddere, & ne contra eum quem insontem nouerat, & propter inuidiam traditum sententiam dare cogeretur, Herodi misit audiendum, vt ipse eum, qui eius tetrarcha erat vel absolueret vel damnaret ⌊ Herodes vero viso Iesu, gauisus est valde. Erat enim ex iam multo tempore cupiens videre eum, eo quod audierat multa de eo & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri ⌋ Non ex deuotione sed curiositate, & dolositate, signum quærens, quemadmodum Iudæi, non credere sed ꝑdere intendebat ⌊ Interrogabat autem eum multis sermonibus ⌋ Non vt ꝟitatis amator, sed curiosus tentator ⌊ At ipse nihil respondit ⌋ Gregorius. Non enim fastidiosis animis alta sunt pandenda mysteria, neque prodigia facienda c[illegible]stantibus vanitatem ⌊ Stabant autem principes sacerdotum, & scribæ constanter accusantes eum ⌋ Hæc enim erat Iudæorum damnata constantia vt Christus morti penitus traderetur. ⌊ Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo, & illusit indutum veste alba ⌋ Quia enim nec Herodi nec accusatoribus respondit, fatuum eum & præsumptuosum iudicauit, & nunc mortis pauore perterritum ⌊ Et remisit eum ad Pilatum ⌋ vt damnaret vel absolueret, ex quo claret ipsum in mortem ipsius consensisse, quia hominem suæ ditionis innocentẽ absoluere non illudere & ad alium remittere debuit. Ambrosius. Non ociose Saluator veste alba induitur, immaculatæ tribuens indicia passionis, quod agnus sine macula cum gloria, mundi peccata susciperet ⌊ Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die, nam antea inimici erant ⌋ Theophylactus. Vide diabolum vbique disiuncta coniungentem, vt Christi peragat mortem ⌊ Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum, & magistratibus, & plebe dixit ad illos. Obtulistis mihi hunc hominẽ

ꝙſi auertentem populum, & ecce ego eum coram vobis interrogans, nullam cauſam inuenio in homine iſto, exiſs in qbus eum accuſatis. Sed neq; Herodes. Nam remiſi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum eſt ei. ⌋Albertus. Hoc ipſum miſerabile erat, autorem ſalutis ſic per diuerſos trahi iudices.⁹ Vide quanta ſolertia librans verba Chriſti enunciat innocentiam, qui eum quaſi auertentem dicit, ſcilicet a reuerentia templi & cultura dei, & obedientia Anguſti, & ad valitudiem ſuę aſſertionis Herodem inducit. Hiero. Lentus ergo Pilatus, non ſatis erga veritatem ſeuerus, qa timebat accuſationes, ſub intulit ⌊ Emendatum ergo illum dimittam. ⌋Beda. Flagris illum & ludibrijs quantum iubetis afficiam, dūmodo innoxium non ſitiatis ſanguinem. Iudæi non contenti, quia mortem petebant exarſerunt velut ignis in ſpinis ⌊ Et accuſauerunt cum ſummi ſacerdotes in multis. ⌋ Confuſe, cum nil dignum haberent accuſatione. ⌊ Et cum accuſaretur a principibus ſacerdotum & ſenioribus nihil reſpondit ⌋ Nec ad ſui excuſationem, nec ad dictorum refragationem, nec ad dicentium improperationem ⌊ Pilatus autem rurſus interrogauit eum dicens. Non audis quanta aduerſum te dicunt teſtimonia? Non reſpondes quicquam? Vides in quantis te accuſant? Ieſus autem non reſpondit ei ad vllum verbum, ita vt mirarentur præſes vehementer. ⌋ Theophylactus: Mirabatur præſes, quia cum legis eſſet doctor & eloquens, ſpotens ſua reſponſione eorum refellere accuſationem, nihil reſpondebat. Ambroſius. Dominus tacuit, & bene, quia defenſione non indigebat. Ambiant defendi, qui timent uinci, non enim tacuit, accuſationem confirmando, ſed deſpexit non refellendo ⌊ Per diem autem ſolemnem conſueuerat præſes, & neceſſe habebat eis dimittere vnum ex vinctis quemcunq; voluiſſent & petiſſent. Habebat autem tunc vinctum vnum inſignem qui vocabatur Barrabas. Erat autem Barrabas latro, qui cum ſeditioſis erat vinctus, & in ſeditione fecerat homicidium Congregatis autem illis reſpondit Pilatus & dixit illis. Eſt autem conſuetudo vobis vt vnum dimittam vob in paſcha. ⌋ Nam in memoriam liberationis de ægypto, & p

cussionis primogenitorum ægypti, vnum dignum morte saluabant & alios interficiebant circa hoc festum, & id ab Imperatore obseruandum impetrarant, cuius priuilegij auidos nouerat esse Pilatus. Quem ergo vultis dimittã vobis, Barrabam, an Iesum qui dicitur Christus? Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Hęc autem petitio ad communitatem, non ad principes spectabat. Chrysostomus, per hanc consuetudinem Christum eripere tentauit, & vt neque Iudæi vmbram excusationis sibi relinquant, manifestus homicida in comparatione Christi adducitur. Pontifices autem & principes sacerdotum, & seniores, persuaserunt populis & concitauerunt turbam, vt magis Barrabam dimitteret eis, Iesum vero perderet. Et cum ascendisset turba, cœpit rogare sicut semper faciebat eis. Vt scilicet libera esset petitio sine adiectione alterius, vt neque Iesum, neq; Barrabam liberare cogerentur, sed ipse non consensit. Respondens autem præses ait illis. Quem vultis vobis de duobus dimitti? Exclamauit simul vniuersa turba incitata per principes dicens: Non hunc (scilicet Iesum) sed tolle hunc, et dimitte nobis Barrabam. Ambrosius: Non immerito homicidæ absolutionem petunt, q innocentis flagitabant exitium. Tales leges habet iniquas, vt ꝙd oderit innocentia, diligat iniquitas. Iterum autem locutus est ad eos Pilatus, volens dimittere Iesum. Quid igitur faciam de Iesu, qui dicitur Christus? Nam impium est valde, dimisso latrone, damnare innocentem. At illi clamabant omnes, dicentes. Crucifige crucifige eum. Erat autem hora quasi tertia. Beda: Quanta perfidorum crudelitas, quæ non solum occidere innocentem, sed pessimo mortis genere occidere desiderant. Pendentes enim in ligno, manibus & pedibus crucifixi, producta morte necabantur, non quia vita longior eligebatur, sed quia mors ipsa prætendebatur, ne dolor citius finiretur. Ille autem tertio dixit eis. Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo. Chrysostomus: Intuere quam sapienter non ait quia peccauit & dignus est morte, donate eum festo, sed primum eum excusat, & eruens eum a causa omni, tamen rogat ex superabundanti, vt si nollent

innoxium dimittere, saltem vt noxium donarent festo vel tempori. ℒ At illi magis clamabant, & instabant vocibus magnis postulantes vt crucifigeretur. Et inualescebant voces eorum. ℐ Bed. Quia totam suam accusationem quam aduersus dominum intulerant crebra ac solicita Pilati examinatione, & interrogatione videbant euacuari, tandem impudenter ad solas se preces conuertunt, vt q̃d criminando & quasi ratiocinando nequiuerunt, postulando & vociferando perficerent. Quanto autem magis Pilatus domini ostendit innocentiam, tanto magis furens populus clamabat damnationis vindictam. ℒ Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum & flagellauit. ℐ Bernardus. O mansuetudo paternæ dignationis, o arcanum æterni patris consilium, videbas vnigenitum tibi coæqualem & coæternum ad columnam ligatum tanquam latronẽ flagellari & homicidam. Et quomodo te contineri potuisti? An ego tibi charior quam vnigenitus tuus, quia ei non pepercisti propter me? Bonauentura: Decurrebat sanguis preciosus per latera illa sacratissima innocentis & amantissimi iuuenis, nullo prorsus in eo reperto reatu. Et tu pudite homo, totius confusionis & contritionis huius causa existens, quomodo non in fictum erumpis? Vas? Ecce innocentissimus agnus vt te a sententia iustæ damnationis eriperet, iniusto pro te iudicio elegit condemnari. Ecce q̃ non rapuit persoluit, & tu anima mea nequam & impia neque deuotionis exoluis gratitudinem, nec compassionis rependis affectum. ℒ Milites ergo prætorii suscipientes Iesum, adduxerunt eum intro in atrium prætorii, & congregauerunt ad eum vniuersam cohortem. ℐ Vt omnes tam sæuo adessent spectaculo. ℒ & exuentes eum chlamydem coccineam circũdederunt ei, ℐ in signum q̃d regiã sibi vsurpare voluerit dignitatem. ℒ Et plectentes coronã de spinis, posuerunt super caput eius ℐ pro diademate. Chrysostomus: Mille puncturis caput eius impleuerunt. ℒ Et arundinem in dextera eius ℐ pro sceptro, in signum quod fragile esset regnum ipsius. ℒ Et veniebant ad eum & genu flexo ante eum, illudebant ei dicentes. Aue rex Iudæorum. ℐ q.d. Quid tu miser te regem facis. ℒ Et dabant ei alapas. ℐ Haud dubie quin grauissimas, in signum quod

illa adoratio & salutatio derisorie fiebant. Et expuentes in eū ¶ tanq̄ in vilissimā ¶ psonā acceperuntarundinē & percutiebant caput eius ¶ ratiōe contemptus & rōe doloris augendi. ¶ Et ponentes genua adorabāt ¶ derisorie. Ber. Egredere nunc anima de sensu carnis, ad intellectum mētis, de seruitute carnalis concupiscentiæ, ad libertatem spiritualis intelligentiæ, de domo patris, de terra cognationis tuæ, de mundi huius delictis, & vanis gaudiorum oblectamentis, ad luctus & compassiones, & attende (secundum Anselmum) quis est hic qui ingreditur habens imaginem quasi regis, & nihilominus serui despectissimi confusione repletus. Coronatus incedit, sed ipsa eius corona cruciatus est, mille punctūris speciosum eius caput diuulnerans. Regali purpura indutur, sed in ea magis despicitur quam honoratur. Sceptrum in manu gestat sed eo ipso venerandum caput eius feritur. Adorant coram illo, & regem conclamant, & continuo ad conspuendum amabiles eius genas subsiliunt, maxillas palmis percutiunt, & honorabile collum eius exhonorant. ¶ Et post quam illuserunt ei, exiuit iterum Pilatus foras & dixit eis. Ecce [illegible] vobis foras, vt cognoscatis quia in eo nullam causam inuenio ¶ Leo. Pilatus implacabilis populi victus insania, multum dehonestari Iesum ludibrijs nedum vexari iniurijs fecit, ac eum flagellis cæsum, spinis coronatum, amictu irrisorio indutum, persequentium ostentauit obtutibus, mitigandos proculdubio existimauit animos, vt exaturatis inuidere odijs, non vltra iam crederent persequendum, quem tot modis viderent afflictum. ¶ Exiuit ergo Iesus, portans coronam spineam & purpureum vestimentum ¶ Augustinus. Exiuit Iesus non clarus imperio, sed plenus opprobrio, spinis punctus, sputis illitus, flagellis cæsus. ¶ Et dicit eis. Ecce homo ¶ O lamentabile spectaculum. Augustin. Si regi inuidetis iam parcite quia deiectum videtis, feruet ignominia, frigescat inuidia, Anselmus. O Iesu pie, illudendum te misit Pilatus Herodi, illusum recepit, nudum in conspectu irriso rum te stare iussit, nec pepercit amarissimis vberibus virgineam carnem tuam diuellere, plagas plagis, liuores liuoribus infligens. Electe puer domini, quid tanta amari

tudine dignum commiseras? Prorsus nihil. Ego homo perditus totius contritionis tuæ causa fui. Amor tuus & iniquitas mea, sic te fecit imbecillem. Væ & iterum væ, qui post tam manifestum humilitatis exemplum, superbia tolluntur in altum, rursum ostentui habentes filium dei ⌊ Cum ergo vidissent eum pontifices clamabant. Tolle tolle, crucifige crucifige eum ⌋ quasi d. Grauis est nobis etiam ad videndum, nec sufficit nobis hæc pœna. Vide summam eorum stultitiam, quia non solum ministri sed & pontifices clamabant, in maximum sui gradus dedecus. Vide secundo malitiam quia ingeminãt crucifige, salubrius ingeminarent. Miserere mei deus miserere mei ⌊ Dicit eis Pilatus. Accipite eũ vos, & crucifigite ⌋ Bed. Ex furibundo vestro clamore patet, si potestatem haberetis dandi mortis sentẽtiam, de facili daretis ad effundendum sanguinem hũanum sine causa, q̃d ego nolo. ⌊ Ego em̃ non inuenio in eo causam. Videntes ergo Pilatũ sibi non acqescere, sed obiectiones ipsoꝝ rationabiliter vt falsas, & inuidia propositas euacuare, zelum legis prætendebant ⌊ Nos legem habemus, & secundũ legem debet mori, quia filiũ dei se fecit. ⌋ Nam Leui. 24. h[illegible]nus p̃cipitur occidi ⌊ Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem magis timuit ⌋ Non ꝓpter legem Iudæoꝝ quam non obseruabat, sed ne verum esset q̃d Iesus sibi oblatus esset filius dei, , & sic enorme fecisset factum, sine causa ipsum flagellando ⌊ Et ingressus est iterũ in p̃torium, & dixit ad Iesum. *Vnde es tu? Non patriam sed genus quærit, quia pluralitatem deoꝝ colebat.* ⌊ Iesus aũt rñsum non dedit ei. ⌋ Ne vlterius passionem ꝓlongaret vel impediret, vt dicit Aug. & ꝓpter q̃stionis difficultatem quam Pilatus cape nõ potuit, cũ scriptũ sit, gñationem eius qs enarrabit? Esa. 53. ⌊ Dicit ergo ei Pilat. Mihi non loq̃ris? ⌋ Mirabat eius taciturnitatem cũ in puncto esset liberationis vel damnationis. ⌊ Nescis qa potestatẽ habeo crucifigere, & potestatẽ dimittere te? ⌋ Chry. Cur ergo nõ dimisit iustũ abire liberꝝ, q potestatẽ se iactauit habere? Rñdit Iesus hũiliter ĩperito doctrinã tradendo, vt eũ a fastu auocaret ⌊ Nõ haberes potestatẽ aduers⁹ me vllã, nisi datũ tibi eẽt desup. A deo ꝑmissiue, vel Cæsare autoritatiue q̃ꝝ neuter

ad condemnandum innocentem sed liberandum dedit. ℒ Propterea qui tradidit me tibi, maius peccatum habet. ❡ Quia ille liuore, tu timore contra iusticiam agis ℒ Et ex inde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi vero clamabant. *Si* hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari. ❡ Nam abstulerat ab eis dignitatem regiam, ne haberent rebellandi occasionē ℒ Pilatus autem cum audisset hos sermones adduxit foras IESVM. ❡ Augustinus. Non potuit Pilatus contemnere Cæsarem autorē potestatis suæ, quemadmodum legem gentis alienæ. Et sedit pro tribunali in loco qui dicitur licostratos, hebraice autem gabata. ❡ Vt coram omni populo euidentius de facto inquireret. ℒ Erat autem parasceue hora quasi sexta ❡ Quo die præparabant cibos pro sabbato sequenti. ℒ Sedente autem illo pro tribunali, misit ad illum vxor dicens. Nihil tibi & iusto illi. Multa enim passa sum per visum hodie propter illū. ❡ O infidelis iniquitas & cæca peruersitas Iudæorum. Omnes præter ipsos innocentiam Christi clamant. Clamat præses, Herodes actibus pandit. Dæmon per visum insinuat, Mulier confitetur, Referendarius nuncius herhibet Nihil tibi [illegible] solum malefactorum minister in vindictam positus es, & iusto illi, qui non fore fecit ℒ Et dicit Iudæis ❡ Triuolam ipsorum ostendens accusationem ℒ Ecce rex vester. ❡ Theophyl. Mirum quod talem formidatis habere regem, tam abiectum, pauperem, cum regna non assueuerint appetere nisi potentes & diuites. ℒ Illi autem clamabant. Tolle, tolle, crucifige eum, ❡ quasi d. Ne differas mortis dare sententiam, quia grauis est nobis etiam ad videndum. ℒ Dicit eis Pilatus. Regem vestrum crucifigam? ❡ Quod cedet vobis in ignominiam. Responderunt pontifices. Non habemus regem nisi Cæsarē ❡ Claret ex hoc mira Iudæorom pertinatia, qui ob innocentis mortem procurandam, perpetuæ se romanorum seruituti submiserunt, regio honori & alteri dignitati renunciantes, cum prius dixissent (Iohannis. 8.) Semen Abrahæ sumus, nemini seruiuimus unquam ℒ Videns ergo Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, acce[illegible] ❡ lauit man⁹ corā populo dicens: Innocēs ego sum

a sanguine iusti huius vos videritis ⌋ Be. Mos erat antiq̊ꝝ lauare manus coram populo quum quis innocentem ostẽdit a delicto . Ambrosius, Manus quidem lauat sed facta nõ diluit, iudex enim nec inuidiæ cedere debuit alienæ, nec timori vt sanguinem innoxiũ funderet & morti addiceret . ⌊ Et respondens vniuersus populus dixit, Sanguis eius super nos, & super liberos nostros . ⌋ Hieronymus: Verbum bonum clamabant, sed intentione mala, desiderandum est vt sanguis Christi sit super nos, in ablutionem peccatorum , augmentum meritorum , & consecutionem præmiorum ⌊ Tunc Pilatus volens satis facere populo, adiudicauit fieri petitionem eoꝝ & dimisit illis Barrabam, qui propter homicidium & seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant. Iesum vero flagellis cæsum tradidit voluntati eorum, quæ vtique peruersissima fuit ⌊ vt crucifigeretur ⌋ Vide o anima deuota quomodo innocentissimus agnus dominus deus tuus, vt te a morte liberaret ęterna, iniusta voluit morte damnari ⌊ Suscipientes autem Iesum postquam illuserunt ei, exuerunt eum purpura, & induerunt eum vestimentis suis ⌋ vt sic ab omnibus agnosceretur, plusque verecundiæ sustineret, qui ex faciei deturpatione agnosci non poterat Esa. 53. Non est species ei neque decor, & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum despectum & nouissimum virorum, virum dolorum & scientem infirmitatem ⌊ ac educunt vt crucifigerent & baiulãs sibi crucem exiuit in eum qui dicitur caluariæ locum, hæbraice autem gabbata ⌋ Ori. Grandis Iudæorum sæuitia, qui Christo dño pondns suæ cucis in humero posuerunt. q̊d de nullo interficiendo legimus vnq̃ vt portare coactus sit proprij supplicij ignominiam, sed neq; a latronibus, in quoꝝ medio tanquam eoꝝ princeps trahebatur. Tũc factus est principatus super humeꝝ eius. Esa. 9, ⌊ Et exeuntes cum ducerent eum, appræhenderunt prætereuntem quempiã hoẽm Cireneum, nomine Simonem patrem Alexandri & Ruffi venientem de villa . Hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius ⌋ Chry. Non misericordia moti, sed quia Chr̃s flagellis & liuoribus fatigatus expedite ambulare non potuit, & ne sentẽtia clamorib. extorta reuocaretur,

aut alio casu p̄pediretur, cum Pilatum ad Christi scirent pronum liberationem ⌊ Et imposuerunt illi crucem portare post Iesum ⌋ Nullus militum hoc attentauit qalignū detestabile putabatur. Deut. 21. Maledictus omnis qui pendet in ligno ⌊ Sequebatur autem illum turba multa populi, & mulierum quæ plangebant ⌊ lamentabant eum ⌋ Beda. Multa turba crucem domini, sed non eadem mente sequebatur, nam populus qdem, vt cuius mortem impetrauerat, morientem lætus aspiceret, mulieres ꝟo, vt quem viuere desiderabant moriturum morientem & mortuum plorarēt ⌊ Conuersus aueem Iesus ad illas dixit. Filiæ Hierusalem nolite flere super me, sed sup vosipsas flete, & super filios vr̄os ⌋ The. Non ꝓhibet eas simpliciter flere, sed arguit causam & modum flendi, quia plorabant q̄si Chr̄s ꝓ se & non ꝓ totius mūdi salute pateretur. Sic & nos passionem ip̄ius ruminātes, peccata nostra, passionis causam defleamus ⌊ Qm̄ ecce venient dies, in qb. dicent; Beatæ steriles & vētres q̄ nō genuer̄t & vbera q̄ nō lactauer̄t. Tūc incipient dicere montibus, cadite super nos, & collib. cooperite nos. ⌊ Quia si in viridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet? [illegible] dus, Si tu dominator arbor bona & sancta, lignum fructiferum & benedictum tantum pateris, quid erit de nobis miseris, qui sumus lignum siccum & aptum pro igne? Anno 42 post passionem, a Tito & Vespasiano tantam sustinuerunt angustiam vt 97000 venditi 30. vno denario, quemadmodnm ipsi dn̄m, 100000 peste fame gladio perierunt. Tempore autem tribulationum, felix est vnusquisque comparatione, qui non habet filium aut filiam in quo dupliciter puniatur ⌊ Ducebantur autem & alij duo nequam cum eo, vt interficerētur ⌋ Vt ex eorum consortio diffamaretur ⌊ Et Postquam venerunt in locū q dicit̄ golgata, q̄d est interp̄tatū caluariæ locus, dederūt ei vinū myrrhatū bibere cū felle mixtū, & cū gustasset noluit bibere. ⌋ glo. parꝫ gustauit vt scriptura īpleret̄, sed potū pfctm̄ ob amaritudinē facere nō potuit, Sic ergo furentes turbæ miserabiliter dn̄m cruce oneratū ī medio latronū trahētes, nō sine blasphemiis, clamorib. armoꝝ collisionib. multimodis iniuriaꝝ sacrilegijs, ad caluarię locū venētes vino myrrhato potarunt, sicut scri

ptũ erat Hie. 2. Ego te plãtaui vineã electã, quõ fctã es mihi in amaritudinẽ vitis aliena. Ibi crucifixerũt eũ. Bo. Cõspice qũo ipm capiũt despicabiliter sicut ribaldum, vilissimum, prosternunt dorsotenus sup crucem in terra, furibunde, brachia ipsius accipientes, & post violentam extensionem cruci affigentes. Bern. Heu heu dñe, qui cælum vestit diuersis luminibus, añ crucem exuit nudus. O anima deuota, volue & reuolue corpus dominicũ, huc atq; illuc & vbiq; inuenies dolorem & cruorem. Aug. Quicqd in ligno pdidit Adam, hoc Christus in ligno inuenit. Adam inobediens manus ad lignum extendit vetitum, eius gustans suauitatem, feria sexta, hora sexta, Christus ex obedientia patris manus innocentes in ligno extendit crucis feria sexta hora sexta. Et cum eo duos latrones, vnũ a dextris, & alterũ a sinistris, medium añt Iesum. Et impleta est scriptura dicens, & cum iniquis deputatus est. Esai. 53 Chrys. Pariter crucifigunt latrones, non tanquam inimici latronum, participes em erant sceleris eorum, nam Pilato dicente quem vultis vobis dimiti, latrones latronem petierunt, dñm añt crucifixerunt. Ideo añt fecerunt vt passionem macularent, & dñm infamarent, [illegible] sine causa crucifixus sit, sed non ita euenit. Nam de his nihil dicitur, Christi crux vbiq; honoratur, reges diademata deponunt, assumunt crucem in purpureis, in diadematibus, in armis, in mensa sacrata, vbiq; terrarum crux emicat. Bern. O homo vide quæ pro te patior, est ne dolor sicut quo crucior? *ad te clamo qui pro te morior, vide pœnas quibus afficior, vide clauos quibus confodior*; cum sit dolor tantus exterior, intus est tñ planctus grauior, qđ te tã ingratum expior. Scripsit añt & titulum Pilatus causam ipius, & posuit sup caput eius. Erat añt scriptum. Iesus, Nazarenus, rex Iudæorum. Hunc ergo titulum multi legerunt Iudæorum, quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus erat Iesus. Et erat scriptum hebraicæ, Græce & latine. Ob diuersorum ad festum populorum concursum. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorum; Noli scribere rex Iudæorum, sed quia ipse dixit rex sum Iudæorũ. Rñdit Pilat. Qđ scripsi scripsi. Aug. Quid insanimini insani, qđ cõtradicitis qđ mutare nullo pacto potestis?

Nunquid propterea non erit verum quia iesus ait rex sum iudæorum ? Si corrumpi non potest quod Pilatus scripsit, corrumpi potest quod veritas dixit ? Nam & confirmando Pilatus quod scripserat ait. quod, s.s. vt impleretur scriptura, ne corrumpas tituli inscriptionem. Rex ergo est Christus iudæorum, imo & gentium, sed iudæorum circuncisione cordis in spiritu, non litera. ¶ Milites ergo cum crucifixissent eum acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes vnicuiq; militi partem, mittentes sortem super eis quid quis toleret. Et tunicam. Erat autem tunica inconsutilis desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem. Non scindamus eam, sed sortiamur de ea cuius sit, vt scriptura impleretur dicens. Partiti sunt vestimenta mea sibi, & super vestem meam miserunt sortem Et milites quidem hæc fecerunt, & sedentes obseruabant eum. Et stabat populus expectans ¶ Finem rei. ¶ Prætereuntes autem blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes. Rach qui destruis templum dei, & in tribus diebus illud reædificas. Saluum fac temetipsum. Si filius dei es, descende nunc de cruce. ¶ Reuentu. Ecce crucifixus est dominus, & sic in cruce exanimis quod dinumerari omnia eius possunt ossa, sicut ipse per prophetam testatur. Fluunt vndiq; sacratissimi sanguinis riuuli ex illis nimijs scissuris, sicq; angustiatus est vt se mouere non possit nisi in capite. Nam tres illi claui totius sustinent corporis pondus. Dolores acerbissimos tolerat, vltra quam dici possit vel cogitari affligitur, pendet in medio latronum, vndiq; pœnæ, vndiq; opprobria, vndiq; conuicia, nec sic coangustato a conuicijs parcunt. ¶ Similiter & principes sacerdotum illudentes ad alterutrum, cum scribis & senioribus dicebãt. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Si Christus rex israel est, descẽdat nũc de cruce, vt videamus & credamus ei. ¶ Chry. Cõsidera nũc vocẽ filiorũ diaboli, q̃ modo imitantur patrem suum. Ille dicebat, si filius dei es mitte te deorsum, isti dicunt, si filius dei es descende nunc de cruce. Maius fecit de sepulchro resurgendo, nec credidistis, nec nunc si de cruce descenderet crederetis. ¶ Confidit in deum, liberet eum nunc si vult: Dixit enim, quia

filius dei sum. Idipsum autem & latrones qui crucifixi erant cũ eo, improperabant ei, & conuiciabãtur. Illudebant autem & milites accedentes & acetum offerentes & dicentes. Si tu es rex iudæorum, saluum te fac. ⌋ Leo. Principes sacerdotum quibus indulgentiam saluator petebat, supplicium crucis, irrisionum aculeis exasperabant. Amorem vehementissimum nostræ redemptionis, vocibus omni melodia dulcioribus declarabat, quibus in cruce pendens testamentũ condidit, & sua amicis & inimicis legãdo largiter dispensauit, remissionem ignorãter peccãtibus, regnũ conuersis veniam petentibus, matri discipulum præ cæteris dilectum, corpus satisfactoriis pœnis exterminandum Iusticiam discipulis & cæteris Christianis, veritatem patribus & prophetis, Spiritum manibus summi patris. Sic fons misericordiæ suorum neminem reliquit, qui in vltimi supplicij crescentibus pœnis & angustijs, se a summe dilecto patre deo, omnium quidem specialiter suo, derelictum clamore tam valido quam miserabili declarabat. Sed audiamus primam elegiaci carminis clausulam quam de cruce, plenus cruciatu modulauit. Solent patientes inde plus lamentari, vnde amplius acerbitatem dolent, ita primum domini verbum intensior animi dolor ædidit atq; tristicia. Hinc enim magis patitur, pro cuius ablatione primum deprecatur. Nouit quantum maiestatem paternã offendunt peccata iniquorum, quæ diuina offensa plus cunctis displicuit corporalibus pœnis, plus afflixit. ⌊ Iesus autem dicebat. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt ⌋ Bona. O verbum totius dulcedinis & veniæ. Considera anima mea, quam fuit dulcis amor domini nostri iesu Christi super impios hostes suos, quando non solum pleno corde fuit indultor, sed etiam efficacissimus intercessor, & piissimus excusator. Vnde ad modum sapientis aduocati captat primo beniuolentiam iudicis, ideo nõ iudicem alloquitur, qui sic non flectitur, sed paterno nomine, suo blandiens genitori, sicq; conclusit tanto filio nihil denegandum, quia quæ placita sunt ei facit semper. Secundo format petitionem, dimitte illis dicens, nec ait, examina pater, vide, sed dimitte, quasi dicat. Et si iusticia punitionẽ requirat, ex actibus suis, misericordia tamẽ re

mittat gemitibus meis. Secure petere hæc poterat, quia mediator inter deum & hominem, manum ponens inter vtrunq; patrem & peccatorem, super se suscipiens patris seueritatem & hominis iniquitatem. 1. Petri secundo. Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. Tertio addidit facti excusationem dicens, quia nesciunt quid faciunt. Si enim cognouissent nunquam dominum gloriæ crucifixissent. 1. Corinthios secundo. Augustinus. Non potest peccatum esse tam magnum quod deus non dimittat, cum crucifigentibus se dimittat. Vox est carnificum; sicut peccauit sic puniatur, vox est pietatis christianorum; sicut cecidit sic releuetur: sicut dolet, sic curetur. Væh qui venena odij & rancoris retinent in corde, ad tam præclarum misericordiæ & pietatis exemplum. Vnus autem ex ijs qui pendebant latronibus blasphemabat eum dicens. Si tu es Christus, saluum fac temetipsum & nos. Iste in malitia induratus permansit, altero pietate Christi conuerso. Respondens autem alter increpabat eum dicens. Neque tu times deum, qui in eadem damnatione es. Et nos quidem iuste, nam digna factis recipimus, hic vero nil mali gessit. Ambrosius. Nos occidimus hic viuificat, nos aliena furati sumus, hic largiri iubet propria, imo seipsum gratis impendit, priorem blasphemiam sequenti diluit confessione. Et dicebat ad iesum. Domine memento mei, dum veneris in regnum tuum. Gregori. O quam firmam spem latro iste habuit, qui aditum regni eius fiducialiter petijt. Quam veram fidem, qui regnaturum credidit, quē mori miserabiliter vidit. Quam syncerā charitatem, cum consortem in iniquitate constanter increpauit. Et dixit illi iesus. Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Anselm. Credo domine certe, vbi tu vis & vbi tues paradisus est, & esse tecum, hoc est esse in paradiso, quomodo venerabilis ille confessor et gloriosus martyr tecum fuit per totum illud hodie, & postea omni tempore. Ambro. Pulcherrimum autem datur affectandæ conuersionis exemplum, quod tam cito latroni venia datur. Cito ignoscit dñs, quia cito ille conuertitur, & vbertor semper est gratia quam precatio. Bona. O verbum totius a-

Doris & gratiæ, respira nunc in spem veniæ anima quantumcunq; peccatrix, si tamen patiẽtis pro te dñi dei tui vestigia sequi non abhorres, q in oĩb. p̃ssuris suis nec semel os suum operuit, vt aut q̃relæ, aut excusationis, aut comi nationis, aut maledictionis verbũ aduersus maledictos illos canes, vel leuiter diceret, quin potius nouę benedictionis verbum quale a sæculis non est auditum super inimicos suos effudit: Dic ergo cũ multa fiducia. Miserere mei deus miserere mei, quoniam in te confidit anima mea, si forte more confitentis latronis audire merearis in mortis articulo, hodie mecum eris in paradiso. ⌊ Stabat autem iuxta crucem iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophæ, & Maria magdalenæ ⌋ Augu. Cruciat te dñe iesu crux tua, sed non minus mater tua. Cruciat te dolor tuus, sed non minus dolor eius. Non est mirum si doles & condoles si pateris & cõpateris bone fili, in desolatione matris, in separatione matris, in commẽdatione matris, Nunquam te deseruit, non in infantia, non in adolescentia, nõ in iuuentute, non in tua compassione. Nunquam tibi defuit eius solatium, sed nec eius obsequium, lactabat infantem, audit & sequitur prædicantem, videt & compatitur patientem, contemplatur opprobria, intuetur vulnera, audit tua verba. Tu vero bone iesu quanquam esset dolor intolerabilis, plaga insanabilis, in agonia mortis in vltimo spiritu constitutus, non obliuisceris matrem tuã, caput inclinans ad eam, discipulo in matrem cõmendãs & eum sibi in filium adoptãs. Felix depositum, singulare priuilegium, insigne solatium. ⌊ Cum vidisset ergo iesus matrem, & discipulum stantem quem diligebat, dicit matri suæ, Mulier ecce filius tuus ⌋ Chry. O bone iesu, qd matrem tuã dulcissimã quæ te tam diligẽter nutriuit, reuerẽter tractauit, dulciter lactauit, tam indulciter alloqueris? Sed hoc ideo factum cerno, ne matris dolorẽ amplius excitares, tunc enim non erat tempus dulciter eam alloquendi, nec matris nomen exprimendi, quia si Christus dulcius locutus fuisset, credo qd cor virginis crepuisset. ⌊ Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua, Et ex illa hora accepit eam discipulus in suã ⌋ Ben. An nõ tibi plusq̃ gladius, sermo reuera pertrãsiẽs aĩam, & pertingẽs vsq; ad diuisionẽ

animæ & spiritus, mulier ecce filius tuus. O commu-
tationem, Iohannes tibi pro Iesu traditus seruus pro domi
no, discipulus pro magistro, filius Zebedæi pro filio dei,
purus homo pro deo vero, ⌊ A sexta autem hora tene-
bræ factæ sunt super vniuersam terram vsq; in horam no
nam. Et obscuratus est sol ⌋ Leo. Et crucis clauos om
nia simul elementa senserunt, nihil ab illo supplicio libe-
rum fuit, hoc supplicium in commutationem sui & ter-
ram traxit & cælum, hoc petras rupit, hoc monumenta
patefecit, inferna reserauit & densarum horrore tenebra
rum radios solis abscondit. Debebant enim hoc testimo-
nium suum mundi autori, vt in occasu conditoris sui vel
lent vniuersa finiri. ⌊ Et circa horam nonam exclama
uit Iesus voce magna dicens. Heloi heloi lamazabatani.
Quod est interpretatum. Deus meus, deus meus, vt quid
dereliquisti me. ⌋ Fateamur deum in morte quodammo
do illum hominem deseruisse, quia potestati persequen-
tium eum ad tempus persequendum exposuit, suam poten
tiam non exercendo eum defendit, vt non moreretur. Se-
parauit se diuinitas, quia subtraxit protectionem, separa
uit se for[illegible]on esset ibi ad defensionem, sed intus non
defuit in vnione. ⌊ Quidam autem illic stantes & audi-
entes dicebant. Ecce heliam vocat iste. ⌋ Derisorie hoc
dicebant. ⌊ Postea sciens Iesus quia oīa consumata ⌋ quæ
oportebat fieri antequā acciperet acetum, vt consumare-
tur scriptura dixit. Sitio. ⌋ Bernar. O bone Iesu quare
clamas te sitire? An ignoras quia aduersarij tui in siti tua
non recreabunt te vino vel sicera, imo nec aqua de tor-
rente munda, sed aceto? quare ergo clamas sitio? Nonne
tu es fons vitæ de quo potant omnes angeli? Nonne tu po
tasti sitientem populum in deserto? Sitis ergo conuersio-
nem peccatorum, lachrymas compunctionis, deuotio-
nis, compassionis. ⌊ Vas ergo positum erat aceto plenū.
Et cōtinuo currēs vnus ex eis, acceptam spongiam circūli
gatam isopo, impleuit aceto & īposuit arūdini, & offerēs
ori eius, dabat ei bibere. ⌋ Chry. Si decē milia haberemus
inimicorum, & si insanabilia passi sumus, videntes eos in
terfici flectimur, ij ꝟo neq; in ijs quæ videbant facti sunt
mansueti, sed sæuiebant magis, & insaniam intendebant,

& ferentes spongiam aceto potabant. Cæteri vero dicebant. Sine, videamus si veniat Helias ad deponendum eum. Cum ergo accepisset Iesus acetum dixit, Consummatum est. Leo. Degustato aceto quod illa vinea dabat, quæ ab autoris sui plantatione degenerans, conuersa fuerat in amaritudinem vitis alienæ, consummatum est inquit, hoc est, completæ sunt scripturæ, non est amplius q̃ furentis populi insaniam expectem, nihil minus pertulit quam prædixi, peracta sunt mysteria infirmitatis, propinata documenta virtutis. Consummatum fuit & corpus, ita vt omnia dinumerari potuissent ossa extensum, consummatus & sanguis, qui totus fuit in redemptionem effusus. Et iterum clamans voce magna ait. Pater, in manus tuas, commendo spiritum meum. Bernardus: Quid est q̃d ille coæternus & consubstantialis filius dei patris, animam suam manifeste & deuote in manus patris commendauit, cui non minus commendata esset, si hoc non dixisset. Nunquid non timuit quod dæmon in exitu animæ sibi obuiaret tanquam aliquid sui credens inuenire? Absit, nam pauloante ait, venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Facit igitur hoc erudiens nos qui terra sumus & cinis, q̃l modo spiritum nostrum manibus æterni patris commendaremus, ne a mundi huius principe, a corpore egressus comprehendatur, q in nobis heu non pauca quæ ad ipsum pertinent inuenit. Athanasi. Commendauit patri per se vniuersos mortales in se viuificatos, *omnes enim in Christo vnum sumus*. *Et inclinato capite expirans tradidit spiritum*. Bonauen. O qualis tunc erat anima Mariæ, cum sic pœnose videbat eum deficere, languere, lachrymari, & mori. Et velum templi scissum est in duas partes, a summo vsq; deorsum. Nam erat intra sanctum sanctorum opere plumario factum preciosum. Et terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorũ q dormierunt surrexerunt. cũ Christo in die resurrectiõis, qa Christus primitiæ dormientiũ. Ro. 6. & exeuntes de monumentis post resurrectionem eius venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis, ad testificandam Christi resurrectionem. Hieron. Omnis

creatura compatitur Christo morienti, sol obtenebrat, pe
træ scinduntur, velum templi diuiditur, sepulchra aperi
untur, & solus miser homo non compatitur redemptori
suo ⌊ Centurio autem qui ex aduerso stabat, & qui cum
eo erant custodientes IESVM, viso terræ motu &
his quæ fiebant, & quia sic clamans expirasset, timuerunt
valdæ glorificantes deum & dicentes. Vere filius dei e-
rat iste ⌋ Beda. Quanta cæcitas Iudæorum qui tot & tan-
tis virtutibus in morte domini factis, & apparentibus si
gnis credere respuerunt, & insensibiliores gentibus, dñm
glorificare vel timere contempserunt. Bern. Centurio il
le incircumcisus erat carne, non aure, qui ad unam expi-
tãtis vocem sub tot infirmitatum indicijs dominum ma-
iestatis agnouit ⌊ Et omnis turba eorum qui simul aderãt
ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutien
tes pectora sua reuertebant ⌋ Chrys. Ecce quam cito post
mortem Christi, sua passio sortita est effectum, & oratio
quã fecit, Pr̃ ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. Qui
enim prius eius mortem impetrasse se meminerant, post
mortem eius timentes deum amplius glorificabant ⌊ Sta
bant autem omnes noti eius a longe. Iudæi ergo quoni-
am paraceue erat, vt non remanerent in cruce corpora
sabbato, erat enim magnus dies ille sabbati, rogauerunt
Pilatum vt frangerentur eorum crura & deponerentur ⌋
Fecerunt hoc quasi zelo mouerent legis, nam scriptum
est. Dente. 21. Quando peccauerit homo quod morte ple
ctendũ est, & adiudicatus morti appensus fuerit in pati-
bulo, non pmanebit cadauer eius in ligno, sed in eadẽ die
sepelietur. Quia maledictꝰ a deo ẽ q pendet in ligno, sed te
uera ob signorũ claritatẽ timuerunt populi tumultũ ⌊ Ve
nerunt ergo milites & primi qdem fregerunt crura, & al
terius qui crucifixus est cum Iesu, ad Iesum autem cum
venissent, & viderunt eum iam mortuum non fregerunt
eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit, &
continuo exiuit sanguis & aqua. Chrysostomus. Apperu
erunt eius costã lancea, & mortuo corpori de reliquo con
uiciantes. In mortuum enim corpus militem conuiciari,
plus fuit quam crucifigere. Quicqd enim mortuis infer-
tur corporibus, ad eos pertinet quorum corpora fue-

Isidorus. Lōginus latus saluatoris aperuit, & nō tā
m veniam inuenit, sed etiam episcopatus honorem &
martyrij coronam promeruit. Amb. Licet corporis Chri
sti natura fuerit mortalis, dissimilis tamen alijs corpori
bus mortuis fuit gratia. Post mortē enim sanguis in cor
poribus congelescit, ex illo autem incorrupto corpore o
mnium vita emanauit, aqua & sanguis exiuit. illa quæ ab
luat, iste qui redimat. Bibimus precium nostrum, vt bi
bendo redimamur. ¶ Et qui vidit testimonium perhibuit
& verum est testimonium eius, & ille scit quia vera dicit,
vt & vos credatis. Facta enim sunt hæc vt scriptura im
pleretur dicens. Os non comminuetis ex eo. Et iterum a
lia scriptura dicit. Videbunt in quem transfixerunt. Post
hæc cum sero factum esset, quia erat parasceue, quod est
ante sabbatum, quod illucescebat, ecce venit quidam ho
mo diues nomine Ioseph, qui erat nobilis decurio, vir bo
nus & iustus, hic non consenserat consilio & actibus eo
rum, ab Arimathia ciuitate Iudeæ, qui & ipse expectabat
regnum dei, eo quod esset discipulus Iesu, occultus tamen
propter metum iudæorum. Hic audacter accessit ad Pila
tum & petijt vt tolleret corpus Iesu ¶ ad ho[illegible]ficē sepe
liendum. Chrysostomus: Cælitus prouisum est vt iste Io
seph esset diues, quo haberet quod in sepultura domini
exhiberet; vt esset nobilis decurio, vt ad præsidem acce
dere posset: vt esset iustus, vt corpus domini mereretur.
¶ Pilatus autem mirabatur si iam obisset. Et accersito cen
turione, interrogauit si iam mortuus esset. Et vt cogno
uit a centurione, *donauit corpus Ioseph*. Ioseph ergo
mercatus sindonē, deponens inuolvit illud sindone mun
da. Venit aūt & Nicodemus, q venerat ad Iesum nocte pri
mum ferens mixturam myrrhæ & aloes q̄si libras centum
Acceperunt ergo corpus Iesu, & depositum ligauerunt il
lud linteis, sicut mos est iudæis sepelire ¶ Sed. Magnæ pie
tatis & deuotiōis fuit opus istud, sed indicium incredulī
tatis. Si enim perfectam habuissent fidem de Christi resur
rectione eius diuinitate, sciuissent vtiq; quod corpus di
uinitati vnitum vnctione non indiguisset, quia corrumpi
non poterat. Psalmista. Non dabis sanctum tuum videre
corruptionem. ¶ Erat autem in loco vbi crucifixus est Ie

sus hortus, & in hortu monumentum nouum, quod
derat sibi Ioseph in petra, in quo nondum quisquam
tus fuerat. ibi ergo propter parasceuen Iudæorum
iuxta erat monumentum, posuerunt eum. Et aduolu
seph saxum magnum ad ostiũ monumenti, & abiit.
autem ibi Maria magdalenę & altera Maria sedentes
tra sepulchrum, & aspiciebant vbi poneretur. Altera a
tem die quæ est post parasceuen, conuenerunt iudæi pri
cipes sacerdotum, & pharisęi ad Pilatum dicentes. Dom
ne recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc viuens
Post tres dies resurgam, iube ergo custodiri sepulchrum
vsq; in diem tertium, ne forte veniant discipuli eius & fu
rent eum, & dicant plebi surrexit a mortuis, & erit error
nouissimus peior priori. Ait illis. Habetis custodiam. Ite
custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt se-
pulchrum, signantes lapidem, cum custodibus. ¶ Diuina
hoc ordinatione factum est, ĩ efficax resurrectionis Chri
sti argumentum, licet ipsi aliud intenderunt. ¶ Ponamus
& nos pro nobis passum in nouo conscientiæ nostrę sepul
chro, nam fasciculus myrrhæ, ait sponsa Can. dilectus me
us mihi, inter vbera mea commorabitur, munientes custo
dibus ne per peccatum nobis dormientibus furetur, do-
nec cum ipso resurgamus & per ipsum. Nam si compati-
mur & conregnabimus. Bona. Domine deus meus bone
Iesu, concede mihi quanquam per omnem modum
indigno & immerito, vt qui corpore ĩs interesse
non merui, fide tamen hæc eadem mente per
tractãs, illum ad te deum meum, me cru
cifixum & mortuum compassionis
experiar affectũ, quem inno-
cens mater tua, & pœnitẽs
Magdalena in ipsa tuę
passiõis sense-
runt hora.

BIBLIOTEKA KÓRNICKA
14126

